MAGNI, DIVINIQVE PROPHETAE
BEATI IOACHIM
ABBATIS FLORENSIS
MIRABILIVM VERITAS DEFENSA.

Eiuſdem Vaticiniorum de Romanis Pontificibus hiſtorica, & ſymbolica explicatio.

A C V I T A

B E A T I I O A N N I S
A' C A R A M O L A
T O L O S A N I;

SAGITTARIENSIS MONASTERII CONVERSI:

Alterz.

Ringrazio l'A. S. del f
vienna, dalla qle ch
Dicesi, qui in Aug
in Paradiso.
Io siccome ho av
di esser alla veduta
offendono il governo
zioni, le qli p. al
certa profezia dopo
cattolico e studioso
gradiva sentire alc
studj,, dopo la Teolog
vato. Se pur non
na. Se adunq. in
Monaco o Frate —

Il Pontefice e. Quando
un' ordine scettro, allora
più santo, e tinato, al
bra che al da 3. volte
le smarrite
le al cavallo queste fina
maniera che e despo
si convertirano la Giun
sotto la suava la citta
te dell'ovile e l'amica
que Potenze
Anale del vi.
la maniera tato un
adorno il S. V. A. R.
la S.a Relig ed ogni mal
un'uomo il l'ora
ciuta la si bacio delle
U. no Gio: Piu
in Dio e nieri sottile
affezz.

sarà canonicam.te eletto tra uno de' Cardinali di
eligioso. Sarà S.to come il predecessore, anzi
più favorito da Dio. Per stemma mi sem=
erà il Sole ed un Cavallo che corre, ... =
. avrà un petto sì forte, e tanto buona
e terminarà di estirpar le sette, mentre
no, e lasceranno la follia. Riceverà
spiritual giurisdizione 5. pecore smarri=
della vera chiesa; io spero che siano cin
che si sottomettono alla facoltà spiri=
...o di Gesù Cristo. Tutto accaderà p. la bel
prudenza, virtù, e saviezza di cui sarà
Pontefice eletto. Molto zelo avrà p.
ione, e p. il culto di Dio. Per ora sembra
più abbandonato. Da molto pochi è conos
a virtù. Egli è favorito da Dio. Prevede
prevede p. li suoi talenti. Dico, conosce

rà il futuro, e profetizzarà le cose avvenire. Quando lo crederanno fuor di Speranza e fuor di Scettro, allora lo avrà con tutto potere. Così Iddio ha destinato, al parer mio. Griderà, Scriverà, esclamerà 3: volte a tutta possa p il richiamo di 5: pecorelle Smarrite, e forse anche p qualche particolare, ma queste finalmente convertite si affretteranno di andare a deporre ogni sommissione ogni potere sotto la Giurisdizione del S.° Pontefice che governarà la città de' Sette Colli. Diranno andiamo a trovar l'amico e nostro Padre, egli ci benedirà ——

V. A. R. Scuserà della libertà: Ciò è stato un parziale affetto che io porto al Re, ed a V. A. R. che ha la gloria di essere p la vita, ed ogni mattina, non che tutte le Domeniche recito l'orazione p la Regia Famiglia. Sono col bacio delle Reali mani

V. A. R. Augusta 4: 7bre 1613.

Ul.mo cappell.no Gio: Pietro Ranieri Sottito ...

MAGNI, DIVINIQVE PROPHETAE

BEATI IOANNIS IOACHIM ABBATIS

SACRI CISTERCIENSIS ORDINIS MONASTERII FLORIS, ET FLORENSIS ORDINIS INSTITVTORIS,

HERGASIARVM ALETHIA APOLOGETICA,

SIVE

MIRABILIVM VERITAS DEFENSA.

AVCTORE REVERENDISSIMO PATRE

D. GREGORIO DE LAVDE, ALIAS DE LAVRO,
Sacræ Theologiæ Doctore, Abbate Sagittarienſi, Congregationis
B. Mariæ Virginis vtriuſque Calabriæ, & Lucaniæ,
Sacri Ciſtercienſis Ordinis.

Lectio egregia, nè dum his, qui in Chriſto viuere volunt, multum vtilitatis allatura; ſed & hiſtoricis, ſitibundiſque mentibus, vtiliſsima, noua, & curioſa.

Opus quadruplici Indice locupletatum, Auctorum ſcilicet allegatorum, Capitum, Rerum notabilium, ac Regnorum, Ciuitatum, & Locorum totius Orbis, per nomina Epiſcopatuum nominatorum, ſuper quibus idem Domini Propheta Abbas Ioachim vaticinatus eſt.

NEAPOLI, Apud Nouellum de Bonis Typograph. Archiep. M.DC.LX.
SVPERIORVM LICENTIA.

Reuerendissimo in Christo Patri Colendissimo,

DOMNO

ANDREÆ CANCELLERIO

PRIORI MONASTERII S. MARTINI,

Et Visitatori Monasteriorum Regni Neapolitani, Sacri Carthusiensis Ordinis.

D. GREGORIVS LAVRVS,

Sacræ Theologiæ Doctor, Abbas Sagittariensis, Sacri Cistercienſis Ordinis,

F. P.



X quo S. Bernardi Abbatis Clareuallensis, ad sanctissimos tui Illustrissimi Ordinis Patres, epistolas offendi, adeò in me erga Carthusienses creuit deuotio, ac vna me die, noctęque cogitatio pupugit, & cura; vt vias inirem omnes, ad eam memoriæ significationem publicæ contestandam, quam à me Bernardi Sancti filio, nec stupido, nec rerum ignaro, tantæ debitionis reposcit officium. Insatiabilis tandem aliquando animi sedulitas, Magni, Diuinique Prophetæ B. Ioannis Ioachim Abbatis Florensis mirabilium veritatem defensam, à me ex ipsissimis veritatis riuulis eductam, alicui magnæ auctoritatis viro dicandam inuenit. Cogitantique mihi, cuinam eam dicarem ex Reuerendissimis Carthusiæ Patribus: nec mora, occurrit Reuerendissima Paternitas tua, tanquam priscorum tui Ordinis Patrum verum simulacrum. Sed subsistit tantisper animus. Verebar enim cum Bernardo Patre ad Guidonem magnæ Carthusiæ Priorem epist. 11. nimirum sanctam, quam in Domino habetis, infestare quietem: iuge illud vestrum sacrum silentium à sæculo, susurrium cum Deo, vel ad modicum interrumpere: nostraque ingerere auribus, secretis penitus occupatis supernis eulogijs. Timebam omninò molestus fie-

ri.

ri, vel Moysi in monte, vel Heliæ in deserto, aut certè excubanti in templo Samueli, si diuinis intentissimum epistola aliquatenus auocare tentassem. Verùm de tua tandem benignitate confisus, maximè verò quod opus spiritualissimi viri, mellifluo lacte nutriti, (fuit sanè Ioachimus S. P. Bernardi coætaneus) mirabilia gesta recenset, & dicta: calamum resumpsi, & dictæ deuotionis in signum hos qualescumque labores meos tibi eximiæ auctoritatis viro dicatos volui, Reuerendissime Pater. Excipies operis dedicationem libenter, atque hoc B. Ioachimi, aliorumque Sanctorum Patrum, quorum eius causa egimus per transennam, templum ingressus, postquam lustraueris, virtutes omnes in te, ac decora singulorum, animaduertes expressa: prout animaduerterunt in te, sed ante te, prudentissimi, & zelantissimi superiores tui, quando vix Sacerdos consecratus (maxima cordis tui displicentia) ad munera te delegerunt subeunda: & cum continuata xxvij. annorũ serie illa ministrasses mira prudentia, ad clarissimi, & famosissimi Neapolitani Cœnobij S. Martini Prioratum prouehendum duxerunt, & cæteris Venerabilibus Neapolitani Regni celeberrimis Cœnobijs in Visitatorem destinarunt. Ad quod etiam vix adduci potuisti. Quod dum vtrumque munus xv. ab hinc annis exerces, ità administras; vt omnes fateantur, posse te non tuam tantummodò Religionem; sed terrarum Orbem vniuersum regere, & gubernare: eaq; mente te à natura creatum fuisse, vt terris regendis proponeret, ac constitueret: eamque ob causam, qui futura sano consilio præuident, fore augurantur, vt te àliquando Vaticana Sedes excipiat, sibi te natum demissus Orbis agnoscat, quem sibi tuus Ordo tam anxiè, enixèq; complectitur. Vale, & me commenda Deo in orationibus tuis. Ex Monasterio Sagittariensi Kal. Octobris 1659.

AD LECTOREM
PRAEFATIO.

SVppone Candide Lector, quod Cistercius Ordo, tanquam Domini Sabaoth Vinea, à Mari vsq; ad Mare, primis suis sæculis, palmites suos extendit, & per vniuersa Mundi climata floruit, Orbemq; vniuersũ Spirituũ locupletauit exuuijs Beatorũ; adeò vt & ipsos Catholicæ Ecclesiæ Episcopos ad eum laudibus, & encomijs extollẽdũ traxerit. *Cum Ordo vester* (verba sunt Vrbani tertij ad Cistercienses) *per infusionem diuinæ gratiæ longè, latèque fidelibus Christi, sit odor vitæ in vitam, tanto facilius impartimur assensum, quanto plures vestro exemplo in Ecclesia Dei proficiunt ad salutem*. Eadem Honorius tertius, *Cum Ordinis vestri generosa plantatio multos Religionis, & honestatis flores, & fructus protulerit, effuso longè, latèque laudabilis conuersationis odore*. Et successor eius Gregorius nonus. *Cum Cisterciensis Ordinis titulus per Dei gratiam adeò sit insignis, quod vix credatur*. Et Innocentius quartus. *Thesauro virtutum sic præclara vestra Religio suum semper astrinxit affectum, quod habetur & in conspectu Regis æterni placita, & in oculis hominum gratiosa. Ipsa quidem, vt Columba mitis, & humilis, & electa Domini specialis, pulchra per totum aspicitur, omnem à se rugam enormitatis abijciens, & maculam deformitatis excludens*. Et Alexander quartus. *Virtutum meritis rutilans, & sanctitatis odore fragrans in Ecclesiæ corpore membrum nobilissimum Ordo vester, sic à sui plantatione per semitam mandatorum Domini ambulauit, & vnitatem seruauit, & pacem, quod, gratia gubernante diuina, nunquam visitationis, vel correctionis alienæ officio indiguit, vel in eo nasci potuit turpem sibi maculam superducens alicuius dissentionis rimula, vel scissura*. Et Clemens quartus. *Paruus fons, qui creuit in fluuium, & in lucem, solemque conuersus, in aquas plurimas redundauit. Cisterciensis est Ordo prælucidus, qui à sui ortus exordio paruus, & humilis abiectione habitus, tenuitate substantia, humilitatis professione, ac numero professorum sub fontis metaphora non indignè describitur, cui diuersarum illi proprietatum conformitate conformis non immeritò comparatur. Hic est enim fons hortorum irriguus, cæteras rigans Religiones, & Ordines, ac in ipsos exemplis salutaribus scaturizans. Hic est fons amœnus, varietate virtutum præclarus, munditiæ puritate, pietate patens, indeficiens sanctitate: horum merito sic excrescere meruit, vt fontis nomen excedens fluuius censeatur: cuius processus laudabilis de virtute in virtutem, vt Deum Deorum in Sion videat, gradientis vniuersalis Ecclesiæ lætificat vnitatem, in qua per meritorum euidentiam clara lucis splendorem adeptus; quasi stella matutina resplendet in medio nebulæ mundi huius, & in ea splendidos emittens radios instar Solis, velut aquæductus de Paradiso proueniens, in aquas redundat plurimas, hortum plantationum suarum, cætus quidem claustralium, quos produxit, aquis irrigans gratiarum, & vino spiritualis lætitiæ fructum inebrians partus sui*. Et Gregorius decimus. *In vestitu deaurato Ecclesiæ sponsæ Christi, quæ varietate circundata sponso suo specioso forma præ filijs hominum inuariabilis integritate fidei, & soliditate spei à dextris assistit, Cisterciensis Ordo diuinis mancipatus obsequijs, & inter Religiones cæteras gloriosæ Virgini singularitate deuotionis adscriptus, ex institutione primaria, & professorũ ipsius, quanto ex alto conceditur, prosecutionis instantia rutilat charitate, candet castimo-*

Vrbanus tertius in priuilegio sub Veronensi 2. Idus Martij anno 1186.

Honorius 3. priuil. sub dat. Viterbij 4. Non. Decembr. ann. 1219.

Greg. nonus in priuil. sub Dat. Lateranensi 3. Id. Ianuarij ann. 1228.

Innocẽt. 4. in priuil. sub dat. Lugduni 6. Nonas Maij ann. 1245.

Alexander 4. in priuilegio dato Anagniæ Idib. Iunij ann. 1260.

Clemens quartus in priuilegio sub Datũ Perusij 5. Idus Iunij anno Dom. 1265.

Gregor. decimus in priuil. sub dat. Lugduni Nonis April. anno Dom. 1275.

nia

Bonifacius octauus in priuil. dat. Laterani 15. Kal. Ianuar. ann. 1301.

Ioann. vigesimus secundus in priuil. dat. Auinioni 3. Kal. Decemb. ann. 1319.

Benedictus duodecimus in priuileg. sub datum apud Pontem Sorgia Auenionēsis Diœcesis 4. Idus Iulij ann. 1334.

Pius secundus in priuilegio sub dat. Mātua pridie Non. Augusti ann. 1459.

nia, & pulchritudine conuersationis elucet. Et Bonifacius octauus. *In Ecclesiæ fundamento vester Ordo nitore claro coruscans, vniuersalem gregis Domini aulam illuminat; & currentibus in stadio rectum iter insinuat, quo ad salutis brauium facilius peruenitur*. Et Ioannes vigesimus secundus. *Ad Cistercienscm Ordinem, ex quo velut agro pleno, cui Dominus benedixit, fragantia spiritualium filiorum redundare dignoscitur, suauitatem spirans odoris Ecclesiæ sanctæ Dei specialem gerentes affectum*. Et Benedictus duodecimus. *Fulgens sicut Stella matutina in medio nebulæ Sacer Cisterciensis Ordo in Ecclesia militante, strenuè militat operibus, & exemplis, feruidèque satagit per sāctæ conuersationis applausum, & innocentis vitæ meritum, montana scandere cum Maria, seque per exercitium laudabilium exactionum, & pensum bonorum operum curiosum Marthæ satagentis officio conformare*. Et Pius secundus. *Super gregem Dominicum nobis (licet immeritis) desuper creditum extendentes vigiles speculatoris officium, in decore, ac fœlici statu sacræ Religionis Cisterciensis ingenti mentis exultatione reficimur, prospicientes potissime, quod Monachi dicti Ordinis per bonorum operum exercitium, & præclara sanctitatis merita præcedentes, cæteros ad diuinæ Maiestatis obsequium retrahunt per exemplum, vitam ducendo pijssimam, diuinisq; laudibus, ex quibus gloria extollitur Altissimi accuratius insistendo*: Et Innocentius octauus. *Dum ad fructus vberes, quos Sacer Ordo Cisterciensis in agro militantis Ecclesia diuina ordinatione plantatus, producere non cessat, nostræ considerationis intuitū dirigimus, & intra nostri pectoris arcana reuoluimus, quod per illius fructuosos palmites sacrosancta Dei Ecclesia non mediocriter decoratur, & Catholica Fides continuo exaltatur*. Et alij Pontifices summi encomia nonnulla alia prædicauere præclarissima. Nā sicut Esdras legem Moysis, sic Cisterc. Ordo Sāctissimi Patriarchæ Benedicti Regulam penè combustam restaurauit. Alumni, veluti coruscantes Stellæ, & doctrina, & vitæ merito, Cœlum exornarunt militantis Ecclesiæ. Quoniam ex eius gremio tot Apostolici Viri, tot Vates veridici, tot præclari Romani Pontifices, tot Antistites celebres, tot Doctores illustres, tot sacrati Martyres, tot eximij animarum Conciliatores, & tot denique castæ, & prudentes Virgines prodiere, vt terminum excedant capacitatis nostræ.

Innocentius octauus in priuil. sub datum Romæ apud S. Petrū 6. Kal. Ianuarij ann. 1487.

Esdræ lib. 1. cap. 7. lib. 2. cap. 8. & 10. & S. Ireneus apud Eusebium Cæsariensem Ecclesiasticæ histor. lib. 5. cap. 8.

Horum inter cæteros extitere Beatus Ioannes Ioachim Abbas Florensis, & Beatus Ioannes à Caramola Conuersus Saggittariensis Monasterij, qui in speluncis, & in hortis aromatum sanctitatis emiserunt odorem, & consolationis, ac sanctæ spei fructus non pepererunt immaturos. Horum vitam conscribere institui, non vana aliqua præsumptione, aut acquirendæ gloriæ spe inductus; sed Religionis zelo concitatus. Siquidem cum sacras legens historias, in quorundam Sciolorum, & magno Prophetæ Domini Florensi Abbati detrahentium, libros offendissem: sciens magni apud Deum esse meriti, innocentes eius famulos ob iniurijs vindicare, apud me statui primò detractoribus respondere tantummodo: at consilio tandem in melius commutato, & illius vitam in memoriam reuocare, & suo loco irrefragabilibus auctoritatibus, maximè autem eiusdem Dei famuli verbis suam innocentiam vendicare decreui. Beati vero Ioannis à Caramola vitam conscribendi ansam dedit tam deuotio summa, qua ergo eum afficior, quàm desiderium ingens illius perpetuādi memoriam. Nam cum ex nostris non viderim quemquam, qui in lucē prodierit vitam tanti Dei Viri, de quo vltra propriam ad Vesperas, & Laudes commemorationem quotidianam, singulo quoque anno, & die

26. Men-

26. Mensis Augusti sacrum ante eius corpus à Sagittariensibus nostris Patribus proprium celebratur Officium, quod antiquo charactere scriptum extat in membranaceo codice, seù Missali eiusdem Sagittariensis Ecclesiæ; & maximè sim veritus, ne eo pereunte, tota suorum gestorum memoria lethæis vndis aliquando sepeliretur; vitam, in animo proposui, ex illo colligere suam. Atque hæc, & non alia huius sunt otij incitabula. Secundo loco de Beato Ioanne Conuerso Sagittariensi, primo verò loco de Beato Ioanne Abbate Florensi, ordo suadet rationis, vt agamus. Scripturus itaque tanti Dei Viri vitam mirabilem, apim imitabor argumentosam, quæ ex varijs hinc inde delibatis floribus, mel exugit humano generi gratissimum: haud aliter ego omni cum impigritate nostro hoc in opere conferre conabor, quidquid sparsim ab egregijs Historiographis fuerit eo scriptis commendatum. Verùm ne interpelletur lectionis [illegible] Lectori meo tædium inferatur, quàm rarò Auctorum testimonia [illegible] adducam ad verbum, in margine autem cuiuscunque capitu[illegible], & Auctorum nomina, & suarum compositionum loca insinuabuntur; vt inde Lector curiosus, & perspicax, facilè videat, si vera, & dulcia ex eorum scriptis exugerim, nec ne. Non enim ob aliud, Hergasiarũ Alethia Apologetica, siue, Mirabilium Veritas Defensa, erit Florensis Abbatis vitæ inscriptio; quã quod nihil de eo dicemus, quod grauissimorum Historiographorũ auctoritati, aut immemorabilis antiquitatis monumẽtis non [illegible], & in quantũ nostra patietur cõpositio, proprijs eorũ verbis vtar. Titulũ verò *Magni, Diuiniq; Prophetæ* non proprio marte illi tribuimus, nam vterq; legitur suis in opusculis: & in Expositione quidem Apocalypsis est inscriptio talis. *Expositio magni Prophetæ Abbatis Ioachim in Apocalypsim.* Et in Concordia noui, & veteris testamenti, *Diuini Vatis Abbatis Ioachim liber Concordiæ noui, & veteris testamenti.* Et illa quidẽ fuit impressa Venetijs anno salutiferæ Incarnationis 1527. die 27. Aprilis; Cõcordiæ verò liber etiam Venetijs ann. Domini 1519. die 13. April. *Beati* quoque titulo etiam suis in operibus honoratur, (vt aliorum scriptorum auctoritates omittam) etenim Index Ciuitatum super quibus Propheta noster vaticinatus est, explicans Isaiam Prophetam, sic exorditur. *Incipit tabula in opus Beati Abbatis Ioachim de Vaticinijs Regnorum, Ciuitatum, & locorum totius Orbis per nomina Episcopatuum nominatorum.* Et Venetijs quoque fuit impressum ann. 1517. die 27. Iunij. Diuersi enim diuersa, non omnia omnes litteris mandarunt. Quæ de illo tradam, index capitũ demonstrabit, & quæ eius causa de alijs alter index. Omnia, ea, qua debeo, reuerentia, tibi offero Lectori deuotissimo; rogans, vt laborem hũc [illegible]um fronte accipias hilari: & si quid minus rectè, vel mendis dignum in[illegible]ueris, quæso corrigas: & si fortè errauerim, nouum non esse, hominem errare, [illegible]; m[illegible]que mi[illegible]m non erit, me formicam inter elephantes, ac Saulum inter Prophetas, inque vltimo ignorantiæ lectulo do[illegible]tem, errare: libenter enim, æquoq; animo in malè traditis correctionem patior, & satis erit mihi ab alio rectiora afferente, vt veritati [illegible] inferatur, doctrinam amplecti. Nec ignoro multos fore, qui, solita d[illegible]ahendi omnibus libidine, quod vitari non potest, nisi qui omninò nil scribit, meo volumini genuinum dentem infingant. Calumniabuntur in tempora, conuertent ordinem, res arguent, syllabas ventilabunt, & quod plerumque solet accidere, Typographorum negligentiam ad Auctorem refe[illegible]. Quos cum possem meo iure repercutere, vt si displicet, 1 Regum c.10. n.13.

b non

non legant; malo enim placatos dimittere, quàm quæ afferta, de alijs probatissimis Auctoribus libata cognoscant.

Contra opus obiectio.

VErùm si contra opus hoc Vrbani fœl. rec. Papæ octaui decretum obijciatur, quo feria quinta, die 13. Martij, Anno Dom. 1625. & sui Pontificatus anno secundo, cautum extitit, ne eorum, qui sanctitatis fama, vel opinione celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seù quæcunque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta, typis dentur, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in ijs recognoscendis Theologos, aliosque pios, & doctos viros in consilium adhibere, negotiumque instructum, ad Sedem Apostolicam transmittat, atque eius responsum expectet; & quæ hactenus sine recognitione, & approbatione huiusmodi impressa erant, nullo modo approbata censeri voluit, atque mandauit. Quare videtur hos duos Beatos hoc comprehendi decreto, cum ab Apostolica Sede approbati, & declarati non sint. Frustraque proinde me laborare pro illis.

Obiectionis Solutio.

SCiat nihilominus Lector pijssimus, præfatæ obiectioni eundē respondisse Pontificem eodem in decreto, prohibitione, & diffinitione, dicens. *Declarans* (supple Romanus Pontifex Vrbanus octauus) *quod per superscripta, præiudicare in aliquo non vult, neque intendit ys, qui aut per cōmunem Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, Virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ, vel Ordinarij coluntur.* Qua ex declaratione euidentissimè constat, Beatum Ioannem Ioachim, & Beatum Ioannem à Caramola in prohibitione prædicta non contineri, cum ambo & Beatorum sint honorati titulo ab Auctoribus ab Ecclesia admissis, vt ex voluminis lectura patebit; & à multis sæculis, ita vt non sit in contrarium memoria hominum, habiti sint pro Viris in sanctitate admirandis. Hinc insuper est videri, Imagines eorum cum laureolis, siue radijs, seù splendoribus in Tēplis, & Oratorijs, ac alijs Regularium locis positas esse. Nec non sacras eorundem Reliquias cum alijs Sāctorū Exuuijs asseruari; & cum Archiepiscopis, Episcopisque, atque Primatibus ostenduntur, a Sacerdote stolam circa collum tenente, assistentibus Religiosis omnibus conuentualiter, solitis hymno, & antiphona, versiculo, & collecta decantatis, luminaribus accensis, demonstrantur, incensatione præuia; adeò vt bono iure possit eis dari gloria, quæ communi Ecclesiæ consensu ipsis concessa est. Et quam illis permittit etiam Sacræ Rituum Congregationis Decretum vltimo loco super cultu Beatis adhuc non canonizatis præstando emanatum sub *die 27. Septembris* 1659. & publicatum sub *die 3. Februarij ann. à Natiuitate D.N. Iesu Christi 1660. Indict. 13. & Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N. D. Alexandri diuina Prouidentia Papæ septimi anno quinto.* Illis in verbis. *Sacra tamen Congregatio* (Supple habita coram Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa VII.) *præsentibus declaratione, & iussione remouere non intendit Cultum Beatis per communem Ecclesiæ consensum, vel per immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum,*

viro-

virorumque sanctorum scripta, vel temporis centum annorum metam excedentis scientiam, ac tolerantiam, Sedis Apostolicæ, aut Ordinariorum hactenus præstitum, ac certis modo, & forma ab eo tempore eis exhibitum. Verùm si à centum annis citra Cultus huiusmodi aliqua ex parte constiterit auctus, & extensus, eo casu Sacra eadem Congregatio eundem in pristinum reduci iubet, prout quemuis Cultum extra casus prædictos ad expressa tantùm verbaliter in Apostolicis indultis omninò reuocari mandat sub pœnis &c.

Auctoris Protestatio.

AT quia quorundam aliorum Illustrium Virorum nonnulla obiter attingemus, quæ sanctitatem ipsis videantur ascribere: præstingemus nonnunquam aliqua ab ijs gesta, quæ cum vires superent humanas, miracula videri possunt, præsagia futurorũ, arcanorum manifestationes, reuelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia huiusmodi: beneficia item in miseros mortales eorum intercessione diuinitùs; nonnullis demum sãctimoniæ, vel martyrij videbor appellationem tribuere. Ideo hæc omnia ità meis Lectoribus propono, vt nullo modo velim ab illis accipi tãquam ab Apostolica Sede examinata, & approbata; sed tanquam quæ à sola suorum Auctorum fide pondus obtineant (si quam habent) atque adeo non aliter, quàm humanam historiam. Proinde præfatum Vrbani Papæ octaui decretum die 13. Martij anno 1625. emanatum, & die 5. Iulij anno 1634. confirmatum, integrè, atque inuiolatè seruari à me omnes intelligant, iuxta declarationem eiusdem decreti ab eodem Vrbano factam die 5. Iunij anno 1631. (qua ità prædictum decretum explicauit, vt nimirum non admittantur Elogia Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem cum protestatione in principio, quod ijs nulla adsit authoritas ab Ecclesia Romana, sed fides sit tantùm penè Auctorem) Nec me velle, vel cultum, aut venerationẽ aliquã per meas has narrationes vlli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrij inducere, seù augere, nec quisquam eius existimationi adiungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando vllius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem; sed omnia in eo statu à me relinqui, quẽ seclusa mea lucubratione obtinerent, non obstante quocunque longissimi temporis cursu. Hoc tam sanctè profiteor, quàm decet eum, qui sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

Ego D. Gregorius Laurus Abbas &c.

In Auctoris Laudem.

IO: DONATI EPIPHANII.

Anagrammatismus.

Reuerendissimus Pater Dominus Gregorius à Lauro Abbas Cistercensis.

Dij Vatis Arcana subis, Numine percitus dio:
meres rubros Galeros, geres.
Diuus in astrigeram IOACHIMVS subuolat athram;
Quaq; Orbi immineant Fata, ibi aperta, videt.
Et videt, & PAVLO melior, conspecta resignat;
Scripta tamen nulli sunt penetrata Viro.
Vatis Tu Dij *referas* Arcana, subisq;
Talis vt affirmem Numen adesse Tibi.
Obtectus Lauro natiua, & Numine Dio
Percitus, *an nequeas Sensa aperire Dei?*
Rubros *indè* meres *sacrato crine* Galeros.
Iamque geres, *magis hoc. Clauiger Axis eris.*

Illustrissimi Domini Fabij Capycij Piscicelli.

Anagram. numericum.

Reuerendissimus Pater Don Gregorius Laurus Abbas Cisterciensis. 677.

Beati IOACHIMI vitam describens, eius arcanas Prophetias (iò) claras reddis mundo. 677.

Illustrissimi Domini Marij Capycij Piscicelli.

Anagram. numericum.

Reuerendissimus Pater Abbas Domnus Gregorius Lauro. 501.

Ecce Ipse es Defensor verax, ac Præco pius sacri Vatis IOACHIM. 501.

D. Francisci Antonij Aquilantis, V. I. P. & Canonici Campaniensis.

Anagram.

Domnus Gregorius Lauro Abbas Familia Cistercienfis.

Re decus orbis, imò Angelus: en fluis Gratijs, ac Ambrosia.
Edere veridica mortalem Oracula voce,
Non est humana conditionis opus.

Præ-

Præstitit hoc IOACHIM, diuino percitus æstro;
Dicta tamen Viri quis penetrare potest?
Hæc celata diù Tu tantum Arcana retexis,
Qui fluis Ambrosia, cui sedet ore charis.
Re decus, imò *nouus iam diceris* Angelus Orbis,
Cui sit supremi mens patefacta Dei.

R. P. F. Danielis à Moliterno S. T. P. & Diffinitoris Congregationis S. MARIÆ de Collorito Ord. Eremitarum S. Aug.

Anagram.

Reuerendissimus Pater Gregorius de Lauro Sagittariensis.

En res miras egregij Vatis (purè narus) gloriosè tutas reddis.

Eiusdem eidem Reuerendissimo P. Gregorio Abbati.

Distichon.

Quæ IOACHIMVM vrgent, Tu tela SAGITTIFER arces:
Neuè vlla offendant Fulmina, LAVRVS ades.

D. Io. Dominici Gioia à Layno in laudem Auctoris.

Echo.

Arguta in nostris habitans conuallibus Echo,
Vocis imago meæ, dic mihi scita. cita.
Virtutes vellem GREGORI monstrare nitentes,
Tentes. *Sortitum me fore reris?* eris.
Relligionis honor, fandi est sua copia flumen,
Lumen. *Præcellens ingenio?* Genio.
Dicta valet IOACHIMI Arcana resoluere? verè.
Efficiet scribens intemerata? rata.
Huic quænam sæclum præstabit præmia nostrum?
Ostrum. *Ea det Sanctum munera Flamen. Amen.*

Eiusdem in eundem Reuerendissimum Abbatem.

Anagramma, itemque Distichon leonin.

Reuerendissimus Pater Don Gregorius Lauro Abbas Religionis Cistercienfis.

Rara geris: digno en celebraris, Bretia, cigno:
Solus is, is dius munere, forte, pius.

Eiusdem in eundem Reuerendissimum Dominum Abbatem.

Anagramma.

Reuerendissimus Pater Don Gregorius Lauro Abbas Religionis Cistercienfis.

Egregiè narras: superasti munera Clius;
Insignis ideò, Sol, Decor, Vrbis, & Orbis.

In

In Congregatione habita coram Eminentiss. Domino Card. Philamarino Archiepiscopo Neapolitano, die 12. Decemb. 1659. fuit dictum quod R. P. Scipio Paulucci Soc. Iesu reuideat, & in scriptis referat eidem Congregat. &c.

Horatius Maltacea Vic. Gen. Neap.
Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S. Officij Cons.

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE.

EGo Scipio Paulucius legi ex commiss. Reuerendiss. Dom. Vic. Gen. B. Ioachim Abbatis Mirabilium Veritatem Defensam, eiusdemq; appositam Vaticiniorum Explicationem, ac etiam vltimo loco adiectam Vitã B. Ioannis à Caramola, quæ omnia sunt opera Reuerendissimi Patris D. Gregorij de Laude, aliàs de Lauro Ordinis Cisterciensis Abbatis etc. Et in ijs non modò nihil deprehendi, vel sanæ doctrinæ, vel pijs moribus dissonum; sed etiam multa valdè eruditè, & ingeniosè tum relatu, tùm explicatu. In Collegio Neap. Soc. Iesu die 22. Decembris 1659.

Scipio Pauluccius Soc. Iesu Theol. Dep.

De ordine Eminentissimi, & Reuerendiss. D. Cardinalis Philamarini Archiepiscopi Neap. extra Congregationem fuit dictum, quod stante supradicta relatione Reuisoris, Imprimatur. Hac die 9. Ian. 1660.

Horatius Maltacea Vic. Gen.
Can. D. Matthæus Renzi S.T.D. & S. Officij Consultor.

ILLVSTRISSIMO, ET ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

IL Padre D. Gregorio Lauro Abbate del Monasterio del Sagittario dell'Ordine Cisterciense espone à V. E. come desidera dar' alle Stampe vn' opra da lui composta sotto il titolo. Magni, diuinique Prophetæ B. Ioannis Ioachim Abbatis, Cisterciensis Ordinis, Monasterij Floris, & Florensis Ordinis Institutoris Hergasiarum Alethia Apologetica. Siuè, Mirabilium Veritas Defensa. Vn' altra sotto il titolo, Eiusdem Magni diuinique Prophetæ Vaticiniorum de Apostolicis Viris, siue de Romanis Pontificibus historica, & symbolica Explicatio. Et vn' altra sotto il titolo. Vita B. Ioannis à Caramola Conuersi Sagittariensis Monasterij Sacri eiusdem Ordinis Cisterciensis. Però supplica V. E. per la licenza di poterli stampare, che il tutto l'hauerà à gratia vt Deus.

Reuer. Pater Carolus Florillus videat, & in scriptis referat.

Zufia Reg. *Burgos Reg.* *Musettola Reg.*

Prouisum per Suam Excell. Neap. die 22. Decemb. 1659. *Maggius.*

EXCELLENTISSIME DOMINE.

In triplici hoc opere Reuerendiss. Abbatis D. Greg. de Laude, aliàs de Lauro, quorum titulus. B. Ioach. Abbatis Mirabilium Veritas Defensa: eiusdemq; Vatic. de Summ. Pont. historica, & symbolica explicatio: ac vita B. Ioannis à Caramola; quod Regiam Iurisdictionem, quod politicum regimen lædere possit, nihil inueni. Cuncta porrò pietati congrua, religioni consona, vtilitati legentium opportuna, in publicam posse prodere lucem censeo. In Collegio S. Francisci Xauerij die 5. Ianuarij 1660.

Carolus Florillus Societ. Iesu.

Visa supradicta Relatione, Imprimatur, & in publicat. seruetur Reg. Pragmat.

Zufia Reg. *Musettola Reg.* *Mirobollus Reg.*

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 12. Ian. 1660. *Maggius.*

Ex mandato Reuerendissimi Domini Antonij Tanghi Vicarij generalis Consentini, vidi librum, qui inscribitur.

Hergasiarum Alethia Apologetica.

Siue

Mirabilium Veritas Defensa.

Et dico nihil contra fidem,aut bonos mores continere,ac propterea posse typis mandari; si ita videbitur &c.

Carolus Pacificus Rector Collegij Consentini.

Imprimatur. Cosentiæ die 12. Iulij 1655.

Antonius Tango Vic. Gen.

De mandato Reuerendissime dominationis vestræ legi opus, cui titulus *Vita Beati Ioannis à Caramola* compositum à Reuerendissimo Patre Abbate D. Gregorio de Laude, aliàs Lauro Ordinis Cisterciensis, in quo nihil reperio contra bonos mores,Catholicamque fidem,quinimmò ob eius singularem pietatem plurima admixta cum eruditione,dignum censeo, vt typis mandetur.Datum Cosentiæ in domo S. Ioseph die decimo septimo Aprilis anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto.

Reuerendissime dominationis Vestræ.

Addictissimus seruus

D.Ioseph Marchesius Clericorum Regul.S.T. Doctor.

Imprimatur.Cosentiæ 19. April.1656.

Antonius Tango Vic.Gen.

Summa facultatis Perillustris, & Reuerendissimi Domini Vicarij generalis Anglonensis,

Opusculum Vitæ B. Ioannis à Caramola ab Abbate Sagittariensi compositum,neq;probatione,neque iudicio indiget alieno,ob eximium talentum, quo Dominus Deus decorauit Authorem. Imprimatur ergo, vt lucem videat exoptatam,& celebretur linguis,ad Auctoris,& Beati gloriam,& fidelium vtilitatem. Clarimontis 9. Nouembris 1659.

Iulius de Luca Vicarius Generalis.

Facul-

Facultas Reuerendiſſimi Præſidis Congregationis Beatæ Mariæ Virginis vtriuſque Calabriæ, & Lucaniæ Ordinis Ciſtercienſis.

NOs D. Thomas Secretus Dei gratia Abbas Venerabilis Monaſterij Sanctæ Mariæ de Succurſu, Cuſentinæ Diœceſis, ac Præſes Congregationis Beatæ Mariæ Virginis vtriuſque Calabriæ, & Lucaniæ, Sacri Ciſtercienſis Ordinis, facultatem concedimus, vt volumen, quod inſcribitur *Magni, Diuinique Prophetæ Beati Ioachim Abbatis Florenſis Mirabilium Veritas Defenſa, eiuſdemque Vaticiniorum de Romanis Pontificibus Hiſtorica, & Symbolica Explicatio, ac Vita Beati Ioannis à Caramola Toloſani Sagittarienſis Monaſterij Conuerſi* à R. P. Domno Gregorio Lauro S. T. D. Abb. & Viſitatore maiore eiuſdem Congregationis noſtræ ſummo labore, eruditione, & religione compoſitum, prælo committatur, ſi ijs, ad quos ſpectat, videbitur. In quorum fidem præſentes noſtra propria manu ſubſcripſimus. Datum ex prædicto Venerabili Monaſterio Beatæ Mariæ de Succurſu ſub die vltimo Aprilis 1658.

Don Thomas Secretus Abbas, & Præſes.

D O C T O R V M

SANCTORVMQVE PATRVM,

Quibus hoc opus innititur.

E L E N C H V S.

A


Bbas Vrspergensis.
Abraham Bzouius.
Ado.
Adrianus Butz.
Ægidius Cardinalis Viterbiensis. Romanus. Schondonchus.
Aimonius.
Albertus Argentinensis. Craurtij. Krantius.
Alexander de Ales. Aquilanus. Papa Tertius. Quartus.
Alfonsus Ciacconus. de Villegas.
Almoinus.
S. Ambrosius. Calepinus. Cretensis.
Anacletus Papa.
Andreas Betendorpius. Scotus. Victorellus.
Angelus de Constantio. Manrique. Primus.
Antiochus.
S. Antoninus Archiepiscopus Florentinus.
Antonius Abbas Vercellensis. Iepius, siue Yepius. Posseuinus. Sanderus. Vasconzelius.
Archiuium Monasterij Calabro Mariæ, aliàs Sanctæ Mariæ de Altilia. Curatij. Florẽsis. Fontis Laureati. S. Georgij Maioris Neapolis. Regiæ Cameræ Siclæ. Sagittariensis. Scholasticæ de Sublacu. S. Sebastiani olim S. Petri à Castello.
Argentina.
Aristotheles.
Arnoldus de Rayse. Vuion.
Arsenius à Præsentatione.
Ascanius Brucchetta Moranensis. Tamburinus.
S. Athanasius. de Lucerà.
Aubertus Miræus.
S. Augustinus. Barbosa. Triumphus, aliàs de Ancona.
Azorius.

B

B*Aptista Castaldus. Fulgosius. Glanus Mãtuanus. de Tuffo.*
Barnabas de Montalbo.
Bartholomæus Cassaneus. Panormitanus Archiepiscopus. à Pisis, aliàs Pisanus.
Beda.
Bellarminus Cardinalis.
S. Benedictus Monachorum Patriarcha. Gonon. Monachus Sancti Benedicti. de Passaflumine Cephaleditanus.
Bernardinus Corius. Mediolanensis. Martiranus Cusentinus.
S. Bernardus Abbas Clareuallensis. Boneuallis. Brito. Lutzenburgus. Roberti à Crypta Mineruæ Capuccinus. De Quiros.
Beuterus.
Blasius Viegas.
Blondus.
B. Bonacius Monachus Florensis.
S. Bonauentura.
Breuiarium Cisterciense. Ecclesiæ Fontanensis. Eremitarum S. Augustini.

C

C*æsar Baronius Cardinalis.*
Cæsarius Heisterbacensis.
Caietanus.
Camillus Tutini. Canariensis.
Canisius.
Capreolus.
Caputus.
Carolus Sanseius. Stribanus. Sigonius. Tapia.
Carthusianus.
Cassaneus.

D

E

F

G

H

Hoie-

Heieda.
Homerus.
Honorius Papa Tertius.
Horatius Turfellinus.
Humbertus.

I

I*Acobus Amanutus Card. Papiensis. Bidermannus. Gaddus. Graecus Syllaneus Cisterciens. Gretserus. Salianus. de Susato. de Vitriaco.*
Iernandez.
Illescas.
Innocentius Papa Tertius. Papa Quartus.
Ioannes Abbas Cisterciј.
Ioannes Antonius Flaminius. Maginus. Petramclara.
Ioannes de Baccone. Bona. Bonacius. Bonifacius. Buterus. Buzelinus. Carthagena. Chenu. Cuspinianus. Diaconus. Eremita.
Ioannes Baptista Poggius.
S. Ioannes Chrysostomus.
S. Ioannes Damascenus.
Ioannes Dominicus Surrentus Cusentinus.
Ioannes Franciscus Spina.
Ioannes Garzo. Gobelinus.
B. Ioannes Ioachim Abbas Florensis.
Ioann. Iuuenis. Laurentius de Anania.
Ioannes Leonardus Tufarellus Moranensis.
Ioannes Marcus Venetus Neapolitanus.
Ioannes Mariana. Marieta. Marquez. Nauclerus.
Ioannes Nicolaus Duglioni.
S. Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus. le Paige.
Ioannes Paulus de Aquino Cusentinus.
Ioannes Petrus Crescentius. Guttierez. Iussanus. Maffeus.
Ioannes Piccardus. Pineda. Rauisius. Sarisburiensis. de Saxonia. Tarcagnota. Trithemius Abbas. Villanus.
Ioseph Antiochenus. Ioseph Castalli. Habreus. Salos.
S. Ireneus.
Isacius.
S. Isidorus Pelusiotes.
S. Iustinus.
Iustus Buffolatus.
Iuuenalis.

L

L*Aertius Cherubinus.*
Laurentius Empoli. Surius.
Leander Bononiensis.
Lelius Zecchius.
Leo Papa.
Lezana.
Lubera.
B. Lucas Archiepiscopus Cusentinus. Vuadingo.
Lucius à Donato. Vitalis Cassetanus. de Vrso.
Ludouicus Bernardus de Quiros. de Estrada Abbas Hortensis. Prutenus. à Sancto Malachia.
Luisius Turrianus.
Lycophron.

M

S. *Macharius.*
Marcus Antonius Sabellicus. Scipio Placentinus. Surgens.
Marcus Vlyssippon.
Mariana.
Marinaeus. Marsilius.
Marsilius Ficinus.
Martinus de Castillo. Italus. Polonus. Schoner. de Viriana.
Martyrologium Vsuardi. Romanum.
Matthaeus Capuanus Archiepiscopus. Guerra Fundanus Episcopus Malmesburiensis Bibliothecarius. Palmerius Florentinus. Paris. Vestmonasteriensis.
Mauritius de Gregorio.
Menologium Carmelitarum. Cisterciense. Graecorum.
Metaphrastes.
Michael Angelus de Simone. Marturanensis Episcopus. Zappulla.
Missale vetus Cisterciense.
Molanus.
Molina.
Morales.

N

N*Auclerus.*
Nicolaus Arspeldius Archidiaconus Cantuariensis. Burgensis. Cursenius. Eymerycus. de Lyra. Orlandinus. Vlmericus.

O

OCham.
Octauius Panciroli.
Odericus Raynaldus.
Officium B. Ioannis à Caramola.
Onofrius Panuinius.
Orosius.
Otho Frisingensis. Molisinensis.
Ouidius.

P

PAndolphus Collenuccius.
Pandulphus Pisanus.
Panuinus Onofrius.
Papyrius Massa.
Paschalinus Regiselmus.
Paulus Æmilius Sanctorius Casertanus.
Paulus Florentinus. Gualtertus. Ipulus. Morigia Iesuanus. Pisanus. de Scala.
Petrus Abbas Cluniacensis. Amelius. Boninsegnius. Bizzarus. Burgianus. Calcolarius. Corneus.
S. Petrus Damianus. Diaconus. Equilinus. Maria Campius. Matthæus. Monachus de Vallibus Sernay. Ribadeneyra. Rodulphius. Salazar. Thomasius. Thomas Saracenus.
Philippus Abbas Hieropolitanus. Ferrarius. Phasianus. Seguinus. à S. Ioanne Baptista Fulienisis.
Philagenes.
Philon Hebræus.
Platina.
Plinius.
Polcouadorus Bactauus.
Policretus.
Polidorus Virgilius.
Pomponius Mela.
Pontanus.
Propertius.
Prosperus Aquitanicus.
Prosper. Parisius.
Ptolomeus Luccensis.

R

RAdesius de Andreds.
Renatus Coppinus.
Ricchardus Monachus de Alduert.
Rodulphius Ardmacanus.
Robertus Abbas. Bellarminus Cardinalis. de Donato. Holkot. de Licio. Montis Rufea.
Rodericus à Cunha, Ximenius Archiepiscopus.
Rogerius Houedonius.
Romanus.
Romualdus Archiepiscopus Salernitanus.

S

SAlimbenis Ordinis Seraphici.
Salustius.
Sanderus.
Sanson Haius.
Sansorinus.
Saraphinus Razzi.
Saxo Grammaticus.
Scipio Ammiratus. Clarimontius. Mazzella. Scotus.
Sebastianus ab Alexandro. de Olmedo.
Seraphinus Firmanus.
Seruius.
Seuerinus Binius. Vtuius.
Sigebertus. Gemblacensis.
Sillus Italicus.
Simeon à Spiritu Sancto.
Sixtus Senensis.
Sozomenus.
Stephanus de Amandis. Bizantius. Garibay. de Selanacho.
Strabo.
Suarez.
Suetonius.
Sugerius Abbas S. Dionysij.
Supplementum Chronicorum.
Syluester Marulus. Meucius.
Syricius Papa.

T

TAbula Archiepiscoporum Cusetinæ Ecclesiæ. Ecclesiarum Clareuallentium.
Tancredus Siciliæ Rex.
Tertullianus.
Theobaldus Episcopus.
S. Theodoretus.
Theodoricus de Apoldia.
B. Theolosphorus Presbyter, & Eremita Cusentinus. Theo-

INDEX CAPITVM,

Quæ in Vita Magni Prophetæ Abbatis Ioachim continentur.

Cap.

tutus

IN-

INDEX
VATICINIORUM.

IN-

INDEX
VATICINIORVM.

Quæ in Vita Beati Ioannis à Caramola continentur.

FINIS.

MAGNI,

DIVINIQVE PROPHETAE BEATI IOANNIS IOACHIM ABBATIS,

SACRI CISTERCIENSIS ORDINIS,

Floris Monasterij, & Florensis Ordinis Institutoris,

HERGASIARVM ALETHIAE APOLOGETICAE, SIVE MIRABILIVM VERITATIS DEFENSAE.

AVCTORE

REVERENDISSIMO P. D. GREGORIO

De Laude, aliàs Lauro sacrae Theol. Doctore Abbate Saggittariensi Congregationis B. Mariae Virginis Calabriae, & Lucaniae, sacri Cistercensis Ordinis,

CAPVT I.

De Patria, Parentibus, necnon de admirabili Beati Ioannis Ioachim Conceptione, eiusque Natiuitate, & Pueritia.

EATVS Ioannes Ioachim, sacri Cisterciensis Ordinis professus, & Abbas, Florisque Monasterij, ac Florensis Ordinis Fundator, & Institutor, è Cœlico iuxta Iouinum, aliàs Cannauinum, amnem, vno ex nobilioribus Castris, quæ Cusentia (ita, & non Consentia, vel Cosentia ab antiquis deprehenditur appellata) Brettiorum Metropolitana Ciuitas, & in sua citerioris Calabriæ Prouincia possidet, suam traxit originem Parentibus non mediocribus. Patri suo nomen erat Maurus è Ioachinorum Familia (quæ

Arnold. Vuion in Ligno vitæ lib. 5. cap. 86. Sylvester Maurulus in suo Mari Oceano Relig. libro 3. Gabr. Barrius Franciscanus de antiquitate, & situ Calabriæ lib. 2. Hieron. Ma-

rabota ibid. Chrysostomus Henriq. in Menologio Sanctorum Ordinis Cisterciẽsis sub die 14. Kalendas Iunij, & alij.

vsq; adhuc in eodem perdurat Cœlici Castro, in Iaccino tamen corrupto A
vocabulo) publicus Notarius, tùm exercitio insignis, tùm etiam morum,
ac fidei integerrimus. Mater verò vocabatur Gemma, cuius animi can-
dorem, & vitæ integritatem ex Geniti Conceptione excogitare poterit
vnusquisque, Nam cùm Ioannem concepisset, in somnis Iuuenem quen-
dam forma pulcherrimum lineisque valdè nitentibus amictum, mirabili-
ter sibi apparuisse, testata est, qui sic illam est allocutus. *Scias puerum feli-
citer te concepisse, quem si supervicturum exoptas, septennio nisi expleto, Baptis-
matis lauacro superinfundi non permittas.* Orto iam, & in lucem edito In-
fantulo circa annum Domini millesimum centesimum vndecimum, Diui
Petri, Apostolorum Principis Nauiculam Paschali huius nominis secun- B

Infra cap. 30.

do regente, & Henrico Quinto Romanis imperante, vt infra demonstra-
bitur, altera Patri visio facta est. Videbatur enim Matri, ò Genitori Puerũ

Auctores citati locis citatis.

respicere suum super Aram Sancti Michaelis Arcangeli (cuius sacellum
parum ab eius distabat domicilio) eiusque tectum attingere vertice, nec nõ
& Angelos, candidis indutos vestibus, astantes, festiuè, leniter, & dulciter
cãentes. *Puer natus est nobis Alleluia, & Filius datus est nobis Alleluia.*
Ioãnes ergo Ioachim non nisi magnis Parentum prodigijs in luce pro-
dijt. Baptismum tamen eius ad decennium vsque delatum est: expleto si-
quidem septennio, Gemma Mater infirmari contigit, diuturnoq; morbo
grauata, ad superos euolauit circa annum Domini 1121. circa quem & C
Ioannes baptizatus magno, ac mirabili non carens mysterio, quod cæte-
ris peroptimis scriptoribus relinquimus enucleandum. Grammaticæ vsq;
ad decimum quartum suæ ætatis annum operam dedit, quam, sicuti ipse
erat intellectu acutissimus, memoria tenacissimus, vultu elegantissimus,
aspectu gratiosissimus, eloquio nectareus, conuersatione rarissimus, mo-
rum honestate integerrimus, vbique, & semper verecundus, taciturnitatis
amator, suauis omnibus, Parentibus, maioribusque obediens, in omnibus
gratissimus omnibus, amabilis, & admirabilis, nullique prorsus odibilis, ac
spiritu feruentissimus, quæ omnia futuræ sanctitatis, excellentiæque spe-
cimen præmonstrabant, ita etiam supra omnes coætaneos suos mirabili- D
ter fuit assecutus.

At verò, quia huius in capitis initio antiquissimæ, & nobilissimæ Cu-
sentinæ Vrbis mentio facta est, fore Lectoribus gratum, & opus videtur
requirere, vt aliqua de eius institutione scribamus, cognita enim Cusenti-
næ Vrbis origine, confestim Cœlici eius Castri, Patriæ B. Ioachim, depẽ-
dentia innotescit. Cusentia itaque Ciuitas in Regno posita Neapolita-
no, quæ cunctis alijs Calabriæ Ciuitatibus præstat, non ab Auxonijs, po-

Genesis cap. 5. & 10.

steris Ascenez, primogenitus Gomer, maior natu filiorum Iapheth, tertius
genitus Noæ, qui Ascenez Rhegium Vrbem instituit, vt infra dicetur: ne-

Infra cap. 7.

que ab Oenotrijs, ab Oenotro Sabinorum, siue Arcadum Rege ita dicti, E
qui occiduam Calabriæ oram occupans, ante Troiæ ruinas iuxta Diony-

Dionysius Halicarnasseus lib. 1. Gabriel Barrius Fràciscanus de antiq. & situ Calab. lib. 2.

sij Halicarnasei testimonium, à Franciscano explicatum, annis quingentis
sexaginta septem, quatuor mensibus minus, ante Vrbem conditam annis
mille, & ante Christi Iesu Domini nostri Incarnationem annis mille septin-
gentis quinquaginta, & vno. multas construxit Vrbes, inter quas istæ
apud Stephanum memorantur. Videlicet *Arintha*, *Ariantha*, *Aretmi-
sium*, *Brystatia*, *Cossa*, *Cytherium*, *Ixias*, *Lametia*, *Menecina*, *Melanium*, *Ni-
nea*, *Patycos*, *Pandosia*, *Syberina*, *Sestium*, *Sypheum*, & *Tyella*; quibus iuxta

Gabr. Barrius Franciscanus in opere ci-

eundem Gabrielem per ordinem vulgari idiomate correspondent, *Rende*,

Matta-

A *Mattafollone Sant'Agata, Briatico, Cassano, Certlano, Carolei, Sant'Enfemia, Mendicino, Maida, Santo Donato, Paula, Castellofranco,* Santa Seuerina, *Saracina, Saffone, e S. Genito* : Sed à Lucanis condita, & instituta comperitur, Cuius institutionis exordium, & Strabo narrat, & magis apertè, atq; diffusè Iustinus, cuius verba sunt. *Agathocli Siciliæ Regi in Italiam transeunti Brettij primi hostes fuere, qui fortissimi, & opulentissimi videbantur simul, & ad iniurias vicinorum prompti. Nam multas Ciuitates Græci nominis Italiæ expulerunt. Auctores quoque suos Lucanos bello vicerunt, & pacem cum eis æquis legibus fecerunt. Namque Lucani ijsdem legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituere soliti erant. Ab initio pubertatis in sylvis inter Pastores habebantur*

B *tur sine ministerio serutli, sine veste, qua induerentur, vel cui incumbarent, vt à primis annis duritia, parsimoniæque sine vllo vsu Vrbis assuescerent; cibus his præda venatica, potus aut mellis, aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurebantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primò ex agris finitimorum prædari soliti, confluente deinde multitudine, & plures facti essent, infestas Regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis Sociorum Dionysius Siciliæ Tyrannus sexcentos Aphros ad capescendos eos misit, quorum Castellum proditum sibi per Brettiã mulierẽ expugnarunt: ibique Ciuitatem concurrentibus ad opinionem noua Vrbis Pastoribus statuerunt, Brettijque se ex nomine mulieris vocauerunt. Primum illis cum Lucanis originis suæ Auctoribus bellũ fuit;*

C *qua victoria erecti, cum pacem æquo iure fecissent, etiam cæteros finitimos armis subegerunt. Tantasque opes breui assecuti, vt perniciosi etiam Regibus haberentur. Denique Alexander Rex Epiri cum in auxilium Tarentinorum cum magno exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copijs ab his deletus est. Quare ferocia eorum successu fœlicitatis incensa diù terribilis finitimis fuit &c.* Horum etiam virtutes, victoriæque, ac robur à Theopompo enarrantur. Hæc eadem Ioannes Tarcagnota, & alij. Cum ergo res ita se gesserit, vt à Brettia muliere, quam secundam habuerant, primaria denominatione relicta, nouam desumpserint denominationem, & finitimos, quos subegerant armis etiam Brettios appellarint, Brettijq; populi in eorum Metropolitanã aliam

D non agnouerint Ciuitatem, quam Cusentiam Vrbem, vt Historiographi, & Geographi communiter, & nemine penitus discrepante tradunt, dubio procul antiquissimam hanc, & nobilissimam Ciuitatem à Lucanis antedictis originem traxisse suam fatendum est. Quod & apertissimè etiam ex eodem Iustino in Trogo, & ex Diodoro Siculo in historia, quam Bibliothecam inscripsit, Ioannes Dominicus Surrentus Cusentinus, in historijs peritissimus, in suo opere M.S. de rebus Calabris, nobis per Paulum Bombinum magnarum gentium Patritium Cusentinum porrecto, capite de *duodecim Brettiorum populis* hisce fatetur verbis. *Cũ Brettij Lucanorum filij ab instituto patrio, Spartanorum more in libertatem vindicauerint, & è varijs*

E *Lucaniæ locis in vnum confluxerint, passimque primò latrocinantes, dein & excubias agentes, & crebris incursionibus, alijsque exercitationibus, cœperint assuefacere se ad militares ordines seruandos; ita iusta acie cum eorum cultoribus congressi, semper victores euaserint, auctisque viribus ad Vrbium oppugnationem conuersi, Terinam, Hipponium, Thurios, & alias aliquot Vrbes subegerint, & multas Græci nominis Ciuitates Italia expulerint, & auctores suos bello vicerint, & pacem cum eis æquis legibus fecerint, sibi suam Rempublicam, & Consentiam Metropolim instituerint &c.* Et capite de quibusdam Calabriæ Ciuitatibus idem Surrentus ait, *Consentia, vnde mihi origo est, ab omnibus Authoribus dicitur; sed à me, asperi soni gratia, & dicta, & scripta fuit,*

[margin:] ... tato de antiquitate, & situ Calabriæ.

[margin:] Strabo lib. 6. S. Iustinus in Trogo lib. 23.

[margin:] Theopompus apud Plinium lib. 3. cap. 1. Ioan. Tarcagnota de Historijs Mũdi parte 1. volum. 2. lib. 23. pag. 96. Ioann. Laurentius de Anania Vniuersalis fabricæ Mundi tract. 1. pag. 97.

[margin:] Iustinus in Trogo lib. 23. Diodorus Siculus in Bibliotheca lib. 16. Ioannes Dominicus Surrentus Cusẽtinus in suo opere de rebus Calabris cap. de duodecim Brettiorum Populis.

Cosentia. Nam & Stephanus Gracus Author hac habet. Cusentia Ciuitas Metropolis, & olim fuit, & nunc est, quam oram primi Oenotrij, deinde Brettij à Lucanis aufugientes furtim incoluere, oppidoque denominationem mox ab eis extructo dedere, à consentiendo scilicet, quod omnium aufugientium vno consensu ibi cõsedere, & sedes locare elegerint. Hac Stephanus. Quod ex illo liquet Trogi historici, ibique Ciuitatem concurrentibus ad opinionem noua Vrbis Pastoribus statuerunt, Brettiosque se ex nomine Mulieris vocauerunt, de Consensia intelligens, vno concursu, & Pastorum consensu extructa; nam prius Castellum erat; cum mortem Alexandri Epirota à Brettijs iuxta Acheronta trucidati, prosequatur series historia. Quod innuens Antoninus Tilesius in Poemate, quod inscribitur, Tempe Consentina, qua à nobis Turris vetus dicitur, sic vocatur. A B

Vnanimisque meos teneat concordia Ciues,
Nomen, vt ex vero constet, consentiat omnis,
Quod simul, hinc dici sese Consensia iactet.

Vsque adhuc Surrentus locis citatis. Omnes ergo tùm exteri, tùm eiusdem Vibis scriptores, Cusentiam à Lucanis institutam fuisse astipulantur: tantùmque discrepant, an à Brettia muliere, quæ Lucanis iuuenibus Arcẽ, ab Oenotrijs conditam in loco, qui nunc Turris vetus appellatur, in refugium prodijt; an à Brento filio Herculis Brettij fuerint dicti. Quod & Lucius Vitalis item Cusentinus in carminibus *ad Ioannem Dominicũ Surrentum* innuit dicens; C

Lucius Vitalis Cusentinus.

Sat Patriæ magnum, quo quisque tenetur amorem
Expleslt: Martisque decus Lucana iuuentus
Brettij Amycleum tolluntur ad atheris axem,
Inuicti, in frenes, qui sese Virginis olim
Nomine dixerunt, postquam victricibus armis
Prima Syracusio mouerunt bella Tyranno.
Brentus, aut fuit Alcide fortissima proles,
A quo Brettij habent nomen: si vera fatentur
Illius Oenotris inuenta numismata in agris,
Quacunque à priscis tradatur origo: fuere D
Finitimis adeò tum formidabile nomen,
Indomitosque prius Reges, Populosque potentes,
Lucanosque Patres, bello domuere superbo:
Impositis claras prafferunt legibus Vrbes, &c.

Et Gabriel Francicanus, à Francica eius Patria ita dictus, scribẽs de varijs Calabriæ nominibus, ait. *Dicta quoque fuit pars eius quota occidentalis, Brettia, à Brettia muliere, siue vt alij, à Brento filio Herculis.* Mulierem autem hanc Brettiam Reginam extitisse dixit Iernandez antiquissimus Auctor his verbis. *Brettiorum Regio nomen quondam à Brettia sortitur Regina.* Et Alexis Syberita Poeta Comicus, Menandri vetustissimi Poetæ Comici Patruus, vnam ex ducentis quinquaginta quinque, quas scripsit, fabulis, Brettiam intitulauit. Atque hæc pauca de Cusentinæ Vrbis institutione dicta sufficiant. A quibus, & quando Cœlicum Castrum conditum fuerit, dicemus infra. E

Gabr. Barrius Francicanus de antiq. & sit. Calab. lib. 1.

Iernandez in lib. de rebus Gætjsis.

Infra cap. 34.

CAP.

A

CAP. II.

De eiusdem B. Ioannis Ioachim Regiæ Curiæ applicatione, deque eius longa peregrinatione, capillorumq; ac habitus mutatione.

GAudens Maurus Genitor de admirabili sui geniti humanis in litteris profectu, Cusentinæ eum Regiæ Curiæ addicandum mandauit,
B magis sibi, suisque filium genuisse putans, quàm Creatori Domino Saluatori suo; arbitrabatur namque filium suum in sæculo valdè profecturum, quoniam de eo omnes aiebant. *Quis putas Puer iste erit?* Magnæ etenim expectationis videbatur. Genitori suo Ioannes obtemperauit extemplò, non tamen in carnali expectatione: nam statim ac vidit, venenata sibi a Mundo præparari pocula, malens pro Deo laboribus fatigari, quàm Principum, aut Regum fauoribus extolli, serpentis iniqui dentes etiam vitare peroptans, Dominum nostrum Iesum Christum rogitabat indesinenter, vt à Mundi illecebris, inuasionibusque eum defendere dignaretur. Hæc dũ continuè suo voluebat in animo, quoad poterat, in pauperum sinu ælemosinas abscondebat; ac propterea magis, ac màgis in Domini desideriũ
C transformabatur. Comperiens denique inter Regis, affiniumque penetralia ritè illud assequi non posse, de illorum abire consortio, ac peregrinationi se committere ratus est. Terram sanctam versus itaque iter arripiens, pauperes, & egenos secum itinerantes suis sumptibus à fame liberabat, & siti. Cumque Bizantium peruenisset, adueniente Paschatis festo, incautus in verbum incidit otiosum, dicens. *Nouo Paschate, noua mihi praparo vestimenta.* Quo vix prolato, ipsa iniquitate mox suggerente, ad mundanas, quibus abrenunciauerat, vanitates, animum, desideriumque suum conuertere cœpit, adeò quod ad illas redijsse videbatur. Mira vti-
D que summi, ac omnipotentis Dei clementia, quæ semper in electis suis ad se reuocandis, mirum in modum visa est operari. Dum talia Ioannes Ioachim cogitaret, ille qui non deest timentibus eum, statim manus suas porrexit adiutrices, & Ioannes de auersione à Deo, & conuersione ad creaturas admodum pœnitens, & nimio dolore compunctus, eo fortiùs de Mundi fuga votum firmauit. Atque hinc sæcularibus depositis indumentis, tunica alba, sed aspera, indutus, decalceatus in futurum incedere decreuit. Nec id tantùm, sed Cæsariem, quam de nigra in flauam germanus suus singulari quodam artificis Ioanne in teniori ætate existente, conuerterat, propter quem fugandum colorem, pluries caput abluerat, nec acci-
E dens illud sine subiecti corruptione abire poterat, (abhorrebat enim illas in suo corpore vanitatis, leuitatisque reliquias) obtruncari màluit, quam capillos, naturæ integritate corrupta, gestare. Nonnullis etiam tentationibus alijs superatis, propositum, incœptumque iter continuauit, Deo, ac hominibus non parum dilectum se exhibens.

Iacobus Græcus Syllaneus in Chronologia Ioachim sect. 1. Syluest. Maruluis in Mari Oceano Religionũ lib. 3. Gabriel Barrius de antiq. & situ Calab. lib. 2. & alij.

Auctores citati locis citatis.

A

C A P. III.

De mirabilibus in itinere visis, & in corpore perpessis.

CVm B. Ioannes Ioachim, ità mutatus ab illo peregrè pergens, in quadam Thebaidis parte Ægypti regionis, Æthiopiæ contermine, Eremitas laudabiliter viuere, audiuisset, eos visitandi cupiditate accensus, adiunctus cuidam Religioso viro, Andreas nomine, statim versus eos iter facere statuit. Cumque simul pergerent, & de Anachoritica vita sermocinarentur, & tùm ob itineris laborem, tùm ob Solis ardorem sitim paterentur extremam, & ad aquam aduertere, & ad illam faciliùs inueniendã, ab inuicem separari oportuit. Sciens autem Ioachim, quod inter medium montium aquæ pertransire solent, valle quadam prospecta, ad illam descendit, & quod optabat, inuenit, & bibit. Ad eundem etiam fontem Asini agrestes accessere post eum: via enim frequentibus tuta vestigijs illuc ad bibendum ab Eremi pascuis sæpissime conuenire docebat; sed viro Dei Onagri in siti sua prospecto, absistẽtes, visi sunt, cessisse maiori. Vasculum aqua plenum Ioannes asportans pro sedenda commeantis siti, Andream comitem ampliùs non inuenit. Prosequitur nihilominus Ioannes iter, tùm Solis, in meridie existentis, ardorem; tùm suspectos illa in hora Sarracenorum incursus euitare percupiens, cernens specum, in illam ad modicum tempus ingressus est. Nam statim, ac vidit duos hiatus, singuli ventos dissimillimos emittentes, vnus scilicet intolerabiliter frigidum, alter insolenter calidum, retraxit se vsque ad os speluncæ, vbi flatos oportebat contrarios patentiorẽ inaere è sua pernicie lentescere; requieuit tandem aliquantulum; sed protinùs tanta rerum diuersitate penlata, cõpulsus, è loco secessit. Iterumque propositum continuans, vltraq; procedens, ad aliam maritimam regionem deuenit, vbi mira quidem se vidisse testatus est, Oleas scilicet fructus diuersimodè producentes miræ quantitatis. In tantis itaq; magnis itineribus mirabilia plurima vidit. Tandem adfuit regioni nuncupatæ Pentapolis, in Libya, inter Arabiam, & Palestinam, à quinque Vrbibus, nempe *Berenice, Arsinoe, Ptolemaide, Apollonia, & Cyrene*, ità dictæ: quæ quondam sicuti Domini Paradisus rigabatur; at demum sulphuris, & ignis commixtione in chaos cœlitùs effecta est, atq; redacta, vt ibidem videtur. Iterumque valde lassus ex itinere, ampliùs solis ardorem sustinere haud valens, continuò illis in vndis se lauit. Sed intolerabile protinus, & grauissimum incidit incendium; aquis vndique per totum adurentibus corpus, veluti duri, & tenacis operimenti conuersis, & velut glutine, valdè cruciandus sisteret. Dominus autem, qui adiutor eius erat in tribulatione, spiritu auræ tenuis illum recreauit, & à mortis periculo liberauit. Dei famulus, à mortis absolutus periculo, indè secessit: & ad asperum peruentus desertum, maiorem in tribulationem incidit. Nam in deserto pererrando, nocentium fruticum asperitate incurrens, qui licèt miræ non essent magnitudinis, vberrimum tamen illic producunt maledictionis fructus, magis, ac magis, quàm hæc nostra regio solet; vndique enim feriunt, proferentes aculeos in erectis, & asperis racemis, propterea omnem nocendi modum enormiter excellunt: rigidis ergo, atque asperis Ioachim puncturis afflixerunt, & maximè à femore infra, pannis vndique perso-

Iacobus Græcus in Chronolog. Ioachim sect. 3. Angelus Manrique in Annalibus Ecclesiasticis tom. 2. ad ann. 1165. cap. 3. num. 3.

Authores citati, & Syluester Marulus, & alij.

B C D E

A perforatis: & ex eo quod alia adeundi facultas oberranti non aderat, totum corpus dumis,& spiculis committere compulsus est, adeò vt se morti facilè proximum intra se iudicaret,& in hoc martyrij genere se spiritum Domino redditurum non ambigeret: sed in omnibus his superabat propter eum, qui dilexit illum.

CAP. IV.

B Quomodo B. Ioannes Ioachim diuinam sit positus intelligentiam, & Anachoritas visitauerit.

HIs,& alijs tanto in itinere patienter sublatis, cuidam iterum associatus, desertum intrauit; vbi cum nimia itineris,& Eremi fatigatione iturent, & vrgente necessitate, è vita discessum magnopere pertimescerent; Ioannes Ioachim ne morte subsequente insepultus remaneret,(Comes enim ad inueniendam aquam discesserat) proprijs manibus sibi foueam fodit, (locus enim arenosus erat) & in sabulo humauit, summo Deo necessitatem orationibus commendans vtriusque. At Dei famulus (& si afflictus) cogitans ibi de scripturarum intelligentia, quam non dum habe-C re potuerat, & deinde paululum requiescens, ecce quod flumen vidit defluentis olei, ac hominem circumstantem, atque dicentem. *Ioachim bibe de flumine.* Visumque est ei vsque ad satietatem bibisse. Visioneque completa, euigilanti sacra scriptura patuit, ac si largitor munerum illum, tanquam alterum Ezechielem cap. 3. sacræ Scripturæ volumine cibasset. Quantam sit positus intelligentiam, patet sua scripta legentibus. Postmodum venit ad eum socius, qui amotus aquam inuenerat: sed comites diuerso sunt saturati liquore; vnus enim corpus suum elementari potione compleuit, alter verò diuinæ misericordiæ figura mentem implendo pe-D runxit; ideoque vnus ventris, alter mentis saturitatem positus est. Quæ omnia sunt diuina ordinatione completa; quoniam in vno vltra corporis vires, afflixiones non admisit, vt ostenderet se dantem iumentis escam ipsorum; sed mirabiliùs in altero se gratiarum, ac bonorum largitorem, tanquam Patrem luminum demonstrauit. Cumque ad non paucos peruenerit Anachoritas, & Cœnobitas in Thebaide laudabiliter viuentes, eosdem iusta propositum humili deuotione recoluit,& sicuti non modica fuerat charitate susceptus, ità non tenui recessit instructione formatus.

Arnoldus Vuion in Ligno Vitæ lib. 5. cap. 86. Syluester Marulus in Mari Oceano Religion. lib. 3. Franciscanus de antiq. & sit. Calab. lib. 2. Hieronymus Marafiota, & alij.

CAP. V.

E De Latronum periculo, hospitio, infirmitate, aduentuq; eius ad viros, & Hierosolymam.

EGressus inde, ab Apostolo Paulo numerata pericula experiens, inter tres latrones,& iniquissimos Sarracenos, obscœna cum eiusdem generis muliere pergentes, incidit: qui Dei virum Ioannem Ioachim occidere, & de eius morte tractare illicò cœperunt. Domino tandem crudelia eorum viscera molliente, ad mulieris preces flexi, eum liberum,& illæsum dimisere; nec id tantùm, sed in viam proximi Vici conduxerunt,& hominem

[illegible] luef. Marulus loc. [illegible] eb. Grac. in Chronologia sect. 4. & aly.

minem etiam bonum nuncupauerunt. Dimissus ergo, Deo pro tanti periculi liberatione gratias referens, qua fuerat parte doctus ad Vicum peruenit: vbi domum cuiusdam ingressus, magna cum humanitate hospitatus est. Qui autem fecerat misericordiã cum illo, octo paruulorum gregem non solùm lacerata veste protectum, sed ferè veluti à natura productum, habebat. Ioachim vir Dei duas tunc habens tunicas, sacrosancti Euangelij memor, vnam non habentibus dedit. Demum, sciens quemlibet in necessitate positum, qualecunque dedecens non esse vestimentum; aliter indutus, alteram tradidit. Ibidem autem aliquantulum ægrotans, misericordes est expertus hospites, & signanter paruulos, qui sicut erant semitecti, glorianter, & hilariter discurrentes, eorum remuneratori mala punica, ac miræ fructus magnitudinis, saporisque, demonstrantes humanitatis affectum, ingerebant. Post dies octo ibidem in ægritudine peractos, cautè hospes Dei famulum eduxit à Vico, & vsque ad vicinia illius partis, cuius causa aduersæ tanta fatigationis contraria subierat, incolumem eduxit. Iterque rectum intromissus, incessit, & ad locum, ab eo exoptatũ, deuentum est. Ibidemq; vidit homines, tanta sub petitione petitos, à quibus etiam benignè receptus fuit: sed illic itineris gratia breuiter morans, inde venit Hierusalem, per viam associatus magna comitante cateruа peregrinantium, & armatorum hominum.

CAP. VI.

De habita in monte Thabor visione, deque operum concordiæ noui, ac veteris Testamenti, atq; Apocalypsis expositionis exordio.

Syluester Marulus, Gabr. Barrius, Hieronym. Marafiota locis cit. Iacob. Græcus sect. 5. Angelus Manrique in Annalib. Ecclesiasticis tom. 2. ad ann. 1165. cap. 3. n. 4. & aly.

TErram quondam lac, & mel fluentem ingressus, tãta deuotione Hierosolymam intrauit, tanquam vnus ex pueris Hebræorum, cũ palmarum ramis Dominum in eandem introducentibus. Illius plurimis deuotè locis, magnaq; cum humilitate, & cordis contritione peragratis, visitatisque, Thabor Dominicæ Transfigurationis montem ascendit; & ibi diuino æstuans ardore ad veterrimæ Cisternæ se profunda coniecit: vbi vltra modernorum hominum morem, continua vigiliarum, & inediæ maceratione in Psalmis, Hymnis, Laudibus, Orationibusque, totius Quadragesimæ tempus contemplationi dicauit. Adueniente verò illa beata nocte, quæ spoliauit Ægyptios, ditauit Hebræos, & in qua terrenis cœlestia, & humanis diuina iuncta fuere, & de qua etiam scriptum erat, *Et nox sicut dies illuminabitur, & tenebræ eius, vt lumen eius*, nec inedia, aut longa maceratione victo, & aliqua meditanti, Lucifer, qui nescit occasum, & regressus ab inferis humano generi serenus illuxit, circa medium noctis silentium, factus est illuminatio eius in delitijs eius. Nam eadem hora, qua Leo noster de Tribu Iuda resurrexisse existimatur à mortuis, seruo Dei Ioanni Ioachim æternæ charitatis ingens splendor apparuit, tantaque cor eius diuina gratia intelligentia, ac luce perfudit; vt expansa, atq; aperta inter se duo Testamenta, Apocalypsimque prospiceret, omnes velut cordas fidis, vel citharæ impulsu traheret: nam difficultates omnes, simulque quæstionum inuolucra perspicaciter vidit, memoriter tenuit, & spiritualiter intellexit. Et ex tunc iterum alterum mutatus in hominem, totum se

diuino

A diuino operi dicauit, quærens, & tenens in omni eius expectatione solius, & opera spiritus, atque mysticos in diuina lectione intellectus. Huius autem reuelationis horam, idem Dei famulus Ioachim in concordiarum libro ante Præfationem totidem verbis explicatam reliquit. *Ego Ioachim circa medium, vt opinor, noctis silentium, & hora, qua Leo noster de tribu Iuda resurrexisse existimatur à mortuis, subitò mihi meditanti aliqua, quadã mentis oculis intelligentia claritate percepta, de plenitudine libri huius, & de tota percepta veteris, ac noui testamenti concordia facta est.* Et in cap. 1. Apocalypsis illa explicans verba. *Fui in spiritu Dominica die,* ait. *Cum ergo in supra-* B. Ioachim ante Præfationem concordiæ noui, ac veteris testamenti, & in Apocalypsis exposit. cap. 1. text. 13.

præscripta nocte simile aliquid contigisset, circa medium, vt opinor, noctis silen-
B *tium, & horam, qua Leo noster de tribu Iuda resurrexisse existimatur à mortuis, subitò mihi meditanti aliquid, quadam mentis oculis claritate percepta de plenitudine libri huius, & tota veteris, ac noui testamenti concordia reuelatio facta est.* Timens autem, atque pauescens, ne quando diceretur sibi ab ipso, qui dicturus est seruo malo, & pigro, qui abscondit pecuniam, quam acceperat. *Serue male, & piger, sciebas, quia meto, vbi non seminaui, & congrego, vbi non sparsi, oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, vt & ego veniens, recepissem vtique, quod meum est, cum vsuris.* Concordiæ librum, & Apocalypsis expositionem incœpit. Lucas in Euangelio cap. 19.

C

CAP. VII.

Qualiter vir Dei Ioannes Ioachim transfretauit, & super Siciliæ Insulam fleuit amarè.

Beatus Ioachim velut noster nouus Moyses, geminæ reuelatione legis accepta, Hierosolymam, Iudæorum quondam Regiam, & Prouinciæ caput, de Thabor monte descendit, & ad suos redire, à Domino siquidem cœlitùs inspiratur. Sed ante recessum totam Vrbem, ac Regio- Marulus, Barrius, Grecus, Marafiota, loc. cit. & aly.
D nem, in qua Deus videri, conuersari, resurgere, cæteraq; salutis opera explere dignatus erat, perambulare, & circumire voluit. Homines qui sanctitate notabantur, tanquam apis argumentosa, ab illis virtutes desumẽs, summa, qua decebat, veneratione recoluit. Peragrans ergo, & ad singula quæque loca illorum diuertens, nullos (quod maximè gemendum est) habuit hospites, in quibus aliquid mali, vel in fide, vel in moribus non deprehenderet, & talium curam non insudaret, humili incumbens admonitioni. Visa autem ab eo reticenda potius, quàm proferenda sunt. At intelligens vir, Dei gratia præuentus, quod Terram Dominus illam in ira, & indignatione repulerat à conspectu suo, & quod tempus dolorosissimæ
E eius instaret correptionis, abire eò magis fuit arbitratus. Dominus siquidem longanimis, & multum misericors, diù cordis duritiam illorum, mentisque cœcitatem patiens, nec emendationem videns, sub Pontificatu Lucij Papæ Tertij, vt infra dicemus, tradidit pulchritudinem illorum in manus inimici, & dominati sunt eorum, qui oderunt eos, eo quod in vijs eius noluerunt ambulare, & mandata eius noluerunt custodire. Factoq; ibi aliquo tempore, transfretauit, & primùm in Trinacriam, siuè Siciliæ Insulam appulit. Pro temporum diuersitate varium hæc Insula nacta est nomen. *Trinacriam* primò à tribus promontorijs, *Pelori*, scilicet, vulgò *Capo del Faro*, *Pachyni*, vulgò *Capo del Passero*, & *Lilybei*, vulgò *Capo Boco*, appella- Infra cap. 15. & cap. 50.

B

pellatam prodet Thucydides, Acros enim græcè Promontorium est latinè. *Triquetam* etiam nuncupatam à tribus lateribus, siuè triangulari forma A astipulantur, tum Latini, tùm Græci, teste Plinio. *Sicaniam* postmodum dictam à Sicanis, siue ex Hispania aduectis, vt referunt Philistus, & alij, siue indigenis, vt asserunt Timæus, & Diodorus. *Sicilia* denique ad nostram vsque ætatem dicitur. Hanc ei dederunt denominationem Siculi, Ligurum genus, qui cum à Castris intra Tyberim, & Circæum positis, quæ incolabant, ab Aboriginibus fuissent expulsi, datis vento nauium velis, Sicaniam Insulam appuiere, superatis Sicanis, indeque expulsis, eam totam occupauere, vt tradunt Thucidydes, & Dionysius Halicarnaseus. Alia quoque nomina, seu epitheta apud Poetas, & Historiographos obtinuit, B quæ vide apud Maginum, Siciliam Italiæ fuisse partem, quam *Chersonesum*, Græci, Latini *Peninsulam*, dicunt, astipulantur vetustiores scriptores Eschylus, Antiochus, Diodorus, & alij citati à Fazello. Ad id comprobãdum non desinunt coniecturæ. Prima est illa, quam Mathematici plumbeo triginta librarum perpendiculo, illius freti profunditatem octoginta passus non excedere, ac eius fundi ima area lapidosa tota comperti sunt. Messanenses insuper, Brettijque, nauticam exercentes artem, scopolos nõ paucos in hoc freti profundo subaquaneos, sedati Maris, pluries se vidisse prædicant. Præterea loci huius ea est natura procul inspicientibus, vt sinus Maris, non transitus appareat, quo cum nauigatur, discedere, ac seiungi C Siciliæ, ac Italiæ Promontoria videntur: quæ coniuncta apparebant, & olim fuerant, atque extiterant. Tandem Rhegium, omnium Italiæ Vrbium vetustissima, vtpote in vltimis Italiæ partibus fundata, post vniuersalem aquarum inundationem ab Ascenaz, pronepote Noe. Quippè cum Gomer, maior natu filiorum Iapheth, filij Noe, Galathas instituisset, Ascenaz primogenitum in Italiam transmisit ad habitandum. Qui eò, vbi nunc Rhegium est, cum peruenisset, vel loci amœnitate, & beatitudine captus, vel quia primò est oblatus ei, ibi consedit, Vrbemque instituit, & à suo nomine denominationem imponens Vrbi, Ascenazeos eiusdem Accolas nominauit. Teste Ioseph Hebræo, qui Tito imperante floruit, ita scribente. *Gomer autem habente tres filios, Ascenaz quidem instituit Ascenazeos, qui* D *nunc Rhegini vocantur à Græcis*. Et Sanctus Hieronymus ait. *Ascenas Græci Rheginos vocant*. Fit pariter eiusdem Vrbis mentio in Actibus Apostolorum. Hanc ideo Vrbem Græci dixere *Rhegium*, quod nomen latinè *Fissuram* significat, quia in ea parte Sicilia ab Italia seiuncta fuit, vt tradunt Marafiota, & Barrius. Ex ipsius etiam Siciliæ parte primò terræ humilitas, & postmodum per loca Peloro vicina arenæ passim iacentes visuntur. Contra quoque ex ipsius continentis parte sublime est saxum, Marique incumbit, supra Scylleum promontorium, vbi eiusdem nominis oppidum est, loci natura, & manu munitum, de quo Strabo ait. *Scylleum excipit* E *saxum sublime, quod humilem à tergo tellurem abluentibus vndis habeat in Chersonesi faciem, Rheginorum Tyrannus Anaxilaus ædificato moniuit muro, vt Tuscis nauale strueretur, & Prædonibus nauigandi per Euripum facultatem interciperet*. Hinc Scyllei canes latrare finguntur, vt ait Beda, dum procul nauigantes vndarum fremore terrentur, quas sorbente voragine collidit æstus. Scylleum celeberrimum est apud Poetas, asserentes dici Scylleum à Scylla monstro pubetenus virgineam habens faciem, reliquam verò corporis partẽ piscium, vel canum, atque luporum: argumento desumpto

ex

Plinius lib. 3. cap. 8.
Philistus, Antiochus, & Thucidydes.
Timæus, et Diodorus Siculus.
Ioãnes Anton. Maginus in sua Geographia.
Eschylus, Antiochus, Diodorus, & alij citati a Thoma Fazello de rebus Siculis prioris decadis c. 3.
Genesis cap. 10.
Ioseph Hebreus de Antiquitate Iudaica lib. 1. cap. 7.
S. Hieronym. in quæstionibus Hebraicis.
Actus Apost. c. 28.
Hieronymus Marafiota, & Gabr. Barrius de antiquitate, & situ Calabriæ lib. 1. & 3.
Strabo lib. 6.

A ex eodem Scylleo promontorio, in superiori parte humanã effigiem, in inferiori autem plures refectos scopulos sub radicibus cauernosos, habente; intra quos dum æstuosum Mare ingreditur, ab ijs refracto, tumultuando canum latratum, luporumque vlulatum repræsentat, atque sonat. De huiusmodi promõtorio in suis fictionibus meminere Homerus, Virgilius, atque Ouidius. Altissimæ vltimò, ac præcipites Scylleo; Marique proximo imminentes rupes, significare videntur, Siciliam fuisse post vniuersalem aquarum inundationem (dum quo tempore id acciderit nulla mihi vsque adhuc auctoritate constat) ab Italia, siue vi currentis, recurrentisq; Maris, siue aliquo magno terremotus impetu diremptam, atque diuul-
B sam, vt communiter Græci referunt historici, atque Latini. Poetæ quoque, & Claudianus in primis ait lib. 1.

Homerus Odysseos lib. 12. Virg. Æneid. lib. 3. Ouidius Metamorphoseos lib. 13. & 14.

Diodorus Siculus libro 5. Pompon. Mela lib. 2. Isidorus Pelusiotes lib. 13. cap. 18. Seruius lib. 14. c. 6. Philon. Hebræus lib. Quod Mũdus sit incorporeus. Æschilus apud Strabonẽ lib. 6. Pli. lib. 2. c. 90. & alij.

. . . . . . Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit, sed pontus, & æstus
Mutauere situm, rapuit confinia Nereus
Victor, & abscissos interluit æquore montes
Paruaque cognatas prohibent discrimina Terras, &c.

Et Silius Italicus. *Ausoniæ pars magna iacet Trinacria Tellus,*
Vt semel expugnantę noto, & vastantibus vndis
Accepit freta cæruleo propulsa tridente,
C *Namque per occultum cæca vi turbinis olim.*
Impactum pelagus laceratæ viscera terræ
Discicit, & media perrumpens arua profundo,
Cum populis pariter conuulsis transtulit Vrbes,
Ex illo seruans rapidus diuortia Nereus
Sæuo diuiduos coniugi pernegat æstu,
Sed spatium, quod dissociat consortia terræ
Latratus (fama est) sic arcta interuenit vnda,
Et matutinos volucrum transmittere cantus, &c.

Silius Italicus lib. 14.

Itemque Virgilius hisce carminibus est contestatus.
D *Hæc loca vi quondam, & vasta conuulsa ruina,*
Tantum æui longinqua valet mutare vetustas,
Dissoluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus
Vna foret, venit medio vi pontus, & vndis
Hesperium siculo latus abscidit, aruaque, & Vrbes
Littore deductas angusto interluit æstus, &c.

Virgilius Æneides lib. 3.

Sed nec Siciliam tantum à continenti Italia diuulsam legimus, sed etiam Capreas ab Athenæo, Cãpaniæ Promontorio, Prochytam, Pithecusamq; non procul à Neapoli dissitas, à Miseno eiusdem Campaniæ Promontorio, Cyprum à Syria, Ossam ab Olympo, & Eubœam à Boetia perangu-
E sto freto diremptas, siue terremotu disiectas, ac Insulas factas, cum priùs partes essent continentis, vt produnt Aristotheles, & cæteri qui de natura scripserunt. At ad nostrum reuertamur institutum. Appulsus itaque Dei famulus Ioannes Ioachim Siciliæ Insulam, inter Italiam, & Africam positam, à septentrione mari Tyrrheno, siue Infero, ab ortu Adriatico, & Ionio, siue supero, à meridie Africo, quod est contra oram syrtis minoris, & ab occasu à Sardoo, circumdatam; ab Italia vbi minimum, idest in freto, passibus mille, & quingentis, & ab Africa vbi minus, hoc est à Lilybeo ad Mercurium Africæ promontorium, centum, & octoginta milliaribus iuxta

Aristotheles lib. 1. de mirabilibus. Strabo lib. 5. Dion. lib. 1. Virgil. lib. 9. Plin. lib. 2. c. 88. Seneca, & alij.

Strabo lib. 6. & 17. Ptolomeus lib. 3. c. 4. & aly. Ioannes Ant. Maginus in Geogr. Fazell. de reb. Siculis prioris decadis lib. 1. cap. 1.

Eusebius Cæsariensis in Chronicon ad huc annum Mundi.

Iustinus lib. 2. Suet. lib. 2. c. 106. Tucydides lib. 3. Orosius lib. 4. & 5. Arist. 2. Metheoror. Trogus lib. 4. Maginus in Geogr. & aly. Syluest. Marulus in Oceano Religionum lib. 3. Gabr. Barrius, Hieronym. Marafiota de antiq. & sit. Calab. lib. 2. & aly.

Strabonem, & alios, at iuxta Maginum, & alios centum milliaribus, & ab A
eodem Lilybeo ad Calaritanum, Sardiniæ promontorium, milliaribus centum nonaginta, distantem. Videnſque vit Dei Siciliæ Insulam, dolentis affectu, velut super Hierosolymam, fleuit super illam, & vt Populorum crimina plangeret, ad tempus in eadem Insula remansit. Et intrans in Antrũ ad radices Montis Æthnæ, perpetuo incendio, quod incœpit, vt Eusebius prodet, anno Mundi 4770. quod idem est, ante Christi nostri seruatoris Natiuitatem ann. 429. apud Poetas, Historicos, & Philosophos celeberrimi, de quo Iustinus, Suetonius, & alij, positum non satis longe à Cœnobio Græco, per Annum stetit quarta, & sextra ferijs, ac Sabato nihil gustans; sed continuis disciplinis, orationibusq; intendens, vt tradunt Syluester, & B
alij. Et hoc non mirum, nam erat sic fortis ex accepta Spiritus virtute, vt nullum sibi in ieiunando, vigilando, laborando, vel contemplando æqualem inueniret; & hoc demum ipse ad Dei laudem, & gloriam, proximique ædificationem referebat piè, atq; modestè. Demum magno spiritus feruore concepto, Beatum Martinum, pro suorum conuersione Alpes transeuntem, in casto, & pio desiderio imitari voluit; prout Deus, præuidens famulum suum Ioachim pro talento in Patria multiplicando valde profuturum, eidem de Thabor monte descendenti post acceptam geminæ legis reuelationem, ad Patriam redire inspirauerat. At antequam ad vlteriora procedamus, recedendum est tantisper, donec vnum in aliorum exẽ- C
plum, quod pro castitate seruanda, non in Sicilia, vt somniauit Angelus Manrique, oblitus Regionis, quam legerat in Chronologia Ioachim à Iacobo Græco composita, sed in quadam Asiæ parte pertulit, enarremus.

Angelus Manrique in Annal. Ecclesiasticis ad ann. 1165. cap. 3. n. 5.

CAP. VIII.

De constanti B. Ioannis Ioachim Castitate, & qualiter Mulierem viduam, eum ad copulam infestantem superauerit. D

QVanta Ioannem Dominus castitatis, constantiæque virtute roborauerit, vix à quoquam vtique vnquam explicari poterit. Nam dedit ei certamen, vt vinceret, & sciret, quoniam fortissima est sapientia, quæ ità illum sibi desponsauerat, vt nulli cederet corruptioni. At vt exemplariter castitatis palmam ei tribuamus, illud quod in Hierosolymitano regressu Dei famulo accidit, narrandum nobis est. Cum ergo esset Dei homo Ioannes Ioachim in ea Asiæ parte, quæ peninsula est, protenditurq; inter Mare Euxinum, Cilicium, ac Pamphylum versus Mare Ægeum, terminaturque ab ortu Euphrate amni celeberrimo, & nobilissimo, à meridie E
Mari mediterraneo, quod ab accolis nunc *Lycium*, nunc *Pamphylium*, & alicubi etiam *Cylicia fretum* dicitur, à Septentrione Euxino, seu Mare maiori, & ab occasu mare Ægæum, seu Arcipelagum Græciæ respicit, vt describere Ptolomeus, & Maginus. Diciturque vulgò *Natolia*, aliàs *Asia minor*: apud quandam mulierem viduam pulchritudine, forma, ac pietate insignem contigit hospitari. Mulier videns Ioachim, tunc iuuenẽ forma elegantem (etsi longo lacessitum itinere, & continua maceratum compunctione) instigatione, & sugestione Sathanæ oculos in eum alligauit impu-

Ptolomeus in Gerograph. lib. 5. tabula 1. c. 1. Io: Ant. Maginus descript. 26.

A impudicè, & tentatione exardescens, gestis, atque nutibus castimonia prædicti animum pulsauit, ac lacessendi industriam non omisit. At ille, animi roboratus virtute, fortiter dimicans tentatricem cum rubore à se discedere coegit. Nec desijt tētatrix mulier, quippe conceptæ iniquitatis voluptatem potiri credens, nocte cubiculum pro seruo, & Christi milite paratum introiuit, eum expectans ad illud intraturum, vt si fortè mollitus eam agnosceret. At castitatis, & castimoniæ norma, vir Dei, fugam sine scandalo arripere nequiens, constantissimus, tanto facinore spreto, totam noctem, vigilans, duxit in oratione; & super lignorum fasciculis cubans, carnis tentationem superauit, Dei gratia, nulli animum inclinans iniqui-
B tati, victor euasit. Valde manè tandem inter matutina apparentia crepuscula, absque viduæ tentatricis licentia, aperto sine strepitu domus ostio, ex Acherontina incolatione recessit, sequuturus Agnum, quocunq; ierit. Et quis audiens mirabitur, si ei in castimonia vix alter comparari possit. Hinc factum est, vt continentiæ gratiam, à Domino receptam, & verbo, & scripto in suis operibus ab omnibus amplexandam, lumbos præcinctus, lucernasque in manibus tenens, & in amore Dei ardens, suauiter incitaret. Et sicut in eam peccantes acri puniebat correctione, sic ad emendationem irritabat. Seruus itaque, & Discipulus Magistro similis, consimiles præparare conseruos, & condiscipulos non desinebat. Atque adeò verbo vitæ
C laureato, castitate dealbato, nec flores, nec lilia desunt. Ad locum nunc, quem reliquimus, redeamus.

Syluest. Mat. in Mari Oceano Re. 1g. lib. 3. Iacobus Grecus in Chronolog. Ioachim sect. 6.

CAP. IX.

De Patris, & Patriæ reuisione.

Vallato ergo, vt iam diximus, in Patriam transeundi proposito, intelligens per spiritum, quem acceperat, ibi fructus vberiores, quàm ali-
D bi producturum, cernensque tempus miserationis instare, vt terra diù sterilis verbo fœcundaretur, & rigaretur exemplo, & frugum iustitiæ incrementa produceret; mediam circa æstatem ex montis Æthnæ antro in Calabriam transfretauit, regionem bona scaturientem, non absque propriæ vitæ discrimine. Quippe cum angusti freti fluxus intercapedo, quam *Euripon* Græci vocant, inter Pelorum, aliàs *Capo del Faro*, Siciliæ Promōtorium, & Cœnidem, Calabriæ Promontorium, maris aquas tùm Ionij, tum Tyrrheni constringat, & arctet, maximum præternauigantibus adducit periculum absorbitionis ad nostram vsque ætatem, prout nauticam exercentes artem referunt. Addentes, Euripi illius talem esse naturam, vt
E quolibet die, & nocte dictæ intercapedinis fretum bis fluxum alternet, quod ex altiore Tyrrheni maris inundatio descendat superficie. Modòq; in Tyrrhenum, modòque in Ionium mare, fluctibus inuicem versis, adeò furiosè fluat, vt ventos etiam, ac nauigia vel sistat, vel secum portet. Insuper tàm pernicioso feruet æstu, vt quasi ab imis Mare subuerti videatur; & ita vastis inuoluitur vorticibus, vt non modò nauigantibus; sed etiam videntibus sæuum sit, atq; horrendum, diciturque bis in die, & bis in nocte hoc euenire. At Homerus Odysseos ait.

Hom. Odyssees 12.

Terque die reuomit, ter sorbet deinde reflexus
Terrificum est, ibi nec fueris sorbenti Caribdi
Te neque ab hac peste seruauerit Enosiseus.

Et

Virg. lib. 3. Æneid. Et Virgilius in Æneidos. A

> *Dextrum Scylla latus, leuum implicata Caribdis*
> *Obsidet, atque ima baratri ter gurgite vastos*
> *Sorbet in abruptum fluctus; rursusque sub auras*
> *Erigit alternos, & sydera verberat vnda.*

Policretus apud Aristotilem lib. 1. de mirabilibus relatus à Franciscano lib. 2.

Policretus Sicularum rerum descriptor egregius, ab Aristothile relatus, sic inquit. *Tyrrheni enim maris æstum strepitu ingenti vtrinque cùm Siciliæ, tùm Italiæ oram, quam Rhegium vocant, ferire, delatumque ex mari vasto in angustias postremo concludi, atque ibi sublimem tolli sonitu magno, spatioque altissimo, vt procul distantibus conspicua sit hæc aquarum ebullitio, vt puta alba, & spumosa, nec similes maris incremento. Hæc vt credibiliter enarrentur, ita conuerti oculis nemo sustinet. Interdum enim diffusi rursus ex collisione mutua æstus adeo profundum, atque horribilem aspectum necessario intuentibus præbet, vt nonnulli præ timore animi impotentes, velut offusa oculis tenebra concidant. Postquam verò ad alterutram partem fluctus allisi, sublatique ad littus supremum, denuo in subiectum mare dinoluuntur, tum magno rugitu cum vorticibus, & immensis, & crebris ex imo fundo ebullit, inque girum eleuatur, & omnigenos etiam colores reddit. Interdum enim ater, nonnunquã cæruleus, frequenter purpureus apparet. Cæterum cursum, atque immensitatem fluxus, refluxusq; ne reptilia quidem vel audire, vel videre sustinent. Quocirca ad radices montium iuxta confugiunt. Tempestate autem desinente in sublime efferuntur voragines specie relucente varia, turbinibusq; ac motibus ventorum, aut ingentiũ serpentium spiris non absimiles.* Tali itaque, tantoque exantlato vitæ discrimine, & ad Calabriæ oram incolumis aduectus Ioachim, terrestri se commisit itineri; & in Augusti mense in Vallem Crathis fluminis, ab Alpibus Sylæ Cusentinæ ad Adriaticum mare defluentis, iuxta Sybarim, frugum abundãtia celeberrimi, productus: quia illo Dei spiritu angebatur, qui nequaquam in commotione sentitur, & Iesum in desertum expulit, & in Montana subire docuit, & semper in montibus desertisque locis, alta olim mystica Patribus, & profunda priscis reuelauit, ab Vrbe Metropolitana, Cusentia dicta, quæ semper propter Proregis præsentiam, & Regiam Curiam in Populorum dijudicandis causis versatur, vnde non immeritò Causentia, hoc est causæ entia decernens, nuncupari potest, ne ab aliquo conciuium agnosceretur, declinauit. Et primò auertit ab amni, iuxta dictam Vrbem decurrente, Basentum nuncupatum, & apud Historicos omnes celeberrimum. Quippe referunt, Alaricum, Gothorum Regem; B C D

Prosperus Aquitanicus in Chronicon Eusebij. Iernandez de rebus Goeticis, Carolus Sigonius de Occidentali Imperio. Ioannes Tarcagnota in Mundi Historijs par. 2. lib. 6. Gabriel Barrius de antiquit. & sit. Calabriæ lib. 2. Padulphus Collenucius hist. Neap. lib. 2. Hieronym. Maraf. lib. 2. Oratius Torsellinus lib. 5. & alij.

postquam Romam Almam Vrbem, vniuersi olim Orbis victricem, occupasset Pontificatus Innocentij Primi anno nono, & nostræ salutis ccccxij. expugnassetque, diuitias quoque excepisset, Campaniam, Apuliam, Lucaniamque, atque Calabriam depredasset; Cusentiam productum, inexpectato correptum morbo, ac vita functum, declinatis, aliòque directis huius Basenti fluminis aquis, collectoq; captiuorum agmine, ac ab eodem in priori alueo sepulturæ locum effosso, eius in gremio cum immensis suis opibus, Gœti, eum nimia dilectione lugentes, sepeliere, ac obruere; reductisq; in pristinum alueum aquis, ne ab aliquo fossorum sepulturæ locus reuelaretur aliquando, & in aliorum notitiam deueniret, omnes interimere captiuos. Ibidem defuncto Alarico, Ataulphum, præmortui Regis consanguineum, à Gœtis suffectum fuisse, scribunt, conditione adiecta, vt Gallam Placidiam, Honorij Imperatoris sororem, sibi matrimonio copulandam annueret, vt prudentia, bonitate, & Religione illius, sui barbaries E

animi

A animi iuſtitiæ, ac Religionis limites non exederet. A dicta itaq; Vrbe Dei famulus declinans, per partes orientales ſuperiores in præfatum Crathis flumen per locum, qui dicitur *Guaraſſanum* deſcendit, à ſuis valde cupiens occultari. Euenit autem, vt dum quidam ſecum commeans ad locum quendam quaſdam ficus (contradicente Ioanne) colligendi inuerecundus intraret, à Pomerij Dominò comprehenderetur; auditiſque hinc inde clamoribus, Dei homo pro re tam exigua comitem retinenti fuit ſupplicare compulſus. Et interea à Cœlicenſe, iter per illam partem agente, viſus dignoſcitur. Interrogatuſque, an Mauri Ioachim Notarij, & Gemmæ Cœlicentium filius eſſet: nec mentiri voluit, & nec cœlari valuit. A-

Syluest. Marulus loc. cit. Iacob. Græcus in Chronol. sect. 6.

B periens ergo veritatem, vt taceret, & nemini de ſe verbum faceret, hominem deprecatus eſt. *At ille ſatis*, inquit, *inhumanè, & crudeliter agerem, ſi de te Patrem, Fratreſque tuos, tanquam de amiſſo, & mortuo ingemiſcentes, cœlarem. Si ergo aliter pertranſire non valeo*, ait, *Amabò quæſo venias in venturus locum, ad quem, nullo alio ſciente, perducas.* Et euntes pariter, Cœlieo Caſtro appropinquarunt: à quo latitans, ad ipſum direxit Genitorem Maurum. Hic veniens, filiumque intuens, lætus quidem de Geniti vita, de præpoſita tamen paupertate triſtatus, in miſta animi, & cordis lætitia cum mœrore, iſtis aut ſimilibus filium verbis mirans aggreditur. *Hæc ne eſt de te expectatio noſtra fili mi? Propter hoc feci te litteris inſtrui? Ideo locū*

C *tam magnificum tibi in Regia Curia procuraui? Ego, & omnes pariter tui per te exaltari debere domum noſtram, diuitijs augeri, honoribus extolli, & genus magnopere nobilitari putabamus. Quid eſt hoc, quod facis? Quare factus es, vt vir vagus? O Ioannes fili mi, fili mi Ioannes, quare girouagus factus es? O terque, quaterque me miſerum. Cur nos ab omni expectatione noſtra ſic penitus confudiſti?* His, & multis alijs ſimilibus verbis vſus eſt Maurus afflictus Genitor ſuper Nati deiectione. At Genitus, ſicut fuerat à Domino edoctus, humilibus verbis Mauri dolentis mitigauit affectum, inquiens. *Tu duxiſti me ad Regis Curiam, & ecce Regi modò ſeruio Cœleſti. Tales, & tales*, Curialium quorundā exprimendo nomina, *Regia in Curia ſeruientes*

D *magni effecti fuere, nunc autem vbi ſunt, & quæ dicuntur de ipſis? An neſcis, qualiter contemnentes aulas regias meruerunt habere coronas perpetuas? Vnde magis de me, & paupertate mea lætari debes, quàm triſtari.* Illud autem Lucæ, *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum, & Matrem, & vxorem, & filios, & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe Diſcipulus*, intra ſe ruminans, è conſolato Genitore, præſtito priùs ei vltimo vale, diſceſſit, & interrogatus ab illo, quò pergeret, *ſcies*, inquit, & abijt. Cæterum ſatis admirandum eſt Dei viri de ſuorum, & mundi fuga propoſitū, cum nullibi legatur, eum iterum Cœlicum remeaſſe, niſi in morte cuiuſdam ſororis ſuæ, vt eius animæ ſaluti ſuccurreret, & quidèm ab eadem

Lucas in Euangelio cap. 14.

E expetitus, vt alibi dicemus: cum tamen Maurum, eius Genitorem, vſque ad annum 1169. inter viuos degentem reperiamus in quodam priuilegio, ſibi, & ſuis hæredibus conceſſo, à quodam Sanctio Archipræſule Cuſentino, cuius verba à ſuo originali, nobis à viro nobiliſſimo V.I.D. Angelo de Matera, eiuſdem Vrbis magnarum Gentium Patritio, egregio antiquitatum indagatore, & conſeruatore fideli, ad legendum commodato, ad eius perennitatem placeat hic apponere.

Infra cap. 23.

Ego Riccardus Notarius de mandato Domini Obizonis venerabilis Cuſentini Archiepiſcopi quoddam Inſtrumentum, à Iudice Iacobo de Cœlico exhibitum, tranſcripſi, cuius tenor talis eſt. Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo

tesimo sexagesimo nono, mense Septembris, secunda Indictionis, anno vero Do- A
mini nostri Guillelmi Dei gratia magnifici, & gloriosissimi Regis Siciliæ, Duca-
tus Apuliæ, & Principatus Capuæ, filij quondam gloriosi Regis Guillelmi, tertio
feliciter. Amen. Quoniam de Institutione redditus, quem Notarius Maurus
de Cælico Matri Ecclesiæ Cusentinæ Sedis annuatim ex eius persoluebat homi-
nio, litigium apud eandem Ecclesiam versabatur, ne ob hoc amodo consurgeret
maius inde litigium, & causa effugiendi litem, & contentionem, & vt idē No-
tarius Maurus impetrando veniam ab eadem Ecclesia, cui semper inest miseri-
cordia, redditum cum patientia redderet, & quia diù prædicta Ecclesiæ vtile
seruitium exercuerat. Ideo ego Sanctius Dei gratia Cusentinæ sedis Archiepi-
scopus, consilio, & assensu Capituli nostri, constituimus, & concedimus tibi præ- B
nominato Notario Mauro de Cælico homini nostro, vt tu, & tui heredes singulis
annis nobis, vel nostris successoribus, solidum vnum tantùm reddatis, & tibi, vel
tuis heredibus nullum seruitium, nec alium redditum nos, seù nostri successores
quæramus. Si autem aliquis aliquando adueniente tempore tibi, vel tuis he-
redibus hanc nostram concessionem, & institutionem temerario ausu infringere
voluerit, & eam non obseruauerit, vinculo anathematis innodetur, & æterna
mortis casibus mancipetur. Pro tua vero, tuorumque hæredum securitate Ale-
xandro Notario sacri Episcopij, totiusque Cusentiæ, taliter hanc cartulam no-
stræ concessionis scribere iussimus, per mensem, & Indictionem super not. Ego
Santius Dei gratia Cosentinus Archiepiscopus me subscripsi. Ego Guido Deca- C
nus testis sum. Ego Ioannes Cantor testis sum. Ego Mantachus Thesaurarius.
Ego Philippus Canonicus. Ego Riccardus Canonicus. Ego Philippus Canoni-
cus me subscripsi.

✠ *Ego Obizo Archiepiscopus Cusentin. prædictum Instrumentum transcribi feci, & huic transcripto per omnia simili subscripsi.*

✠ *Ego Ioannes Archidiaconus Cusentinus, viso, & perlecto authentico, huic transcripto subscripsi.*

✠ *Ego Guillelmus Cantor Cusentin. viso, & lecto authentico, huic transcripto subscripsi.*

✠ *Ego Guillelmus de Fillino Cusentinus Canonicus, viso, & perlecto authenti-* D
co, huic transcripto subscripsi.

✠ *Ego Ioannes de Albito Cusentinus Canonicus, viso, & perlecto authentico, huic transcripto subscripsi.*

✠ *Ego Thomas de Matera Canonicus Cusentinus, viso, & perlecto authentico, huic transcripto subscripsi.*

Cæterum non est silentio prætereundum, Ioachinorum Familiam, no-
stri Ioannis fuga, eximiè fuisse nobilitatā, tum ab ipso, tùm à Mundo. Ab
ipso quidem, dum Abbatiali in dignitate constitutus, proprio suo nomi-
ne *Ioannis* suppresso, Familiæ cognomento propriam personam expresse-
rit, & *Frater Ioachim Abbas* dici voluerit. Vnde communis error irrepsit, E
dum communiter in Calabria dicitur, & apud omnes ferè authores (qui
eius gesta registrarunt) legitur *Beatus Ioachim Abbas Florensis*, cum ta-
men *Beatus Ioannes Ioachim Abbas Florensis* scribi, & dici debeat. A Mun-
do item, dū cum Patritijs Cusentinis in eorum sedili vota, atq; suffragia de-
disse deprehenditur ex his, quæ sub numero 19. in suis M.S. registrata re-
liquit Vrbis eiusdem eruditissimus ille magnarum gentium Patritius, Op-
pidi Magliacanis Baro, Mutius scilicet de Matera, prælibati Angeli Pater,
scribens de Familijs nobilibus Cusentinis extinctis ab Anno Dñi 1558.
vsque ad annum 1604. in quo Italica lingua scribebat. Eius formalia sūt.

Gioacchi-

A *Gioacchini, venne da Celico, Caſale di Cuſenza, Giouanne Gioachino Medico 1490. e ſi casò in Coſenza con famiglie nobili, come fece Vincẽzo ſuo figlio, quale fù aggregato alla nobiltà, e morì Sindico di Nobili nel 1560. Queſta famiglia hebbe l'Abbate Gioachino famoſiſsimo Santone, che fiorì nel 1100. &c.* Ioachinorum familiæ gentilitia ſunt, raſtrum, tria lilia, & tres montes, omnia aurea, anſer argenteus in campo ceruleo. En exemplar deſumptum ex Ara Eccleſiæ RR. PP. Carmelitarum ad dextram maioris Altaris exiſtente apud Vrbem Cuſentinam.

B

C

CAP. X.

De B. Ioannis Ioachim ad Sambucinæ Monaſterium acceſſu, deque eius Ianitoris officio, ac de altera eius viſione.

D

ITa conſolatum Genitorem ſuum Maurum relinquens, è Cœlico apud Oppidum Luciorum ad Sambucinæ S. Ciſtercienſis Ordinis, Biſinianenſis Diœceſis, ſe contulit Monaſterium, tunc nouiter ab Illuſtriſſimis Dominis Goffredo Comite, Comitiſſa Berta eius Matre, Guillelmo de Lucio Comitis eiuſdem filio, atque à Goffredo de Carbonara eius Nepote fundatum, immenſis diuitijs ditatum, dotatumque, vt in ſuis prodet manuſcriptis Reu. admodum Pater Don Iuſtus Buffolatus in Hetruriæ Congregatione Profeſſus, Prouinciarum Romanæ, Lucaniæ, Calabriæque vtriuſque, atque Siciliæ Ciſtercienſium Monaſteriorũ ab Eminentiſsimo,
E & Reuerẽdiſſimo Domino Don Hieronymo Socherio, Cardinali de Claraualle nuncupato, & vniuerſi ſacri Ciſtercienſis Ordinis Generali vigilantiſſimo, illa viſitandi, & reformandi gratia Viſitator electus, qui cùm ob vitæ meritum, atque doctrinæ, tùm ob labores in recuperandis Monaſterijs in vtraque Calabria præſertim poſitis, à Mendicantibus Ordinibus præoccupatis, & obtinendis pro Ciſtercienſibus Patribus Menſarum ſeparationibus; inque reædificandis aliquibus in Calabria eiuſdem Ordinis Cœnobijs ex tot Commendatariorum tyrannide incultis, non eſt commendatione dignus exili. Quod totum videtur confirmare rubrica appoſita in Regula SS. P. N. Benedicti, ſcripta in pergameno, quæ manu R. P.

D. Mauri Nigri Cisterc. in Monasterio Casemarij inde extracta, & mihi A
transmissa, formalia continet. *Tertio Idus Ianuarij post solitam Defuncto-*
rum Ordinis nostri absolutionem, dicatur. Item commemoratio pia memoria Do-
mini Eugenij Papa Tertij, & Domini Alberici Primi Cisterciensis Abbatis, &
Domini Stephani Secundi, & Domini Raynaldi Tertij, & Domini Sigismundi
Primi Abbatis Sambucina & Domini Antonij, & Domini Dominici, & Domini
Symeonis, & Domini Guillelmi, & Domini Ranulphi; nec nō, & omnium Episco-
porum, atque Abbatum Ordinis nostri, & Domini Regis Rogerij, & Domini
Regis Guillelmi, & Illustris Imperatricis Constantia, Ludouici pij Regis Frā-
corum, & Henrici iunioris Regis Anglorum; & Comitis Thcobaldi, & Henrici
Comitis Trecensis; & Comitis Goffredi fundatoris Sambucina, & Comitissa B
Berta matris ipsius, & Guillelmi de Lucio filij eiusdem Comitis, & Goffredi de
Carbonara nepotis eius; & Domini Gualterij Panormitani Archiepiscopi, &
Comitis Riccardi de Say, & Comitis Tancredi de Grauina, & Comitis Riccardi
filiorum eius. In anno 1160. Sambucinense Cœnobium institutum asse-
rit doctissimus noster Pater Don Angelus Manrique ad hunc annū, quod
non probo, eius verba sunt. *Quod attinet ad fundationes Monasteriorum*
dua tantùm notantur in Chronologia: Sambucina, & Scouendal: vtraque sine
certa prafixa die. Sambucina Clareuallis lineam auxit, filia Casemarij: vnde
Abbatem, & Monachos suscepit; domus sita in Calabria, quam Ioachim Ab-
bas in saculo adhuc manens, cum fugeret Parentes, Patriamque inhabitationem; C
Illustres viri Petrus Lombardus, & Franciscus Accursius in sepulturam sibi,
aut elegerunt, aut saltem sortiti sunt. Certè de Ioachimo suo loco. De Lombar-
do, & Accursio id mihi constat, quod à Iacobo Graco scriptum lego in vita Ioa-
chim sect. 42. In Sambucina, inquit, *Cænobio duos viros virtutum, Petrum*
Lombardum, & Franciscum Accursium fuisse consepultos, lapis veterrimus, ab
ipso Sarcophago ob templi diruptionem desumptus, in Altari maiori fabricatus,
testatur huiusmodi verbis. Hic iacent duo Viri virtutum, Petrus Lombardus,
& Franciscus Accursius. Caterum cum Petrus Lombardus obijsse dicatur An-
no 1164. quarto à Sambucina domus fundatione, argumento est, vix dum natū
Cænobium satis celebre, in quo relicta propria Ecclesia Parisiensi, tantus vir D
voluerit sepeliri. Memoratur Sambucina in litteris Honorij Papa Tertij datis
Laterani tertio Idus Nouembris Pontificatus ipsius anno primo. Ex quibus
Diœcesis potest designari, quam video pratermissam in Genesibus, quippe Bisi-
nianensis sub Cosentino. Protulit, & Sambucina breui, filias quinque in Sici-
lia, in Calabria, Apuliaque, de quibus suis locis dicendum erit. Hæc Manri-
que loco citato. Ex Dei autem famuli præsagio, Rogerio primo Siciliæ
Regi de Constantia eius infantula facto, vt infra dicemus, Sambucinense
Cœnobium, multò ante annum 1160. institutum fuisse, euidenter infer-
tur. Rogerius enim primus Siciliæ Rex post auditum Ioannis Ioachim, E
tunc Curatij Abbatis præsagium, iuxta eundem Manrique, Carolum Si-
gonium, & alios ex hac vita decessit. 3. Kal. Martij anno Domini 1153.
Necessariò igitur dicendum est, Sambucinæ Monasterium in asserto anno
1160. non fuisse conditum, sed multò ante; quippe post annos duos in
Sambucina, & Arintha oppido incolatus, Nouitiatus annum, Prioratus
officium in Curacensi Monasterio, cum esset Dei famulus Columbano
suffectus Abbas, in Siciliam transfretauit, & primò Siciliæ Regi natæ eius
futura prædixit. Cæterum eo tempore erat Sambucinense Cœnobium
mira obseruantia lucidum, deuotione celeberrimum, ac sanctitate illustre.
Ideoque Religiosi eius esse consueuerant candidiores niue propter casti-
tatem,

Angelus Manrique in Annal. Ecclesiast. tom. 2. ann. 1160. c. 6. num. 7.

Lucas Archiepiscopus Cusentin. in vita B. Ioachim etiā prodit Sambucinam filiam fuisse Casemarij.

Infra cap. 30.

A tatem, nitidiores lacte propter lacrymarum effusionem, rubicundiores ebore antiquo propter longam carnis macerationem, pulchriores Saphiro propter serenam animi contemplationem, cœlestiumque meditationẽ, & demum tanquam candidi Nazarci sub arctæ obseruantiæ districtione viuebant, ex quo meritò ad Cusentinæ Ecclesiæ Lucas, & Geruntinensis Ecclesiæ Bernardus fuere assumpti dignitatem. Nunc autem adeò miserrimum, pauperrimum, & exiguum, vt ferè reliqua Calabriæ sub Commendarum gemẽtia onere (quod ò vtinam auertat, qui solus potest) vt pro suppresso fuerit declaratum, vt alibi dicendum erit. Cumque tam maturus, & sapiens Ioannes Ioachim à Venerabili Sambucinæ Abbate, cui Si-

B meon erat nomen, agnosceretur, eum in sui Monasterij Ianitorem delegit. Quanta huiusmodi cum omnium Sæcularium, Regulariumque ædificatione exercuerit officium, non est explicatu facile. Tandem, vt ex Laonico refert Maluenda, quadam vice in hortum egresso, & Diuina contemplanti mysteria, apparuit vir forma pulcherrimus, qui assistens ad B. Ioachim, manuque amphoram tenens, Dei famulo inquit. *Ioachim, cape, bibe vinũ hoc, est enim optimum.* Quo dicto audiens, bibit ad satietatem vsque, amphoramque reddidit, inquiens, se satis bibisse. Cui vir respondit. *O Ioachim si totum exhausisses vinum, nulla te scientia fugisset.* Deinde in colloquium, & disputationem veniens cum viris ea tempestate doctissimis, pla-

C nè siquidem diuinus apparuit. In Sambucinensi Abbatia per annum non dum Monachus laudabiliter mansit, adeò vt Sambucinæ filius à non paucis nominetur historiographis.

Gabr. Barr. Franc. de antiq. & situ Calab. lib. 5. Marafiota, & alij.

Infra cap. 54.

Laonicus Chalcœondila Rerum Turcicarum lib. 6. relatus à Thoma Maluenda in Annalib. Prædicatorum Centuria prima.

Graecus sect. 7.

CAP. XI.

De eiusdem Dei famuli prædicatione, de sacrorum Ordinum susceptionis deliberatione, deque eius in Curacensi S. Cisterciensis Ordinis Monasterio professione.

D

AEstuans Iesu Christi famulus spiritus feruore concepto, aliòque vocatus, secessit in aliam partẽ vallis Crathis ad ortum Solis astantem prope vadum Gaudelli; tunc dictum, in Montibus vbi Bucchita est nomen iuxta Arinthæ Oppidũ, ab Oenotrijs cõditum inter Emulum, & Surdum amnes, validum propugnaculum, nunc *Rende* nuncupatum, non multũ Cusentia distans, in qua per annum stetit, & vt de talento accepto plura lucraretur, Populo Rendensi deuotione insigni, nec surdis audienti

E auribus, verbum seminabat Domini, ac orientes in eis simultates, & quæstiones sua prædicatione sedabat. Et cum in verbis gratiæ, de spiritus vnctione manantibus, nimium fructificare cognosceret, prædicandiq; officium Sacerdotis proprium esse iudicaret; metuens absque præuia Episcopi ordinatione munus exercere prædicationis (expauescebat enim ne in se experiretur Apostolicam comminationem illam. *Quomodo prædicabunt, nisi mittantur.*) Catanzarium in vlteriori Calabria adire duxit. Vrbem inter Coracium, & Allium amnes ædito, salubriq; situ locatam, loci natura, & inde manu munitam, à Fagitio, Nicephori Imperatoris Procuratore in Italia, conditam prope Mare Adriaticum, Episcopali sede, regia

Leo Papa ad Theodoricũ Episc. Cypri epist. 61. aliàs 63. 16. q. 1. Aduenimus. Concilium Neocesariense 78. dist. Presbyter.

libertate, Proregis præſentia, virorum nobilitate, & oloſerici textura A
præſtantem, vt non immeritò inter præclaras totius Calabriæ Vrbes ipſa annumeretur. Et maxima non imparatus deuorione vadens, tranſiuit per Monaſterium, Curatium nuncupatum, ſacri Ciſtercienſis Ordinis, apud amnem Coracis piſculentum in agro Ciuitatis Syllani, Marturanenſis Diœceſis, inſtitutum. Quando autem conditum adhuc incertum. Iacobus Græcus Syllaneus diplomatis Indulgentiarum Apoſtolici authoritati innixus, ſub datum apud Sanctam Mariam de Curatio per manus Almerici S. Romanæ Eccleſiæ Diaconi Cardinalis, & Cancellarij, Idibus Septembris, Indictionis 3. Incarnationis Dominicæ milleſimo centeſimo trigeſimo, Pontificatus Honorij Papæ Secundi anno ſeptimo, quod ipſe B
in præcedenti retulerat ſectione, ait, *Monaſterium Curatij exordium Ciſtercienſis Ordinis præceſsiſſe annos ad minus triginta ſeptem*. Vnde dixerunt alij, ante Ciſtercienſes alterius Inſtituti Monachos illud incoluiſſe. Angelus Manrique in vulgaris à Græco litteris mendoſitatem aſtruens, dicit, Honorium Secundum obijſſe ante Septembrem anni 1130. & neque ad ſeptimum Pontificatus annum perueniſſe; quod cum Pandulpho Piſano, qui vitas Rom. Pontificum ab ſe ſcriptas in eo finiuit, Abbate Vrſpergenſi, Petro Diacono, Baptiſta Platina, Matthæo Palmerio, Alphonſo Ciacconio, & alijs, Chroniſtæ omnes aſtipulantur vna voce referentes, Honorium Secundum (antea Lamberrus Oſtienſis Eccleſiæ Epiſcopus C
dicebatur) in infraſcripto die, & anno ſuffectum fuiſſe Caliſto Secundo. Caliſtus iſte multa, & magna fecit pro ſacro noſtro Ciſtercienſi Ordine, quippe cum Archiepiſcopus eſſet Eccleſiæ Viennenſis, & Guidus diceretur ad ſuum Viennenſe Territorium Ciſtercienſium deduxit coloniam Monachorum in Monaſterio Boneuallis, ibidemq; ſacrum Ciſtercij Ordinẽ plantauit: & poſtquã Cluniaci Kalen. Februarij ann. Dom. 1119. ad ſummum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fuiſſet aſſumptus, Sanctiſſimo Patri Bernardo Clareuallenſium Abbati, ob eximiam ſanctitatis opinionem, Archiepiſcopalem Mediolanenſis Eccleſiæ dignitatem contulit, quam ipſe D
ſtrenuè refutauit. Sub ſuo item SS. Pontificatu Illuſtriſſimus Calatrauẽſium Militum Ordo ſub correctione, & Conſtitutionibus Ciſterc. Ordinis ſuam agnouit originem, vt Ciacconius, & alij referunt. Sacroſanctamque Dei Eccleſiam cum per annos quinque, menſes decem, & dies tredecim ſanctiſſimæ rexiſſet, ab humanis deceſſit in Lateranenſi Palatio Idibus Decembris anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo quarto, & in Baſilica S. Saluatoris, quæ dicitur Conſtantiniana ſepultus. In cuius locum Honorius Secũdus, de quo eſt ſermo, fuit ſubrogatus, & ad Sanctæ Apoſtolicæ Sedis apicem euectus in die Sancti Thomæ Apoſtoli, nempe vigeſimo primo die menſis Decembris anno Domini milleſimo centeſimo vigeſimo quarto, & de Deo, & hominibus optimè meritus in Monaſterio E
SS. Andreæ, & Gregorij ex hac vita migrauit ad Chriſtum in die Sanctæ Iulianæ Virginis, & Martyris, quæ cadit in die decima ſexta Februarij anno Domini milleſimo centeſimo trigeſimo, vt cum Pandulpho Piſano, & alijs ſupra citatis vnanimi conſenſu referunt Chroniſtæ. Et poſt corpus illius in Lateranenſi Baſilica ſepulturæ traditum, ſciſſis diabolico æſtu inter Electores ſtudijs, vna Cardinalium pars Innocentium Secundum, altera Anacletum elegit in Baſilica Lateranenſi die decima octaua Februarij eiuſdem anni 1130. vnde magna orta fuit in Dei Eccleſia, & Romana Vrbe ſeditio, & Sanctiſſimi noſtri Patris Bernardi Abbatis ſpiritui ad extinguen-

Syluest. Marulus in mari Oceano Relig. lib. 3. Græcus in Chronol. sect. 8. Iacob. Græc. in Chronolog. Ioachim sect. 13.

Angel. Manriq. Annal. to. 2. Ann. 1162. c. 7. n. 5. Pandulph. Pisanus, Abbas Vrspergensis, Petrus Diacon. lib. 4. historiarũ Cassinent. Platina, Matthæus Palm. in Chronicon, Alphonsus Ciaccon. in eius vita, Chronicõ Fossanouæ ad ann. 1124. & alij.

Alphonsus Ciaccon. in vita Calisti Secũdi, Guido Monachus Cisterc. Petrus Burgian. in hist. Monastica. Helinandus Fõtis frigidi in Chron. Chronicon paruum Boneuallense, Gulielmus Tirius de Bello sacro, Suggerius Abbas S. Dionys. Parisiensis in Ludouicum, Rodericus Ximenius Archiep. Toletan. de reb. Hispania lib. 7. Vincentius Bellouacens. in Spec. hist. lib. 25. c. 94. Zamalloa Garimas cõpẽd. hist. lib. 12. c. 11. S. Anton. 2. p. tit. 15.

A tinguendam à Domino præparata. Honorius itaque ſecundus, nec ad
ſeptimum Pontificatus annum, nec ad Septembris menſem anni prædicti
1130. peruenit. Ex quibus palam fit, datam Indulgentiarum Diploma-
tis à Græco ſect. 12. vulgati eſſe mendoſam, vt Manrique aduertit. Ta-
bulæ Eccleſiarum Clareuallentium Curatij Abbatiam, quartam Foſſæno-
uæ filiam eſſe produnt, quæ cum iſta iuxta Claudium Robertum anno
milleſimo centeſimo trigeſimo quinto fundata ſit, menſe Octobri, illam
poſt hunc annum fuiſſe conditam, aſſerendum eſſet. Chronologia Eccle-
ſiarum Ciſtercienſium, Curatij Cœnobium anno milleſimo centeſimo
ſeptuageſimo tertio inſtitutum refert. Quid Buffolatus dicat, hiſtoriam
B quandam perneceſſariam ſimul texens, quam nos quoque ſi inſeramus,
vtilem fore legentibus credimus, audiamus, ait enim in ſuis manuſcriptis
viſitationibus. *Et etiam perueni ego ſupradictus Frater Iuſtus ad Monaſte-*
rium Sanctæ Mariæ de Curazzo, quod eſt in Commendam conceſſum Reueren-
diſſimo Domino Epiſcopo Feltrenſi, quod Monaſterium eſt iuxta Villam Scillia-
ni, in quo ſunt multæ ſanctorum Reliquiæ, ac etiam tres lapides chriſtallini ro-
tundi chriſtalli montis, qui aſcendunt vnuſquiſq; ad libras duas, & Domnus
Ioannes de Loria in præfato Monaſterio factor Reuerendiſſimi Commendatarij
concordauit cum me ſupradicto Fratre Iuſto de, & ſuper Menſæ ſeparationem,
qui ad hanc concordiam ſub pœnis, & cenſuris Eccleſiaſticis à me Fratre Iuſto la-
C *tis virtute litterarum apoſtolicarũ dicto ordini* (ſupple Ciſtercienſi) *& mihi*
tanquam Viſitatori conceſſarum deuenit; & conſilio, & monitione Reuerendiſ-
ſimi Epiſcopi Marturanenſis, dedit poſſeſſionem præfatæ ſeparationis menſæ mi-
bi, & infraſcriptis Patribus, Domino Leonardo Gagliano, & Domno Siluio Ga-
gliano, qui nunc defuncti ſunt, à quibus ego ſupradictus intellexi, qualiter prædi-
ctum Monaſterium fuit ædificatum à Friderico Barbaroſſa olim Imperatore, qui
propter ſuam ipſius, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Ciſtercienſis Ordinis de-
uotionem, & ſanctitatem ad huiuſmodi tam nobilis ædificij ædificationem fuit
motus, à quo etiam fuit dotatum non ſolum multis diuitijs, iuribus, redditibus,
prouentibus, obuentionibus, & emolumentis, verum etiam multis alijs fauorabi-
D *libus, & magnis priuilegijs. Et Beatus Ioachinus multis tribulationibus, & la-*
boribus à ſuis inimicis fatigatus, & perſecutus in hoc eodem Monaſterio multa
futura multarum Gentium, Pontificum, Imperatorum, Regum, & Ordinũ præ-
dixit. Et etiã prædixit, quod dictũ Monaſteriũ debebat remanere orbatum abſq;
Monacis, & habitatoribus; quod poſtea permiſſione Diuina propter peccata homi-
num ſic factum fuit multis iam elapſis temporibus, & annis, & maxime ann.
Dom. milleſimo quingẽteſimo quadrageſimo omnes Monachi ſe expoliauerũt ha-
bitu Regulari, & in habitu Sacerdotum ſæcularium deſeruierunt diuerſis Eccle-
ſijs eiuſdem Regni Neapolitani, quouſque Paulus Quartus quondam bonæ me-
moriæ Pontifex Maximus in Eccleſiæ ſede ſucceſſit, qui per ſuas litteras manda-
E *uit ſub pœnis, & cenſuris in eiſdẽ litteris contentis, vt omnes Monachi cuiuſcũ-*
que Ordinis redire tenerentur vnuſquiſque ad ſuum proprium Ordinem, & ſic
præfati Monachi relicto habitu Sacerdotum ſæcularium, & Regulari ſuo primo
reaſſumpto, ſic volente Deo, vt ad ſuam ipſorum priſtinam obedientiam, & Pœ-
nitentiam redirent, & redierunt. Sed vt clarè patet, hoc totum ſcandalum in
Eccleſia Dei factum fuit ex eo quod Commendatarij, quorum dicti Monachi non
erant oues propriæ, & tanquam falſi Paſtores minime curantes de infirmitati-
bus ouium, ſed tantum ab eis lanam ſumentes, & lac ſugentes, & minime eas
paſcentes, non dabant eis victum, nec veſtitum, aut melius dicam victus ſui
neceſſaria. Et hoc Monaſterium conditum fuit anno Domini milleſimo centeſi-
mo

c. 18. Aubertus Miræus in Chron. Ciſtercii, Baron. ann. 1120. Mariana de rebus Hiſpaniæ, Guillelmus Malmesburienſis de rebus geſtis Regis Angliæ lib. 5. Philippus Seguin. lib. 2. Virorum Illuſtrium Ord. Ciſt. litt. C. Carolus Tapia de Religioſis domib. Papyrius Maſſa in Caliſtum, & alij nonnulli apud ipſos, & Angelum Manrique Annal. tom. 1. ad Annos 1117. 1118. & 1119. & Henriquez in Menol.

mo septuagesimo tertio. In Ecclesia præfati Monasterij non est Chorus, & A
maior Ecclesia, non est completa, & Claustrum ex quatuor partibus ab vna dis-
coopertum manet, Capitulum seruit pro Magazeno grani præfati Commenda-
tarij, & Dormitorium totum tabulis completum est, sed pro medietate seruit pro
Magazenis dicti Commendatarij, & non habent Monachi Refectorium, & om-
nia alia ædificia habitata à Monacis, & Economo dicti Commendatarij minent
ruinam, & in dicto Monasterio degunt infrascripti Monachi, videlicet, Don
Riccardus Græcus de Claromonte Prouinciæ Basilicatæ Prior, D. Iacobus de Sci-
gliano, D. Franciscus de Scigliano, & Frater Benedictus delle Cuppante Con-
uersus. Hæc Buffolatus. At contra talium auctoritatem faciunt ea, quæ
pro Sambucinæ institutione præcedenti capite tradidimus, quibus super-
addimus rationem alteram, nempe Dei famulum Ioannem Ioachim Malo
Guillelmo Siciliæ Regi pernecessarium fuisse, ac ab eodem, vt infra dice-

Infra cap. 13.

tur, pro Curacensi Cœnobio priuilegium impetrasse. Dum igitur præfa-
tus Malus Guillelmus Rex; vt tradunt Fazellus, & alij, ex hac vita deces-
serit quinto Kalendas Maij anno salutis 1166. necessariò dicendum est,
multos ante annos Curacense Cœnobium fuisse conditum. Nos enim
verò non paruum pulueris è manibus nostris excussimus in indagando ad
Curatium ingressus Cisterciensium anno; & ex tot, quæ perlustrauimus
diplomata, vnum tantùm inuenimus satis apertè ostendens, Curatij Cœ-
nobium ab ipsa sui fundatione Cisterciensis Instituti semper habuisse Co- C
lonos. Estque sententia ab Innocentio Tertio in contradictorio lata iu-
dicio ad fauorem Abbatis, & Monasterij Floris contra Monachos Cura-
censes, qui ius habere contendebāt in Monasterium Calabro Mariæ, alias
de *Altilia*, ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Policronio Gerun-
tinensi Episcopo, consilio, & mandato Illustrissimi, & Reuerendissimi Do-
mini Constantini Sāctæ Seuerinæ Ecclesiæ Episcopi, reædificatum, prout
Rogerius Calabriæ, & Siciliæ Comes, donationes, & concessiones à dicto
Episcopo præfato Monasterio factas ad eiusdem Policronij Episcopi per-
sonalem instantium confirmans, refert in tribus suis græco idiomate da-
tis priuilegijs *Tropeæ mense Maij septima Indictionis, Sanctæ Seuerinæ primo* D
Iunij, & Messanæ 18. Octobris octaua Indictionis; quæ ex græco in Latinum
Idioma transtulere Nicolaus, & Michael à Iudicibus Cutronienses ad Ni-
colai instantiam Sanctæ Mariæ de Altilia Cœnobij Abbatis, *anno Domi-*
nicæ Incarnationis 1253. mense Decembri 11. Indictionis. Et licèt de huius-
modi sententia alibi esset à nobis mentio facienda, deque lite huiusmodi,
pro deuotissimi tamen nostri Lectoris commodo, eam totam damus hoc
in loco. Sic enim se habet.

Fazel. de reb. siculis posterioris decad. libro 7. cap. 4. Carolus Sigon. de Regno Italiæ lib. 14. Alphonsus Ciaccon. in vita Eug. Tertij, & alij.

Archiuium S. Mariæ de Altilia.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs . . . Abba-
ti, & Conuentui de Flore salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter vos, &
Monachos Curacenses super Ecclesia Calabro Mariæ, quam ipsi cum suis perti- E
nentijs ad suum Monasterium de iure spectare dicebant, & à vobis minus licitè
detineri, diù est quæstio agitata; sed tandem Venerabilibus Fratribus nostris
Squillacensi, & Marturanensi Episcopis, & dilecto filio Abbati Sambucinæ de
consensu partium à nobis sub hac forma commissa, vt partibus conuocatis audi-
rent hinc inde proposita, & vsque ad calculum diffinitiuæ sententiæ appellatio-
ne postposita procedentes, si de partium existeret voluntate, causam ipsam fine de-
bito terminarent. Alioquin eandem sufficienter instructam sub sigillis suis no-
bis transmittere procurarent, præfigentes partibus terminum competentem, quo
se nostro conspectui præsentarent sentētiam recepturæ. Partibus igitur in ipso-
rum

Archiuium Florense.

A *rum præsentia constitutis, proposuerunt Curacenses Monachi coram ipsis, quod*
cum ipsi pro notitia mutua, & charitate fraterna, quam cum Abbate, & Mo-
nachis Calabro Mariæ habuerant, eisdem Abbate, & Monachis pecunia laborã-
tibus opportuna frequenter subsidia ministraßent: Demum eodem Abbate de-
functo, Yconomus eiusdem, & Monachi, tùm quia eorum Monasterium collapsũ
erat in rebus temporalibus, tum quia ob paucitatem eorum illud per ipsos regi
non poterat opportunè, dictum Monasterium, quantum eisdem licuit obtulerũt
Cellerario Curacensi, recipientes ab ipsis postmodum per eorum Yconomum tàm
indumenta, calceamenta, corrigias, quàm etiam alia necessaria præter victum,
qui suppetebat eisdem Monachis competenter. Sed quia id sibi absque Regis con-
B *sensu, quem asserebant Patronum ipsius Ecclesiæ principalem, ad vendicandam*
prorsus ipsam Ecclesiam sufficere non credebant, carissimi in Christo filij nostri
Friderici Siciliæ Regis illustris priuilegium per manus Venerabilis Fratris no-
stri G. de Palearia Regni Siciliæ Cancellarij super eadem Ecclesia impetrarunt,
confirmatione Capituli sanctæ Seuerinæ, in cuius Diœcesi dictum Monasterium
est constitutum, super eodem per litteras post obtenta. Insuper etiam adiecerunt
ipsi Monachi Curacenses, quod Metropolitanus eorum, videlicet Archiepiscopus
Sanctæ Seuerinæ secundo die post consecrationem suam, & factum præfati Capi-
tuli, & dictum eiusdem, Ecclesiam confirmauit, ipsis exinde priuilegio assigna-
to, & cum hæc omnia per testes ab eis sint sufficienter probata, super proprietate
C *Ecclesiæ memoratæ proponebant suam hijs plenius intentionem esse fundatam.*
Præter hæc autem Curacenses ipsi aduersus vos etiam intentarunt, quod cũ vo-
bis in hys omnibus suum cõsilium propalauerint, & vos super narratis fraternis
eisdem auxilium, & consilium promiseritis impensuros, vestra postmodum pro-
missionis obliti, ad nobilem virum Petrum Guiscardi, qui erat illius Terræ Do-
minus, accedentes, Monasterium illud ab eo concedi vobis cum instantia postula-
stis. Sed cum idem id vobis primitùs denegaßet, interuentu Coniugis suæ tan-
dem annuit beneuolè votis vestris. Eo itaque sic obtento, iam dictæ Sanctæ Se-
uerinæ Canonicos pro ipsa vobis Ecclesia conferenda precibus postulastis, super
quo, licèt emissæ preces, pro eo quod electus eorum erat apud Sedem Aposto-
D *licam constitutus, à principio frustrarentur, comminationibus tamen eiusdẽ no-*
bilis de proprijs eis auferendis vxoribus, cum sint Græci, sibi acriter intentatis,
ipsam vobis Ecclesiam ijdem confirmauerunt inuiti. Post hæc verò prænomina-
to electo à Sede Apostolica redeunti extra sedem propriam occurristis prædictam
ab eo Ecclesiã petituri; sed cũ repulsam pateretur vestra petitio in hac parte pro
eo quod idem electus non dum sedem propriam visitauerat, per impreßionẽ tan-
dem, & violentiam nobilis memorati prædictam vobis Ecclesiam compulsus est
confirmare. Ad hæc autem vos in nostra præsentia rèspondistis è contra. Quod
licèt Ecclesia ipsa per Yconomum, & Monachos supradictos concessa fuisset Mo-
nasterio Curacensi. prout ipsius Monachi astruebant, concessionem talem hijs ra-
E *tionibus dicebatis penitus non tenere. Tum quia per illos eadem facta fuerat,*
qui personæ non extiterant principales, Ecclesia tunc vacante. Tum etiam quo-
niam longe ante per Carolum quondam dicti loci Calabro Mariæ Abbatem de
consensu, & voluntate suorum Fratrum tempore bonæ memoriæ Ioachim primi
Abbatis vestri dicta Ecclesia vobis conceßa fuerat, & post ipsius Caroli obitum
per eiusdem Monachos ipsius concessio extiterat pluries innouata, processu tem-
poris primò quidem Capituli, & secundò electi confirmationibus accedentibus nõ
per impreßionem, vel violentiam nobilis antedicti, sed potius mera eorum, &
libera voluntate: assignando nihilominus rationes, quod priuilegium antedictũ

Cura-

Curacensium non suffragaretur in aliquo, quia prædicta concessio, quæ facta fue- A
rat minus iustè, per illud non intelligitur rationabiliter confirmata, maximè cũ
notã expressam contineat falsitatis, cum legatur in ipso, quod Panormi per ma-
nus iam dicti Cancellarij eo tempore datum fuerit, quod idem vtiq; nõ Panormi,
sed alibi longè à Panormo manebat, & Rex cuius authoritate fieri videbatur,
tunc temporis non custodiretur ab ipso, sed à Guillelmo Capparone temerè tene-
retur, qui etiam verum sigillum detinebat ipsius. Ad excusandum nempe pri-
uilegium supradictum præmissis pars Monachorum Curacensium replicando
respondit; quod cum dictus Cancellarius à claræ memoriæ Constantia Impera-
trice ordinarius totius Regni, & Regis administrator extiterit constitutus, id po-
tuit facere ipsius Regis authoritate licenter, vtpotè qui vices gerebat Regis in B
hac parte. Insuper Curacenses etiam Monachi addiderunt, quod & si dictũ pri-
uilegium per manus Cancellarij ob præmissa obtinere non posset robur debitæ fir-
mitatis, censeri debet validum pro eo, quod dictus Rex illud ex certa scientia
postmodum confirmauit, cum ratihabitio retro trahatur, & mandato compare-
tur iuxta legitimas sanctiones, nihilominus proponentes quod & si neutrũ pri-
uilegiorum deberet legitimum iudicari, vltimum eis debebat sufficere, quod idẽ
Rex, postquam vxorem traduxit, super eadem Ecclesia concessit Monasterio
Curacensi. Cæterum pars vestra ex aduerso respondit, quod si confirmationem
aliquam obtinuerunt de priuilegio supradicto Curacenses, ipsa nullius erat ro-
boris, vel vigoris, quia cum ipsum priuilegium à principio irritum extitisset, ra- C
ta esse non poterat obtenta taliter confirmatio super eo; assignantes talem de pri-
uilegio vltimo rationem, quod de ipso non emolumentum, sed pœnam deberent
ipsi Monachi potius reportare; quia cum iam quæstio ipsius Ecclesiæ ad nostrum
fuerit examen deducta, petierunt sibi rem litigiosam per potestatem sæcularem
concedi, seù etiam confirmari. Contra confirmationem autem, seù concessionem
Archiepiscopi allegastis, quod rem à vobis possessam, & ab eodem etiam confir-
matam ipse illis concedere, vel confirmare non debuit, maximè postquam in li-
tem deducta extitit, & ad censuram examinis nostri perlata; vnde concessio, vel
confirmatio huiuscemodi nullius debebat censeri valoris, propter quæ super Ec-
clesia supradicta silentium imponi Curacensibus Monachis, & ab ipsorum impe- D
titione absolui penitus petebatis. Cum verò dicti Iudices super causa meritis
ad inuicẽ discordarent, & partes causam ipsam nostro potius, quàm eorum opta-
rent iudicio terminari, tàm ipsam causam, quàm partes cum rationibus, quæ per-
tinebant ad eam iuxta mandati nostri tenorem ad nostram præsentiam remise-
runt. Demum itaq; dilectis filijs Nicolao Curacensi, & Hugone Priore Sancti
Georgij, & Ioseph vestris Monachis nostro conspectui præsentatis, & quæ acta
fuerant coram Iudicibus supradictis, & alias rationes nobis exponere procuran-
tibus. Nos illis diligenter auditis, & perspicaciter intellectis, vos ab impetitio-
ne Curacentium super eadem Ecclesia per diffinitiuam sententiam prorsus ab-
soluimus, eisdem super ipsa perpetuum silentium imponẽtes, præsertim cum illis E
Regulam, & Institutionem Cisterciensis Ordinis ab ipsa Monasterij fundatione
professis absque superioris dispensatione licitum non extiterit ad obtinendum sic
Ecclesiam laborare. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ
diffinitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Criptam ferratam
secundo Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno quartodecimo. Adest
sigillum ex cordula sericea pendens, in quo cernuntur ex parte vna San-
ctorum

A ctorum Petri, & Pauli effigies, & Innocentij Papæ Tertij nomen ex altera. Cuius quidem executionem sententiæ idem Innocentius Papa Archiepiscopo, Decano, & Cantori Cusentinis, suis litteris tali sub forma verborum commisit.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabili Fratri.... Archiepiscopo, & dilectis Filijs.... Decano, &c.... Cantori Cusentiæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Inter dilectos filios.... Abbatem, & Conuentum de Flore, & Monachos Curacenses super Ecclesia Calabro Mariæ, quam ipsi Curacenses cum suis pertinentijs ad suum Monasterium de iure spectare dicebant &c. mutatis mutandis in relata sententia descripta vsque ad
B *Nulli* exclusiuè, & sequitur. *Quocirca discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus quod à nobis est sententialiter definitum vos per censuras Ecclesiasticas sublato cuiuslibet contradictionis, & appellationis obstaculo, faciatis inuiolabiliter obseruari. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, tu ea Frater Archiepiscope cum eorum altero nihilominus exequaris. Datum apud Criptam Ferratam secundo Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno quartodecimo.*

Quæ quidem Innocentij Tertij litteræ, in contradictorio emanatæ iudicio, ante Cisterciense Institutum Curatij Cœnobium non fuisse conditū satis euidenter indicant, cum dicant. *Præsertim cum illis* (scilicet Curacen-
C sibus) *Regulam, & Institutionem Cistercienſis Ordinis ab ipsi Monasterij* (scilicet Curatij) *fundatione professis absque Superioris dispensatione licitum non existeret ad obtinendum sic Ecclesiam laborare.* Cæterum de fundatoris nomine id mihi constat, quod in quodam suo priuilegio sub datum apud Brundusium anno Dominicæ Incarnationis 1221. mense Martio, Indictione nona scriptum reliquit Fridericus Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ; nempe Curatij Monasterium specialem non habuisse fundatorem, sed præ cæteris fundatorum titulo honoratos extitisse Rogerium de Marturano, & Riccardum eius fratrem, Mattheum filium præfati Rogerij, atque Ioannem filium antedicti Riccardi de Marturano, fratris Rogerij.
D Rogerius autem iste de Marturano, magnæ authoritatis in Calabria vir, à Malo Guillelmo Siciliæ Rege ad sese in Siciliam euocatus, ne quid clandestinæ proditionis timeret, in carcerem trusus, sine vllo iuris ordine oculorum effossione fuit excæcatus, vt prodet Thomas in vita Mali Guillelmi. An autem Rogerius iste de Marturano suo tempore fuerit Marturanæ Vrbis Dominus, hoc mihi adhuc incertum, quippe vt idem Fazellus astipulatur in vita Rogerij Primi Siciliæ Regis, & dicti Mali Guillelmi Patris, cū primò Rogerius se in Siciliæ Regem salutari, vngi, & coronari fecit Panormi Idibus Maij Anno Dom. 1129. inter cæteros Neapolitani Regni
E Proceres, qui suæ interfuerunt coronationi, Marturani Dominus fuit annumeratus, & hic appellabatur Petrus de Sancto Seuerino. Verùm Ferdinandus præfatum Rogerium filium fuisse autumat dicti Petri de Sanseuerino, Marturanæ Vrbis Domini, & prodet tres ex Sanseuerina progerminasse familias suo tempore potentissimas, nēpe de Marturano, de Lauro, & de Tricarico, de quibus ipsum consule. Sed satis nimis euagatus ad Dei famulum reuertor. In hoc (inquam) Curatij Monasterio tunc Cœnobitarum sanctitate, doctrina, nobilitateq; ac exemplo celeberrimo, benignè, ac piè B. Ioannes Ioachim fuit hospitatus. At quia Ciuitas in monte posita, & lucerna ardens in candelabro nequaquam occultari valet; ex loquela sua à quodam Venerabili Monacho, cognomine Græco, sapientia

Archiuium Curat.

Thomas Fazell. de reb. Siculis posterioris decadis cap. 4. libri 7. Idem ibid. c. 9. versus medium.

Ferdinandus della Marra in suo opere de familijs extinctis, &c. cum de familia de Tricarico. §. da Siluano pag. 415. Iacob. Græc. in Chronol. sect. 8. Syluest. Mar. vbi sup. Matthæus Guerra in epi. ad Card. de Claraualle apud Græcum sect. 47. Franciscanus Marafiota, & alij.

erudito, in verbo conuictus est: eidemq; dicta fuere verba ea, quæ à Domino contra seruum pigrum in talenti fuere occultatione prolata. Cuius Ioannes recordatus sententiæ, extimescens, de conuersione, & habitus susceptione statuit, ac de in Cisterciensem Ordinem ingressu decreuit. Sacris itaq; susceptis Ordinibus, è Catanzario in Curatium regressus, sub Columbano, primo, vt autumo, Curatij Abbate, Columbinæ habitū Religionis toto terrarum orbe celeberrimæ, cæteros ad diuinæ Maiestatis obsequium per exemplum, vitam ducendo pijssimam, retrahentis, in eodē Monasterio maxima non imparatus deuotione suscepit. Intrans ergo in Cellulam, regularis spatium probationis expectans, & ad Monasticæ vitæ professionis Christi mirabiliter complementum aspirans, magna tandem in sui expectatione Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti Regulam, prout Sancti nostri Cisterciensis Ordinis mos est, in venerabili Curacensi Cœnobio amore, dilectione, ac charitate perfusus suam professionem emisit.

Auctores c. 14. ij.

A B

CAP. XII.

De mirabili viri Dei Ioachim integritate, Prioris officio, ac in recusanda Abbatiali dignitate eiusdem humilitate, & fuga.

C

QValis, & quanta fuerit summa Dei famuli Ioachim post emissam ab ipso professionem integritas, etsi verbis assequi nequeat, ex effectu tamen perspicuè argui potest. Quippe vix ex ipsis Nouitiatus, & probationis incunabilis egressus, mox magistrorum, & antiquiorum venerabilium Curacentium Patrum penetrauit volumina antiquitatis, adeo vt tanquam præ cæteris digniori, vt Prioratus in suo Curacēsi Cœnobio exerceret officium, Columbanus Abbas consilio Fratrum timentium Deum, illi sua authoritate mandauit. Deficiente tandem Abbate Columbano, Monachi nouam Abbatis tractantes ordinationem in Ioannem Ioachim, eorum Priorē vnanimiter conuenere. At hoc percipiens Ioachim, exemplo Domini, qui in Regem eligi refutauit, de Curatij Monasterio secessit. Et cupiens in contemplatione viuere, Monasterium adijt Sanctissimæ Trinitatis etiam Sacri Cisterciensis Ordinis in finibus Terræ Acræ, Bisinianensis Diœcesis, prope quam aliud etiam fuisse legimus eiusdem Ordinis Monialium conditum Ann. Dom. 1185. sub titulo S. Mariæ de Macchia, tunc sublimia, & celeberrima, nunc coturnices tantùm matutinas in eis concinunt cantiones, sunt etenim penitus destituta, & in omnibus inculta, & prophanata. Ibi ad tempus immorans, indeque secedens, denuò ad iam dictum Sambucinæ Monasterium sub spe diuturnioris moræ repedauit. Sambucinenses autem Monachi zelantes, quod Monasterium Curatij reliquisset, eum quasi non receperunt. Demum eius considerantes humilitatem, Monachum magis, quam Abbatem viuere cupientis, ad tēpus in Sambucinensi Monasterio admiserunt illum.

Iacob. Graec. in Chronolog. sect. 8.

P. D. Iustus Bussolanus in suis manuscriptis visitationibus.

D E

CAP.

A

CAP. XIII.

Vbi primò sit factus Abbas, deque eius solicitudine.

CVm valde durum Curacensibus Monachis, in eadem electione per-
seuerantibus, Acephalos existere,& sine magistro,& Duce contra
tres iniquissimos hostes, Mundum, Diabolum, & Carnem, militare diffi-
cillimum videretur, circumuicinos omnes tum Ecclesiasticos, tum saecu-
B lares Principes suis repetitis praecibus, vt eorum consilio,& opere Dei fa-
mulus de se factae electioni annueret,& ad Curatium rediret,impellebant
instanter, semper Ioachim sibi praeesse expetiscentes. Tandem venerabi-
lium Archiepiscopi Cusentini, quem Iacobus asserit fuisse Russum, quod *Iacob. Graec. vbi su-*
non affirmo, quippe Russus,vt prodet matricula Cusentinae Ecclesiae an- *prasect.9.*
no Dominicae Incarnationis 1184. 2. Indictionis confecit plateam omniũ *Matricula Ecclesiae*
Ecclesiarũ Paroeciae Çusentinae(Sanctio Archiepiscopo,cuius priuilegium *Cusentinae, asseruata*
anno 1169.Mauro concessum,est supra datum,iam praemortuo)Sanctioq; *in arca trium clauiũ,*
successit, anno Domini 1170. Ioachim verò ne dum Mali Guillelmi Sici- *quas detinent Decanus, Archidiaconus,*
liae Regis tempore,vt cap. 11. Sed & Rogerio, Mali Guillelmi Patre, in *& Thesaurar. eiusdẽ*
C vtraq; Sicilia regnante,vt cap. 10. diximus, Venerabilis erat Curatij Ab- *Ecclesiae.*
bas appellatus. Sãctius circa ann. 1168. successit Ricchardo. Riccardusq; *Sup.c.9.pag.15.E.*
Cusentinam sedem conscendit in anno 1166.& Arnulpho fuit suffectus. *Tabulae Archiepiscoporum Ecclesiae Cusentinae.*
Isteque Arnulphus in Cusentina Metropolitana sede sedisse legitur ab an-
no 1093. vsque ad Riccardum supradictum. Huius itaque, vt autumo;
Arnulphi Archiepiscopi Cusentini,Simeonis Abbatis,& Hilarij Sambuci-
nae Prioris, Inclitique Mellis de Rende Iustitiarij, ac nonnullorum exhor-
tatu Nobilium praecibus,atque imperio victus,& alligatus Ioachim assen- *Graec.loc.cit.*
tit. Et Abbas primò in Curatium redijt magno cum Curacentiũ gaudio. *Frãc.can.lib.2.Ma-*
Factus ergo Abbas, sicut fidelis seruus,& prudens, quem Dominus con- *rafiota de antiq. &*
D stituerat super familiam suam, vt conseruis suis mensuram tritici eroga- *situ Calab. li.4.c.14.*
ret, suscepti muneris cura peruigili solicitus erat, & temporalem egenis *Syl. Marul. & alij.*
substantiã prudenter erogabat, magis tamen, ac magis spiritualibus ope-
ram nauabat exercitijs. Et quamuis Curacense Coenobium ante Dei fa-
muli Praesulatum esset in extimatione non modica, Viro Dei tamen Prae-
sule,& in spiritualibus, & in temporalibus mirabiliter auctum fuisse, ha-
betur pro comperto. Nam sicuti Reges,& Principes admirabantur eum,
ita ipsius contemplatione eius Monasterium gratijs, fauoribus, libertati-
bus, exemptionibusque,ac priuilegijs decorabant. Tales inter caeteros
extitere vtriusq; Siciliae Reges, & Guillelmus cognomine Malus, & Guil-
E lelmus cognomine Bonus, quorum priuilegia confirmauit Romanorum
Imperator,& Rex Siciliae Fridericus Secundus ad instantiam Abbatis, &
Cõuentus Monasterij Curacensis suis supra citatis litteris,datis *apud Brundusium anno Dominicae Incarnationis* 1221. *mense Martij Indictione* 9. Quae
quidem originales litterae manu Petri de Salerno praefati Imperatoris No-
tarij scriptae, ac imperiali sigillo communitae,vt refert in authenticam for-
mam reassumpta earum copia in Curacensi Archiuio asseruata:& tẽpore
reassumptionis earum,hoc est anno Domini 1578. die 27. Septemb. 7. In-
dictionis, extabant penès Marium Caputum Patritium Cusentinum dicti
Monasterij Curatij bonorum omnium Affittatorem. Praefatas vtriusque

Græcus sect.10.

Guillelmi Siciliæ Regum concessiones, licèt longe, latèque nostra se ex- A
tendisset industria, videre nequiuimus. Verum Iacobus Græcus in sua
Chronologia vnum refert priuilegium,& à Malo Guillelmo fuisse conces-
sum asserit, suisque præmissis sequentia subnectens. *Cæterũ Ioachim val-
de pernecessarius fuit huic Guillelmo huius nominis quarto, in ordine verò Re-
gum secundo; qui regnauit ab anno 1149. & obijt anno sexagesimo supra cen-
tesimum,& millesimum, fuit autem Malus Guillelmus propter populorum odiũ
nuncupatus. De hac quidem necessitudine meminit Ioannes Boccaccius de Mu-
lieribus Illustribus, cui assentiri videtur Ioannes Villani: licèt de Guillelmis
sint opiniones dispares, Siquidem Boccaccius inquit. Cum Abbas Ioachim
Constantiæ natalibus adesset Guillelmo Siciliæ Regi Regnorum subuersionem na-* B
*tam esse protulit: quo Rex concitatus oraculo an posset obuiare periculo recense-
bat: consulenti tandem Tancredo naturali infantulam Monialium Monasterio
includi mandauit: ibidem Deo velari,& benedici procurans, nec inde vsque ad
senectam exijt, solum ex Romani Pontificis dispensatione. Quicquid sit de
Boccaccij assertione, non est vertendum in dubium Ioachim pariter Guillelmo
talis nominis quinto, & in ordine Regum tertio fuisse non pauca familiaritate
coniunctum. Hic profectò Rex propter nimiam in Religionem obseruantiam
bonus Guglielmo ab amatis,& amantibus populis appellari promeruit. Regnauit
ab obitu Guglielmi Patris annos viginti sex, idest ad octagesimum sextum su-
pra millesimum, & centesimum annum.* Vsque adhuc Græcus. Ex quibus C
verbis videtur Græcus asserere, Constantiam non ex Malo Guillelmo, vt
Boccaccius refert, sed ex Bono Guillelmo progenitam; at ambo à recto
veritatis tramite aberrarunt, quippe quæ filia fuit Rogerij primi Siciliæ
Regis, vt inconcussis, & irrefragabilibus auctoritatibus, vt eiusdem Con-
stantiæ euentum recto cursu tendat historia, beneuoli Lectoris item per
epicheiam à nobis accepta licentia, non hoc in loco, sed infra probabitur.

Infra cap. 30.

Et interim ad priuilegia,& ad alia describenda calamum dirigamus. Dum
talia priuilegia ad Ioachim Abbatis intuitum à Siciliæ Regibus Curacensi
Cœnobio concedebantur: Rolandus natione Tuscus, patria Senensis, fa-
milia Bandinella, quæ & Paparona postea dicta est, Monachus Cisterciẽ- D
sis, vt inquit Alphonsus, & plurium probant auctoritate scriptorum Bar-
nabas, & Henriquez, ab Eugenio tertio Sancti Bernardi Abbatis Disci-
pulo, Diaconus primùm SS. Cosmæ, & Damiani, deinde Presbyter Car-
dinalis Tituli Sancti Marci, & Apostolicæ Sedis Cancellarius creatus, &
demum à tribus,& viginti Cardinalibus nonis Septembris in Pontificem
electus anno salutis 1159. & Alexander tertius nuncupatus, ac duodeci-
mo Kalendas Octobris anni eiusdem 1159. consecratus, Illustrissimi S. Ci-
sterciensis Ordinis sanctitatem, admiratione dignam attendens, tàm Ale-
xandro Nono Cistercij Abbati, de quo distichon.

Alphonsus Ciaccon. in Vita Alexandri Tertij, Barnabas de Montalbo tom. 1. libro 2. Chrysost. Henriquez in Menolog. 27. Augusti, Adrianus Butz in Supplemento Chron. Abbatum Dunentium c.4.

Venit Alexander, populo benedictus in omni, E
Decurrens alacer meritis ad gaudia Cæli,

Quàm cæteris eiusdem Ordinis Coabbatibus suis priuilegium totidem
verbis explicatum concessit.

*Alexander Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Alexandro Ci-
sterciensi Abbati, & vniuersis eiusdem Ordinis Coabbatibus tàm præsentibus,
quàm futuris canonicè instituendis in perpetuum. Attendentes, quomodo vos à
sæcularis vitæ latitudine conuersos omnipotens, & clemens Dominus ad angu-
stæ portæ deduxit introitum, & vos tanquam à carne adipem separauit; gaudio
gaudemus,& interna mentis lætitia,& exultatione iucunditatis replemur, mouẽ-*

Ex libro priuilegiorum Ord. Cisterc.

tes

A *tes pariter, & exhortantes, vt solicita intentione nitamini in vasis vestris oleũ deferre: quatenus cum media nocte clamor factus fuerit, accensis lampadibus vestris, sponsi mereamini thalamum introire, & iustitiæ beatitudinem recipere, quæ vobis est reseruata in Cœlis. Quapropter quia vos elegit Dominus in hereditatem sibi, & a longe de alto respexit, paci, & tranquillitati vestræ, quantũ nobis gratia diuina concedit, prospicere cupientes, Apostolica vobis authoritate concedimus, & indulgemus, vt Abbates vestri Ordinis, qui aliquo crimine famæ publicæ respersi, aut publicè conuicti à Patribus Abbatibus secundum formam Ordinis commoniti, suæ Prælationi sponte cedere noluerint; ad sedem Apostolicam appellandi facultatem non habeant, aut suum reatum per personas aliquas* B *defendendi. Sancimus præterea, vt si Episcopi tertiò cum humilitate, & deuotione, sicut conuenit, requisiti, substitutos Abbates benedicere fortè renuerint, eisdem Abbatibus liceat Nouitios proprios benedicere, & alia, quæ ad illud officium pertinent, exercere; donec Episcopi ipsi duritiam suam recogitent, & Abbates benedicendos benedicere non recusent. Sanè si Episcopi aliquid ab Abbatibus præter obedientiam debitam, contra libertatem Ordinis à prædecessoribus nostris, & vobis indulta expetierint, liberum sit eisdem Abbatibus authoritate Apostolica denegare, quod petitur; ne occasione ista Ordo ipse, qui hactenus liber extitit, perpetuæ seruitutis laqueo vinciatur. Quod si Episcopi aliquam propter hoc in personas, vel Ecclesias vestras sententiam promulgauerint, eamdem sen*C*tentiam, tanquam contra Apostolicæ Sedis indulta prolatam, irritam fore sancimus. Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisue persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentauerit, secundò, tertiòue commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamq; se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat; atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem hanc nostram constitutionem seruantibus sit pax Domini nostri Iesu* D *Christi, quatenus, & hinc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen, Amen, Amen.*

Ego Alexander Catholicæ Ecclesiæ Episcopus signaui.

Ego Bernardus Portuensis Episcopus, & Sanctæ Rufinæ Episcopus.

Sunt alij decem Cardinales signantes.

Datum Beneuento per manum Gerardi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij, quarto Nonas Iulij, Indictione secunda, Anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo sexagesimo nono, Pontificatus verò Domini Alexandri Papæ III. Anno decimo.

Cumque huiusmodi pro omnibus Cisterciensis Ordinis Monasterijs E ab Alexandro Tertio priuilegium concessum intellexisset Dei famulus Ioachim, vt & eadem libertate suum Curacense Monasterium, eiusdem, vt dictum est Ordinis, clariori titulo perfrueretur, à Michaele Marturanensis Ecclesiæ Episcopo confirmationem obtinuit illius, quod comprobatum, confirmatumque, ac innouatum legimus à Francisco cognomine Monacho Patritio Cusentino eiusdem Marturanensis Ecclesiæ Episcopo in suo proprio originali sub hac inuariata verborum forma.

Franciscus Monachus de Ciuitate Cusentiæ iuris consultus miseratione diuina Episcopus Marturanensis. Etsi adiectione non egeat plenitudo, nec firmitatem exigat, quod est firmum, confirmatur tamen interdum, quod robur obtinet, non id Ex Tabulario Curacensi.

expo-

exposcente necessitate, sed vt confirmantis sincera benignitas clareat, & vt res A
gesta abundantioris cautela robur accedat. Sanè *pro parte Venerabilis Mi-*
chaelis Angeli de Simone ex Oppido Laini sacri Ordinis Cisterciensis, & in Pro-
uinciȳs Calabria, & Lucania Vicariȳ dicti sacri Ordinis, & Prioris Monasteriȳ
Sancta Maria de Coratio Marturanensis Diœcesis fuit nobis præsentatū pri-
uilegium Michaelis bona memoria Episcopi Marturanensis, & fuit nobis suppli-
catum, documentum ipsius priuilegiȳ innouari, & tenorem ipsius fideliter trans-
cribi, ne nimia forte vetustate consumari contingat, atque ne iniuria temporis
rerum edacis obsolescat. Vnde iussimus diligenter inspici, & inquiri seriem
ipsius, & citatis, & vocatis per publicum edictum quibuscumque sua putassent
interesse, tandem seruatis seruandis fuit per nos Franciscum Monachum Ponti- B
ficiȳ, & Cæsarei iuris consultum de Vrbe Consentia miseratione diuina Episcopū
Marturanensem ad hunc actum pro tribunali sedentes, assidentibus vnà nobis-
cum Venerabilibus Fratribus nostris Sancta Marturanensis Ecclesia Canonicis
decretum, quod dictum priuilegium reassumatur, & in publicam formam exem-
pletur tanquam omni exceptione maius. Non vitiatum, non cancellatum, nec
in aliqua sui parte suspectum, sed ex omni parte omni prorsus suspicione carens,
& dictum exemplum eandem authoritatem habeat, sitque authenticum, ac sicut
ipsum originale, cuius priuilegiȳ tenor est qui sequitur.

Michael Dei gratia Marturanensis Ecclesia humilis Episcopus. Ioachim ve-
nerabili Abbati Sancta *Maria de Curatio, eiusq; Fratribus regularem vitam* C
professis, tàm præsentibus, quàm futuris in perpetuum. Spatiosam Mundi vi-
tam fugientibus pia conueniet adesse prouidentia, ne si eorum salutifera requies
alicuius temeritate perturbetur incursu, ab arctiori (quod absit) quam eligere
ingredi viā violentia fatigati succumbant. Ea propter dilecti in Domino Fra-
tres, quamuis priuilegium Apostolicum, quod habetis, Cisterciensis Ordinis liber-
tatem vos à Domino, & Beatissimo Papa Alexandro Tertio obtinuiße, testatur;
vt tamen Deo digni beneficiȳ cooperatores, & nos eße mereamur: tàm laudabi-
lem libertatem præsenti priuilegio confirmamus. Quatenus quidquid liberta-
tis quoque Cisterciensis Ordinis Monasteria habere noscuntur, vestrum Mona-
sterium ex integro habere letetur. Prouidentes igitur paci, & tranquillitati D
vestra statuimus, concedimus, & confirmamus, vt nullus omninò Marturanen-
sis Episcopus, vel alio eorum quolibet, quilibet curam regiminis habere noscatur,
vestrum Monasterium temerè audeat perturbare, aut de eius rebus aliquid au-
ferre, vel ad donationem, aut mutuationem sibi, vel alicui faciendam Abbatem
vestrum, vel successores eius, aut vos quacumque occasione compellere. Verum
si Marturanensis Episcopus amoris intuitu, vel qualicumque pro causa Monaste-
rium vestrum aduenire voluerit, simpliciter, & parum admodum sociȳs conten-
tus Monasterium vestrum ingredi studebit, illaque ad vsum proprium, & socio-
rum eius ad vescendum charitatiuè tantum suscipiat, quæ ei ab Abbate, & Fra-
tribus pro eorum Fratrum, & Abbatis volūtate vel arbitrio cum charitate obla- E
ta fuerint: saluo in omnibus ordine vestro, omnique grauamine, & violentia
remota. Vt autem diuinis familiaritatibus liberius vacare possitis, statuimus.
Vt nullus vnquam Marturanensis Episcopus, vel eius Clerus, curam, & sollicitu-
dinem Abbatis vestri, & successorum eius, quam super oues sibi commissas, aut
committendas habere tenetur, aliquibus inquietationibus impedire præsumant:
nec ad Synodum, vel ad Concilium, aut aliud quid agendum Abbatem Monaste-
riȳ vestri, vel qui pro tempore constitutus fuerit, venire cōpellant, nisi pro certa,
& euidenti negotiorum Ecclesiasticorum necessitate: sed omni violentia remo-
ta Monasteriȳ sui necessitatibus, & Fratrum commodis liberè intendere, & pro-
uidere

A *videre permittentur. Nulli igitur Marturanensis Ecclesiæ Episcopo liceat Ab-*
bati vestro, vel successoribus eius alicuius adinuentionis onus imponere, aut ali-
quid ab eis, vel à vobis contra voluntatem eorum, & vestram exigere: nisi id
tantummodo, quod in vestro priuilegio, quod Beatissimus Alexander Papa Ter-
tius vobis fecit de iure Episcopali continetur. Ideoque quamuis certum sit, quod
Abbas vester, qui pro tempore constituetur, Episcopum Marturanensem venera-
ri debeat, & eiusdem sanctis, & spiritualibus mandatis obedire. Ne tamen oc-
casione inobedientiæ vos exactioni subijcere (quod absit) præsumant, nec ad iu-
randum, & promittendum obedientiam Abbas vester, & successores eius vllate-
nus compellantur: sed vt postulatus fuerit simpliciter, & sine quæstione aliqua
B *eis Marturanensis Episcopus munus benedictionis impendat. Alioqui si contrario*
cum humilitate requisitus, munus benedictionis Abbati vestro cuilibet dare no-
luerit, sicut in priuilegio, quod à Domino Papa accepistis, continetur, licebit eidem
Abbati proprios Nouitios benedicere, & ea, quæ ad illud officium pertinēt, exer-
cere. Ad huius autem constitutionis memoriam, & inuiolabilem firmitatem præ-
sens priuilegium per manus Tancredi Ecclesiæ nostræ Canonici, & Thesaurarij
scribi, & nostro sigillo fecimus roborari: nihilominus Fratribus nostris consen-
tientibus, & propterea eorum manuum singulis confirmantibus, quorum nomina
inferius subscripta declarantur. Si qua igitur in futurum Marturanensis Ec-
clesiæ persona, vel quilibet eius Prælatus hanc nostræ constitutionis paginā sciens
C *contra eam temerè deuenire tentauerit, secundò, tertiòue commonita, si non sa-*
tisfactione congrua emendauerit, reum se diuino iudicio de perpetrata iniquita-
te cognoscat, & sanctissimo Corpore, & sanguine Dei, & Redemptoris nostri Ie-
su Christi aliena fiat, atque in extremo examine diuinæ vltioni subiaceat. Cun-
ctis autem eidem loco sua iura seruantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi,
quatenus hic, & fructus bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem
præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Anno Dominicæ Incarnationis mille-
simo centesimo septuagesimo octauo, mense Augusto, decima Indictione.

Ego Michael Episcopus Marturanensis confirmo præsens priuilegium in per-
petuum.
D *Ego Mauritius Archidiaconus Marturanensis confirmo.*
Ego Tanchedi Canonicus, & Thesaurarius confirmo.
Ego Vincentius Canonicus testis sum, & confirmo.
Ego Ioannes Canonicus testis sum, & confirmo.
Ego Gullelmus Canonicus testis sum, & confirmo.
Ego Bartholomeus Canonicus testis sum, & confirmo.
Ego Rogerius Canonicus.
Ego Moyses Canonicus.

Et quoniam si ea destrueremus, quæ antecessores nostri statuerunt, non constitu-
tores, sed euersores esse iustitia comprobaremur. Vnde sicut nostra defendimus,
E *ità singulis quibusque Ecclesijs sua iura seruamus. Ideo confirmamus, innoua-*
mus, & quatenus opus est, de nouo concedimus omnia, & singula in præinserto
priuilegio contenta de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Marturanensis
Ecclesiæ Canonicorum consilio, & assensu; singulari enim Dei munere interces-
sione, vt credimus, Beatæ semperque Virginis Dei Genitricis, sub cuius Purifica-
tionis vocabulo Ecclesia ipsius Monasterij est: agitur autem ipsius Ecclesiæ con-
secrationis dies festus singulis annis quarto Idus Septembris, factum est; vt quid
forte splendoris Cistercienfis (vergentis in senium sæculi corruptela) decolora-
tum, & deformatum in eo Monasterio erat, tandem anno à Christo nato mille-
simo sexcentesimo secundo, benignitate sanctissimi Domini nostri Papæ Clemen-

tis

tis Octaui habita à nobis relatione, fuit reformatum, & pristino splendori restitutum. Et monemus, & in Domino obsecramus ipsius Monasterij Religiosos in eorum orationibus, & Missa sacrificijs memoriam facere Rogerij de Marturano ipsius Monasterij fundatoris, & Riccardi eius fratris. Et in fidem præsentes litteras fieri fecimus hodierna die festiuitatis Sancti Francisci, quæ consecrationis nostra anniuersaria est; fuit enim consecratio nostra in Episcopum Marturanensem celebrata in Cathedrali Ecclesia Ciuitatis Consentia Brutiorum Metropolis Patriæ nostræ virtute litterarum Sanctissimi Domini nostri Papæ Clementis Octaui, dicta autem consecratio nostra celebrata fuit quarto nonas Octobris die Dominico, Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1592. Indictionis verò sexta, sub Pontificatu Clementis Papæ Octaui Pontificatus sui anno primo. Vnde ad futuram rei memoriam præsens Chirographum fieri fecimus per manus infrascripti nostri Archicancellarij, & nostra propria manus subscriptione, & nostri proprij sigilli appensione, trium videlicet liliorum aureorum super palum azurreum in campo argenteo munimine roboratam. Datum in Ciuitate Marturani in nostro Episcopali Palatio prope nostram Cathedralem Ecclesiam quarto nonas mensis Octob. anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi 1603. Indictionis secunda, sedente Sanctissimo, & Beatissimo in Christo Patre, & Domino nostro Domino Papa Clemente Octauo Summi Pontificatus sui anno duodecimo, Pontificatus autem nostri similiter duodecimo.

† *Ego Franciscus Monachus S. Marturanensis Ecclesiæ Episcopus manu propria.*

Ego Ioannes Thomas de Strangis V.I.D. de Terra Scigliani Sanctæ Marturanensis Ecclesiæ Decanus.

Ego Martius Senator Archidiaconus S. Marturanensis Ecclesiæ.

Ego Paulus Gigliottus de Marturano Thesaurarius.

Ego Aloysius Scaglionus Cantor.

Ego Ioannes Leonardus Sauoya Canonicus.

Ego Lactantius Frater Iacobus Canonicus.

Ego Franciscus Maruca Canonicus.

Ego Saluator de Barberijs de Sciglianо S. Marturanensis Ecclesiæ Canon.

Ego Ioannes Hieronymus Sassus de Marturano Sanctæ Marturanensis Ecclesiæ Canonicus.

Ego Ioannes Baptista de Calabria de Marturano Canonicus.

Ego Antonius Gigliottus Canonicus.

Ego Thomas Scaglionus Canonicus.

In Christo Pater, & Dominus, Dominus Franciscus cognomento Monachus Episcopus Marturanensis mandauit mihi Iacobo de Rende Cancellario. Pendet sigillum, vt supra descriptum ex cordula linea.

Ex his paucis allatis non exigua de Beati Viri Ioachim eloqui possent solicitudine, quæ Lectoris cõsiderationi, & deuotioni pariter relinquũtur.

CAP. XIV.

Ventura bella præuidit.

ALexandro Tertio à partu Virginis anno 1181. 6. Kal. Septembris, sui Pontificatus anno vigesimo primo, mense vndecimo, die tertio decimo, Romæ in Lateranensi Palatio vita functo, & in Basilica Sancti Saluatoris sepulto; cum omnia sub Lucio Tertio Pontifice Summo in defuncti

A sancti Pontificis Alexandri locum subrogato quarto kal. Septemb. 1181. & tertio kal. eiusdem Mensis, & anni Pontificia corona insignito, ac sub Guillelmo cognomine Bono Siciliæ Rege, in perfectissima pace consistenti: Dei famulus Curatij Abbas futura tanquam præsentia cernens, tertio die post festum Dominicæ Resurrectionis vocauit seorsum Venerabilem Virum Peregrinum, & Bonacium germanum illius verè Sanctum, Cusentinos, vt tradit Marafiota, & Iacobum, omnes sanctitate admirandos, & in hæc prædicendo verba prorupit. *In proximo est tribulatio, nec vltra differtur, quod iuxta Prophetarum oracula super filios hominum dira furoris sui adducturus est Dominus: qui mihi licèt talia noscendi gratiam contulerit, fugiendi tamen à facie arcus, & illorum delibatione remedium non præmonstrauit. Rogate ergo quæ ad pacem sunt, si fortè conuertatur Dominus, & eruat nos à malis, quæ iam parantur in nobis.* Haud falsus extitit Vates, nam Guillelmo Bono absque sobole mortuo Siculi nothum, ex Rogerij primi Siciliæ Regis pellice prognatū, in Siciliæ Regem coronarunt; à cuius inualida coronatione dissentiens Clemens Papa Tertius, cuncta cæde, & vastatione hostili permixta, & confusa fuere, vt latiùs dicemus infra. Dum, quæ interim Vir Dei gesserit, describenda sunt nobis.

Iacob. Græc. in Chronolog. Ioachim sect. 29. & antiqua monumenta.
Marafiota lib. 4. cap. 14.
(B)
Infra cap. 27. 30. & 31.

C

CAP. XV.

De B. Abbatis Ioachim ad Pontificem Lucium Tertium accessu. Vbi & de alijs ab eodem datis vaticinijs.

Licèt temporalium administratione bonorum Ioachim Curatij Abbas præmeretur, omnis tamen affectio eius in spiritualis profectus exercitio versabatur, loquebaturque, ac in data desuper intelligentia occupabatur. Verùm quia decretum erat in libro Diffinitionum sacri sui Cisterciensis Ordinis *libri iuris ciuilis, vel canonici in armario communi minime residerent, ne præsumeret aliquis nouas librorum expositiones facere, nisi generalis Capituli consensu, scholia non nisi in occulto detinere, à Capitulo, vel ab ipso Pontifice Maximo licentiam potiri*: Quas quidem Diffinitiones in vnum collegit S. Raynaldus quartus Cistercij Abbas, de quo Antonius Iepius, & alij; habetque illi Cistercij tale distichon.

Inde Raynardus, virtutum Pondus honestum
Semper habens secum, curam cœpit gregis huius.

Formidans ideò zelum Ordinis in quo manebat, intentus priuato studio, confortabatur, attendens illud, quod in Ecclesiastico registratum erat cap. 24. num. 30. *Qui operantur in me non peccabunt*, vt omnem admirationem adimeret, quæ ex eius priuato studio Curacensibus afferri poterat, & vt securiùs super habitam ad exponendum gratiam proficeret, ad Summum Pontificem pro licentia adire duxit. Et primo de suorum consilio Patrum Curatij Monasterium Abbati, Monachisq; Sambucinæ commendari voluit. Qui afferentes Monachorum inopiam pati, renuerunt. Sicuti respondere etiam Abbas, & Monachi Sanctissimæ Trinitatis. Cumque emissas ad dictos Abbates, & Monachos supplicationes omnino inanes comperijsset; in animo proposuit ad interiora Auxoniæ eiusdem sacri Cisterciensis Ordinis Monasteria progredi. Etsi scriptum non inuenerim,

D *Liber Diffinitionum S. Cist. Ord. dist. 1. cap. 11.*
Anton. Iepius centuria 7. ad Ann. 1119. Rubertus Miræus in Chron. Præmonstratense Ann. 1142. Petrus Abbas Cluniacensis lib. 5. epist. 25. in antiqua editione, Gaufridus in vita S. Bern. lib. 4. cap. 3. Exordium magnum Cist. lib. 2. cap. 40. & alij.
E

nerim, antequam Casemarium accederet, prius aduenisse in *hodiernum* A
Sagittariense celeberrimum Cœnobium Casamarij filiationis, in Anno mille-
simo centesimo quinquagesimo secundo, vt monumentum descriptum in
basi columnæ ad cornu Euangelij maioris Altaris, Beatissimæ Virginis
Deiparæ Assumptioni dicati, existentis, ostendit, à nobilissima de Claro-
monte familia fundatum, in Prouincia Lucaniæ, in Comitatu, & Territo-
rio Oppidi Clarimontis, Anglonensis Diœcesis, nunc de Eccellentissima,
immo Regia Sanseuerinorum Familia antiquissima, ex qua plures præstā-
tissimi Viri floruerunt, & tyrannidem veris Principibus prorsus exosam
abhorruerunt, & nunc in tanta sunt expectatione, vt nulli maiorum suorū
virtutibus sint cessuri. Clarimontis Comitatum autem familiæ extitisse B
de Claromonte astipulantur fama per manus ducta, Ciuesque ipsi, quin
& priuilegia Sagittariensi concessa Cœnobio, quo præ cæteris in eorum
Comitatu constitutis non exiguo tractabant, ac diligebant affectu, triplici
ad hoc concurrente causa. Prima miraculorum gloriosissimæ, & inteme-
ratæ Mariæ Virginis de Sagittario, de cuius sacratissimæ Statuæ inuentio-
ne, Deo dante, in vita B.Ioannis à Caramola pauca verba faciemus. Se-
cunda eiusdem loci colonum Cisterciensium eximia, & conspicua sancti-
tas, ac mira obseruantia, quam in sacro Sagittarij Phano, Cœnobioque
vigere dignoscebant. Vltima Nicolai familiæ eiusdem de Claromonte,
qui Monachus sacri nostri Cisterciensis Ordinis effectus in eodem Mo- C
nasterio Sagittarij, talem de se præbuit expectationem, vt eum ad maiora
pro Dei Ecclesia peragenda, Honorius Tertius fuit ad sese vocare com-
pulsus; quem postea in secunda à se facta Cardinalium creatione anno
Dominicæ Natiuitatis 1219. & sui Pontificatus anno tertio in Cardina-
lium numerum cooptatum, & Tusculanæ Ecclesiæ Episcopum creatum,
mox in Germaniam, & Neapolitanum Regnum Sanctæ Sedis Apostolicæ
Legatum misit, vt Fridericum secundum, Henrici sexti filium, præsertim
post Damiatam amissam, ad sacrum bellum adhortaretur. Qui vnà cum
Friderico secundo Romanorum, & vtriusque Siciliæ Rege, Landone Rhe-
gino, Nicolao Tarentino Archiepiscopis, Rogerio Militensi, Guillelmo D
Bisinianensi, Andrea Sancti Marci, Bartholomeo Syracusano, Bernardo
Genicocastrensi, Thadæo Neocastrensi, & Philippo Marturanensi, Episco-
pis, Calabriam pertransiens, & Cusentiam Vrbem productus, à Venera-
bili Luca, itèm Cisterciensi, Dei famuli Ioachimi, vt infra dicetur, olim scri-
ba, & Sambucinæ Abbate, Cusentinæ Diœcesis Archipræsule rogatus,
præfatis præsentibus, nec non Abbatum, & Monachorum, Cleri, atq; Po-
puli copiosa astante multitudine Cusentinam Metropolim dedicauit, &
consecrauit Ecclesiam ad honorem Dei, & Beatissimæ Virginis Mariæ sub
titulo Assumptionis *anno Domini* 1222. *tertio kal. February, Indictionis de-
cima, Pontificatus Honorij Papæ Tertij anno sexto*, vt ex diplomate inde se- E
curo, quod vulgauit Græcus in Chronologia Ioachim. Nicolaus de Cla-
romōte hominem exuit anno Domini 1227. post ab ipso, & omnibus Car-
dinalibus die Sabati, 14. Kal. Aprilis anno salutis 1227. Gregorium No-
num, Innocentij Tertij Nepotem, ad Pontificiam sedem euectum. Fuit
Nicolaus Clarimontensis vir prudens, religione conspicuus, & Honorio
Tertio specialiter carus, vt ex eiusdē Honorij registro refert Ciacconius.
Porrò hæc Clarimontensis familia omnium Neapolitani Regni nobilissi-
ma, & antiquissima fuit, quippe quæ suā à Carolo Magno Gallorū Rege
traxit originem, super hoc monumentum, forte fortuna in Florentinæ
Cano-

Vide Scipionē Ammiratum, Ioannem Pontanū in historia, Volaterranū in Geographia lib.6.c.7. citat. à Scipionè Mazzella in sua descript. Regni Neapolis. & Famil.

In vita B. Ioannis à Caramola cap.5.

Gracus in sect. 42. Chronolog. Ioachim, Vghellus de Episcopis Italiæ verbo Tusculani Episc. nu.16. Alphonsus Ciaccon. & alij.

Infra c.36. & c.37. 41. & 42.

Iacob. Græc. Syllan. in Chronol. Ioachim loco nuper citato.

Alphonsus Ciaccon. in vita Honorij III.

A Canonicæ archiuio à nostro Abbate Vghello repertum, typisq; mandatum, in medium adducere placeat, ne Nicolai de Claromonte nostri sacri Cisterciensis Ordinis Monachi, eiusque Familiæ, ac nostrorum benefactorum omninò videamur immemores.

Miseratione diuina, Petrus Sabinensis Episcopus, Nicolaus Tusculanorum Episcopus, de Claromonte vulgariter nuncupatus, & Stephanus tituli Basilicæ duodecim Apostolorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales. Vniuersis Christi fidelibus, tam præsentibus, quam futuris, præsentes litteras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, & testamur, quod potentissimus, & magnificus Princeps, & Dominus, D. Fridericus de Claromonte consan-
B *guineus noster, Miles creatus nuper à Sanctissimo in Christo Patre, & Domino nostro Domino Honorio diuina prouidentia Papa Tertio, & ab eo potestas tradita est, qua possit pugnare pro iustitia ad honorem Dei, & etiam propter sanctã Romanam Ecclesiam, & maximè contra Sarracenos, seù Infideles, & Schismatichos, velut elapsis temporibus semper fecerunt potentissimi, & magnificentissimi Principes de domo Christianissimi Magni Caroli Regis Franciæ, de qua ille gloriosissimus, magnificentissimusque Verelandus de Claromonte descendit, & vos etiam descendistis. Vnde nos considerantes tantam sublimem, atq; magnam progeniem, & maximè deuotionem, quam habetis circa sanctissimas Reliquias Sanctorum, quas humiliter, & gratiosè efflagitastis, vt cum maiori de-*
C *uotione, atque feruore possitis pugnare, exhibemus vobis aliquas deuotas, atq; sanctissimas Reliquias, & maximè de illo gloriosissimo Christi Martyre Georgio, & partẽ de Lorica ipsius, qui subiugauit totas nationes Barbaras, de Reliquijs Sanctorum Patriarcharum Abraham, Isaac, & Iacob.* Cætera sequentia, & alia plura de dicta familia videbis apud Vghellum loco in margine citato. Concludit monumentum. *In cuius rei testimonium præsentes nostras litteras exinde fieri fecimus per manus Thadæi de Vrbe, & sigilli nostri, nec non Reuerẽdissimi Patris, & Domini nostri Domini Stephani, tituli duodecim Apostolorum, appentione muniri. Datum Vrbeueteri Anno Domini millesimo ducentesimo vigesimo, Indictione octaua, die sexto mensis Septembris, Pontificatus*
D *præfati Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri, Domini Honorij Papæ Tertij anno quinto. Et ego Thadæus de Vrbe, filius quondam Pelegrini, publicus Apostolica, & Imperiali authoritatibus Notarius, & Iudex ordinarius de mandato prædictorum Dominorum Cardinalium, quibus omnibus, & singulis interfui, & rogatus scribere, scripsi, & publicaui, signumque meum apposui, &c.* Clarimontis verò Comitatum, vt Patritij Accolæ referunt, dictæ Eccellentissimæ Sanseuerinorum familiæ Dominio subegit Matrimonium initum inter Iacobum Sanseuerinum Tricarici Comitem, & Margaritam (de quibus in Vita B. Ioannis à Caramola) filiam Iacobi de Claromonte. Siquidem Vgone de Claromonte fratre absque liberis è viuis excesso Anno
E Domini 1319. Margarita Soror maior natu, & Iacobi Sanseuerini vxor, Comitatũ Clarimontis hæreditauit, atque Oppida Sinisij, S. Quirici, Noæ, Castrinoui, & Turris Maris; Odolina verò minor natu Soror, Casertæ Comitissa, & Didaci della Ratta Hispani Casertæ Comitis, & magni totius Regni Thesaurarij Vxor, Mignani Oppidi Baroniam in Terra Laboris, vt Ferdinandus tradit. Iacobus autem de Claromonte Vgonis, Margaritæ, & Odolinæ Pater, priuilegium nostro Sagittario concessit anno Dom. 1248. totidem verbis expressum.

P. D. Ferdinand. Vghellus Abbas Cist. in sua Italia sacra tom. 1. Verbo Tusculani Episcopi sub nu. 16.

Infra in Vita B. Ioãnis à Caramola cap. 11.

Ferdinandus della Marra in suo opere, cui est titulus. Discorsi delle Famiglie estinte, forastiere, ò nõ comprese nelli Seggi di Napoli. Cum de familia della Ratta pag. 308.

✠ *Signum propria manus mea Iacobi de Claromonte.*

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo, Mensis Aprilis,

Ex Archiuio Sagittarij Monasterij.

sextæ Indictionis. Imperante Frederico Dei gratia inuictissimo Imperatore A
semper Augusto, Hierusalem, & Siciliæ gloriosissimo Rege anno Imperij eius
vigesimo octauo, Rege Hierusalem vigesimo sexto, & Siciliæ quinquagesimo primo fæliciter. Amen. Nos qui supra Iacobus de Claremonte ad exhibendam quamlibet gratitudinem beneficiorum à nostro Redemptore perceptorum, Monasterio de Sagittario, ad Dei laudem, & honorem Sanctæ Dei Genitricis à nostris olim Progenitoribus fundatum, & dotatum, damus, & confirmamus in perpetuum Tenimentum, dictum Sagittarij veteris, quod est prope Terras de Armentano, incipiens à muro veteri, & limitibus ipsius loci vsque ad frontem vadens, & tendens ad Vallem de Layno, & Concam de Ventrili, & per Rismam, Rismam vsque ad Petram de Faraco (in sententia Regiæ reintegrationis bo- B
norum Monasterij Sagittarij legitur, & per cristam cristam vsq; ad Petram de Faraco ad magis explicandum limites dati, confirmati, & possessi tenimenti, quod describitur) & ad flumen Fridi, & descendit per ipsum flumen vsque ad medietatem plani, vbi coniungitur primo fini à parte Orientis, prout ipsum conspeximus olim fuisse concessum per nostros Progenitores dicto Monasterio, & Abbati Palumbo primo Abbati ipsius Monasterij, & eius successoribus canonicè instituendis ibidem. Insuper damus, & concedimus in perpetuum dicto Monasterio de Sagittario duas Colturas terrarum in Tenimento Clarimontis, vna quæ sita est in contrata vbi dicitur Corrari subscriptis finibus limitata, videlicet, Vt incipit à Petra de Faraco, quæ est iuxta flumen Fridi, & ascen- C
dit per ipsum flumen vsque ad Vallonem, qui dicitur de Episcopo, & ascendit per ipsum Vallonem vsque ad Tartaream, & deinde descendit ad prædictam Petrã Faraco, & ità concluditur. Alia verò cultura est in loco, vbi dicitur de Mantineo, & incipit à flumine Signi, & ascẽdet per quendam Vallonem, qui dicitur de Cuscino, & ascendit per ipsum Vallonem vsque ad frõtem vbi est via, qua itur ad Vallem de Layno, & vadit per eandem viam ad frontem, quæ est super ipsam viam, & descendit per ipsum frontem vsque ad flumen Fridi, descenditq; per ipsum flumen vsque ad prædictum flumen signi, & sic concluditur. Præterea paci, & tranquillitati dicti Monasterij in futurum prouidere volentes, Terras
prope, & circa Molendinum dicti Monasterij, siti prope Molendinum nostrum D
Clarimontis ad eadem Monasterium . . . . . . Molendinum rationabiliter pertinentes, præsenti nostra concessione ipsi Monasterio perpetuò duximus concedendas infræsubscriptos fines. Videlicet. Sicut ascendit aquarium à præfato Molendino Curiæ nostræ sursum vsque ad flumen Signi, & demum descendit per ipsum flumen Signi vsque ad viam, quæ venit de Gabalata ad dictum Aquariũ Molendini nostri, & sic concluduntur Terræ prædictæ. Et vt hæc nostra confirmatio, & donatio inuiolabiliter perseueret, Nos, nostrosque hæredes supponimus Regiæ Curiæ pænæ centum regalium aureorum, & totidem parti ipsius Monasterij, si nos, nostrique hæredes prædicta omnia in toto, vel in parte minuere, aut
euacuare præsumpserimus, concessione ista firma, & stabili permanente. Ad hu- E
ius itaque rei memoriam, & securitatem, ac perpetuum firmamentum, præsens scriptum publicum exinde fieri, & scribi fecimus in Terra nostra Sinisij per manus Ioannis fidelis nostri publici ipsius Terræ Notarij, & subscriptione manuũ, & testimonio subscriptorum testium fidelium nostrorum plenius roboratum anno, Mense, & Indictione præmissis.

✠ Ego Raynaldus Iudex Sinisij testis sum.
✠ Ego Griadas de Tegana testis sum.
✠ Ego Guillelmus de Principatu testor.
✠ Ego Robertus de Salomone Miles testis sum,

Ego

A ✠ *Ego Vgo de Domina Iacoba Miles testis sum.*

✠ *Ego Rogerius Cotunnus Baro Sinisij testis sum.*

✠ *Ego Notarius Perrottius de Magistro Berado familiaris, & domesticus magnifici viri Domini Iacobi Clarmontis testis sum.*

✠ *Ego Simon de Senis Miles testis sum.*

Aduertenter dixi supra (*hodiernum Sagittariense* Cœnobium *à nobilissima familia de Claromonte fundatum*) ad aliorum eidem intemeratæ Virgini de Sagittario dicatorum Cœnobiorum differentiam. Siquidem licet Oppidani, eorumque præ cæteris Dominus, Deiparæ comperto miraculo, extemplò celebre ei Templum in ipsissimo erexerint loco, vbi primò, B secundòque repererant illam, vt in Vita B. Ioannis è Caramola, Deo dãte dicemus cap. 5. diuitijsque nonnullis locupletauerint: tamen quia ingruente hyeme honor Virgini sacratissimæ debitus subtrahebatur, & cultus; (non enim propter ingentem aliquando niuium copiam ad Sagittarij Eremum tutus dabatur accessus) nobilis quidam Vir Tancredus nomine, cognomine verò Murrinus, Dominæ nostræ egregius cultor, dictum haud ferre valens incommodum, & sublime Sacellum, & Monasterium sub denominatione Sanctæ Mariæ de Sagittario illi adiunctum ingẽti sumptu construxit prope Eremi radices, iuxta Terras de Arimentano, inter Signi, & Fridi tumidos amnes, & propriè eo in loco, vbi nunc Grangia sub in- C uocatione Visitationis Mariæ Virginis, vulgariter *Ventrile* nuncupata, à Cisterciensibus erecta comperitur; & summa veneratione ibi translata Virginis statua, eam à Benedictinis excolendam prouida liberalitate prouidit. Verum successu temporis, siue Deo permittente, siue Benedictinorum culpa Patrum, cultoribus destituto Cœnobio, & Virginis statua iterũ in prima sede restituta, Clarimontis Oppidi Comes è nobilissima iam dicta de Claromonte familia, audita Sacri Cisterciensis Ordinis sanctitate, communi omnium ore commendata, Sanctiq; Melliflui Doctoris allectus præconijs, Cistercij Ordinis Patres in suo Comitatu expetiscens, adeò apud Ioannem Anglonensis Ecclesiæ tunc Episcopum, & apud Casema- D rienses recenter ad Cisterciense Institutum conuersos suis præcibus, & authoritate præualuit, vt sicut ab Episcopo, Sagittarij concessionem pro Casemariensibus obtinuit, sic ab ijs Coloniam extorserit Monachorum. Nec tamen statim vbi nunc extat apud sacrosanctum Virginis Phanum, ædificatum Cœnobium. Quippe Cistercienses nouiter adducti tunc nimis horridam, rigidam, & incultam videntes Eremum, non apud Mariæ Basilicam, quæ spectabat Septentrionem, sed in alia parte Eremi eiusdem, quæ Austrum spectaret, fundare Cœnobium peroptabant. Iacere itaq; fundamenta Cœnobij eo in loco, qui nunc Monasterium vetus ab Accolis appellatur, Frido amni imminente, quingentis passibus supra mille à E sacrosancta Æde distante, & totidem à Sagittario destituto, siuè Grancia Ventrilis; extructoque aliquali Sacello, illò Deiparæ transtulere statuam. At frustra, nam mane sequenti in nouo Sacello non inuenta, ac si nunquã fuisset amota reperiere illã in pristina sede sedentem. Cistercienses tali conterriti signo, ilicèt paratis à se ex tabulis, trabibusque habitaculis, apud Sacrosanctam Virginis Basilicam pedes fixere suos à partu Virginis anno millesimo centesimo quinquagesimo secundo (vt prodet supra citatum monumentum, & confirmare videtur Memoriale inuictissimo Romanorum Augusto, & vtriusque Siciliæ Regi Carolo quinto à Priore, & Monachis Sagittariensibus præsentatum pro confirmatione priuilegiorũ,

Hoc in capite versus principium.

gra-

Archiuium Sagittariense.

gratiarum, & libertatum eiusdem Ecclesiæ) Pontificatus Eugenij Papæ A
Tertij, Cistercienfis Ordinis, anno septimo, Imperij Friderici primi,
aliàs Ænobarbi anno primo, Regni Rogerij vtriusque Siciliæ Regis primi anno vigesimo tertio, Exordij Illustrissimi sacri Cistercienfis Ordinis anno quinquagesimo quarto, Generalatus Sancti Gozeuini Abbatis Cisterciensis anno secundo, à fundatione Clareuallis, è cuius filiatione est Sagittarium, anno trigesimo septimo, & anno ætatis Sanctissimi Melliflui Doctoris Bernardi primi Clareuallis Abbatis anno sexagesimo secundo, & penultimo. Ibidemque proculdubio duraturi, quandiù Sacratissimam Deiparam Virginem indignabundam mortaliũ inde scelera non arcebunt.
Adeò verò sedes, quam pro se elegit Maria, ingredientibus Religioni est, B
vt pleno lætitiæ, admirationisque repentè corripiantur horrore, qui illuc pedem intulerint. Constantissima est sacræ huius historiæ antiquiorũ Patrum per manus ducta traditio; quinimmò & vestigia, quæ adhuc visuntur, eandem indicant historiæ veritatem. In hoc enim vltimo existentique Cœnobio præter Basilicam sacrosanctam perpauca cernuntur signa antiquitatis, licèt indubitanter fama teneat, illud fuisse combustum, & deinde solo æquatum, quòd & comprobant adhuc extantia in illo monumenta, nempe fissum Basilicæ pauimentum, & exorta ex combustione nigredine maculatum; atque illa insuper potentissima signa, quæ in Vita
B. Ioannis à Caramola referemus cap. vltimo. Penultimi adhuc apparen- C
tia, sed solo æquata fundamenta cernimus in via supra pontem, qui dicitur *dello Turno* cum è Sagittarij Monasterio in Granciam Ventrilis descẽdimus, eo certè in loco qui *Monasterium vetus* communiter appellatur, & vbi Cruces erectæ extant. Sagittarij veteris passim subterranea monumenta fendunt prædictæ Granciæ Ventrilis cultores, dum nouas arbores plantant, siue vt in germina excrescant, vetustas vites supprimunt; extat insuper eius mentio in modò à nobis dato Iacobi de Claromonte, Clarimontis Oppidi Comitis, priuilegio, atque in alio Honorij Papæ III,
cui nulla noui Sagittarij, eiusque fundatoris facta mentione, ac si Sagitta- D
rium vetus constitisset, ad suorum prædecessorum Pontificum instar, ad Sagittarij Abbatis instantiam, tunc certè Palumbus nomine, antiquas ei gratias, & priuilegia confirmauit, ac de nouo sub hac inuariata verborum forma concessit.

De Sancto Gozeuino vide Angel. Mãriq. in Annalib. Ecclesi. tom. 2. ad ann. 1151. cap. 1. n. 7. in Calend. Salmãt. & in Laurea Euang. libro 3. Sanct. Bernard. in epist. ad Eug. Papam epist. 270. Renatum Choppinũ lib. 1. Monast. tit. 3. n. 25. Robertum Rusca in Cõpendio tit. Abb. Cist. Sanct. & Beati.

Ex Archiuio Sagittariensi.

Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Abbati Monasterij Sanctæ Mariæ de Sagittario, eiusque Fratribus tam præsentibus, quam futuris in perpetuum. Iustis votis assensum præbere, iustisque petitionibus aures accomodare nos conuenit, qui licèt indigni, iustitiæ custodes, atque præcones in excelsa Apostolorum Principum Petri, & Pauli specula præsenti Domino disponente conspicimur. Eapropter dilecti in Christo filij iustis petitionibus annuentes;
B. Mariæ de Sagittario Monasterium, quod nobilis vir Tancredus Murrinus E
iure proprietatis Romanæ Ecclesiæ obtulit, ad exemplar prædecessorum nostrorũ Apostolicæ memoriæ Alexandri Secundi, Gregorij Septimi, Vrbani Secundi, Paschalis Secundi, & Calisti Secundi, speciali Apostolicæ sedis authoritate protegimus, & libertatis priuilegio communimus. Statuentes, vt quæcunque bona, quæcunque possessiones largitione Pontificum, vel eiusdem nobilis, aut hæredum suorum, siuè aliorum fidelium ad vestrum piè Monasterium peruenerunt, vel quæcunque possessiones adepti eritis, vel in futurum eritis adepturi, firma vobis, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus nominibus exprimenda. Ecclesias Sancti Basilij de Cariato, Sanctæ Catherinæ cum pertinentijs suis,

San-

A Sancti Laurentij de Adesta, Sancti Nicolai de Spetimo, Sancti Nicolai de Dyscensi, Sanctæ Mariæ de Odolina, Sancti Nicolai de Parrico, Sancti Petri de Rubeo, Sancti Philippi de Sinisio, Sancti Sebastiani de Parapauli, Sanctæ Trinitatis de Sancto Vgarico, & medietatem Sancti Ioannis de Felicis cum omnibus iuribus, & pertinentijs earum. Item Sancti Vincentij cum Hospitale, & bonis suis in Tarsia. Item tenimentum Barra, & Maradassa in tenimento Brohalli, Terram de Feliceto in tenimento Malueti. Præterea statuimus vos, & idem Cœnobium vestrum cum omnibus Ecclesijs vestris, Villis, Possessionibus, Casalibus, & hominibus, Clericis, & Laicis in diuersis partibus constitutis habitis, & habendis nulli Episcopo, nisi soli Romano Pontifici subiaceant, eisque in spiritua-
B libus curam, & censuram impendant pastoralem, & in temporalibus proprietatis iure libero regimine dominari. Chrisma, oleum sanctum, consecrationes Altarium, siue Basilicarum, ordinationes Monachorum, seu Clericorum vestrorum, qui ad sacros erunt ordines promouendi, est etiam opportuna vobis specialis officij Sacramenta à quocunque malueritis Catholico recipietis Episcopo. Excommunicationem vero, siue interdictum in vos, vel in iuri vestro subiectos, quos vos vtique canonicè corrigetis, nullus cuiuslibet potestatis, seù dignitatis, legationis, vel officij sit, pro reatu aliquo, vobis inuitis, præsumat inferre, nisi solus cognita veritate Romanus Pontifex propter culpam nolendi corrigi contumaces. Libertatum autem, quas præfatus nobilis inde loco scripti sui authoritate con-
C cessit iuxta prædecessorum nostrorum exemplar has vobis specialiter confirmamus, videlicet. Vt ex omnibus partibus iuris sui quoscunque potueritis homines attrahere ad faciendum, vel augendum in locis vestris Casale habeatis liberam facultatem. Et nulla persona vos, vel iuri vestro subiectos præsumat molestandi, vel in ius trahendi vobis inuitis, nisi solus Romanus Pontifex, audeat attentare. Item siquidem suis, quæ scilicet iure prædicti nobilis, aut posteriorum eius habuerint causam vitæ, vel mortis quicunque Cœnobio vestro dare, siue quolibet modo transferre voluerint, habeant licentiam efficacem. Et homines seruitute angaria, vel aliqua personali iurisdictione vestro Monasterio pertinentes nullus contra vestrum beneplacitum angariare, vel aliquod seruitium eis im-
D ponere, seu herbaticum, aut glandaticum, vel plateaticum à vobis exigat, siue aliquam vobis iurisdictionem, aut exactionem inferre præsumat in terra prædicti nobilis, & hæredum, seù successorum suorum; & animalia vestra liberè pascantur in ea sicut disposueritis, & ligna incidantur, & accipiantur ad vsum vestrum sine aliquo contradicto. Item si quis pro aliqua culpa ad prænominatum Monasterium fugerit, nullatenus inde per violentiam abstrahatur, sed à vobis teneatur ad iustitiam faciendam. De possessionibus autem vestris, si qua forte fueritis destituti, quia specialiter cum Monasterio vestro ad proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinetis priuilegium omninò decernimus obseruandum: ideo præsenti institutione sancimus, vt quicunque de tenimentis vestris vobis irra-
E tionabiliter vsurpatum minus quam centum annis, vel aliter quam quietè probatur possedisse, vel vos contra decreta damnificans Apostolica, malitiosis in aliquo, & apertis perturbationibus agrauabit secundò, tertiòue commonitus, & minime resipiscens, à vobis, & Ecclesiasticis Prælatis ipse tandiù publica excommunicatione stringatur, donec restituendi Monasterio vestro restituat sine fraude, vobisque satisfaciat congruenter. Sepulturam etiam eiusdem loci liberam esse decernimus, vt eorum, qui se illic sepeliri deliberauerint, nisi excommunicati sint, deuotioni, & executioni, voluntati nullus obsistat. Obeunte vero Abbate vestro nullus ibi quilibet surreptionis astutia, vel violentia præponatur, nisi quē Fratres communi consensu, vel Fratrum pars saniori consilio secundum Deum, &

B. Be-

B. Benedicti Regulam prouiderunt eligendum. Electus autem si ad Romanum Pontificem fuerit possibilis, & liber accessus, ad eum consecrandum accedat, sin autem cum eius licentia à quo petierit Catholico Episcopo consecretur iuxta morem in fide, atq; obedientia Romanæ Ecclesiæ. Statuendum & vsum Mitræ, & Annuli, cæterorumque Episcopalium insignium habebit. Ad indicium vero huius percepta à Sede Apostolica libertatis Bizanzios aureos duos singulis annis Lateranensi Palatio persoluatis, vel subsequenti restituetis anno fideliter, quidē si in priori contigerit desijsse. Decernimus ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum sanctæ reuerentiæ Cœnobium temerè perturbare, vel eius possessiones auferre, vel ablata retinere, minuere, seù quomodolibet vexationibus fatigare, sed omnia bona eius integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione, aut sustentatione concessa sunt omnimode profutura. Et tu dilecte fili Abbas, & successores tui, Fratres vestros, ipsum Monasterium secundum Regulam Sancti Benedicti firma semper Religione regatis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, sæcularisuè persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam venire tentauerit temerè, secundò, tertiòue commonita, si non satisfecerit congrua emendatione, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se diuino iusti Iudicis conspectu existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo Corpore, & sanguine Dei, & Domini nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ vltioni subiaceat. Cunctis autem eidem Venerabili loco hac Apostolica nostra Constitutionis decreta seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æterna pacis inueniant.

✠ *Honorius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*

✠ *Ego Nicolaus Tusculanus Episcopus.*

(Ne hunc Nicolaum cum supra dicto nostro de Claromonte quis confundat, sciendum, quod iste dicebatur Nicolaus de Romani, & erat Romanus, fuitque creatus Episcopus Cardinalis Tusculanus ab Innocentio Tertio anno Domini 1205. mense Decembri, sui Pontificatus anno 7. & hominem exuit anno Domini 1219. vt tradunt Ciacconius, & alij, illique Cisterciensis noster Nicolaus de Claromonte, sicut in Cardinalitia, sic & in Tusculanæ Ecclesiæ dignitate successit immediatè.)

Alphonsus Ciaccon. in Vitis Pontificum, Abb. Vghellus Italiæ Sacræ tom. 1. verbo Tusculani Episcopi n. 25. Gerard. de Sancto Gemin. in Chronicon.

✠ *Ego Guido Prænestinus Episcopus.*

✠ *Ego Gregorius tituli Sanctæ Anastasiæ Diaconus Cardinalis.*

✠ *Ego Guido Sancti Nicolai in Carcere tituli Diaconus Cardinalis.*

✠ *Ego Octauianus Sanctorum Sergij, & Bacchi Diaconus Cardinalis.*

✠ *Ego Ioannes Iacobus Cosmæ, & Damiani Diaconus Cardinalis.*

✠ *Ego Romanus Sancti Angeli Diaconus Cardinalis.*

✠ *Ego Stephanus Sancti Adriani Diaconus Cardinalis.*

Datum Laterani per manus Guillelmi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij quartodecimo kalendas Octobris, Indictione quarta, Incarnationis Dominicæ Anno millesimo ducentesimo decimo sexto, Pontificatus vero Domini Honorij Papæ III. anno primo.

Ex his Honorij Papæ Tertij sanctissimæ memoriæ litteris deuotus Lector facilè videat, sacrosanctum Virginis de Sagittario Phanum, vt minimum à temporibus Alexandri Papæ Secundi, qui Nicolao Secundo fuit suffectus anno Domini 1061. Kalendis Octobris, fuisse constructum. Videat insuper Virginis Ecclesiam non contemnendam; quam tot Pontificum continuata serie indulta nobilitarunt: nec dubium post à Cisterciensibus excultam maiores gratias, concessionesque, atque maiora indulta

ab

A ab Honorij Tertij successoribus, quæ ab antecessoribus impetrasse, Abbatiamque celeberrimam, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectam, ac multis Ecclesijs alijs, atque fortunis auctam. Licèt dissidia non euaserit Anglonensis Episcopi, cum quo post obtentas Honorij Tertij litteras quibusdam super antedictis, & alijs Ecclesijs, nempe Sanctæ Mariæ de Lauro, Sancti Nicolai de Frassis, & Sancti Constantini apud Terram Colubrarij, diù controuersum, litigatumque, & tandem Petro Anglonensium Antistite ex eiusdem tertij Honorij sētentia, tanquā suæ Ecclesiæ dilapidatore deposito, & Roberto Cistercienfis Ordinis Monacho, quem egregijs moribus, & ingenio clarum extitisse prodit noster Vghellus, ex
B eodem Sagittariensi Cœnobio ad eandem Anglonensis Ecclesiæ dignitatem assumpto, sub extremum Pontificatus Gregorij Papæ Noni, conuentum, & concordatum, cuius monumentum, in Sagittarij Tabulario asseruatum, legitur sub tenore huiusmodi.

Honorij Papæ III. epist. ad Archiepiscopum Cusentin. Episcopum Bisinian. & Abbatem Sambucinæ, vt inquirant contra Petrum Episcop. Anglonensem, suæ Ecclesiæ dilapidatorem, subdat. 3. id. Nouembris anno 1216. vt tradit Abbas Vghellus in sua Italia Sacra tom. 7. verbo Anglonēses Episcopi num. 8.

In nomine fœlicis Trinitatis Amen. Anno salutiferæ Incarnationis Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo quadragesimo primo, mense Februarij, quarta decimæ Indictionis, Domini verò Gregorij Papæ Noni anno quartodecimo, Domini verò Friderici, Dei gratia inuictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti Hierusalem, & Siciliæ Regis anno Romani Imperij vigesimo primo, Regni Hierusalem sexto decimo, Regni verò Siciliæ quadragesimo
C *quarto fœliciter. Amen. Consuetudinis ordo requirit, nec discrepat à tramite rationis, vt quæ per iudicium, vel concordiam terminantur, scripturæ testimonio mandentur notitiæ posterorum, ne semel incisi sentes iterum debeant pullulare per rediuiuæ scrupulum quæstionis. Hac igitur ratione inducti, Nos Robertus Dei gratia Anglonensis Episcopus studuimus præsenti pagina declarare, quod cum quæstio, & cōtentio verteretur inter nos ex vna parte, & Dominum Guillelmum Venerabilem Abbatem, & Conuentum Monasterij Sagittarij ex altera, videlicet de Ecclesia Sanctæ Mariæ de Lauro sita in tenimento Rotundæ Maris, & tenimentis, possessionibus, & iuribus ad ipsam spectantibus. Tandem ad memoriam reducentes præfatam Ecclesiam cum pertinentijs omnibus*
D *suis concessisse simul cum Monasterio Sanctæ Mariæ de Sagittario Venerabili Abbati, & Conuentui Monasterij Casæ Mariæ Cisterciensis Ordinis, contenti annui census tantùm vnius Bizantij, quem nobis pro Monasterio ipso Sagittarij, & ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ de Lauro, atque omnibus obedientijs eiusdem Monasterij reseruauimus de ipsa Ecclesia Sanctæ Mariæ, & omnibus tenimentis, & pertinentijs suis de consilio, & assensu Canonicorum nostrorum nobis, & successoribus nostris silentium perpetuum posuimus, vt nullo deinceps tempore contra prædictum Venerabilem Abbatem Sagittarij, & successores suos exinde tribulationem, molestiam, litem, vel quæstionem aliquam moueamus, renunciantes omni iuri, & actioni, quam de prædicta Ecclesia Sanctæ Mariæ de Lauro, &*
E *pertinentijs suis nos, successoresque nostri contra prædictum Abbatem, & successores suos habere, vel mouere aliquatenus valeremus; cum satis illicitum, ac temerarium videretur, si contra factum nostrum, & maximè contra tàm laudabilem institutionem, & ordinationem præsumeremus venire, tanquam qui ex officij tenemur debito Religionum loca fauere, & bonis, quibus possumus ampliare. Attendens etiam honestam conuersationem, Religionem laudabilem, & etiam deuotionem pariter, quam prædictus Abbas, & Conuentus eiusdem Monasterij Sagittarij erga nos, & Ecclesiam Anglonensem dignoscitur habere; de consilio, & assensu fratrum nostrorum concessimus eis licitè recipere corpora mortuorum nostræ Diœcesis, qui Monasterio prædicto, vel obedientijs suis elegerint sepultu-*

F

pulturas, & etiam legata Parochianorum nostrorum quocunque fuerint iure aliquo pro quartis, vel qualibet alia ratione, vel portione vobis au'horitate Diœcesana de cætero non seruato, cum quarta Ecclesijs, quæ dictis legantur fratribus ad meliorem vsum conuerti nequeant, quàm ad vsum, & substentationem ipsorum, qui sub Religione tam laudabili, & vita aspera quotidie Domino famulantur, & vt nulla penitus amodò quæstionis materia inter nos, & Abbates, & Cōuentum prædicti Monasterij Sagittarij Cisterciensis Ordinis valeat suboriri, sed securè, quietè, liberè, & pacificè dicta Ecclesia Sancta Maria de Lauro cū pertinentijs suis à dicto Monasterio Sagittarij possideri omni futuro tempore valeat, & haberi, & vt nunquam de legatis mortuorum ab aliquo ordinatorū Anglonensis Ecclesiæ à prædicto Monastero Sagittarij quarta, vel portio exigatur. A B

Renunciauimus omni Iuri, tàm canonico, quàm ciuili, consuetudini, constitutioni hactenus factæ, vel amodò promulgandæ, omni quoque fauori, omnique exceptioni, litteris etiam Apostolicis, vel Imperialibus impetratis hactenus, vel amodò impetrandis, & specialiter beneficio restitutionis in integrum, omnem quoque viam nobis præcludimus, & omnem materiam quæstionis expellimus repetendi, vel disponendi quartam, vel portionem aliquam de omnibus, quæ prædicto Monasterio Sagittarij à defunctis Parochianis nostris, legarentur, & etiam molestiam, vel quæstionem aliquam faciendi de præfata Ecclesia Sancta Mariæ de Lauro, & pertinentijs suis. Saluo prænominato vno Bizantio, qui pro toto Monasterio Sagittarij Ecclesiæ Anglonensi annuatim debetur, in cuius solutione si aliqua mora, vel delatio superuenerit forte ex negligentia personarum nullum dicto Monasterio præiudicium generetur, cum delictum personæ non debeat ad damnum Ecclesiæ redundare. Ad cautelam autem, & perpetuam securitatem supradicti Monasterij, Abbatis, & Conuentus ipsius Monasterij tam præsentiū, quàm futurorum præsens priuilegium inde fieri fecimus, quod priuilegium de mandato nostro scripsit Bartholomæus publicus Anglonæ, & Matris Ecclesiæ Anglonensis Notarius, & nos ipsum subscriptione nostra, & signo nostro, necnon & Canonicorum nostrorum subscriptionibus fecimus roborari. Anno, Mense, & Indictione prætitulatis. C

✠ *Ego Robertus Anglonensis Episcopus scribi feci.* D
✠ *Ego Ægidius Anglonensis Archidiaconus hæc affirmo.*
✠ *Ego Guillelmus Anglonensis Canonicus interfui.*
✠ *Ego Bonus Canonicus etiam concedo, & affirmo.*
✠ *Ego Bartholomæus publicus Anglonæ, & Matris Ecclesiæ Anglonensis Notarius præsens priuilegium de mandato Episcopi, & Capituli, qui supra, scripsi.*
✠ *Ego Presbyter Alamandus Anglonensis Canonicus hoc concedo.*
✠ *Ego Ioannes Anglonensis Canonicus, & Archipresbyter Roccæ Imperialis.*

Abb. Vghellus Italia Sacra tom. 7. n. 11.

Quam conuentionem, atque concordiam Leonardus, nobilium disciplinarum refectus, scientia, & vitæ meritis præstantissimus, item Cisterciensis, & Sagittarij cucullatus Cœnobita, post Ioannē de Montefusculo ad Anglonensem Sedem promotus, anno Domini 1269. per obitum quarti Clementis, Romana Sede vacante, mense Nouembris, ad Abbatis Roberti, & Sagittarientium Monachorum instantiam confirmauit per sua scripta totidem continentia. E

Ex Archiuo Sagittarienfi.

In nomine Domini æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Amen. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo ducentesimo sexagesimo nono. Mense Nouembris tertiædecimæ Indictionis. Nos Frater Leonardus miseratione diuina Episcopus Anglonensis præsentis scripti serie declaramus, quod Venerabilis Abbas Rober-

A *Robertus, & Conuentus Monasterij Sagittarij Cisterciensis Ordinis nostræ Diœcesis nobis humiliter supplicarunt; vt quadam pacta, & quandam concordiam, quæ facta fuerunt, inter eos, & prædecessorem nostrum fœlicis memoriæ Robertum, tunc Anglonensem Episcopum cõfirmare, & de nouo concedere dignaremur. Nos igitur attendentes, quod in eodem ordine induti fuimus, & de ipso assumpti, licet indigni, ad huius apicem dignitatis. Considerantes etiam Religionem eorum, & deuota obsequia, quæ continuè exhibent Creatori. Capientes quoque fieri participes orationum ipsorum, vt Deus nos, & Ecclesiam nostram in prospero statu conseruet, pro remedio quoque animæ nostræ ad honorem Virginis Gloriosæ, in cuius nomine dictum Monasterium est fundatum, eadem*
B *pacta, & eandem concordiam confirmamus, & de nouo concedimus, & decernimus inuiolabiliter obseruari. Pacta vero, & concordia ista sunt, sicut apparet per publicum instrumentum inde confectum, videlicet. Vt pro omnibus Ecclesijs, & possessionibus, quas detinet ad annuum censum ab Anglonensi Ecclesia, & pro quarta mortuorum, & viuorum Bizantium vnum annis singulis in festo Natiuitatis Beatæ Mariæ persoluant. Vnde ad futuram memoriam, & prædicti Monasterij cautelam præsens scriptum exinde fieri fecimus per manus Domini Nicolai Canonici nostri, & publici Notarij, subscriptione nostra, & subscriptionibus fratrum, & Canonicorum nostrorum, & sigilli nostri munimine roboratum. Scriptum apud Castrum Nucariæ Anno, Mense, & Indictione*
C *præmissis. Quod scripsi ego Dominus Nicolaus Anglonensis Canonicus, & meo signo signaui.* *Locus ✠ signi.*

✠ *Nos Frater Leonardus Anglonensis Episcopus cõcedimus, & confirmamus:*

✠ *Ego Abbas Raynalis Anglonensis Canonicus, & subdiaconus interfui, & consensi.*

✠ *Ego Laurentius Anglonensis Canonicus testis sum, interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Raynaldus Archipresbyter Roseti, & Canonicus Anglonensis interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Dominus Nicolaus Anglonensis Canonicus interfui, & scripsi.*

✠ *Ego Dominus Ioannes Archipresbyter Bollitæ, & Canonicus Anglonensis*
D *interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Dominus Arencus Canonicus Anglonensis interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Riccardus Canonicus Anglonensis interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Dominus Rogerius Anglonensis Canonicus interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Robertus Archipresbyter Roccæ Imperialis Canonicus Anglonensis interfui, & subscripsi.*

✠ *Ego Dominus Philaretus Archipresbyter .... & Can. Anglon. interfui, & subscripsi.* *Locus ✠ sigilli pendentis.*

Et si scriptum, inquam, non inuenerim, antequam Casamarium accederet, Virum Dei Ioachim pro sui Curatij Moaasterij commendatione Sa-
E gittariũ accessisse, multiplex tamen coniectura id mihi manifestat. Prima est quod præfatum Sagittariense Cœnobium post Sambucinæ, & Sanctissimæ Trinitatis Monasteria præ cæteris eiusdem Cisterciensis Ordinis erat Curatio propinquius, nec vltra quatuor dietas dissitum; proindeque rationis ordo suadet, quod sicuti ex suorum Curacensium consilio prius Sambucinensibus, quam Sanctissimæ Trinitatis Monachis Curatium commendare studuit, tanquam Sambucinæ Cœnobium Curacensi proximius: ita pariter fari potest, Dei famulum prius Saggittarium accessisse, eique Curatium voluisse commendare, quàm Casemarium, vel Fossam nonam, cum Monasteria hæc à Curatio maximè distent; & quod Sagittarienses ob

Monachorum inopiam Curatum renuissent in commendam retinere. Secunda est, quod Sagittarium filiationis est Casamarij, à quo exiuit Palumbus, Primus Sagittarij Antistes, verè columbinam præseferens simplicitatem. Palumbi huius Abbatis apud Deum, & homines immortalis est memoria. Apud homines quidem, nam vltra quàm fari, & credi potest, facies Principum admirabantur eum, à quibus pro Sagittariensi Cœnobio libertates, & gratias, exemptiones quoque, ac iura nonnulla obtinuit, & priuilegia, quorum duo tantum in medium ponenda duxi. Suntq; teno- A

Ex Archiuio eiusdē Monastery.

ris sequentis videlicet. *Gregorius miseratione diuina Sancti Theodori Diaconus Cardinalis, & Apostolicæ Sedis Legatus. Dilectis in Christo filijs Palumbo Abbati Sanctæ Mariæ de Sagittario, eiusque fratribus tam præsentibus, quā futuris in perpetuum. Religiosam vitam eligentibus Sedis Apostolicæ pium conuenit adesse præsidium, ne forte cuiuslibet temeritatis incursus, aut eos à proposito reuocet, aut robur (quod absit) sacræ Religionis infringat. Ea propter Dilecti in Domino filij vestris iustis postulationibus clementer annuimus, & locum Sanctæ Agathæ inter Maluitum, & Sangenitum positum, quem nobilis Vir Rainaldus de Guasto Comes S. Marci concessione Diœcesani Episcopi vobis largitus est, (sicut instrumento publico, quod inde vobis fecit, plenius continetur, vobis, vestrisque successoribus auctoritate legationis, qua fungimur, in perpetuum confirmamus. Statuentes, vt possessiones, & bona, quæ idem locus in præsentiarum iustè, & canonicè posidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Mandamus etiam eadem auctoritate legationis, qua fungimur, vt contra ea, quæ à Sede Apostolica Cisterciensi Ordini generaliter sunt indulta, nullus Fratres eiusdem loci, vel bona eorum vbicunque fuerint, audeat molestare. Si qua ergo in posterum Ecclesiastica, sæcularisue persona huic nostræ concessioni, in qua diuini cultus honorem attendimus, contraire præsumpserit, & hanc constitutionis, & confirmationis nostræ paginam in parte, vel in toto infringere attentauerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli se nouerit incursurum. Cunctis autem supradicto loco Sanctæ Agathæ sua iura seruantibus sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hic fructū bonæ actionis percipiant, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inueniant. Amen. Data Panormi quarto Idus Octobris Indictionis decimæ tertiæ anno vero Domini Innocentij Papæ Tertij duodecimo.* Alterum vero est. B C D

Ex Archiuio eiusdē Monastery.

Fridericus diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ. Decet Imperialem excellentiam, & dignitatem, vt quantò solium suum pietatis, iustitiæ studio adornatur, tantò pijs, & iustis postulationibus supplicantium benignius condescendat. Inde est igitur, quod diuinæ pietatis intuitu pro remedio quoque animarum fœlicium quondam progenitorum nostrorum Diuæ recordationis, attendentes etiam vitam laudabilem, & sāctam Ordinis Cisterciensis, & conuersationem, quam viuitis, donamus, concedimus, & in perpetuum confirmamus vobis Venerabilibus Abbati Palumbo fideli nostro, & Conuentui Sanctæ Mariæ de Sagittario, & successoribus vestris terras laboratorias, & forestam nostram Terræ Ordeoli, in loco, qui dicitur de Ventroso, qui talibus diuisis, & terminis separatur. Ab Oriente incipit à Vallone, qui dicitur de Marino, in quo est lacus de la Muta, & descendit per Muricem, & ascendit per grandem serram, & vadit per ipsam serram vsque ad lacum, qui dicitur de lo Vintroso, & ab ipso lacu vadit per viam vsque ad fontem Vultura, & descendit ad Muricem caldum, & deinde descendit ad fontanam de Iuncis, & deinde E

de

A de vadit ad Muricem de lo Appio, qui est à parte Borea, & à Murice de lo Appio
descendit per Muricem de la Petrada, & deinde vadit usq; ad prædictum Val-
lonem de Marino, & per ipsum Vallonem descendit ubi incipit, claudendo teni-
mentum, liberam, & quietam ab omni onere seruitutis, & qualibet molestia.
Concedimus etiam vobis, & confirmamus in primis locum ipsum de Sagittario,
in quo ipsum Monasterium situm est, cum iuribus, honoribus, & pertinētijs suis,
& largo tenimento circa ipsum Monasterium à quorumcunque Baronum, Comi-
tum, Principum, & Dominorum nostra dignitate inferiorum, molestia, & à quo-
libet seruitutis iugo liberum, & quietum. Concedimus insuper vobis, & con-
firmamus, ac de nouo auctoritate Imperij perpetuò damus, & concedimus me-
B rum, & mixtum imperium sine aliquorum Dominorum quorumcunque molestia,
& vexatione cuiuscunq; auctoritatis, & dignitatis existat, possessiones, & liber-
tates, quas dono Rainaldi de Guasto, Comitis Sancti Marci ipsum Monasterium
possidet, & tenet, videlicet locum Sanctæ Agatæ inter Maluetum, & Sangene-
tum, quem locum vobis prædictus Comes largitus est, sicut in Instrumento pu-
blico, quod inde vobis fecit, & nobis clarissime constitit, plenius continetur. Cō-
cedimus etiam vobis, & perpetuò confirmamus tenimentum Rotundæ Maris, &
Trisagiæ, quæ tenimenta quondam Magnifica Domina Alibreda pro remedio
animarum magnificorum progenitorum suorum, nec non & pro salute animæ
suæ eidem Monasterio concessit, & dedit cum omnibus iuribus, & pertinentijs,
C & honoribus suis, cum introitibus, & exitibus suis, cum arboribus cultis, &
incultis, aquis, herbis, pascuis, molendinis, factis, & reficiendis, & omnibus
intra se habitis, & contentis, quæ omnia prædicto Monasterio donamus, & de no-
uo concedimus, & confirmamus liberè, & absolutè, ut à modò in antea dictas
terras, bona, loca, forestam, tenimenta, & omnia prædicta prædictum Monaste-
rium in perpetuum habeat, teneat, & possideat absque cuiuslibet contrarietate,
vel exactione seruitij, percipiat etiam affidaturas ab hominibus extraneis, qui
animalia in tenimentis ipsis ad sumendum pascua duxerint. Et animalia dicti
Monasterij, qui fuerint in custodiam eius, nec non animalia hominum, & pasto-
rum, & seruientium ipsius Monasterij per totum tenimentum Ordeoli, Rosei, &
D per totum Demanium nostrum, & ubicunque fuerint liberè inde pascant, com-
morentur, capiant, & habeant quæcunque necessaria, aquas, siue glandagia, &
herbagia, caulas ibidem etiam facere valeant. Et ut Fratres, & homines dicti
Monasterij per omnia tenimenta prædicta, & loca, necnon & terras nostras to-
tius nostri Demanij, ac etiam Baronum, Comitum, Marchionum, Ducum, Prin-
cipum, & omnium aliorum Dominorum totius Regni Siciliæ liberè vendant, &
emant, ducant animalia, & reducant, & quascunque res extrahant ad libitum
voluntatis eorum absque exactione datij, gabellæ, passagij, & plateagij. Si ve-
rò aliquod damnum ab hominibus Monasterio, & hominibus eius quomodolibet
fuerit illatum, vicinaliter emendetur absque pœna prohibitionis banni. Nolumus
E enim, ut de ullo banno teneantur Fratres, Oblati Domestici, & homines, & cæte-
ri vassalli, & subditi, ac seruientes prædicto Monasterio ubicunque commorati
fuerint, nisi imperio, & Excellentiæ dignitatis nostræ. Nec ab aliquo Domino
quacunque auctoritate præfulgeat, molestentur aliqua ratione, vel causa casti-
gentur, corrigantur, astringantur, aut condemnentur tam ciuiliter, quam crimi-
naliter, nisi à præfato Domino Abbate, & successoribus suis, canonicè intranti-
bus, quorumcunq; nihilominus Baronum, Comitum, Marchionum, Ducum, Prin-
cipum, & aliorum Dominorum temporalium strepitu, potentia, & timore depul-
sis. Unde pro excellentia, & libertate dictæ Ecclesiæ volumus, & consultè gra-
tiosè concedimus, & expressè mandamus dictum Abbatem, & qui pro tempore

fuerit

fuerit nullum alium superiorem habere in omnibus causis tàm ciuilibus, quàm A
criminalibus,& aduersus omnes suos subiectos,vel subditos,& vassallos vtriusq;
sexus cum suis mobilibus omnibus, & stabilibus seipsos ipsi Monasterio in vita,
vel in testamento reddere, vel offerre voluerint sicut in mortificatis fieri solet,
liberam habeant potestatem. Addentes etiam,& confirmantes Abbati, & Con-
uentui dicti Monastery, vt liceat eis in prædictis tenimentis, locis, terris, ho-
mines aduentitios attrahere,& habere in recommendaticiam, nec non recipere
ad habitandum tàm de Demanio nostro, quam de Terris cæterorum Dominorũ,
& quod ipsi homines aquas, ligna, herbagia,& cætera necessaria liberè perci-
piant in tenimentis,& terris supradictis,nec alicui persona teneantur,nisi prædi-
ctis Abbati, & Monasterio respondere, & de quibuscunque quæstionibus nullo B
modo nisi in Curia dicti Monastery debeant conueniri,exceptis tantùm homini-
bus extraneis in omnibus causis, quos ad Curiam nostram volumus pertinere,
ibidemq; conueniri. Præterea confirmamus,& perpetuo sancimus edicto,vt Fra-
tres ipsius Monastery in omni libertate Ordinis Cisterciensis,& priuilegium eo-
rum cum omnibus concessionibus, vel confirmationibus Pontificum, aut Regum
quondam progenitorum nostrorum fæl. mem. seu nostra Dominatione, vel iusta
oblatione quorumcunque fidelium, quæ modò habent,vel in antea poterunt adi-
pisci,quietè, pacificè,& absq; qualibet contrarietate perpetuò conseruentur. Pro-
hibentes nihilominus,& expressè mandantes,vt nullus cuiuscunque gradus,cõ-
ditionis,auctoritatis, aut dignitatis,vel præeminentia infra curtim ipsius Mona- C
steriȷ,vel Granciarum eius qualibet occasione insultum facere,aut homines deca-
pere,vel ipsum Monasterium in personis,rebus, bonis,nec non in subditis intus,
vel extra temerè perturbare,aut in aliquo damnificare præsumat. Confirmamus
quoque,& de nouo concedimus ipsi Monasterio pro remedio animarum fælicis
memoriæ progenitorũ nostrorum,vt repetito annorum calculo anniuersaria Con-
uentus eiusdem Monasteriȷ faciant similiter, & pro nobis, & successoribus no-
stris,cum nos Deus voluerit de hoc sæculo transmigrare per singulas hebdomadas
recipiat à salina Bragalli salmam vnam salis. Statuimus quoque auctoritate
nostra,& imperiali firmiter sancimus edicto, vt nulla persona publica, vel pri-
uata, humilis, vel alta, sæcularis, vel Ecclesiastica, & nostra dignitate inferior D
hanc nostræ protectionis,donationis,& confirmationis paginã audeat infringere,
vel retractare,aut eam ausu temerario quomodolibet contraire;quod si quis cõtra
facere præsumpserit,si reatum suum infra quadraginta dies non condigna satis-
factione correxerit, & eidem Monasterio integraliter satisfecerit, bannũ nostrũ
se nouerit incursum, & pro pœna temeritatis suæ quinquaginta libras auri pu-
rissimi componat, medietatem Curiæ nostræ, reliquam vero Ecclesiæ, cui damnũ
intulerit. Ad cuius rei in posterum euidentiam præsentem inde paginam con-
scribi,& maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Actum Tarenti post Cu-
riam Capuæ celebratum anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo vi-
gesimo primo, vigesimo quarto Mensis Aprilis decimæ Indictionis, Imperiȷ ve- E
ro Domini nostri Friderici Dei gratia inuictissimi Romanorum Imperatoris
semper Augusti, & Regis Hierusalem anno secundo, & Regni Siciliæ vigesimo
quarto fæliciter. Amen.

Apud Deum item, nam cum in simplici, & puro corde sapientia quiescat,talia soda, firmaque,atque stabilia in sacro Sagittarij Cœnobio regularis fundamenta Palumbus Abbas iecit disciplinæ,vt ad miræ sanctitatis Apicem per multum temporis spatium Sagittarienses Monachi deuenerint,quorum inter cœteros extitit Beatus Ioãnes à Caramola Tolosanus, qui ad Christum ex hac vita migrauit anno Domini millesimo trecentesimo

mo

A mo quadragesimo minus vno, de quo quotidie Sagittarienses canit Ecclesia ad Vesperas *Patent cunctis miracula per quæ mirificatur obtinet tabernacula Cæli Regno locatur*, & ad Laudes *gaudeat Chorus monasticus tanto viro lætatus, merito Ciuis Cœlicus est nullo migratus*. Admodũ lõgæuus fuit præfatus Palumbus Abbas, quippe ab anno 1152. Dominicæ Natiuitatis, vsq; ad tẽpora Friderici II. Imperatoris, vt ex desuper relato eius Priuilegio, & alijs in Archiuio eiusdem Cœnobij, me Sagittariensibus, licet indignè, ministrãte, constructo, opportune dispositis, reconditisq; Sagittariensẽ Ecclesiã legitur administrasse. Nec mireris ad tot, immo maximè plures ætatis annos peruenisse Palumbũ, cum compertum sit, multos alios longè diu-
B turniorẽ in hoc mundo duxisse vitam. Omissis his, de quibus sacra pagina loquitur, Adam nempe, Seth, Enos, Noè, Mathusalem, & alijs, dum circa illa prima tempora Mundi ad diuturniorem vitã, quàm nunc certæ concurrebant causæ, inter quas septem præcipuas iudicamus. Prima, corporeæ ipsorum habitudinis bonitas. Secunda, perpetua quædam in victu temperantia. Tertia alimentorum præstantia. Quarta, perfecta quædam rerum naturalium cognitio. Quinta, benignus quidam, ac specialis aspectus syderum, ex quo super regiones, quas incolebant, influxus prouenniebant salutares. Sexta, vt commodius multiplicari posset humana species, & repleri habitatoribus terra. Vltima, vt per longiorem vitam pos-
C sent homines adinuenire artes, & scientias vsibus humanis necessarias. Relictis itaque Parentibus primis, de quibus sacra pagina. Nonnulli etiã magnæ auctoritatis scriptores de priscorum longæuitate idem sentiunt. Ioannes Rauisius ait. *Vixit Dando Illyricus annos 590. Impetris Pulutiniorum Insulæ Rex* 800. *eius filius* 600. In Vita Innocentij Papæ Secundi inquit Alphonsus. *Anno 1138. Pontificatus Innocentij Secundi vno obijt Ioãnes à Stampis, quem per ætatem, Ioannes à temporibus multi vocitant ob diuturnam vitam, plus tercentum sexaginta vixisse annis eum faciunt, & sub Carolo Magno meruisse tradunt Paulus Æmilius, Tilius, et alij fermè historiographi testantur*. De quo Baptista Mantuanus ait in Alphonso.

Ioannes Rauisius sub titulo. Qui diu vixerunt.

Alphonsus Ciaccon. in Vit. Inn. 2. Paulus Æmilius in Vita Ludouici Iunior. Tilius in Chron. Baptista Mantuanus in Alphonso, & alij.

D *Et quem fama refert hyemes vidisse trecentas*.

Iuuenalis, Tibullus, Propertius, Ouidiusque produnt, Nestorem ad trecentos annos vitam produxisse. Et egomet in Castellucij Oppido, in quo in lucem prodij, & sacro baptismatis lauacro superinfundi merui Idibus Iulij anno quarto decimo supra millesimum, & sexcentesimum, noui eiusdem Oppidi hominem, vulgariter dictum Zunnino de Antonaccio, & Mulierem quandam nomine Mariam cognomento di Mastro Marco, illum quidem ad centesimum, & trigesimum quintum, hanc vero ad centesimum, & vigesimum septimum vitæ annos traducentes, vt ipsi de se cõmemorabant. Item adhuc est inter viuos ibidem Doctor Phisicus, & Poe-
E ta Ioannes Paulus Gaudinus, ob Iuliam eius sororem, & mei genitricem bonæ memoriæ Auunculus, & Dominus meus, centesimum, & quinrum suæ ætatis agens annum; qui etsi paucis ad hinc annis podagræ laboribus ardeat, adeo tamen robustus est, & sanus, vt metipsum eius nepotem valetudine superet. Linquo Auctorum de animalium longæuitate scribentium auctoritates, præcipuè Plinij de Natura Animalium, & de Cornicibus quidem, Ceruis, Coruis, Phœnicibusque sic apud Erasmum scribit Esiodus, relatus à Rauisio.

Iuuenalis Satyra 10. Tibullus lib. 4. Propertius lib. 2. Ouid. Met.

Tertia secla hominis transmittit garrula cornix.
Quatuor at peragit Cornicis secula Ceruus.

Ioann. Rauisius Textor in sua officina par. 2. sub titulo. Qui diu vixerunt.

Cer-

Ceruinam ætatem Coruus ter præterit ater. A
Coruinos annos nouies agit Indica Phœnix.
Atqui Crispicomæ soboles Iouis alma tonantis,
Egredimur decies Phœnicea secula nymphæ.

Non est igitur mirum, post egressum è Casamario tandiu in Sagittarij Coe-
nobio vixisse Palumbum. Dum ergo adhuc viueret Palumbus, primus
Sagittarij Abbas, & Casamarij filius, eiusque per totum diuulgaretur fa-
ma, satis verisimile redditur, Virum Dei Ioannem Ioachim, vel à Nerulo,
nunc *Rotundæ* Oppido Excellentissimæ Sanseuerinorum familiæ, vel à
Thebis, nunc *Castelluciæ* Oppido Illustrissimæ familiæ dictæ Piscara de
Diano, per quæ Regij statores, & tabellarij per dispositos equos singula B
quaque hebdomada iter agunt Neapolim, Romamque, Calabriam, atque
Siciliam versus, ambobus non vltra duodecim milliaribus à Sagittario
dissitis, diuertisse, & ad Sagittarium accessisse, tum Curatium commen-
dandi gratia, tum etiam Palumbum, Sagittariensesque suos, sub tanto
Duce vitam ferè ducentes Angelicam causa visendi, vt postea Casama-
rium productus, Palumbi Abbatis, Sagittariensiumq; Monachorum pro-
gressus fœlicissimos Casamariensibus eorum Patribus potuisset exponere,
ac loci qualitatem explicare. Tertia denique, & mediocris non est conie-
ctura; in eodem siquidem Venerabili Sagittarij Monasterio, & propriè su-
pra Ostium, quo nunc Archiuium ingreditur, Beati Viri Dei Abbatis Ioa- C
chim effigies diuersis compacta coloribus adhuc visitur antiquissima cum
laureolis, siue radijs, supra quam antiquo charactere scriptum legitur se-
quens distichon,

Hic Vates nobis quam plura futura recludens
Diuino plenus spiritu vera canit.

Quæ quidem coniectandi fundamentum præbent, ne dum Sagittarienses
Dei famulum visitasse, Curacenseque suum illis commendare voluisse,
sed & quam plura eisdem præsagisse. Hactenus de coniecturis, & verisi-
militudinibus. Nunc, quæ apud alios legimus, prosequamur; Cumque
emissas ad dictos Abbates, & Monachos supplicationes ad se vacuas, & D
inanes comperijsset, in animo proposuit Ioachim ad interiora Auxoniæ
eiusdem Ordinis Monasteria progredi, & primò ad Monasterium Casa-
marij satis celebre pariter, & illustre, in Diœcesi Verulana Prouinciæ
Romanæ in Villa de domo, & familia Marij antiquorum Romanorum,
existens inter confinia, & limites Vrbis Verulanæ, quinquaginta duobus
tantùm milliaribus ab Alma Vrbe distantis, Terrarum Bauci, Montis Sā-
cti Ioannis, Insulæ, & Soræ. Per eius clausuram fluentum decurrit, *Mase-
na* nuncupatum. Præter alia ædificia, Ecclesiam habet miræ magnificen-
tiæ, longitudinis supra centum passus, latitudinis supra quinquaginta, tri-
bus alis fornicatam, saxo marmoreo finissimo toreumate elegantissimè E
sculptam. Monasterium vero quantum fuerit ipsa ruina docet. Erat olim
Patrum Benedictinorum, nunc ab anno 1140. est à nostris Cisterciensi-

Gaspar Iongelinus Notitia Abbatiarū Ord. Cisterc. lib. 7. Baronius ad annum 1030. Ang. Manrique in Annal.

bus possessum, vt refert Gaspar Iongelinus. Celeberrimi huius Cœno-
bij exordium ex Baronio refert Angelus in hæc verba. *Anno ab Incar-
natione Domini nostri Iesu Christi 1036. Indictione quarta, erant in Ciuita-
te Verulana quidam benemeriti Clerici, qui seruantes præcepta dominica, diui-
naque iudicia meditantes, ac dicentes. Væ nobis, qui nomine Clericatus haben-
tes officium, vitamque neque Canonicam, neque Monasticam ducimus. Quid
de nobis erit? Quid in extremo dicturi sumus examine? Ad cuius auxilium*

con-

A *confugiemus? Faciamus nobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum ab hac vita migrauerimus, recipiant nos in æterna tabernacula. Talia animo voluentes, atque dicentes, adiunctis quibusdam Laicis fidelibus eiusdem Ciuitatis, venerunt ad fundum, qui dicitur Casamarij, in territorio Verulano. Videntesq; ibi antiqua ædificia, vbi dicitur Templum fuisse Martis, distans ab eadem Ciuitate milliaribus tribus cum dimidio, ibidem commorari cœperunt in eodem loco, & adiuuante misericordia Dei, Ecclesiam in honorem* Sanctorum *Ioannis, & Pauli condiderunt, & non post multum quatuor ex ipsis, scilicet Benedictus Presbyter, Ioannes Presbyter, Vrsus Presbyter, & Azo Presbyter euntes ad Venerabilem Virum Ioannem Abbatem Sancti Dominici, susceperunt ab eo habitum Sanctæ*

B *Religionis. Indeque ad locum iam dictum redeuntes, Abbatem vnum de suis sibi elegerunt, Benedictum, Virum Religiosum, qui fuit natus in dicta Ciuitate Verulana, & sub eo in dicto loco Christo Domino seruierunt.* Hactenus ex Baronio Manrique. Chronicon vero antiquum relatũ ab Vghello pro Casamario præclarũ prodet elogium, quod quale, & quodnam Casamarium fuerit, facit in nostrorum deuenire notitiam. Dicit enim Chronicon antiquum. *Anno Domini 1005. Indictione quinta, quidam benemeriti Clerici Verulani proprijs sumptibus Ecclesiam in honorem Sanctorum Ioannis, & Pauli, & Monasterium in Territorio Verulano in loco, qui dicitur Casamarij, vbi antiqua diruta mœnia, à priscis Marti dicata, visebantur, ad id Episcopo consentien-*

Angel. Manrique in Annalib. Ecclesiast. tom. 1. ad ann. 1140. cap. 10. n. 2.

Ferdinand. Vghellus Abb. in sua Italia sacra tom. 1. Verbo Verulauenses Episcopi num. 6.

C *te, & hortante, construxerunt. Quos imitati sunt fideles, & pij quidam boni Laici; sanctaque Religionis habitum, & Regulam à Ioanne Abbate Monasterij Sancti Dominici in Territorio Sorano Ordinis Sancti Benedicti susceperunt. Cumque quatuor ex ipsis essent in sacro Presbyteratus ordine constituti, elegerũt sibi in Abbatem vnum ex ijs Benedictum Presbyterum, & in eodem loco IESV CHRISTO Domino seruierunt. Sacri huius Monasterij Casamarij litteris, & sanctitate florentissimi præconia recensere haud poterit nostri breuitas instituti. Scimus enim quamplurimos miro sanctitatis fama Monachos germinasse, innumerosque in omni disciplinarum genere exinde eruditissimos pullulasse. Asseruantur enim in vetustissima loci eiusdem Bibliotheca volumina manuscripta,*

D *præcipuos sacræ Scripturæ libros tùm noui, tùm veteris testamenti, studio Monachorum expositos, continentia. Ad Monachos huius Cœnobij, seu diuina oracula, in maximis regiminum difficultatibus, & Principes, & Imperatores, quin & ipsos Summos Pontifices conueniße scimus. Sæpius namque ibi conuenit Paschalis Papa secundus, Eugenius tertius, qui antiquam eiusdem Monasterij Ecclesiam consecrauit; nec non & Alexander tertius impij Imperatoris persecutionem declinans, & Lucius tertius, Innocentius tertius, illiusque successor Honorius tertius, & Gregorius nonus, qui Geraldo Abbati Casamarij direxit decretale. Quin & ipsum Sanctum Bernardum Clarenallensem Abbatem Ordinis Cisterciensis illustratorem, sanctæque Ecclesiæ Doctorem refertissimum, sæ-*

E *pius eo conueniße scimus; eiusdem Monasterij Abbatem Ioannem idem Sanctus Bernardus valde dilexit, cuius auspicijs hoc nobile Cœnobium Casamarij Ordini Cisterciensi incorporatus fuit sub linea Clareuallensi anno 1140. Cur igitur de hoc sacro Cœnobio cum Diuo Hieronymo in epistola ad Helíodorum non exclamabimus? O Desertum Christi floribus vernans, ò solitudo, in qua illi nascuntur lapides, de quibus in Apocalypsi Ciuitas magni Regis extruitur, ò Eremus familiariùs Deo gaudens. Si quis enim tunc ad Casamarij Monasterium confluxißet, Paradiso prorsus omnem illam Eremum vidisset digniorem, & innumeros Angelorum Choros in corporibus fulgeretur mortalibus. Erat enim cernere toto præfato Monasterio diffusum exercitum Christi, & admirabilem il-*

lum regium gregem, virtutumq; cælestium conuersationem in terris micantem. A
Et vt breuiter dicam. Fuit hoc sanè Cænobium Ecclesiæ Verulanæ columen,
Populi decus, omnisque boni fundamentum, cũ cælestibus pulchritudinibus, ele-
gantia propemodum certans. Hinc igitur factum fuit, vt non modò Verulani
Episcopi, pijque fideles, sed & ipsi fideles, & Summi Pontifices magna prædia,
& latifundia huic Monasterio benigne contulerint. Nouam Ecclesiam reuera
pulcherrimam, & opere fornicato, Honorius tertius constitui fecit. Hacte-
nus Chronicon antiquum. Sagittario itaque secedens, & ad hoc Casama-
rij Monasterium productus, eius Abbati, & Monachis Curatium Dei fa-
mulus Ioachim commendare tentauit; at illi veluti cæteri eiusdem Ordi-
nis Monasteriorum Abbates, ac Monachi respondere. Tandem Fossæ no- B
uæ adijt Monasterium, Terracinensis Diœcesis, in ditione, & territorio
Priuernensi, quinquaginta tantùm milliaribus ab Vrbe Roma dissitum,
fundatum in eodem propriè loco, qui antiquitus *Forum Appij* nuncupa-
batur, de quo in Actibus Apostolorum cap. 28. fit mentio. Hoc Fossæ no-
uæ Cœnobium fundatum fuisse asserit Claudius Robertus anno Domini
1135. Mense Octobri, & eius fundatores fuisse Comites Aquinates, aut
alios ascendentes S. Thomæ astipulatur Angelus, citans pro se Chroni-
con Belgicum. Puto tamen præfatum Fossæ nouæ Cœnobium nõ fuisse
conditum anno 1135, vt asseritur, sed in dicto anno 1135. Sacri Cister-
ciensis Ordinis iura suscepisse; quippe bis centum, & septuaginta annos C
ante Cistercij exordium assumptum ex eo Pontificem scriptum reperio
apud Vitas, & Gesta registrantes Pontificum, præcipuè vero apud Ciac-
conium in Vita Gregorij quarti, talia de eo referentem. *Gregorius quar-*
tus, Ioannis filius, Romanus, ex Monacho Monasterij Fossæ nouæ, Ordinis San-
cti Benedicti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, titulo Sancti Marci, & à
Paschali Papa factus, Ludouico pio, & Lothario eius filio Imperatoribus Augu-
stis, sedit annos sexdecim, creatus decimo septimo kalendas Februarij, anno
octingentesimo octauo. Ex quo patet ne dum antiquissima Fossæ nouæ Mo-
nasterij institutio, sed quale, & quantum erat anno Domini millesimo cen-
tesimo trigesimo quinto cum accessit sacro Cisterciensi Ordini, in eius le- D
ges, & iura u antiturum. Sacri huius Cœnobij elogia nonnulla extant
apud Authores; nam post susceptum Cistercij Institutum ingentissima
& virtutis, & sanctitatis fama floruit. Prodiere etenim ex eo sanctitate, at-
que doctrina Viri præstantissimi, qui in tractandis Sanctæ Romanæ Eccle-
siæ negotijs summa effulxere admi: a: ione, Iordanus, Stephanus, Theo-
baldusque Cardinales, è nobilissima Ceccanorum familia, tria S. Cist. Or-
dinis columina, prodiere. Robertus Prior sub Innocentio tertio Funda-
nus Episcopus, Ioannes de Semineto sub Innocentio quarto Iuuinnaten-
sis Episcopus, Stephanus de Ferrentino Turtibulensis Episcopus, aliique
nonnulli omni virtutum genere è Fossa noua erupere Episcopi. Huius E
celeberrimæ Abbatiæ professus extitit B. Gerardus Lombardus S. Cist.
Ordinis Prothomartyr, qui translatus in Galliam, & Claræuallis creatus
Abbas Sanctissimi Patris Bernardi meruit esse successor, vt magnum Ordi-
nis Cist. Exordium lib. 2. cap. 22. in hæc formalia prodet. *Assumpto ad*
Pontificatus apicem Domino Pontio, qui quintus à Sancto Bernardo Claræuallis
Abbas extiterat, Beatus Gerardus Fossæ nouæ Abbas, vir puritate conuersatio-
nis, & morum integritate per cuncta laudabilis, senarij numeri perfectionem
tàm in vita, quàm in morte sua adimpleturus, sexto loco eiusdem Ecclesiæ Ab-
bas est substitutus. Hic venerabilis pater, acceptus Deo, & hominibus charus,
tama

Iacob. Grec. in Chronol. sect. 15.

Claudius Robertus in Catalago Abbatiar. Clareuall. Angelus Manrique in annal. Eccles. to. 1. ad ann. 1135. cap. 9. num. 7. Chronicon Belgicum ad ann. 1271.

Alphonsus Ciacc. in vita Greg. IV.

Exordium magnum Cistercij.

A *tanta gratia decoratus erat, vt vniuersitas fraternitatis ipsum tanquam paradisi vernantissimum florem aspiciens, miro veneraretur affectu. Quem enim Deus perfuderat gratia, necesse erat, vt ab omnibus amaretur.* Hactenus ex magni Exordij Auctore, qui statim ad Sancti Martyrium progreditur, de quo scripsere Bellouacensis, Sanctus Antoninus, & alij. Hoc in loco Mellifluus Doctor Bernardus Abbas instantibus venerabilibus PP. Carthusianis sibi dilectissimis, vt ipse testatur *in suis epist.* 11. 12. 153. 154. *&* 259. Canticam canticorum exposuit, quam ad venerabilium Fossanouensium præces compleuit magnus ille totius Ecclesiæ Sol, doctrina pariter, & puritate vitæ Angelus, atq; Angelicus Doctor, & Theologorum Princeps,
B Sanctus Thomas Aquinas, postquam quasi diffidens à se posse adæquari Sancti dulcedinem, perficere recusasset, in hæc formalia Fossanouensibus Patribus respondendo. *Date mihi spiritum Bernardi, & ego perficiam opera Bernardi.* Item ibidem diem clausit extremum Nonis Martij anno Domini 1274. idem Sanctus Doctor Aquinas suæ ætatis inchoato quinquagesimo anno, quo ex itinere diuerterat, quando à Gregorio Papa decimo euocatus ad generale Lugdunense Concilium in Galliam properabat, sed ibidem diuturno morbo grauatus obdormiuit in Domino, hoc eius in tumulo, vbi sacratissimæ eius exuuiæ annis quamplurimis reconditæ fuere, epigrammate apposito.

C *Occidit hic Thomas, lux vt foret amplior orbi,*
Et candelabrum, sic Noua Fossa foret.
Editus ardenti locus est, non fossa lucernæ;
Hanc igitur Fossam, quis negat esse Nouam?

Vincent. Bellouac. in Speculo hist. lib. 29. cap. 51. S. Antonin. Archiepiscop. Flor. p. 2. tit. 17. §. 13. Petrus Equilinus in Catalogo Sactorū lib. 3. c. 200. Ioannes Eremita in Vita S. Bernardi c. 60. Cæsarius Heisterbacēsis lib. 8. cap. 78. Gonzalus de Silua lib. 7. c. 60. Ioānes Abbas Cistercij in Catalogo SS. Ordinis, Riccard. Monachus de Alduert. in Epistola historiali ad Monachū Eberbacensem, Angelus Manrique in serie Abbatum Clareuallentium, & in annalib. Ord. Cisterciensis, & alij multi.

Anno 1208. Indictione vndecima nouæ Ecclesiæ structuræ permirabilis Altare maius ab Innocentio tertio consecratum legitur apud eiusdem Monasterij Chronicon. In eiusdem Cœnobij Refectorio cum omnibus Monachis, quos supra centum alebat, idem Innocentius Papa cibaria sumpsit. Permagnificum itaque, ac celeberrimum Fossæ nouæ Monasterium productus, suum Dei famulus Curatij Cœnobium Fossanouensibus Pa-
D tribus commendauit. ac eius Abbati, quem fuisse auctumo Iordanum de Ceccano famosissimum illum Cardinalem de Fossa noua, qui cum esset sacri eiusdem Cœnobij benemeritus Abbas, & sanguine nobilissimus, à Clemente tertio in prima Cardinalium creatione, nempe quarto Idus Martij anno salutis 1188. Diaconus Cardinalis fuit creatus, & mense sequenti hoc est quarto nonas Aprilis anni eiusdem ab eodem Pontifice Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tituli Pastoris. Quo cum Pastoris titulo, vnà cum venerabilibus Gualterio Fossæ nouæ Abbate, & Lufredo eiusdem Monasterij Priore subscriptus reperitur in quodam Innocentij tertij priuilegio ad Prioris, & Monachorum Monasterij Fontis Laurea-
E ti, Florentis Ordinis, instantiam expedito *sub datum Ananiæ 13. Kal. Februarij sui Pontificatus anno sexto*, quo pro fundando Monasterio eiusdem Florensis Ord. apud tunc Casale, nunc Vrbem Paulæ, Cusentinæ Diœcesis, duorum tenimentorum, nempe Cammarellæ, & Barracchi, nonnullarumque gratiarum, & exemptionum à Domino Matthæo de Tarsia Raginæ, & Fuscaldi Domino, Lucæ Archiepiscopi Cusentini auctoritate interueniente, donationem Venerabili Patri Don Benedicto Priori, & eius Monasterio Fontis Laureati factam mense Decembris, Indictionis septimæ Anno Domini 1204. & Regni Friderici Regis Siciliæ, Principatus Captiæ anno sexto, pontificia authoritate vallauit. Fuit præfatus Iorda-

Ex Archiuio Monasterij Fontis Laureti.

nus de Ceccano Cardinalis multis etiam legationibus clarus, & Romam A
rediens, sub eiusdem Innocentij Tertij Pontificatu hominem exuit septimo Kal. Martij, anno salutis 1206. vt asserit eiusdem Monasterij Chronicon, Ciacconius, atque Vghellus. Celeberrimo itaque Fossæ nouæ Cœnobio Curacense suum Abbas Ioachim commendauit, non ad finem vt nouæ leges, ac iura Curatium ingrederentur, introducerenturque, vt malè intellexit, & contra Iacobum Græcum insurrexit Angelus Manrique, vocans illum sibi ipsi inconstantem, proeo quod Abbatiam de Curatio per Ioachim Abbatem commendatam Fossæ nouæ memoriæ proderat in sua Chronologia sect. 15, cum tamen antea sect. 8. tradidisset, Ioachim in Curatio professum Cisterciensis Ordinis leges; sed ad finem, vt eius ab- B
sentia durante, Iordanus Fossæ nouæ Abbas de Curatij Abbatia, ne aliquod detrimentum pateretur, curam gereret specialissimam, maximèq; ne ibidem numerus decresceret Monachorum, atque Curatium cura peruigili custodiretur. Ad Sancti Gregorij cognomento Magni huius nominis primi Pontificis instar, qui ad Sanctæ Apostolicæ Sedis apicem ascẽdens tertio nonas Septembris anno Domini 590. Deique sacrosanctam regens Ecclesiam per annos 13. Menses 6, & dies 8. ne dum Episcopum, nomine Barbarum, in Visitatorem ad tempus Panormitanæ Ecclesiæ, Victore eius Antistite defuncto, præfecit; at etiam donec alium in Victoris locum creasset, omnia in Panormitana Parochia constituta Cœnobia, Bar- C
bari Episcopi curæ, studioque summisit. Quod item ante S. Gregorium, Pelagium Papam fecisse legitur, Eucarpo Messanensium Episcopo ad tẽpus Catanensem Ecclesiam commendando, donec in demortui locum alium Episcopum subrogasset. Et Gregorius nonus Lucensem Ecclesiam Florentino commisit Episcopo, donec illi de Pastore prouideret, cuius epistolam ex regestu Vaticano decerptam vulgauit noster Abbas D. Ferdinandus Vghellus antiquitatum amator, indagatorque indefessus. Tẽporaneam autem, in Monasterij, siue Ecclesiæ vtilitatem, commendationem, ne dum à Pontifice summo, atque Episcopis, sed à cæteris Prælatis Episcopo inferioribus fieri eo tempore, à Dei famulo præsertim Curatij Ab- D
bate, potuisse, non est qui ambigat, sicuti & ab Abbate Fossæ nouæ retineri. Sanctissimus enim, inque Sanctorum numero relatus Leo Papa IV, qui Dei Ecclesiam rexit à sexto Kal. Iulij, anno Domini 845. vsque ad kalendis Februarij 854. Ecclesiæ Prælatis vnam in titulum, & alteram in commendam retinere Ecclesiam potuisse concesserat. 21. q. 1. cap. 3. *Qui plures*. Commendare quippe nil aliud sonat, quàm deponere, & qui commendauit, reuocare potest quando vult, vt probat ibidem Glosa cõmuniter recepta. Fierique etiam nunc posse similem ab omnibus Ecclesiæ Prælatis commendationem, ex Hoieda, Cucho, & Garzia probat Tambu- E
rinus de Iure Abbatum. Ex hoc itaque commendationis officio admirabilis Abbatis Ioachim erga Curacenses solicitudo dignoscitur, atque prudentia, cum tanquam Pater prouidus àdeò optimè omnia disposuerit pro filijs suis, vt nec quidpiam, vel etiam minimum detrimenti ex sui absentia pati permiserit, suis salutaribus remedijs futuris eorum incommodis obuiando, quæ vt præberet, proprio corpori non pepercit ad tot supradicta Cœnobia properando. Quod ò vtinam à Sacri Carthusiani Ordinis superioribus obtinuissent Sanctissimi Patriarchæ Brunonis Sancti Discipuli, quos ipse iam senex educauerat, & purissimo sui eloquij, & doctrinæ lacte nutrierat in Monasterio Sancti Stephani de Bosco, Squillacensis Diœce-

Chronicon Fossæ nouæ ad annum 1188. & 1206. Alphonsus Ciacc. in vit. Clem. 3, Abbas Vghell. Italiæ sacræ tom. 1. Verbo Alatrini Episcop. n. 15.

Angel. Manrique in Annal. tom. 2. ad annum 1162. c. 7. n. 8.

Alphonsus Ciacc. in Vita S. Gregorij Magni, Platina, Matthæus Palmerius, & alij.

S. Greg. lib. 2. epistol. 16. & cap. Obitum, dist. 61. cap. Catanẽsis dist. 61.

Abbas Vghellus sua Italiæ sacra tom. 1. Verbo Lucenses Episcopi num. 62.

Glosa in cap. Qui plures 21. q. 1. Hoieda de incõpatibilitate beneficiorum p. 2. c. 4. nu. 6. Cuchus instit. maior. lib. 3. tit. 6. nu. 3. Garzias de beneficijs p. 4. c. 4. n. 13. relati ab Ascanio Tamb. de Iure Abbatum tom. 1. disput. 4. quæsit. 3. & 5.

sis

A sis in Calabria, à Rogerio Guiscardo, iunioris Roberti ex fratre Nepote,
pro Sanctissimo Brunone condito, & ad nostrum nō venissent Institutum,
ex eodem Fossæ nouæ Monasterio ad Sanctum Stephanum de Bosco anno
Domini millesimo centesimo quinquagesimo septimo Cisterciensium
deducendo coloniam Monachorum; nam vtique, & ipsi ampliore ampli-
tudine extendissent palmites suos, & Cisterciensis Ordinis filij, labores
per tercentum quinquaginta septem annos pro Monasterio S. Stephani de
Bosco perpessos non amisissent de summi voluntate Pontificis Leonis X.
ad pontificiam sedem euecti anno Dominicæ Natiuitatis 1513. Idibus
Martij, & suæ ætatis anno trigesimo septimo, & ab humanis excessit Kal.

Gabriel Barr. Francisc. de Antiq. & sit. Calab. lib. 2.

Ciaccon. in eius vita.

B Decembris anno salutis 1521. Quod dubio procul vt Carthusianis ineffa-
bile gaudium, sic Cisterciensibus mœrorem attulit. Extat super hoc Fran-
cisci Putei Magnæ Carthusiæ Prioris testimonium in Vita Sanctissimi sui
Patriarchæ Brunonis. *Cum obdormisset* (inquit) *in Domino S. Patriarcha Bru-
no in Carthusiana vitæ instituto perseueraueris illud Monasterium* (supple S.
Sancti Stephani de Bosco) *sub quinque Prioribus, qui ei successerunt, vsque ad
tempora Venerabilis Guidonis Prioris Carthusiæ. Inde in Gallia crescente Or-
dine Carthusiensi, solum illud Calabriæ Monasterium à B. Patris Brunonis fer-
uore, & sanctitate tepescendo degenerauit. Et petebant quidem eius habitatores,
à Carthusia Visitatores, & Reformatores, sed nimia locorum intercapedo non id*
C *facilè obtinebat. Itaque ad Cisterciense Institutum illi se transtulere; quod tū
recens ortum, & incomparabilis vitæ Beati Bernardi Abbatis Clareuallensis in-
signi sanctitate, multoque labore mirificè propagatum in magno feruore durabat.
Ad illud autem tempus in Carthusiana Religionis professione permanserat illud
Monasterium annos sexaginta.* Hæc Puteus. Qui sexaginta anni si super-
addantur anno Christi 1097. circa quem sacrum, & illustre ortum habuit
Sancti Stephani de Bosco Cœnobium, hoc est biennio postquam S. Bru-
no secesserat in Calabriam, nempe anno 1095. vt satis probat Concilium
Placentinum ab Vrbano Secundo præ tanta Episcoporum multitudine
non in Ecclesia, sed in Campestribus eo anno celebratum, è quo discessi:

Fr̄acifcus Put. apud Laurentium Sur. um tom. 5. cap. 32. & refert Hieronym. Marafiota in Chron. & antiquitatibus Calabriæ lib. 2. cap. 21.

Franciscus Longus Cappuccin. in Breuiario Chronologico ad hunc annum.

D Calabriam perfecturus, vt latè, & exactè in eius vita, & apud Baronium,
tradit Surius, necessitate calculi cogimur deuenire ad annum quinquage-
simum septimum supra millesimum, & centesimum, in quo S. Stephani de
Bosco Monachi Carthusienses leges in Cisterciensica iura commutarunt,
quinque post annos Brunonis Patriarchæ Sanctissimi ex hac lacrymarum
valle decessum, qui fuit dies Dominica, quæ nouas antecessit Mensis Octo-
bris anno Domini 1150. vsque ad Dominicæ Natiuitatis annum milleli-
mum quingentesimum decimum quartum, quo tandem S. Stephani de
Bosco Cœnobium sub decimo Leone Papa fuit Carthusianis restitutum,
Custodierunt sacri Cisterciensis Ordinis deuotissimi Patres S. Brunonis

Apud Suriū tom. 5. & Cæsar Baron. annal. tom. 11.

Franciscus Puteus in eius vita; Petrus Sutor de vit. Carthus. lib. 2. c. 7. Ranulphus lib. 7. c. 4. vita S. Hugonis Episcop. Gratianopol. Surius loc. cit. Angel. Manriq. in Annal. tom. 2. ad ann. 1150. c. 11. n. 7. & ad ann. 1157. c. 4. n. 1. 6. 7. & 8.

E corporis exuuias custodia incredibili, & deuotione ineffabili; veriti ne Car-
thusiani repeterent eas: vt ex Neapolitanæ Carthusiæ Prioris relatione,
cui sub Leone X. huiusmodi negotium fuit commissum, iniunctumque,
scripsit Puteus. O vtinam Brunonis Patriarchæ Sanctissimi Reliquias sa-
cratissimas transtulissent in Galliam Carthusienses Patres, & Cistercien-
ses in eodem S. Stephani de Bosco perstitissent Cœnobio. At iudicia Dei
abyssus multa. Quanto acerbius fuisset si commendarum turbine, vt non-
nulla alia in Calabria posita Monasteria Cisterciensica, fuisset penitus ha-
bitatoribus destitutum. Omnia dicto in Monasterio existentia, præcipuè
Sanctorū Reliquiæ, inter quas dens existit Beati nostri Abbatis Ioachim,

Gab. Barr. Francic. de antiq. & sit. Cal. lib. 2. alias Cardinalis Sirletus.

Marcus Anton. Surgens Patritius Neapol. in opere de Neapoli illustrata lib. 2. c. 24. nu. 2. pag. mihi 233. Paulus Æmil. Sanctorius in histor. Carbonensis Monastery pagin. 14.

Iac. Graec. in Elegia m. s. in Antiphonario m. s. peruetusto Sanctorum, è S. Stephani de Bosco Cœnobio ad S. Maria de Altilia Monasterium translato, estq; in eadem pagina ex qua S. Protomartyris Stephani officium incipit.

vt prodet Gabriel Barrius Francicanus de antiquitate, & situ Calabriæ. A
(hoc opus non Gabrielis Barrij Francicani, sed Guillelmi Sirleti Cardinalis eiusdem Squillacensis Diœcesis Episcopi, Hæbraicæ, Græcæ, Latinæq; linguæ peritissimi, ac eius fratris, esse censuerunt Marcus Antonius Surgens in sua Neapoli illustrata, ac Paulus Æmilius Sanctorius in historia Carbonensis Monasterij) in Venerabilium manus Carthusiensium deuenere, pergamenaceo Sanctorum Antiphonario tantùm excepto, vt ex maiorum traditione didicimus. Quod cũ vidisset noster Iacobus Græcus flens sedit, planxitque super illud, ac amaro valde animo suspirans, & eiulans, lamentationem cecinit dicens.

Incutit heu miserum gelidos tremor intimus artus, B
Cum fractum video Religionis opus.
Nam manus ipse pias cœlestia funditus ora
Clangentes miror sic siluisse modo.
O vos terrarum quondam, quæ culmina gentes
Rexistis, plantum iam renouate pium.
Sumptibus an vestris hæc, an non sumptibus ista
Condita sic turpi fine redacta iacent?
Nominet, & ascendat clamor per culmen olympi,
Stelliferusque sonum sumat vterque polus,
Intret in arcanum, cunctaque luminis arces C
Lustret in beterea sede receptus hic.
Abnuat omnipotens Dominus de more beatum
Concedens pactum flentibus ipse suis.
Omine dum sentit tantum, quæ pessima surgunt
Tempora pandentem porrige sancte manum,
Crimina nostra tuus si cernis maxima vultus,
Consulit pietas, quæ reuocare potest.
Sic vbi dumose venit de flamine Boschi
Codex peruenit sic renouata manus
Stephanus emisit lector de iure libellum D
Fractum, confractum, tu quoq; crimen habes. (& alibi ibid.)
Æterno quondam Domino, quæ carmina panxit
In Bosco Monachus vix renouata silent.

Peruetustum autem huiusmodi Antiphonarium Cisterciensium extitisse, & non Carthusiensium, ad satietatem ostendit vsque superaddita rubrica in festo Purificationis in hæc verba consistens. *Diffinit, & ordinat Capitulum generale, quod per octauas Purificationis Virginis gloriosa dicatur ad Benedictus Antiphona.* Cum introducerent. *Et ad Magnificat*. Hodie B. Virgo. *Et Sabato infra octauam Purificationis dicatur Officium, & Missa.* Suscepimus Deus, *cum collecta. Statuta sunt hæc apud Cistercium in generali Capitulo anno Domini MCCCXXI.* Ortum habuit Carthusianus Ordo anno Domini E
1084. Pontificatus Gregorij VII, ann. 11. in territorio Ciuitatis Gratianopolis in Eremo quadam Carthusia dicta de qua verè dici posset,

Historiogr. S. Antoninus p. 2. hist. tit. 15. c. 22. §. 2. Castran. in Catal. glor. mundi, p. 4. consid. 62. Polyd. Virg. de inuentor. rerum lib. 7. c. 3. Gualter. in tabul. Chronograph. secul. 11. ann. 1086. pag. 631. Hie-

Vix vbi ridenti vestitur gramine tellus,
Ales vbi vix cantat, vbi vix lustra ferarum.

Confirmauit Ordinem Carthusiæ tertius noster Alexander Papa ann. Domini 1176. speciali constitutione, quæ incipit. *Cum vos per Dei gratiã.* Sunt qui dicunt Victorem tertium Pontificem anno 1085. Ordinem approbasse, vt tradit noster Caramuel, Satis admirandam huius Illustrissimi

Ordi-

A Ordinis sanctitatem, eiusque primordia iusto calamo in suis scriptis regi-
strarunt Historiographi S. Antonin. Cassanæus, & alij: Dilexit hunc Ordi-
nem adeo S. Bernardus, vt ad Carthusianorum instantiam Canticam can-
ticorum exposuerit, & multas ad PP. litteras miserit. Tanta in vtriusq;
Ordinis Antesignanorum SS. PP. concordantia cordium, vt emulatione
sancta emulati sint ad inuicem charismata meliora, & vicissim in ordine
reciperentur. O verè plusquam Benedicti Carthusiani Patres, vos enim
ne dum à priscis nostris Sanctis Patribus in parte silētium, quod ixta Isaiã
cultus iustitia est; & securitas vsque in sempiternum, teste Bernardo Abbate
sermone trigesimo ad sororem, accepistis, vt vestrarum prodet textus con-
B stitutionum; sed & à Fossanouensibus Patribus refugium, virtutem, & ad-
iutorium in tempore opportuno. Commendauit itaq; Dei famulus Ioa-
chim Curatium, Iordano, vt puto, eo tempore Fossæ nouæ Abbati, eiusq;
Monachis, non vt nouæ leges, ac iura Curatium ingrederentur, vt contra
Græcum insurrexit Manrique, sed ne suæ absentiæ causa in aliquo succū-
beret, neuè in Religiosorum numero, vel in Religionis obseruantia tepe-
sceret, aut defectionem pateretur aliqualem. Hoc itaq; à Viro Dei ob-
tento, vt fieret alterius voti compos, nēpe vt securiùs super talentum sibi
creditum proficeret, ad Pontificem summum Lucium tertium in secundo
sui Pontificatus anno Verulis in Latio habitantem accessit. Mortuo nam-
C que 6. Kal. Septembris anno Domini 1181. tertio Alexandro, de quo su-
pra, inque Lateranensi Basilica sepulto, Cardinales ex eius lege proximè
lata, Laterani comitia habuere, & post biduum hoc est 4. Kal. Septembris
Hubaldum Allucingolum Cardinalem, Episcoporum Decanū, ac Ostien-
sem, & Veliternum Episcopum, virum vt ætate, sic ineffabili prudentia gra-
uem sublegerunt, hic sicut erat patria Lucensis, sic se Lucium tertium no-
minauit. Qui cum nouo eius Pontificatu Romanos aduersus Tusculanos,
qui eos, tertio Alexandro Pontifice, afflixerant non iniustè, nouum agita-
re bellum animaduertisset, & vt suæ dignitati, atq; Tusculanorum saluti
consuleret, eam rem sibi displicere, ac se pro viribus vlturum esse denun-
D ciasset; & Romani è contra, veteri incitati superbia, ac cupiditate accensi
vindictæ, mandatis eius posthabitis, neglectisque, Tusculanos, admotis
Vrbi copijs, omnibus præmere deliberassent incommodis. Tantam na-
ctus in Romanis audaciam, ne in Vrbe manens, Pontificiæ iacturam pate-
retur dignitatis, prædecessorum exemplo Pontificum, Roma exijt, ac Ve-
litris, Anagniæ, Casamarij, Cisterciensis Ordinis Cœnobij, Verulisque,
ac proximis in locis consedit. Verulis itaque dum esset Pontifex, ne dum
quæ tantam decebat dignitatem Pontificis, sed summa, qua imbutus erat,
humilitate, flexis ad terram genibus, si non totaliter humi prostratus, Dei
famulus Ioachim à Lucio tertio Pontifice summo super reuelationem
E scribendi licentiam humillimè postulauit. Quod cum denegasset Ponti-
fex, (durū enim ei hoc illi concedere videbatur) Abbas mansuetus Pon-
tifici ait. *Vt credatis, quæ vobis dixi, hoc signum. Ecce in proximo capietur
Hierusalem à Sarracenis.* Nec vir Dei à Pontifice discesserat, humaniter
illo retardante; & ecce Nuncius post triduum à lato vaticinio venit, di-
cens, Hierusalem à Sarracenis hostibus captam, non absque ineffabili Pa-
pæ, Cardin. & omniū Prælatorū displicentia, ac admiratione. Et nec ista
tātum, sed multa alia corā Pontifice maximo prophetauit, quæ non carue-
runt euentu. Nam mira prophetandi gratia dotatus erat, quamuis litte-
rarum ignarus, & carnis sensu pergrauati Prophetam Domini Ioachim Ab-
batem

ronym. Roman. de Republ. Christ. lib. 6. c. 13. Platus de bon. status Religiof. lib. 2. c. 22. Illescas in hist. Pontif. lib. 5. cap. 9. Paulus Morigia Iesuatus de orig. Relig. lib. 1. cap. 27. Claud. Robertus in Gallia Christ. tit. de Genera lib. Aubert. Miræus de orig. Relig. lib. 2. c. 45. Syluest. Marulus in Oceano Relig. lib. 2. & alij.

Ioannes Caram. in sua Teologia Regulare disp. 38. nu. 341.

Isaias relatus à S. Bernard. Abb. ad sororem serm. 30.

Cōstitut. Carthusian. Ordin. cap. 55. apud Chrysost. Enriquez in Menolog. Cist. in notis ad 20. Aug.

Sup. cap. 13.

Platina in Vita Lucij tertij, & Onufrius Panuinus in suis adnotationibus.

Gratus in Chronol. sect. 15.

Matthæus Guerra Episcopus Fundanus in epist. ad Card. de Clarau. apud Grat. sect. 57. Ioānes Ant. Maginus in Geogr. Palestinæ, Paul. Morigia de origine Relig. cap. 30.

batem non fuisse contendant; at de hoc alibi. Pontifex denique his omnibus compertis; quippe præcipuè cum per bellicam cladem,& per grauissimos hostilitatis incursus, ita quædam dicatis diuisa fuere coniugia, vt abductis in captiuitatem viris Hierusalem, feminisque ob crudelem stragem, quam passi fuere,qui remanserant viui, aut liberi de morte, aut captiuitate,coniugis certitudinem habere cum nequissent,ad secundas transiere nuptias, vt patet ex rescripto eiusdem Pontificis Lucij tertij; ac in eo verè speciale Dei donum,& prophetandi gratiam existere compeгiens noui, ac veteris testamenti Concordiæ librum, & super Ioannis Apocalypsim scribendi licentiam, benedictionemque ne dum concessit, sed vt omninò componeret persuasit,imposuitque, vt testatur Clemens 3.in sua epistola ad Ioachim Abbatem de Curatio, sub *datum Laterani 6.Idus Iunij sui Pontificatus anno 1.* quam suo loco daturi sumus. Interim lege amice lector eiusdem B.Viri in prologo super Apocalypsim verba registrata, quæ ista sunt. *Non igitur de meo (quod non habeo) sed de Christi benignitate confidens Apocalypsim,quam B. Ioannes in Pathmos Insula religatus descripsit, non mea præsumptionis audacia,sed Romani auctoritate Pontificis exponendam assumpsi, &c.*

In cap. Dominus. de secundis nuptijs.

Infra cap.34.

CAP. XVI.

De B. Ioannis Ioachim ad Curatium regressu. Et quomodo per signi manifestationem Syllanensibus ventura certamina prophetauit.

OBseruata iam Cisterciẽsica lege, & Apostolica, quam peroptabat, scribendi facultate potita, Verulana Dei famulus profectus Vrbo, lætus, atque iucundus Curatium remeauit incolumis. Vbi adeo in sacræ arcanis scripturæ enucleandis deinde erat intentus, vt ferè totus in scribendo consumeretur. Hoc eodem tempore signum magnum apparuit Syllanensi populo in ea parte, quæ Dianum dicitur. Est namque Syllanum tripartitum, Regia auctoritate, opulentiarum, & ingeniorum acuminc,armisque,ac litteris celeberrimum. Vulgus eius, vt plurimum pectinibus conficiendis, ac lanificio vacant, quippe & aulea, & tapetia, & sitarchas texunt, & lodices, & alibi vendendas conducunt; in re enim facienda robustissimi sunt, atque sagaces,& libertatis regiæ zelantissimi. Et licèt nostrum apud Vghellum Abbatem in sua Italia Sacra tom. 1. Verbo Auersani Episcopi,num.37. legatur, Franciscum Scaglionum,ex Famigerato stipite Roberti Scaglioni Rogerij Nortmanni primi Siciliæ Regis cõsobrini prognatum(filius enim erat Goffredi Comitis Capitanatæ,& Brettiorum,& fratris Rogerij primi Siciliæ Comitis, vt prodet Benedictus de Passaflumine) sub Rege Ludouico Neapolitani Regni Marescíallum Marturani, Porchiæ,Grimaldi, Altiliæ, Renitæ, Sancti Fili,Pittabellæ,aliorumque locorum in eadem Calabria, Dominum, etiam Syllani Vrbis tenuisse imperium; Dominum Don Ferdinandum de Marra Equitem Neapolitanum fortasse secutus, cuius ista sunt verba. *Durò gran tempo parte dello Stato ne' Scaglioni in Calabria, e Francesco sotto'l Regno di Re Luigi II. Marescíallo del Regno, Signor del Contado di Martorano,con le Terre di Grimaldo, Altilia, Porchia,(hora detta la Motta di Santa Lucia) e di Scigliano,sotto il*

Benedictus de Passaflumine Cephaleditanus de origine Ecclesiæ Cephaleditanæ pag.in.7. & Marcus Anton. Scipio Placentinus in Elogijs Abbatum Cassinensis Monasterij, ad Gratianum Abbatẽ nonagesimum primũ pag.214.

A *il qual nome sette Castelli si comprendono, come Diano, Calvisi, Cupani, la Serra,*
Petrisi, Lupia, e Pieduuigliano; hebbe ancora sotto il suo Dominio, Rende, e San-
tofili, e la Baronia di Pittarella, ò Pittabella, che ancora è da Scaglioni possedu-
ta, oltre Felocastro, Santo Nicola, Mandaranoli, Caroni, Lumbaldi, Columbrice,
Crucoli, Marano, Consenti, e Cirella, che appresso nella medesima Prouincia ac-
quistorno. De dicta tamen Vrbe Syllano, ne dum eiusdem Vrbis, sed nec
propinquarum Ciuitatum, quas ipse sciscitatus sum, traditione compro-
batur. Verum quendam Neapolitanum ex nobilissima familia de Gen-
naro Syllani Vrbis ditionem occupasse traditur; sed fama per manus du-
cta prodit, Syllanenses Regi semper obtemperaturos, non solum ad illius
B præcepta aures excussisse suas, sed armis illum propulsasse. Pro subsidia-
rio milite ad arcendos hostes Italiam in Lombardia infestantes, sub Duce
Arcalà Neapolitani Regni Prorege, Excellentissimo Domino Don Cæ-
sari de Aquino secundo Castilionis Principi, etsi pro 25000. nummis au-
reis fuisset diuendita die 2. Maij anno Domini 1631. & eius nomine ac-
cepta possessio die Lunæ 19. Maij eiusdem anni; nihilominus tamen Re-
gi tantummodo udituri, Don Gregorio ex antiqua, & nobili prosapia de
Strangis, Mariani de Strangis, qui ad Patriam in libertatem vindicandam
præ cæteris nouem mille nummos aureos impendit, Patruo, Prothono-
tario Apostolico probitatis antiquæ, & virtutis clarissimo, humani, diuini-
C que iuris, scientiarumque omnium scientissimo, atque Ioanne Gregorio è
nobili gente Bruna V. I. D. vitæ integerrimo, & omnino labis expertè,
eiusdem Vrbis Patritijs, & libertatis Patriæ defendendæ maximè deflagrã-
tibus, in Hispanias ad Philippum quartum Hispaniarum, & vtriusque Sici-
liæ Regem Legatis ab Vrbe missis, anno in seruitutem non dum elapso,
nempe die Lunæ 19. Mensis Aprilis anno 1632. in quo pro redemptio-
ne fuit à Catholica Regia Maiestate decretum emanatum, ex publico, &
priuato pro omnibus expensis, pretio restituendo, & ad acta pro litterarũ
executione regiarum facienda necessarijs 4000. aureorum exacta summa;
prætioque Principi emptori restituto, pristinam sibi redemerunt liberta-
D tem. In Cœmiterio ergo Parochialis Ecclesiæ, sitæ in ea parte Syllani
Vrbis, quæ Dianum dicitur, magnum Crucis signum per aliquot interual-
la temporum ita clarè apparuit, ac si peractum manu fuisset artificis. Tunc
Dei Virum Ioachim pro re non modica Dianum aduenire cõtigit. Cum-
que Syllanenses tali essent conterriti signo, tanti Viri scientes sanctitatem,
omnes ad eum confluxerunt humili deuotione, & incurui tanti explica-
tionem expetierunt signi. Incunctanter Propheta Domini dixit illis. *Hoc*
Crucis signum tribulationem, & angustiarum afflictionem prænunciat, nec non
& Ciuium sanguinis effusionem in certamine, & domestica seditione significat.
O verè plusquam Propheta quomodo vera prophetasti? Tanta enim ali-
E quot post annos inter Ciues discordia est secuta, vt diuisis Vrbis Ciui-
bus, Tribubusque, ne dum effusionem sanguinis ad inuicem, sed & domo-
rum ruinas cum igne, & præparatis desuper arietibus procurarent; immo
ita conualuère inter Syllanenses seditiones istæ, vt innumeri eorum ne-
carentur, & vix per Regis prouisionẽ ad concordiam deuenirent. Regisq;
decreto non obstante, nunc vsque maledictus inter illos vltionis fomes
remanet, priscis reliquias paruulis suis relinquentibus. Quid autem pro
Syllanensi Muliercula patrauerit, audiamus.

Ferdinand. de Marra in suo opere, cui titulus est. Discorsi delle famiglie estinte, forastiere, ò non cõprese ne' Seggi di Napoli, imparentate colla Casa della Marra. Neap. impresso apud Octauiũ Beltranũ ann. 1641. cũ de familia Marramalda pagin. 242. §. costa questa reale origine de Scaglioni.

Lelius de Vrso in suo Syllano festanno.

Luc. de Vrso loc. cit.

Syllan. in Chronol. sect. 14.

C A P. XVII.

Qualiter Syllanensis Mulier per Dei famulum sanitatem receperit.

IN memorato Diano eodem in tempore Mulier quædam erat in nouiluniis caduco valde morbo laborans. Hæc à prætereunte Viro Dei,cũ cæteris associato,pro recuperanda sanitate deuotione ingenti,& humilitate maxima petijt, vt ei manum imponeret,& benediceret,ac Sanctæ Crucis signo à tanto illam morbo liberaret. Cui Beatus Pater respondit, vt ad suum Curatij Monasterium deuenire curaret. Hoc autem totum factum est, ob gloriam euitandam inanem, ne scilicet illius curationis gratiam humili Abbati homines ascriberent. Regresso itaq; ad Curacense Cœnobium Abbate Ioachim, ad idem accessit in deuotione sua, & mulier,atque ad Monasterij ostium se continens,promissæ benedictionis gratiam præstolabatur. Vir autem Dei,qua erat humilitate donatus, ad huiusmodi infirmitatem tollendam tale remedium adhibuit. Qua decuit, & debuit veneratione, Sanctorum Reliquias, numerosè in Curacensi Reliquiario asseruatas, quas sigillatim refert Iacobus, assumpsit, & Mulierem lunaticam, ante fores præstolantem, cum amborum deuotione ex earum ablutione potauit. Vnde Dei, sanctorumque, ac serui Domini munere factum fuit,vt statim sanitate recepta,quæ ægrotans accesserat, incolumis ad propria remearet cum astantibus magnificans, & laudans Deum.

B

Iacob.Grec.in Chronol. Ioachim sect.12.

C

C A P. XVIII.

De vtriusque Testamenti Concordiæ operis præsentatione, & vlterius scribendi facultate.

D

Matth.c.24. Luc.c.21.

COmpleto iam noui, ac veteris Testamenti Concordiæ opere, quia labentis, ac perituri sæculi perurgere ruinam scripta in Euangelio signa, terroresque fatebantur; non à fructu operis otiosum existimauit, ea,quæ de temporibus extremis superna ei crediderat dispensatio,ad cautelam reserare fidelium, & torpentia somnolentorum corda suis laboribus,& composito opere excitare. Quod vt iusto titulo facere posset,suum opus summo censuit Pontifici præsentãdum,& Christi Iesu Vicarij auctoritate vallandum. Et si scriptum non inuenerim Pontificis nomen,cui cõcordiæ opus tradiderit ad emendandum, si fortè erat,& ad approbandũ, si dignum; argumenta tamen non desinunt ad asserendum, ipsum fuisse Vrbanum tertium. Primum argumentum desumitur ex citata epistola Clementis tertij sui Pontificatus anno primo,quam inferius ad verbum daturi sumus. Cuius inter cætera verba sunt. *Cum ergo iubente,& exhortante bonæ memoriæ Lucio Papa prædecessore nostro expositionem Apocalypsis,& opus Concordiæ inchoasse, & postmodum de Papæ Vrbani authoritate successoris ipsius composuisse dicaris; charitatem tuam monemus, & hortamur in Domino per Apostolica scripta mandantes: quatenus laboribus tuis in hac parte optatum, & debitum finem imponens gratia Dei prosequente ad vtilitatem proximo-*

E

Infra cap.34.

A *nemorum opus illud complere, & diligenter studeas emendare: veniens ad nos.* Cum ergo ly *Opus illud* referatur ad expositionem Apocalypsis, cum ante Concordiæ opus fuerit nominatum, signum euidens est, Concordiæ opus ante expositionem Apocalypsis fuisse completum,& ante Clementis tertij Pontificatum ab Apostolico culmine approbatum; nec non & ipsum Clementem idem opus Concordiæ pluries legisse,& tanquam eius lectione allectum, promissam Apocalypsis expositionem legendi desiderio præssum,vt quamcitius illam compleret, eidemq; vt præsentaret, imposuisse in primo sui Pōtificatus anno. Secundum desumitur argumentum ex libro penultimo eiusdem Concordiæ, in quo passas ab Ecclesia perse-
B cutiones vsque ad *cap.* 23. & sub quibus Pontificibus soccinnè in memoriam omnium prodit. Præsertim verò in citato capite postquam de Alexandro, Lucio,& Vrbano verba fecisset, nullam de Clemente facit mentionem; immo sequens capitulum nempe 24. in hæc verba exorditur, *Vsque ad præsentem diem, & locum per experta(vt ita dicam) littora nauigantes,securo remigio iter fecimus. Amodo cautius est agendum.* Cum ergo de Clemente nihil dicat,& sub ipso non minus grauia Dei Ecclesiæ acciderint, dicatque se vsque ad suum tunc præsentem diem ab Ecclesia perpessas narrasse afflictiones, dubio procul fari potest, ante Clementis tertij Pontificatum, dictum concordiæ opus fuisse compositum, completumq;
C & ab Ecclesia Romana approbatum. Vltimum desumitur argumentum ex Vincentij Bellouacensis auctoritate grauissima, dum iuuenis Abbatem senem videre poterat: ait enim Bellouacensis. *Eo tempore Abbas Ioachim de Calabriæ partibus venit ad Vrbanum Papam morantem apud Veronam.* Ergo cum de Clemēte in dicto opere nil dixerit Dei famulus,& vt vidimus, non Concordiæ opus,sed Apocalypsis expositionem tantùm, vt ad finem perduceret, idem Clemens Virum Dei fuerit cohortatus, & Bellouacensis Episcopus magnæ auctoritatis Vir dicat Ioachim ad Vrbanum Veronæ habitantem iuisse, vtique hoc tempore ab Vrbano tertio concordiæ opus fuisse approbatum, dicendum est sine dubio. Nec in hac parte id est
D attendendum, quod Græcus minus aduertenter dixit; nempe Concordiæ opus à Lucio tertio fuisse approbatum, commendatumque: nam cum in eiusdem Concordiæ citato capite ne dum de Alexandro,& Lucio, nullis alijs Pontificibus interpositis, immediatè, vt ordo requirebat, etiam de Vrbano verba protulerit,vt infra probabitur,vtique à Lucio opus infectū non poterat commendari, ne dum approbari. His allatis, Dei famuli gesta prosequamur. Veronæ septimo Kal. Decembris anno salutis 1185. Lucio tertio pietatis optimo,& pacis cultore obseruandissimo, orientalibus curis oppresso,& vita functo. Communi purpuratorū voto ad viginti quatuor ascendentium numerum, Veronæ existentium,Lambertus Cri-
E bellus, Mediolanensis, ab Alexandro tertio Anagniæ Mense Septembri, anno salutis 1173. Cardinalis Presbyter iàm creatus, in eadem Verona Vrbe anno, & die, quo Lucius tertius obierat in demortui Pontificis locum sub nomine Vrbani tertij subrogatus est. Hunc Romanum Pontificem (vt ex adductis auctumo) Veronæ commorātem, Dei famulus adijt, illique tanquam vniuersalis Ecclesiæ Præsuli noui, & veteris Testamenti Concordiæ opus cum humilitate obtulit. Pontifex opus, & conditorem expertus cum Cardinalibus omnibus probans,& approbans,tale opus verè videns donum Domini ab Abbate receptum, & à Pontifice Optimo Maximo, & à Cardinalium Concistorio admodum fuit commendatum.

Ioachim Abbas in noui,& veteris testamenti Concordia libro 4.cap.23.& cap. 24.

Vincentius Bellouacensis in Spec. Hist. lib. 29. cap.40.

Iacob.Grac.in Chronol. sect.16.

Ioachim Abbas in Concordia noui, ac vet. test.lib.4.c.23.

Infra cap.42.

Sigonius de Regno Italiæ lib.15.& alij.

Theodoricus in eius vita, Bernardin.Corius historiar. Mediolanens.p.1.& alij.

Grac.in Chronol.Ioachym sect. 16.

Et postquam nonnulla etiam oretenus prophetica à Dei viro accepisset, A
Vrbanus Papa tertius in omni diuinarum cathalogo scripturarum patentissimam,amplissimamque ei donauit scribendi facultatem. Immo demum per litteras præcepit, vt scriberet tali sibi data forma consilij; vt super regimine Abbatiæ totam temporalium administrationem alteri committeret,& ipse seorsim meditationi,contemplationique, ac sacris scripturis attenderet: memorans Domini thesaurum ad aliorum profectum aperiendum, & lucernam in candelabro, & non sub modio ponendam, vt ditentur,& videant in domo stantes,& si secus fecisset, à Domino de talenti nō multiplicatione grauiter arguendus remaneret. Extabat etiam hoc tempore apud Veronam in Villa Sancti Zenonis Fridericus Romanorum Im- B
perator Ænobarbus, à Lucio tertio ibi accersitus, vt Religionis Christianæ gratia contra Salatinum Turcarum Regem expeditionem, & cladem suscipiendo adornaret, ad quod item suscipiendum,& ne suis viribus parceret in tam communi negotio etiam ab Vrbano tertio fuerat excitatus. Fridericus audiens tanti famam Viri,præcipuè vaticinij eximia laude florentis,illum de Hierosolymitanæ consuluit expeditionis euentu. Humilis Abbas Romanorum Augusto respondit, ***non venisse tempus, quo Hierosolyma à Christianis recuperaretur***. Quod comprobauit euentus. Tandem à Pontifice summo obtenta redeundi licentia ab Vrbe Verona in Marchia Taruisina, seu Venetia Regione existente, discedens,hoc tempore Vene- C
tias se contulisse puto, Vrbem equidem amplam, inclytam, ac inter reliquas totius Italiæ Vrbes pulchritudine,& potentia admirandam, præstantiaque,ac dignitate venerandam. In cuius primario Templo,ad instar Tēpli Salomonis, Dei Viro dictante constructo, ac Diuo Euangelistæ Marco dicato, in toto terrarum orbe celeberrimo, angusta, remotaque obtenta Cellula, ibi ad tempus inhabitauit, satis asperam vitam ducens. Inexpectatum Sanctorum Patriarcharum Dominici, & Francisci prænunciauit aduentum: ità vt etiam opere mussiuo in eodem Diui Marci Tēplo,quod post eius combustionem adhuc tunc Veneti restaurabant, ipso Dei famulo propria manu prius designante, eo habitu, & vestitu exprimi D
curauit, quem postea assumpturi, suisque posteris discipulis,& sectatoribus præscripturi erant; cum nec ipse quempiam illorum viderat, & nec illi excesserant ex ephebis. Aliqui Auctores dictæ prophetiæ incertum tempus ascribunt; at Sanctus Antoninus ait,dictum vaticinium fuisse visum in dicta S. Marci Ecclesia antequam Sanctus Dominicus nasceretur. Et cum Sāctus Dominicus vita functus dicatur octauo Idus Augusti anno Domini 1221. & suæ ætatis anno quinquagesimo primo; Sanctissimi Viri Dominici ætatis annorum deducto numero ex dictis Domini annis, facili calculo, sed prorsus necessario cadit Natiuitas eius in anno Dom. 1170. ante quem dictum vaticinium à Dei famulo fuisse prolatum Sancti Anto- E
nini Archiepiscopi auctoritas manifestè conuincit; quam Sancti Antonini sententiā aliorum auctorum communiorem esse asserit Lucas Vuadingo, idque etiam indicant carmina ex Petro Rodulpho transcripta.

Atque prius fuerit, quam Mundo exortus in æde,
Quæ Marci titulo nulli toto orbe secunda est,
Extat apud Venetos longis expressus ab annis.

Nec tantùm hæc, sed nonnulla etiam alia futura protendentia in eodē Sancti Euangelistæ Marci Templo expressit, siue vt melius dicam,exprimi opere mussiuo curauit, quorum veritatem in dies comprobat euentus; vt lucu-

Sigonius de Regno Italiæ lib. 15. Petrus Bizzarus in Annalib. Senatus,Populiq; Genuensis de quarta Christianorum in Syriam expeditione.

Syluest. Marulus in Oceano Relig. lib. 3. Stephan. Salanacus de reb. Prædic. Barr. de antiq. & situ Calab. li. 2. Thom. Maluenda in Annalibus prædic. Cētur. 1. Arnold. Vuion p. 2. ligni Vitæ lib. 5. c. 86. ram. 9. Rodulfius Tussianensis lib. 1. hist. Seraphicæ Rel. & Hieronym. Marafiota de antiqui. Calab. lib. 4. cap. 14.

S. Anton. Archiep. Florent. 3. p. hist. tit. 23. cap. 1. §. 2. Cæsar. Baron. Card. in notis ad Martyrolog. Rom. sub die 4. Augusti.

Lucas Vuadingo in Annal. Min. tom. 1. in præfat. §. 2. Petrus Rodulph. Tussianensis, Episcop. Senogalliensis Hist. Seraph. Relig. lib. 1.

A Iuculenter, & egregiè simul Philippus Phasianus Bononiensis cecinit, dicens. *Philippus Phasianus Bononiensis relatus ab Arnoldo Vuion in Ligno Vitæ lib.5. Ramo 9. cap.86.*

Multimodis quæcunque vides impressa figuris
Hac signis, ambiguis, scriptaque plena notis.
Cum prima faciunt certare ætate minores,
Et fidei ostendunt credere vane pie.
Desicere etenim responsa, oracula sortes
Ægyptus sacras liquit, & ipse notas.
Nil vltra folijs audeat mandare Sybilla,
Pythijs, cum Delphis conticuere diu.
B *Namque Ioachimis responsa in luminis auras*
Panduntur, quibus est sola adhibenda fides.
Inde videre palàm, quicunque archana futura
Quæ sunt, quaue olim facta fuere potest,
Nam phœbi tripode hic melius, vatisque furentis
Responso plenus numine vera canit.
Nulla hic ambages sunt: certa oracula lector,
Dum tibi non modo sit crassa minerua tibi.

Cæterum siue hæc sub Vrbani tertij Pontificatu, vt nos putamus breui intercapedine stante inter Vrbes Venetias, ac Veronam, ad quam Abbas C Sanctus accesserat, vt diximus, siue sub aliorum regimine Pontificum facta sint, vtique Scriptores omnes quotquot extant Ioachim Abbatē præsatarum imaginum, figurarumque futura protendentium constituunt in Auctorem. Denique Dei famulus Vrbani tertij Papæ affatum intra se ruminans, & consulentis votum, & præcipientis imperium retinens, Curatiū regressus ad tantæ contemplationis studium, & ad Apocalypsis expositionem animum, & operam appellabat. Extat in Prologo eiusdem operis mentio præstitæ auctoritatis, cuius germana verba sunt. *Non igitur de meo, quod non habeo, sed de Christi benignitate confidens, Apocalypsim, quam Ioannes in Pathmos Insula relegatus descripsit, non mea præsumptionis audacia: sed* D *Romani authoritate Pontificis exponendam assumpsi.* Dum autem Apocalypsim summo studio exponebat, non pauca ei euenere diuertimenta, quæ suæ sanctitatis signa demonstrarunt, vt ex sequentibus patebit. *Anton. Possevinus in Apparatu sacro in litteram IO.* *Ioachim Abbas in Prologo exposit. super Apocal. fol. 2. col.2.*

CAP. XIX.

Qualiter Tabernensis Mulier guttæ morbo laborans obtinuerit sanitatem.

E IOannem Ioachim Abbatem in sacræ Apocalysis studio occupatū graue pietatis, & religionis opus extra Curatium vocauit. Dumque per territorium Ciuitatis Tabernæ, litterarum eruditione florentissimæ, *Trischenes* olim Vrbis reliquiarum (fuit enim Trischenes Ciuitas nobilis, magna, ac populosa, muris, & turribus cincta inter Crotalum, & Semirim amnes) iter ageret, obuiam habuit quendam, Leonem nomine, in Sacerdotali ordine constitutum, qui charitatis intuitu Dei famulum ad hospitandum in domum suā excepit. Hic enim Leo Sacerdos moribus, & natione Argiuus, in eius decreuerat animo, etiamque ore protulerat, se mundo valefacturum, & (donante vxore) perpetuo Dei seruitio mancipari. Et *Barr. de antiq. & sit. Calab. lib.4. & Marafiota lib.3. cap.23.* *Syllaneus admirabili 8.*

iste

iſte Argiuorum aliàs Græcorum more, vxorẽ habebat de natione eadem A guttæ morbo laborantem. Hæc infirma mulier, neſcio qua præuenta gratia,& ſpiritu edocta, ad introeuntis Abbatis pedes deuoluta, tales prorupit in voces. *Domine ſi vis potes me ſanare.* Cui vir pietate incaleſcens, ait, *Credis, quod ex Dei munere poſſum te ſanare?* At illa. *Vtique Domine credo.* Admiratus ergo Ieſu Chriſti ſeruus erectis ad Deum ſurſum manibus, ac demum ſuper mulieris infirmæ, & deprecantis caput impoſitis, in eodem Sanctæ Crucis peracto ſignaculo, dixit. *Vade mulier, fides tua, & deuotio tua te ſaluam fecit.* Et ſanata eſt mulier ex illa hora. Qui autem viderunt, gloriam Deo protulerunt, experientes in poſterum mulierem illam nunquam, & nuſquam conſueto morbo vexatam, ſed perfecta ſanitate potita in deuotione, & gratiarum actione dies continuaſſe ſuos vſque ad extremum ſuæ vitæ terminum. Vir Dei ex hoſpitio ad vocationis locum B profectus, & inde re compoſita, pro qua acceſſerat, ad Curatium reuerſus, iterum ad ſacræ ſtudium ſcripturæ animum applicauit.

CAP. XX.

Dæmoniacus Terræ Maidæ per Sancti Patris merita liberatur. C

Maraf. lib. 2. c. 23.

Iacobus Græcus Sylla. admirab. 4.

VIx Curatium Abbas remeauerat, & ecce ad eum Illuſtris cuiuſdam Viri Terræ Maidæ (*Melanium* antiquitùs nuncupabatur) Pagorum nempe Cortalis, Corigæ, Petreique, atque Iacorſi, Virorum, & Cleri multitudine memorandæ, Domini, cui nomen erat Robertus de Benetta, Nuncius venit, nimium rogitans, vt ad eum ire dignaretur. Abbas autem Ioachim miſericordia rariſſimus illicò perrexit, & aduenienti Abbati Robertus ille humiliter,& deuotè ſuas præces expoſuit, vt filium nempe ſuum malè à Dæmonio vexatum miſericorditer liberaret. Audita ab eo ſuæ vocationis cauſa, ne talis Dæmonis eiectio viribus, ſanctitatique ſuæ D aſcriberetur, ſciens etiam illud genus Dæmoniorum non detrudi niſi in oratione, & ieiunio, in ſpe relictis vocantibus eum, ad Monaſterium redijt. Remque ſuis Monachis adaperiens, triduanam eis orationem impoſuit, ſuum ſuperaddens ieiunium. Et demum Maidam in omnium gaudio repedanti, confeſtim Domini Roberti puer eſt præſentatus, oblatuſque, & ecce ſtatim coram omnibus diriſſimè à Dæmone correptus eſt. Vir autem Dei parum ſe orationi dicans, in nomine Domini Ieſu Chriſti immundo ſpiritui, vt diſcederet, imperauit. Quo mox dei[c]to, & abſiſtente, Puerum ſanum, liberumque reddidit Patri ſuo. Quibus, cunctiſque admirantibus, nec pro tanti gratia miraculi [i]ſſe capientibus in lætitia Deo, E ſeruoque ſuo gratias reddentibus, dimiſſis, inde recto tramite ad contemplationis ſtudium redire propoſuit.

CAP.

A

CAP. XXI.

Dæmoniacus alter eiusdem Oppidi ad sancti Viri deprecationem liberatur.

DVm per medium gentis Maidæ, Curatium rediens, Dei famulus Ioachim pertransibat, Oppidani, eius sanctitatem experti, obuiam illi euntes, & alterum à Dæmone vexatum offerentes, humiliter, atq; deuotè *Syllan.admirab.11.*
B rogauerunt, vt super eum manus imponeret, & benedicendo liberaret. *Confidimus enim* (aiebant) *scimus, & credimus, quod Dominus per tuam intercessionem, & preces, potest filium nostrum de potestate Dæmonis liberare, nec tibi pro tali causa Monasterium redeundum est, vt nuper fecisti pro filio Illustris Domini nostri: certi enim sumus, quod operante Domino per te filius noster liberabitur.* Famulus ergo Dei Ioachim illorum pietate, & afflictione perfossus, visa etiam illorum fide, modica oratione præmissa, Dæmoniaco manum imposuit in nomine Domini, sanum extemplò, ac liberatum reddidit Matri suæ, & Curatium rediit. Vndiq; igitur diuulgabantur omnia facta hæc, & omnes posuerunt in cordibus suis Ioachim Curatij Abbatem magnum esse coram Domino: posuerat siquidem signa sua in eo, & prodigia
C eius in terra eorum, videntes qualem potestatem haberet super spiritus immundos, laudabant Dominum Iesum Christum in animo, & corde eorum, cernentes per seruum suum Ioannem Ioachim quomodo, qui ab eis vexari contigerat, curabantur.

CAP. XXII.

Equus tanti Dei viri sanctitate curatur.

D

NOn tantùm hominibus Dominus, sed etiam Belluis per seruum suum beneficia concedere dignatus est. Accidit siquidem vice quadam seruum Christi Iesu Ioannem Ioachim Cusentinam pertransire Sylam, vbi nocte superueniente diuertendum ei fuit, & hospitari in Villa *Syllan.admirab.6.* cuiusdam Iordani de Mandara conditionis non mediocris, à quo nimia fuit amabilitate, & charitate susceptus. Colligatis itaque hospitantis, & hospitis Equis; dum non se compaterentur ad inuicem, Iordani Equus aliò se conuertere nitens, in vallum incidit, ita vt de corpore exirent interiora. Quam ob rem Venerabilis Abbas nimium tristis effectus, aliquo
E si remedio Iordani Equo subueniri posset, anxius procurabat. Quo Iordano agnito, hilari vultu ne de huiusmodi casu tristaretur, verbis Abbatem dulcibus deprecabatur. Tandem ingenti eius anxitudine visa, Dei famulo fidenter ait. *Si Equo compateris, signa illum, & sanabitur.* At quid mirum? attenta fide, & deuotione hominis in Domino confisus Abbas, Crucis signo Equum signauit, & illicò ex vulnere conualuit. Ideo accepit omnes timor, qui viderunt, & audierunt, & gloriam Deo dederunt, qui nō tantum hominibus, sed etiam tam insolitè, & stupendè mutis animalibus sanitatem reddiderat.

CAP.

A

CAP. XXIII.

Sanitatem claudo restituit.

Alia etiam vice cum B. Ioannes Abbas; Curatio egressus, sororem suam morientem visere properaret, magis illius animæ, quam corporis salutem aspirans, (Fratrem enim suum in extremis constituta soror inconsolabili mœrore optabat amplecti, proindeque illum accersiri depræcata erat astantes) inter alios honoris, & venerationis intuitu aduentum eius præuenire curantes, præmemoratum Iordanum de Mandara festinanter obuium habuit. Cæterum priusquam ad inuicem oretenus salutarentur (Deo permittente) Iordanus ab Equo cadens, pedem sibi extorquendo confregit, ita vt vix cæterorum auxilio se aliquo conuertere posset. Interea occurrenti famulo Dei, cuius sanctitatem iam fuerat expertus, instanter humilis ab eo signari poposcit. Seruus autem Christi vehementi eius dolori compatiens, in Dei pietate confidens, supplicantem sacrosancto muniuit Crucis signaculo, & mox in pristinam sanitatem restituit. Sanus ergo effectus, de terra prosiliens sanatorem suum comitabatur, cæteris coniubilans in gratiarum actione, & Dei laude effundebatur, qui non tantum in Brutis, verum in corpore suo mira per seruum eius operari, dignatus fuerat.

Syllan. admirab. 5.

B

C

CAP. XXIV.

Quare B. Io: Ioachim Curacensibus relictis, Petram latam inhabitauerit.

Dum hæc in Calabria, maioraque alia à Dei famulo Ioachim in consolationem patrabantur fidelium ad ipsum confluentium veluti ad Patriæ; & totius Regionis Patrem indesinenter. In Flaminia Sedes Apostolica parabatur Paulo scholario, Romano, è familia Regionis Pineæ antiquitùs dicta, creato Episcopo Cardinali Prænestino ab Alexandro tertio sui Pontificatus ann. 22. & Dominicæ Natiuitates ann. 1180. Quippè vita functo Vrbano tertio Ferrariæ ad Padum amnem 14. Kal. Nouembr. ann. Dom. 1187. & sui Pontif. ann. 1. mense 10. & die 25. Nec non Gregorio 8. Vrbano tertio subrogato, ex hac vita decesso Pisis die 15. Mensis Decembris eiusdem anni 1187. viginti dierum spatio Apostolica Sede vacata ob sacri Collegij Purpuratorum dissensum, vt auctores referunt: tãdem in eiusdem Vrbis Ecclesia Cathredali die Epiphaniæ Domini, nempe 8. Idus Ianuarij 1188. Sancti Spiritus gratia priùs inuocata, inito Comitiorum scrutinio, propalatisque eligentium votis, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Principes ad 22. numerum ascendentes, Paulum Scholariũ præfatum in summum Põtificem sublegere, quem Clementem 3. vocauerunt. Clemens ergo tertius, vt erat vitæ integritate integerrimus, doctissimusq; ac prudentissimus, sic expositionem Apocalypsis legendi, ac Dei famulum sanctimonia præditum videndi, tali erat desiderio captus, vt vix Romam productus, ipsum admonitum voluerit sexto idus Iunij; data ad eum epistola

D

Platina, Ciaccon. & aly.

E

A ſtola tenoris ſequentis. *Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei. Dilecto filio Ioachim Abbati de Curatio, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Rationis ordo ſuadet, & debitum exigit charitatis, vt in cunctis actibus noſtris ad id plurimum intendamus, qualiter ſecundum veritatis Euangelicæ teſtimonium, opera noſtra luceant coram hominibus, vt ex eis proficiendi materiam capiant, & exemplum. Cum ergo iubente, & exhortante bonæ memoriæ Lucio prædeceſſore noſtro expoſitionem Apocalypſis, & opus Concordiæ inchoaſſe, & poſtmodum de Vrbani auctoritate ſucceſſoris ipſius compoſuiſſe dicaris: charitatem tuã monemus, & exhortamur in Domino per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus laboribus tuis in hac parte optatum, & debitum finem imponens, gratia Dei* B *proſequente, ad vtilitatem proximorum opus illud complere, & diligenter ſtudeas emendare: veniens ad nos quamcitiùs opportunitas dederit, diſcuſsioni Apoſtolicæ ſedis, & iudicio, te præſentes: ſiénim velis in abſcondito retinere, diligenti cura proſpicias, quã poſsis ſummi Patrisfamilias offenſam de talento ſcientiæ tibi commiſſo ſatisfactione placare. Data Laterani ſexto Idus Iuny Pontificatus noſtri anno primo*, Circumfertur epiſtola cum operibus Abbatis Ioachim. Hoc de quamcitius Apocalypſis expoſitione perficienda, deque ſummo Pontifici præſentando accepto, lecto, relectoque admonitorio, ſeù præceptorio Breui; ne in futurum à ſancto contemplationis ſtudio alia, atque alia pateretur diuertimenta, & vt liberiùs Romano- C rum obſeruaret præcepta Pontificum, Curatium relinquere, & aliò abire ſecernit. Paucis itaque ſecum aſſumptis fratribus, ſeceſſit in locum, *Petra Lata*, nuncupatum, cuiuſdam nobiliſſimi Viri, nomine Dominici Oliueti, Conſtantinopolitani Imperatoris amiciſſimi, cui non deerat cingulus militaris, nec eius fratri Epiſcopalis mitra. In tali ergo loco contemplationi congruo, videntes eum Curacenſes immorari; vel quia tanti patris non poterant carere præſentia; vel tanquam ignari ſpiritui reſiſtebant; cum repetere, ac in Curatium reuocare medijs, & remedijs interpoſitis poſſibilibus quæſiere. At Dei famulus animum ſuum tenens exploratum, repudiatis præcibus, abnutis intermedijs, tali funditùs recuſata conditio- D ne, conſulentium votum, ac præcipientium imperium retinens, Curacẽſes omnes excluſit omnino. Qui tandem de ſeniorum conſilio Monachorum ad Curiam Apoſtolicam acceſſere: ad quam, vt ſuas partes tuerentur, etiam B. Ioannes Ioachim acceſſit. Propoſita ergo hinc inde quæſtione, ad id tandem deuentum eſt; vt Dei ſeruus ab omni Curatij munere abſolueretur, & alibi conſedendi facultas concederetur: quod totum põtificia cautum extitit auctoritate: & Curacenſes Monachi vltrò iterum Floriacenſi Antiſtiti ſe commendauere. Reuerſus denique Vir Dei ad prædictum locum *Petram Latam*, in mantionis prioris ſignum *Petram Olei* cum nominauit. Vbi totam Quadragenam, Dominicis tantùm exceptis E diebus, in pane, & aqua guſtando potius, quam edendo, ducens, factus voti compos, ex tunc Rachelis amplexus initians, ſororemque ad Dominicos ſedentem pedes amplexans, in ſcribendo continuabat: flumina quoniam aquæ viuæ de ventre eius fluere cœperant, & effectus vnus ſpiritus cum Deo ad ſpiritualia tantummodo aſpirabat.

Ante præfat. Cõcord. vtriuſque teſtam. & expoſit. Apocalypſ.

Antiqua M.S.

Græc. ſect. 16. & aliy. Barr. Francic. lib. 2. & Maraſiot. lib. 14. cap. 14.

A

CAP. XXV.

Quomodo Viri Dei fama diuulgabatur, & de alibi habitandi inſpiratione.

SCripturarum ſaporem melleum diuinarum dum ſeruus Christi optata in ſolitudine perguſtaret, & ſanctitatis eius fama per totum diuulgaretur, acceſſit ad eum Frater Raynerius Capoccius, Monachus Ciſtercienſis, Monaſterij Trium fontium filius, modo (vt confidimus) vir ſanctus, B zelo veritatis ſuccenſus, in liberalibus eruditus, & ſermone diſertus, qui à ſuo Monaſterio venerat Inſulæ Pontianæ, tunc Trium fontium Monaſterij ditionis, in Tyrrheno mari ſinus Formiani Neapolitani Regni exiſtentis, noui noſtri audire ſapientiam Salomonis. Et factum fuit demum, vt per Hiſpaniam, & per omnia ſuæ Legationis loca (factus enim deinde fuit Diaconus Cardinalis tituli S. Mariæ in Coſmedin ab Innocentio tertio, & vſque ad Pontificatum Innocentij quarti diuerſa Legationis munera obiuit; ſuitque Sancto Dominico eximia familiaritate coniunctus, & eius Ordinis ſtrenuus fautor, atq; defenſor, de quo præter Sebaſtianũ de Olmedo, & S. Antoninum à Ciaconio citatos, ſcripſit Cæſarius Heiſterbacẽſis, qui C noſtrum Raynerium virum vtique ſanctum facit, ac Innocentij tertij Confeſſarium; ſcripſit quoque B. Theoloſphorus Cuſentinus in lib. de magnis tribulationib. & eum vocat *Virum ſanctum, & habentem ſpiritum veræ prophetiæ*, & vtitur teſtimonio noſtri S. Abbatis ſuper Merlinũ, & Heritheam; mirum quomodo tantum virum non poſuerit in ſuo Menologio noſter Chryſoſtomus Henriquez) diceret, ſe de Magiſtro diſcipulum euaſiſſe; nam per Dei virum Ioachim fuerat in ſanctarum ſaporem ſcripturarum introductus, adeò vt ad eius inſtantiam etiam Prophetæ Iſaiæ vaticinia dilucidauerit, vt idem S. Abbas teſtatur in Prologo. Cum ergo iſti duo Viri virtutum in ſancta conuerſarentur contemplatione, Ioannes Ioachim D ſocium ſapientiæ plenitudine præcurrebat, ſicut Sacerdotij dignitate. At dum ita ſaperent, volante vndique fama, locus concurrentium multitudine cœpit perturbari; ideò ſeceſſus remotior quærendus fuit pro contemplatione delecta: nam ideo Dominus eum in ſolitudine duxerat, vt loqueretur ad cor eius, qui etiam ritè meminerat diuinam in ſolitudine expectationem, & dulcedinem capi cum Propheta expectãte illum, qui eum ſaluũ faceret à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate, ne à tantæ contemplationis faſtigio caderet, pariterque à nimia confluentium viciſſitudine liberaretur.

Plin. lib. 3. c. 7. Ioan. Ant. Magin. in Geographia.

Frater Sebaſtian. de Olmedo in Chronic. Ord. Prædic. S. Ant. hiſt. p. 3. tit. 23. cap. 4. Ciaconius in Vit. Innoc. 3. Cæſar. Heiſt. lib. 11. Dialogor. c. 6. B. Theoloſphorus in lib. de Magnis tribulationib. Eccl. pag. 9. Abb. Ioachim in præfat. ſup. Iſaiam.

Iacob. Græc. in Chronol. ſect. 20.

E

CAP. XXVI.

Viro Dei nunciante futura plurimi de mortis periculo liberantur.

ANtequam à *Petra Olei* diſcedamus, memorabile illud, quod coram præfato Raynerio accidit, narrandum eſt. Dum vice quadam Venerabilis Pater ſanctus cum Raynerio prælibato quendam deambularent

in

A in locum, deuentum est ab eis ad Ecclesiam veterrimam, cuius prope parietem plurimis cum alijs consederunt. Et ecce Domini sermo ad virum suum factus est, vt confestim illinc absisterent, nam extemplò paries ruiturus erat. Surrexit ergo statim Ioachim, & ait. *Festinanter hinc discedamus, nunc nunc partes iste ruet.* Et ecce (mirabile visu) vix illis recessis, paries ille corruit, illæsis remanentibus cunctis. Ex quo iam se videntes periculo absolutos, intra se præ lætitia non capientes, mirabundi, genuflexi gratias Deo, & seruo eius egerunt; & de cætero eum, vt plusquam Prophetam prædicauerunt.

B

CAP. XXVII.

De prima inquisitione, & habitatione in loco Floris, & de habita ibidem contrarietate.

CVm autem complacuisset ei, qui eum segregauerat à sæculo, & vocauerat, vt ampliore gratia reuelaret in eo gratiam suam, & multos filios Dei, qui erant dispersi, per eum congregaret in vnum, aliter de eiusdem incolatu consulere. Facta, vt iam dictum est, alibi sedendi delibera-
C tione, vt liberiùs contemplationi vacarent, Raynerio in Petra Olei relicto, ipse cum aliquibus socijs in Sylæ montem ascendit, selecturus inter frigidissimas locum alpes, vbi quomodocunque possent inhabitare. Et primùm se contulerunt ad partes fluminis *Lesa* decurrentis per *Nehetum* amnem ad mare Adriaticum, prope *Cerenthiam*, siue *Geruntiam*, Pumentum olim dictum, ab Oenotrijs, siue vt Strabo fert, à Philoctete, edito loco super saxum conditum, validum propugnaculum, ingentibus saxeis rupibus vndique cinctum, sedes Episcopalis, ad quam Beatum Bernardum Abbatem Sambucinæ, & Matthæum Beatissimi Abbatis nostri, pro quo insudamus, Cœnobitam, & in Florem primum successorem, assumptos fuisse
D se attestantur auctores; & licèt *Lese* flumen æstiuo tempore non multum crescat, eius tamen rapacitate est metuendum. At istius asperitate, & loci inæqualitate dimissa, ad locum tandem prædestinatum à Domino cum comitibus, fratre scilicet conuerso, & laico deuenere. Dicitur namq; locus ad quem deuentum est *Flos*, qui situatur inter frigidissimas Alpes, duplici circumfusus amni, *Neheto* scilicet à Septentrione, & *Albo*, nunc *Aruo* vulgo dicto, ex Meridiano, & nemoribus vndique circundatus, atque adeo admodum asperitate celebris, à Castro *Caccurij* edito loco in radicibus sylux *Syla* sito, olim opulento, orientem versus, quatuor circiter milliaribus distans. Hìc igitur placuit præmere vestigia, erigereque tugurium,
E ac in loco horroris, & vastæ eremi consedere; facturi (vt ità dicam) de spelunca latronum Templum Dei, & Domum orationis. Vbi simpliciter aliquanto tempore seruierunt in paupertate spiritus, in fame, & siti, in frigore, & nuditate, ac in vigilijs multis. Fratribus interea in Flore ad præparandum vtcunque habitaculum commanentibus, ipse ad socium, qui non sine controuersiæ venturæ signo solus remanserat, reuersus est. Socius autem, qui in cordis solitudine Ioachim Magistrum suum expectabat, eum videns redeuntem gauisus est gaudio magno valde, & ab eodem de loci electione intellexit, inque *Petra Olei* tandiù sunt commorati, donec à Fratribus conuerso, & laico in Flore fuit erectum tuguriolum. Quo cõ-

Barr. Maraf. Marulus, et alij locis sup. cap. 24.

Græc. sect. 23.

pleto, à *Petra Olei* prorsus recesserunt anno Dominicæ Natiuitatis 1189. A
die 18. mensis Iulij, 6. Indictione, in vtraque Sicilia bono Guillelmo regnante, pace vbique vigente; & sic Alpes inter frigidissimas coarctati, in Flore remanserunt: quem Dominus Floribus florentem fore in futurum præuiderat, & instar Nazareth florentis Sancti Spiritus fructus producturum. Qui autem tanti Magistri decreuerant sequi vestigia, inuentam Eremum, sublato tuguriolo, in Cœnobium construere cœperunt. Qui iuxta Didascoli normam per sanctum lectionis, meditationis, orationis, & contemplationis exercitium, Claustralium scalam, ad Deum ascendebant. Dum autem tanti Viri virtute, suprema stipati solitudine, mundo exclusi,

Supra cap. 14. pag. 33. A. & B. Domino incessanter vacarent, calamitas ecce præuisa, vt nos supra, irruit. B
Mortuo enim Guillelmo bono vtriusque Siciliæ Rege 18. Mensis Decembris suæ ætatis anno 36. & Dominicæ Natiuitatis 1189. Siculi Tancredum, Rogerij primi Siciliæ Regis filiū ex pellice prognatum, eorum de-

Ciacon. Sigon. Faz. & alij. legerunt in Regem. A cuius inualida coronatione dissentiens Clemens tertius Romanus Pontifex, deuoluti Regni vindicaturus dominium, paratis copijs vtriusque Siciliæ regiones inuasit: adeò vt ad eos etiam, qui Eremi penetralia selegerant, calix mixto plenus propinādus adiret; & vsq; ad Dei seruos euenit, quasi ad sanguinis vsque effusionem. De hoc præ-

Infra cap. 30. & 31. lio plura dicemus infra. Sed & neque hæc tantùm, verùm etiam aliunde instigatione Sathanæ turbationes non defuere quamplurimæ: adeo vt C
Florenses, qui piè, & quietè viuere nitebantur, non modicam paterentur persecutionem. Ministri quippè illius, post pacificum Regem sedentis,

Iacob. Grec. sect. 25. Baiuli nempe, & Camerarij Vallis Crathis, eos inquietare, affligere, & valde terrere cœperunt, ipsosque pauperrimos Dei seruulos, tanquam fiscalium bonorum vsurpatores acerrimè punire conspirantes, ferè ad desperatæ pacis limina compulerunt. Interim sciens Beatus Abbas Ioannes Ioachim per tribulationes multas, & malas in Regnum Dei intrandum esse, tum suis commilitonibus, tùm Tancredi Regis satellitibus prouida accuratione succurrit. Cumque super hoc vehementius turbaretur, & contristaretur, diuersæque cogitationes in cor eius ascenderent, post multos cogitationum fluxus, cordisque cruciatus, pro pace, & quiete perpetua ad Regiam Maiestatem suos decreuit dirigere gressus. D

CAP. XXVIII.

De B. Ioannis Ioachim ad Tancredum Regem accessu, & de Floris loci impetratione, & ampliatione.

CVm suis paruo numero socijs vexatus Christi Iesu deuotissimus Ioachim, necessitate compulsus, causantibus, vt modo diximus, Tancredi Regis, veluti Pharaonis, executoribus, ad ipsum se contulit Regem, ac suam sic exorditur postulationem. *Iubet*, inquit, *Regis Clementia, tantaque Maiestas, vt ego, & Pueri, quos dedit mihi Dominus in vnum Domini* E

Iacob. Grec. in Chronol. Ioachim sect. 26. *coturata militia, in ea parte Syla, quam elegi, Aprorū, & Ceruorum instar, fatigemur? Regis magnificentiam decet, non tantum visibiles Christi hostes fl. dato milite, verum etiam Principes, & Rectores tenebrarum harum in cælesti. us inuisibiles militias gratys munita, ac vndiq; bene prospecta Religiosorum catena debellare.* Hæc, & alia humiliter retulit in sapientia, & alter velut Ioseph

coram

A coram Pharaone se habens, gratia diuinitus infusus, sermone suo Regis
animum, nulla vtens adulatione, alligare apparuit: & sic verbis cœlitus
eius ab ore defluentibus, Regem molliuit, vt Rex ipse suæ petitioni augē-
dum magis, quam derogandum firmaret. Noster etiam Ioseph omnes ne-
quam Pharaonis consiliarios, Monachorum statui insidiantes, sedula piæ
conuersationis amabilitate deuinxit. Et ab omnibus his liberauit eos ille,
in cuius spiritu copulati erant. Demum Regi offerenti ei Monasterium
Marinæ à Roberto Nortmando Apuliæ, & Calabriæ Duce, vxoreque sua
Sirlegatta ann. 1066. fundatum, tunc Nigrorum, modo Cistercensium
Monachorum Casamarij filiationis, situm in Calabria, duobus dissitum
B milliarijs ab Argentano olim, siue Mendonica, vt Tito Liuio placuit, nunc
Sancti Marci Vrbe dicta, Episcopali sede decorata, & multis Sanctorum
frustris fulcita. Habet enim in Cathredali inter cætera, corpora Sanctorū
Senatoris, Viatoris, & Cassiodori fratrum, & Sanctæ Dominatæ eorum
Matris eiusdem Vrbis, qui à Sanctis Petro Apostolorum Principe, & Mar-
co Euangelista eius discipulo ad fidem conuersi, & sacro baptismatis laua-
cro superinfusi, iuxta sententiam ab eiusdem Vrbis Præside datam, ad
quingentos passus extra Vrbem ob cōstantem Christianæ fidei confessio-
nem cursum gloriosi martyrij peregerunt, vt notarunt Vsuardus, & alij.
Est Vrbs Sancti Marci inter Cusentiam, & Tempsam, quam & Temesam
C alij nominarunt olim, nunc Meliuitum, vrbem vtique antiquissimam, cu-
ius meminere Strabo, Ouidius, & alij, quam etiam suo tempore suum ha-
buisse Episcopum satis apertè probat Francicanus ex Hilario, & Abun-
dantio, eiusdem Vrbis Episcopis sub Pontificatu Agathonis Papæ, qui cō-
secratus legitur 7. Idus Iunij, die Dominico, anno Domini 679. & sedit
annos duos, & menses sex. Tancredo Regi, inquam offerenti præfatum
Monasterium, Dei famulus Ioachim respondit. *Absit* (inquit) *sed cum
Moyse, sicut mihi dixit Dominus, ducam ouiculas meas in interiora deserti; non
enim approximandum sæculo cuius filij turpissima operantur, & in quo viden-
tes filij Dei, filias hominum corruptione alliciuntur, & abbominabiles fiunt. Nam
D pulchrum erat pomum, & dulce ad vescendum, ideo tulit Mulier, & dedit viro
suo*. Hæc & alia à seruo Dei prolata Tancredus Rex audiendo, suæ de-
scendens petitioni abnuit, & quodammodo petentis auctoritate alligatus,
ordinauit, vt vltra nec illum, nec Fratres suos molestarent Satellites, Mi-
nistrique sui. Immo & iussit, vt tribuerent ei annuatim quingentas fru-
menti salmas de decimis fiscalibus pro suorum pauperum Monachorum
alimonia, vt expeditiores contemplationi incumberent. Et ecce quomo-
do Deus protexit, & visitauit plebem suam, quæ ex malorum perturbatio-
ne vberior effecta, in Flore florida sic benè florere incœpit, illo dante, qui
in gaudium scit conuertere luctum. E Tancredi Regis facie non confu-
E sus recedens, in filiorum iubilatione quamplurima in Floris locum peruc-
nit. Vbi iam ante receptam terram in Abbatialia loca diuiserunt, ita vt
vbi ferarum quondam cauernæ, Christi Militum dormitoria iacerentur,
Hospitum, Infirmorum, Fabriliumq; domos parari, ac illustre Templum
Cœlorum Reginæ, Sancto Ioanni Euāgelistæ, ac Spiritui Sancto inter alia
ad sublimia duci visa fuere. Instruens ergo familiam suam, vt Domino
seruirent in timore, & exultarent ei cum tremore, apprehenderent discipli-
nam, ne forte irascente Domino perirent de via iusta, animum adiecit ad
noua Instituta formanda.

Monumentum antiquum apud heredes quondam Siri Antonij Amodei, Cathredalis Eccl S. Marci Archidiaconi.

Vsuardus in Martyrolog. sub 18. Kal. Octobris, Gabr. Barr. de ant. & sit. Calab. lib. 2. Prosper Paris. in tabulis Calab. Romæ impressis, Dauid Romanus in Indice maiori Sanctor. Regni Neap. Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, & alij, relati à Paulo Gualter. in Vitis SS. Martyrum Calabriæ lib. 1. cap. 10.

Stra. l. 6. Ouid. Fast. l. 5. & meth. l. 7. Statius Silius lib. 1. Homerus Odyss. lib. 1. Isacius, Plin. lib. 14. & alij.

Iacob. Grec. sect. 26. & alij.

CA-

A

CAP. XXIX.

Philippo Galliæ, & Riccardo Angliæ Regibus, ad Terram Sanctam recuperandam ituros, sed non profecturos prædicit. Angelus Domini clarificans à Deo hoc Ioachim Abbati fuisse reuelatum, Dei famulum à Terra eleuat. Atq; Hierosolymitanæ expeditionis euentus refertur.

B

INterim dum noua Abbas Ioachim conderet Instituta; Domino Iesu Christo ad serui sui Ioachim sanctitatem comprobandam, propalandamque alios testes omni exceptione maiores adhibere complacuit. Accidit siquidem capta sancta Ciuitate Hierusalem, summorum Pontificum hortatu, vt per nonnullos Christianos Principes ad illam recuperandam fieret expeditio, & præparatio ineffabilis, quorum præcipui erant Philippus Galliarum Rex, Angliæ Rex Riccardus, Odo Burgundiorum Dux, multi Comites, alijque Illustrissimi Viri, ac potentissimi Principes, & Reguli, qui vnà cum suorum militum copijs, bellicisq; apparatibus ad Messanæ Vrbem, Trinacriæ Insulæ primam, nobilissimamque, ac potentissimam cum peruenissent in Autumno anni Domini 1190. & causa Ioannæ Siciliæ Reginæ, Riccardi Regis Angliæ sororis, & demortui Boni Guillelmi Regis vxoris, adhuc ibidem commorantis, à Tancredo maximo apparatu excepti cum fuissent: Siciliæ Regi Tancredo retulerunt; qualiter ad eorum non parum pertinere censuerant dignitatem si labefactatam restituerent, & pro eorum posse Rempublicam sanarent Christianam, in Terræ sanctæ Prouincia vulneratã, & confossam. Quo audito, dum adhuc Reges præfati, Regulique, ac Principes Messanæ hybernarent, Tancredus Rex nostro sancto Vati epistolam misit, dicens; vt ad Messanæ Vrbem se conferret. Extemplò Dei famulus iussis parens, transfretauit, & ad Tancredum Siciliæ Regem properauit. Et post aliqua interrogatus à Rege quid sibi videbatur de Hierosolymitanæ expeditionis euentu. *Non dum adesse tempus, quo Hierusalem recuperari posset, adeoque Christicolas non valde profecturos,* respondit: *cum non dum diram belluam sua fata apparerent, nec Terræ sanctæ recuperandæ dies illuxisset*, vt tradunt Nicolaus Arspeldius Archidiaconus Cantuariensis, Ioannes Nicolaus Buglioni, Vincentius Bellouacensis, Ioannes Tarcagnota, Petrus Bizarus, Gigas, Trithemius, Ioannes de Oppido, Fasciculus temporum, & alij. Sedebant cum Tancredo Rege Reges præfati, qui audito eo, omnes sunt turbati. Intererat præterea, vt ait Pater Bonacius, relatus a Fotino in Chronicis Regni Neap. Reuerendissimus D. Petrus Kalà Theologus, & Consanguineus prædicti Riccardi Regis, *qui D. Petrus* (vt proprijs Bonacij verbis vtar) *nimis turgidus, & elatus ob immensam scientiam, & ob sanguinem regalem, itaque exardescens ait. Nunquid aliquod boni ex cucullà? Tunc sanctus Abbas procidens in faciem suã iracundi Prælati pedes deosculatus est. Petrus autem statim Angelum se videre visus*

C D E

Carol. Sigon. Regni Italia lib. 15. Nicol. Arspeld. Archidiacon. Cantuar. hist. Angl. sæcul. 12. cap. 10. Io: Nicolaus Buglioni 3. p. Historici Compēdij, Vinc. Bellouac. in Specul. hist. lib. 29. c. 40. Tarcagnota hist. Mundi lib. 13. Pet. Bizzarus Sentinat. in histor. & Annalibus Senatus, Populique Genuensis de quarta Christian. in Syriam expedit. Gigas, Trithemius, & Ioãnes de Oppido citati à Theatro Vitæ humanæ volum. 37. lib. 3. Fasciculus tēp. 1122. edit. Venet. de anno 148. pag. 57. & alij.

P. Bonac. de duplici spiritu Ioachim Abbat. Florensis lib. 2. n. 6. relatus à Giorgio Fotino in Chronicis Regni Neapolit. ex Rapsodijs eiusdē Regni pag. 214.

A *vvisus est, à terris Abbatem Ioachim eleuantem,& audiuit vocem dicentem, sibi*
veritatem reuelat Deus. Inter humiles humillimus, Vir Dei remeauit ad
propria semper gaudens à conspectu Regum, quoniam dignus habitus
fuit pro Dei verbo contumeliam pati,& ab Angelo confortari, & auxilia-
ri in tempore tribulationis suæ. Reges vero, Regulique, ac Principes, quia
posuerant in bracchijs suis potentiam, & proprijs confidebant in viribus,
pro Terra sancta recuperanda, Syriam sunt aggressi, sed confusi regressi
sunt, & quid eis acciderit, Petrum Bizzarum singula referentem *Petrus Bizzarus loco supra cit.*
audiamus.

Henrico(inquit)Bizzarus *demortui Friderici filio, in Italiam ex Asia reuer-*
B *so, Philippus Galliæ, & Riccardus Angliæ potentissimi Reges, cum ad suam di-*
gnitatem haud parum pertinere existimarent, si labefactatam, atque multis
vulneribus confossam Rempublicam Christianam restituerent, atq; pro viribus
sanarent, communicatis consilijs, contractisque ingentibus priuatis sumptibus,
vndique copijs, multisque Principibus, ac Regulis in belli societatem pellectis,
nouam expeditionem in orientem adornarunt: quæ sanè ita celebris,& illustris
fuisse traditur, vt superiorum temporum expeditiones, vel obscurauerit, vel sal-
tem egregiè adæquauerit. Nam vt de apparatibus bellicis, militumque copijs
nihil dicatur, tantus fuit inter maximos, & potentissimos Principes concursus,
vt nunquam antea maior extiterat; inter quos, qui huic sacræ expeditioni nomi-
C *na dederunt potentia, & nominis splendore, facile Odo Burgundiorum Dux*
excellebat; siquidem cum multis Comitibus, alijsque illustribus viris esset co-
mitatus; haud parum ad huius belli neruum conferebat. Philippus itaque sub
proximi veris initium ex Sicilia in Syriam secunda nauigatione delatus, velut
Cælo missus ab exercitu, omnium fere rerum penuria laborante, & in vltimam,
ac extremam angustiam redacto, vtpote qui Ptolemaidem per totum ferè bien-
nium assidua, & arctissima obsidione presserat, incredibili cum omnium læti-
tia, & fausta acclamatione exceptus est; nimirum cum ad eius aduentum ob-
sessores ipsi non solum commeatu, alijsque vitæ necessarijs recreati sint, verum
noua a ex larum accessione facta, omnia in melius mutata. Castra etenim fir-
D *miori munimenta circumuallata, obsessique arctius premi cœpere; machinæ etiã,*
tormentaque expugnandis Vrbibus recens aduecta, summa cum festinatione
exposita, aliaque omnia ad propugnationem Vrbis necessaria summo studio, ac
diligentia præparata. Verum, quia recens auxiliaris miles magna ex parte na-
uigationis nausea, & diuturni otij tedio summopere torpebat, belli Ducibus ad-
modum expedire visum fuit illum quotidianis exercitamentis ad alacritatem,
ad laborem, ac plane ad omnem virtutem bellicam excitare, & exercere. At
Brittannus, paucis interiectis diebus, Gallum cum sua classe subsecutus, longe
diuersa fortuna vsus est. Quippe Messana soluens, aduersa tempestate disie-
cta classe, Cyprum petere per aduersum ventorum flatum compulsus est: verum
E *cum ab ea à quodam Tyranno, Christiano illo quidem, sed Salatino amico, pro-*
hiberetur, in continentem vi,& armis descentionem fecit, atque ipsum cũ suis
copijs tanto impetu aggressus est, vt eum, bello superato, cœperit, Insulamque
ipsam sui iuris fecerit; impositisque plerisque locis præsidijs, inde digressus, dum
Ptolemaidem cursum dirigit, naui eximiæ magnitudinis occurrit, quæ ex Ægypto
commeatus, telaque ad obsessos comportabat. Erant in ea, præter magnam fru-
menti copiam, aliaque ad vitam necessaria, ducenti quinquaginta scorpiones,&
quamplurima vascula igne græco, vt vocant, referto. Sunt nonnulli, qui adij-
ciant in caueolis fuisse reconditos venenatos serpentes, qui in nostros tempore
prælij emitterentur. Galli quoque prope Tyrum pari successu in nauim quandam
hosti-

hostilem, huic, quam commemorauimus, nulla ex parte magnitudine, vel appara- A
tu inferiorem, inciderunt, & occuparunt. Cæterum Philippus cum breuissimo
tempore, nimirum quindecim dierum spatio, multa præclara, ac memoria digna,
incredibili quadam fœlicitate in hac sua expeditione vsus, gessisset, & expugna-
tæ Ptolomaidis author maiori ex parte extitisset, ità vt nemini dubium fuerit, si
victricia arma per ipsam Syriam, atque adeo totum Orientem circumtulisset, qui
facile, & breuissimo temporis tractu, repulsis, atque superatis Barbaris, haud
exiguam Asiæ partem veteri Christiano imperio adiecisset, nescio quibus legiti-
mis de causis ab instituta expeditione seriò auocatus, non sine magna admira-
tione pariter, & dolore è Syria discessit. Riccardus nihilominus, etsi socij, &
vicini Regis repentinam abitionem valde haberet suspectam, cum suo exercitu B
aliquandiù in Syria, prout vsus ferebat, moratus est. Tandem & ipse veritus,
ne Philippus cum suis in patriam reuersus, per suam absentiam, aliquid per oc-
casionem moliretur, ac Normanniam, vel aliquam aliam suæ ditionis partem,
prout res postularet, inuaderet, ab ipso petijt, vt fidem sibi, iureiurando inter-
posito, religiosè obligaret, ne aliquid huiusmodi vi, vel fraude, tacitè, vel apertè
contra se quandiù Regno abesset, moliretur, quod cum suo incommodo, vel detri-
mento coniunctum esset. Philippus in re tam iusta committere non potuit, quin
Britanno satisfaceret; quinimo omnia præclara, atque magnifica de se ad maio-
rem securitatem illi pollicitus, conuenta classe cum suis Italiam versus adnaui-
gauit, & mox Romam visendi Celestini summi Pontificis gratia appulit, à quo C
reddita institutione sui ratione, multa humanitatis, atque beneuolentiæ officia,
hospitalitatisque iura expertus est, paucis diebus ibi commoratus, ac blande ab ipso
Pontifice dimissus, domum reuersus est. Riccardus statim post Galli à Syria di-
scessum nulla intermissa cura hoc vnum agebat, vt Ptolemaide munimentis,
alijsq; præsidijs firmata, reliquas maritimas Vrbes partim vi, partim vero tran-
sactione tentatus, ad deditionem compelleret. Proinde ab instituto cursu nequa-
quam discedens, proximo mense Septembri cum suo exercitu ad Assur non ob-
scuram, ac incelebrem Syriæ Vrbem, contendit, eamque obsidione cinxit. Verum
Salatinus cum hanc Vrbem, cum propter loci opportunitatem, tum quod opibus
maximè floreret, summopere saluam, & incolumen vellet, ac multum eius in- D
teresset, vt in sua potestate retineretur, ad eam obsidione liberandam septimo
Idus Septembris cum nostris congressus est, eo sanè successu, vt nostri superiores
facti, de eo præclaram, atque omni memoria dignam, victoriam retulerint. In
eo namque certamine multi hostium viri fortes, ac magnæ inter suos extimatio-
nis ceciderunt, ex nostris vero præter Iacobum Auenium, virum bellica gloria,
& virtute insignem, strenuissime in prima aciei frontispitio dimicantem, &
occumbentem, pauci desiderati sunt, ità vt Dei optimi maximi beneficio hæc vi-
ctoria incruenta quodammodo nostris extiterit. Hoc rerum successu Riccardus
alacrior, & ad cæteras conficiendas animosior factus, Ioppen ab hostibus desertã
restaurauit, & omnia prouidi, & circumspecti Ducis munia adimpleuit, adeo E
profectò, vt omnes expeditionem plane fœlicem habituram exitum, sibi pollice-
rentur. Interrupit tamẽ rerum benè agendarum cursum oborta in Castris Chri-
stianorum seditio, & Conradi Montisferrati Reguli, Tyri per dolum à duobus
sicarijs occisi cædes, quod magnam deinceps rerum conuersionem in Oriente, vti ex
historijs patet, attulit. Cæterum Riccardus post multa egregie edita facinora,
& exantlatos Reipublicæ Christianæ nomine labores, cum iam videret, maiorem
partem exercitus sibi commendati, partim morbo, & ferro, partim vero inedia,
& laboris intolerantia esse consumptam: simulque magnopere vereretur, ne dum
ipse procul domo pro Republica Christiana bellaret, proprij Regni iacturam fa-

ceret,

A *ceret, præsertim cum Philippus contra datam, & oppignoratam fidem, non solum eius lectinis consilijs illis grauis esset, sed tam apertè, & palàm hostis factus Normanniæ eius ditionis Prouinciæ maximi momenti, imminere, Ioannesque eius frater minor natu Britanniæ Prouincias ad defectionem solicitare, vt ipse regium nomen, & potestatem nefariè transferret, diceret: tantis in vnū confluentibus causis, necessitate summa coactus fuit, cum Salatino paciscit, ac cum eo, quibuscunque potuit modis, in quinquennium, siue vt nonnullis placet, in triennium inducias constituit. Nam harum induciarum conditiones cum essent mera quadam necessitate expressæ, erant prorsus huiusmodi, vt non solum præteritarum gestarum rerum gloriam obscurarent, verum etiam magna ex*
B *parte pristinam Christiani nominis, ac Imperij dignitatem læderent, ac labefactarent. Siquidem, vt cætera breuitatis causa sileam, Salatinus obtinuit, vt nostri omnium earum Vrbium, quarum post receptam Ptolemaidem Domini erant facti, citra aliquam moram, vel difficultatem ius, atque dominium exuerent, mœniaque, ac munimenta demolirentur, & solo æquarent, adeo vt hæc ignominiosa transactio haud dubie effecerit, vt huius susceptæ expeditionis successus nobis magis detrimento, ac dedecori, quàm honori, ac vtilitati omnium grauiorum virorum iudicio, fuerit. Incusetur, & inculpetur tamen potius fatalis illa ratio omnia pro arbitrio disponens, quàm Principum istorum impudentia, vel temeritas, quandoquidem si aliquis penitius secum reputauerit, constitutarum induciarum*
C *rum Salatino conditiones, proculdubio inueniret, nostros hac in parte culpa vacare, & temporis necessitatem nostris imposuisse, vt duorum præstantissimorum Regum præclari conatus, & validissimi exercitus labores incassum omnino suscepti videantur, potissimum cum aliàs non verisimile sit, eos tam dimissi animi fuisse, vt aliquo modo aliàs passuri essent, vt omnes illæ Ciuitates, quæ sibi summis cum laboribus, & periculis accesserant, in Barbarorum potestate remanerent, & eo magis illorum arbitrio subijcerentur, quo ex illorum præscripto, ac libidine omnia tum in Syria, tum in ipsa Phœnicia, quas sanè Regiones maiori ex parte ipsi sibi subiecerant, agerentur.* Et post nonnulla, sequitur idem Petrus Bizzarus. *Cæterum priusquam huius sacræ expeditionis exitum absoluā,*
D *id obiter adnotauerim, nempe Philippo, & Riccardo Regibus, antequam è Sicilia soluerent, de illius successu Ioachimum Abbatem, tùm in Calabria apud Monasterium Floris eximia laude florentem, consulentibus, eum respondisse, illos quidem ituros, at parum certè profecturos, quod non dum diram Belluam sua fata appeterent, nec Terræ sanctæ recuperandæ dies illuxisset. Nec verò falsus extitit Vates Ioachimus, siue illorum contentione motus, siue cœlesti lumine afflatus, videri debet, cum eius vaticinium cum rerum successu non parum quadret. Sunt qui putant illum hæc eadem Friderico, arma contra Barbaros expedienti prædixisse.* Hæc Petrus Bizzarus loco citato.

Cæterum aduersus ea, quæ contra nostrum Domini Prophetam suis in
E Annalibus registrauit Baronius, astruens Dei famulum in Apocalypsis expositione asseruisse, post septennium ab Vrbis Hierosolymitanæ captiuitate, per Christianos deuicto Salatino, qui eam nuper cæperat, eandem fore recuperandam. *Baron. in Annal. Eccles. tom. 12. ad ann. 1190.* Ipsa eadem Apocalypsis expositio pro eius Auctore respondit, cum nec dum tale quid propheticum contineat, at nec aliquid aliud, quod illi possit conuenienter aptari: immò à principio vsque in finem, nempe à libro introductorio in dictam expositionem Apocalypsis, vsque ad sextam, & vltimam partem operis eiusdem plura clangit apertè contraria. Et primò quidem in libro introductorio ait. *Sextum caput Draconis ille est, de quo dicitur in Daniele. Alius Rex surget post eos, & ipse poten-* *Ioachim Abbas in lib. Introductorio in exposit. Apocalypsis cap. 8. pag. 10. col. 2.*

tior erit prioribus, quamuis initium sexti capitis à Rege isto Turcorum Salatino nomine sumptum putem, qui nuper calcare cœpit sanctam Ciuitatem: quippe peccatis nostris exigentibus in ceruicibus Christianorum supra quam putauimus crassatus est. Et in ipsa Apocalypsis expositione *Sarracenorum vero* (inquit Ioachim) *ex tot annis semel inchoata perfidia perseuerat in malo, & vbique Christianorum nomen impugnare pro viribus non desistit. O quot millia Christianorum in eorum manibus data sunt, & quàm multos, & quàm varijs tormentis eruciant in odium Crucifixi. Caput istud mori non potuit vsque ad præsens, viuit vsque adhuc, vt operetur adhuc mortem multorum, vt perficiat dum aduixit opera Regis sui. Sed cur se illud, Ioannes, quasi mortuum vidisse, perhibuit? Fortè futurum est, vt apud illud Christiani praualeant, prædicando magis, quàm præliando, vsque penè ad defectum, & interitionem perducat, & iterum resumptis viribus ad pristinam redeat feritatem. Sed completum non dum est, breui spatio temporis poterit consumari. Sed non deerit forsitan, qui completum existimet materialibus armis: nequaquam existimans contemnenda, quæ ante annos aliquot in Ecclesia acciderunt. Anno etenim, vt fertur, 1015. Incarnationis Dominicæ signum in Aere satis apparuit admirandum: stellas scilicet innumeras circumquaque discurrere, & velut in modum auium aereas semitas peruagari. Quo præcedente signo ad exhortationem Vrbani Papæ* (Hic fuit Vrbanus Papa secundus, qui in generali Concilio centum quinquaginta Episcopis, Abbatibus, Clericisque innumerabilibus interuenientibus, tertia hebdomada post Pascha anno Domini 1099. Romæ celebrato, Illustrissimum nostrum sacrum Cistercienſem Ordinē primò confirmauit, approbauitque. Rexit Dei Ecclesiā Vrbanus secundus à quarto Idus Martij 1087. vsque ad quarto Kal. Augusti 1099) *Christiani vndique commoti statuere ire vltra Mare ad liberandum Sepulchrum, quod & factum est. Tanta vero post hoc data est audacia Christianis, vt iam penè Paganorum multitudinem credens annullatam, & veluti ad nihilum, Christo praualente, redactam. Vt enim multa in vno restringam, Christianis, qui vltramarinas partes aggressi sunt, Sarraceni qui erant in Ægypto præstiterunt tributa; Constantinopolitanis hi qui possidebant Asiam; Affrica, & quæ prope sunt Ciuitates capta à Rege Siciliæ, Christianos cœperūt habere Colonos: Reges Hispaniarum sæpe de hostibus triumphabant. Quis igitur tot victorijs de gente illa indomabili glorificatos cerneret Christianos, & non securè caput Bestiæ extimaret defunctum? At si quis sano capite circumspicere sufficeret, videmus in hac die quantulecunque pacis gentes in circuitu nostro intumescere, quasi Mare, & caput quod erat quasi mortuum restitutum pristinæ sospitati, vndique ad cadendas victimas, vndique ad occidendum, & deuorandum, paratum facturum, quod per eum Dominus faciendum præsciuit.* Nonnulla item alia allatis consimilia citata Apocalypsis expositio continet, quæ breuitatis causa non referuntur. Hoc vtique certum, & à nobis quàm diligenter exploratum, ne dum in expositione Apocalypsis, at etiam in nullo suo opere pro sanctæ Vrbis Hierusalem recuperatione sanctum Prophetam Ioachim præsagisse, ne dum præfigisse annum, sed tantùm in sexto tempore, prædicatione potiùs, quàm pugna recuperandam fore prædixisse. Hoc autem sextum tempus extendit, protenditque S. Abbas vsq; ad septimum, & vltimum tempus, de quo S. August. in libro de Ciuitate Dei, & in quo Christum Dominum asserit de Cœlo venturum ad viuos, & mortuos iudicandos. An autem in principio, vel in fine dicti septimi temporis venturus sit Dominus iudicaturus viuos, & mortuos, legantur, quæ idem

Ioachim in exposit. Apocalyps. p. 4. c. 13. tex. 3. pag. 164. col. 4.

Bertoldus apud Bar. annal. Eccl. tom. 11. ad ann. 1099. Manrique Annal. Eccles. tom. 1. ann. 1099. c. 1. nu. 3. & seq. Henriq. in lib. Prinil.

A idem Propheta Domini scripta reliquit in eadem Apocalypsis expositione. Constat ergo malè (sua, & suorum pace in omnibus semper salua) contra Dei famulum loco supra citato scripsisse Baronium, quem id prætera suspectissimum reddit, ac correctione dignum (nisi velimus interpretari illum impropriè fuisse locutum) quod ibidem, postquam Dei Virum Ioachim ore maledico Pseudoprophetam, ac vaniloquum appellasset, ipsum suaque scripta sub Innocentio tertio condemnationis sententiam astruit suscepisse. Quod vtique falsissimum est, & omnino chimæricum, atque fictitium, cuius contrarium docent, & registrata suis in operibus sancta Dei famuli intentio, eiusque opera, ac summorum decreta B Pontificum, de quibus alibi. Rogerius item Houedonius contra Dei virum adiecit maledicta, eorumdemque fuit Antesignanus; at quæ fides præstari Theotonico poterit de rebus Calabris, immo Siculis scribenti? Aut quam rerum loco remotissimarū perfectam potuit habere notitiam? Aut cuius auctoritati innixus talia retulit? Dixit namque Rogerius, Baronio referente, Dei famulum Riccardo Angliæ Regi, apud Messanam commoranti, prædixisse duo, nempe in ea peregrinatione Deum exaltaturum nomen eius super omnes reges terræ. Et Antichristum iam natum esse in Ciuitate Romana, eundemque in sede Apostolica prouchendum. At vtcunque sit. Ad primum sit duplex responsio, & pro prima sint verba C eiusdem Baronij loco citato apposita. *Eodem anno* (inquit) Baronius, *Riccardus Rex Angliæ, diuina inspirante gratia, recordatus fœditatis suæ vitæ, post contritionem cordis, conuocatis in vnum in Cappella Reginaldi de Moyac vniuersis Archiepiscopis, & Episcopis suis, qui cum eo erant apud Messanam, nudus procidens ad pedes eorum vitæ suæ fœditatem coram illis non erubuit. Vepres enim libidinum excesserant caput illius, & non erat eradicantis manus: sed Pater misericordiarum Deus, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat, respexit eum oculis misericordiæ suæ, & dedit ei cor pœnitens, & ad pœnitentiam vocauit; ipse enim à prædictis Episcopis pœnitentiam accepit, & ab illa hora deinceps factus est vir timens Deum, & recedens à malo, & faciens bo*D *num. O fœlicem illum, qui sic cadit, vt fortior resurgat, ò fœlicem illum, qui post pœnitentiam non est relapsus in ruinam, & culpam.* Ergo si dator gratiæ Christus Deus Riccardum Angliæ Regem vocauit ad pœnitentiam, post quam acceptam, recedens à malo, & faciens bonum ità Deum timuit, vt fœlici meruerit titulo insigniri; quare fari nequit Dei famuli vaticinium euentu non fuisse comprobatum? Non nè Riccardus è Diaboli Regno in charitatis filij Dei Regnum translatus, ac superexaltatus? Hoc vtiq; certum, indubitatumque: nam per pœnitentiæ Sacramentum, cum Riccardus, teste Baronio, post dictam pœnitentiam Messanæ receptam, non sit relapsus in ruinam, & culpam, eius anima Spiritus Sancti templum fuit E effecta, vtpote illuminata, & a peccatorum tenebris expiata. Ergo Diaboli templum esse desijt. *Nulla enim* (vt ait Paulus Apostolus) *conuentio Christi ad Belial, nulla participatio lucis ad tenebras; nulla communicatio iustitiæ, & iniquitatis, nullus consensus templo Dei cum Idolis.* Item vt Christus ait. *Omnis, qui odit malum, in luce agit.* Qui autem in luce agit, sicut S. Augustinus inquit, in Christo operatur, & qui in Christo operatur, filius eiusdem esse perhibetur. Cum ergo Riccardus post Prophetæ Domini vaticinium, & Pœnitentiæ Sacramentum alter homo euaserit, & Christi filius fuerit effectus, dubio procul super omnes Reges terræ fuit exaltatus. Nec minoris ponderis est responsio altera. Quippe, vt vidimus, Riccardus Angliæ

Ioachim Abb. expo-sit. Apoc. par. 7. pag. 210.

Infra cap. 57. & cap. 64. 66. 67. 100.

Rogerius Houeden. apud Baron. ad annum 1190.

Paulus Apost. 2. ad Corint. 6.

Ioann. in Euang. 3.

S. August. in Psal. n. 70.

gliæ Rex præ cæteris omnibus in Hierosolymitana expeditione per gra- A
ues labores pertulit,quinimmo in grauissimis fuit adductus vitæ periculis,
& tandem, vt videbimus, sesquiannum in arctissima detentus custodia, à
qua nec liberatus, nisi ingenti summa persoluta. Quæ quidem,& maiora
alia non sustulisset incommoda, si tàm sanctæ peregrinationi se non de-
disset, vt sponsæ Dei à Sarracenis allatas vindicaret iniurias. Tantam inde
Riccardus gloriæ laudem sibi comparauit, vt Regum terræ nemo ad tan-
tum gloriæ, laudisque apicem ascendisse videatur,prout vna voce astipu-
lantur Historiographi, ac Annalistæ omnes quotquot extant. Supposito
ergo pro vero Houedonij testimonio,ex duplici data nostra responsione,
veridicum Prophetã Ioachim Abbatem constat extitisse pro Riccardo.De B
Antichristo autem sermo erit inferius, cum non Angliæ Regi Riccardo,
nec Romæ existere, aut in Apostolica sede prouehendum; sed Adamo
Abbati Parseniæ, illumque eo tempore adolescentulum esse prædixit,
quem in quo sensu prophetauerit, dicemus suo loco. Nunc ad ea, quæ
omisimus calamum præparemus.

Infra cap.32.

Infra cap.47.

CAP. XXX.

Ex Constantia,Rogerij primi Siciliæ Regis filia,funestam Italiæ facem prædicit exorituram, vbi aliqua de eius euentu recensentur. C

HVius vaticinij relationem multò ante series Ioachim requirebat hi-
storiæ, quippe prolatum quando post Prioratus officium in sacro
Curacensi Cœnobio onus ferebat Abbatialis dignitatis; at quia apud hi-
storicos omnes celeberrimum est, multaque alia vaticinia illud fuere
subsecuta, ideo pro mei Lectoris delectatione,quæ ex vario rerũ successu
solet haberi, per epicheiam huc vsque translatum. Rogerius itaque in D
Rogeriorum serie tertius, Siciliæ Comitum secundus, hæres, & filius alte-
rius Rogerij, & Adelasiæ Marchionis Bonifacij filiæ, primò ab Anacleto
Pseudopontifice,& deinde ab Innocentio secundo Romano Pontifice pri-
mus Siciliæ Rex, Apuliæ, & Calabriæ Dux, ac Capuæ Princeps appella-
tus, postquam ex legitimo cõcubitu Rogerium Apuliæ Ducem, Amphul-
sum Capuæ, & Guilielmum Tarenti Principes appellasset, vnicam genuit
ex Beatrice Vxore filiam, quam Constantiam nominauit. Rogerius ergo
cum infantulæ futura præscire anxiè præmeretur, Dei famulum Ioannem
Ioachim tunc Curacenses in spiritu, & disciplina regentem, prophetica
fama virum è Curatio ad sese in Siciliam vocauit. Exemplò sanctus Ab- E
bas in Siciliæ Insulam transfretauit, & ante Regis conspectum productus,
ab eoque de natæ futura interrogatus, Domini iudicia adaperiens, inter
pleraq; ex Constantia,si nupsisset, funestam Italiæ facem prophetauit exo-
rituram. Quo sancti Vatis præsagio Rex stupefactus, quonam medio hoc
à Muliercula posset accidere,secum philosophari,& reuoluere cœpit. Tã-
dem non aliter,quàm à futuro Constantiæ puellæ coniuge, vel filio secer-
nens Regno, Italiæque compatiens, quamuis non deessent,qui Rogerio
Patri infantulam venenoso proculo necandam consulerent, Tancredi ta-
men nothi sui, aliorumque deuotorum,qui nefarium,innocentem perimi,
esse

Thomas Fazell. de reb. Siculis post. decad.lib.7.cap.1. Platina in Vita Innoc.2. Honufrius Panuinus in Chronol. ad ann. 1130.& 1141. Benedictus de Passaflum. de origine Eccl. Cephaleditana pag. 9. in priuileg. Rogerij 1. Siciliæ Regis.

Thomas Fazell. loc. cit. cap. 3. Michael Zappulla in Sũmario historico,& aliy.

A esse, perhibebant, sententiam secutus, vt connubij simul, & prolis spem
omnem præcideret, Constantiam infantulam in sacro Saluatoris Monia-
lium Monasterio Panormi, Illustrissimi Ordinis Sancti Basilij, claudi enu-
triri, perpetuamque Deo virginitatem profiteri, & velo sacro statuit ami-
ciri; prout Deo dicata fuit. At contra summè sapientem Deum nullum
valet consilium, non iniustè super mortalia consilia expiantem; immò
quando homo fatidicum decretum humano impedire conatur obstaculo,
eò mirabiliùs incidit in illud idem, vt ex sequentibus patebit. Defunctis
ante Rogerij Patris obitum Rogerio Apuliæ Duce, & Amphulso Capuæ
principe, nec non & eorum genitore Rogerio primo Siciliæ Rege Panor-
B mi tertio kal. Martij ætatis suæ anno quinquagesimo nono, Regni sui vi-
gesimo quarto, & Natiuitatis Dominicæ, iuxta Pandulphum ann. 1149.
at iuxta Alphonsum, Carolum, Angelum, & alios, quibus fauent verba
magni Exordij Cistercij, anno 1153. multò post præstitam sanctissimo
viro Innocentio Papæ secundo obedientiam, quam per multum tempo-
ris spatium præstare respuerat, immo & Dei Ecclesiā persecutus erat, pro
qua quidem persecutione sedanda haud parum insudauit Mellifluus no-
ster, & Ecclesiæ Doctor Clareuallis primus Abbas, vt auctores referunt.
Mortuo item quinto kal. Maij, & Panormi sepulto suæ ætatis quadragesi-
mo quinto, vel sexto, sui Regni anno quintodecimo, & Dominicæ Nati-
C uitatis anno 1166. vt produnt Fazellus, Sigonius, & Ciacconius, Guil-
lelmo tertio eius genito Tarenti Principe, quem Rogerius primus Siciliæ
Rex Pater suus 16. kal. Maij die Paschatis triennio ante sui obitum in Si-
ciliæ Regem inaugurauerat, & Hadrianus quartus in festo S. Petri anno
Domini 1155. & sui Pontificatus anno primo, post ab ipso susceptum
feudi iure Regni titulum, coronauerat, vt refert Fossæ nouæ Chronicon
apud Vghellum. (Rex iste Guillelmus post honorificè susceptum Fratrem
Laurentium Clareuallis in Gallia nostri Ordinis conuersum, magnam per
eundem auri summam misit ad Clareuallenses Patres, pro anima Rogerij
sui genitoris, & Siciliæ Regis primi in celeberrimo Clareuallis Phano Ba-
D silicam ædificandi gratia.) In sui Regni primordijs apud Italos omnes *Ma-
gni* cognomentum obtinuit, deinde ignauissimo otij luxu, ac auaritiæ igno-
minia deprauatus, suorum etiam prauorum ministrorum concurrente
causa, *Mali* cognomentum promeruit. Huic Malo Guillelmo, secundus
genitus eiusdem etiam Guillelmus nomine, tredecim tunc natus annos,
licet vndecim aliqui falsò scribant, successit. Nam eiusdem Mali Guil-
lelmi primogenitus, Rogerius nuncupatus, nouennis ferè puer à Coniu-
ratoribus in Siciliæ Regem electus, Trinacriæ populorum tumultu con-
tra Regem Patrem audito, cum incautè ad fenestram turris in palatio, Pi-
sanæ nomine, accederet, à Dario ostiario telo caput iuxta oculum transfi-
E xus, non tam vulnere, quam Patris culpa interierat. Quippe cum liberato
è vinculis Patri puer festinans, & applaudens occurreret, indignatus Ma-
lus Guillelmus, quod illum hostes rebelles, quasi sibi prælatum Regem ap-
pellauerint, à se maximo pedis impetu repulit, nec diù postea puer inte-
rijt. Guillelmus itaque, qui Malo Guilielmo fuit suffectus, peruigilanter
cuncta deuiauit paternæ contagionis vestigia, abhorruitque. Et sicut erat
pulcher, aspectu iucundus, eloquens, pius, castus, liberalis, & clementis-
simus; ita in deliberando multorum audiebat consilia, & litteris, sapientia,
ac virtute præditos honoribus afficiebat, atque muneribus. Viriliter no-
stri Alexandri Papæ tertij, & Romanæ Ecclesiæ contra impium Frideri-
cum

Pādulphus Collenucius hist. Neap. lib. 3. Alphons. Ciaccon. in vit. Eugen. 3. Carolus Sigon. de Reg. Italiæ lib. 12. Angel. Manriq. in Annal. tom. 2. ad ann. 1153. c. 13. num. 7. Exordium magn. Cisterc. lib. 4. cap. 33.

Auctores Bernardus Abb. Boneuallis in vit. S. Bern. c. 7. Petr. Diacon. Chronicon Cassin. lib. 4. Chron. Beneuentanum apud Baron. ann. 1137. Ciaccon. in Vit. Innoc. 2. & alij.

Fazell. loc. cit. cap. 4. Sig. lib. 14. Ciaccon. in Vit. Eug. 3.

Michael Zappulla par. 3. cap. 4.

Exordium magnum Cist. lib. 4. cap. 33.

cum Ænobarbum Romanorũ Augustum tuendas partes suscepit. Vtriusque Siciliæ Regnum magna cum tranquillitate, ac iustitia custodiuit, & A
pace. Omnibus condonato rebellibus errore, exulantes, absentesque reduxit in Regno. Tantaque demum patrauit egregia, vt ab amatis, & amãtibus populis peroptimè *Bonus Guillelmus* meruerit appellari. Duxit in vxorem in mense Decembri anno Domini 1177. præfati Riccardi Angliæ Regis sororem iuuenculam formosissimam nomine Ioannam. Ex qua cum nullos liberos suscepisset, & cuperet propterea, vt tradit Pandulphus, ex domestica Normãnorum familia sibi successorem relinquere, diligentissimè perquirere fecit Tãcredũ, Rogerij primi Siciliæ Regis ex pellice prognatum, quidquid aliter ipse, & alij scripserint, filium fuisse dicentes Roge- B
rij Apuliæ Ducis ante dicti, & primi Siciliæ Regis nepotem; cum tamen & ipsemet Tancredus Guillelmum hunc nepotem suum appellet in sua epistola ad Ioachim Abbatem nostrum infra apponenda. Tancredum itaque repertum, & à Bono Guillelmo ad sese in Siciliam vocatum, ne dum honesto loco habuit, sed & creauit Comitem Leucæ Vrbis in Iapigia, aliàs Messapia dicta, quæ pars est Apuliæ, distatque à Tarento stadijs quingentis. De qua Lucanus. *Secretaque littora Leucæ*. Ipsum insuper exercitus sui Ducem effecit, ac misit vnà cum Comite Alduino, & Ceteræ Comite Riccardo contra Constantinopolitanum Imperium anno Domini 1185. Indictione secunda, qui in festo S. Ioannis Baptistæ Durazzum, & in festo C
S. Bartholomei Saloniciam occupauit cum nonnullis Ciuitatibus, & Castris Romaniæ, quæ iuramento præuio Siciliæ Regi præstiterunt iura fidelitatis. Bonus denique Guillelmus religione conspicuus, meritis egregius, iustitiæ, & pacis amator eximius, nulla relicta sobole, Panormi decessit die 18. Mensis Nouembris anno suæ ætatis trigesimo sexto, & Natiuitatis Dominicæ 1189. vt prodet Auctor, qui in Fossæ nouæ Chronicon hæc ista ita scribebat eo anno, nec non Fazellus, Sigonius, Ciacconius, & alij in indagandis antiquitatibus peritissimi. Enim vero, quia Bonus Guillelmus Rex Siciliæ absq; liberis decesserat, Clementi tertio videbatur, Regni hæreditatem ad Apostolicam sedem pertinere, & iam de eo occupando de- D
librabat. Cumque deliberationis huiusmodi, præparationisque pariter fama per manus ducta deuenisset ad Regnum; siue ob amorem, quo erga Bonum Guillelmum, & Normannicam familiam erant affecti; siue quod non sub Pontificibus esse vellent, siue vt illicò eorum Regem Sarracenis obijcerent, qui multi in Sicilia adhuc manentes, ad arma repentè, defuncto Rege, surrexerant, siue vt liberiores existerent: extemplò Principes, alijq; titulorum stegmate insigniti, vniuersique Aulici Comites, vnà cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibusque inuicem conuenientes, paucis tantummodo discrepantibus, Tancredum præfatum Comitem Leucæ, à Rogerio primo Rege Siciliæ ex concubina susceptum, in vtriusq; Siciliæ E
Regem elegerunt, coronaueruntque Mense Decembri anno eodẽ 1189. Indictione sexta. Qui cum haberet paruulum Rogerium nomine, eum vnà secum in Regem voluit inaugurari. Hinc factum fuit, vt tumultibus agitarentur tota Apulia, Lucania, Calabriaq; etiam Syla Cusentina, in qua hoc ipso anno 1189. cum suis Contubernalibus locum Floris delegerat Dei famulus Ioachim, vt supra meminimus. Nam Clemens tertius ab inuahda coronatione dissentiens, & Romam productus contra nouum Regem, & ad Regnum occupandum suas omnes militum copias expediuit. Quibus dum Tancredus cum fidelibus suis acerrimè obsistebat, omnia rapinis,

Chronicon Fossæ nouæ apud Abb. Vghellum Ital. sacra tom. 1. post appendicem ad ann. 1177. Pandulph. Collenucius hist. Neapol. lib. 3.

Infra cap. 32.

Lucan. lib. 5.

Chron. Fossæ nouæ ad hunc annum.

Thom. Fazellus de reb. Sicul. post. decad. lib. 7. c. 5. Carol. Sigon. de Regno Italiæ lib. 15. Alphonsus Ciaccon. in vita Vrb. 3. Platina in vit. Clemen. 3. Michael Zappulla in Summario historico, & alij.

Chronic. Fossæ nouæ ad hunc ann. Fazell. lib. 7. c. 3. & c. 8.

Sup. c. 27. pag. 68. A.

Plat in vit. Clem. 3. Ciaccon. ibid. & alij.

A pinis, incendijsque replebantur, & cædibus. Immò cum 8. Idus Maij ann. 1190. Indictione septima, Comes Bertoldus Alemanniæ Legatus cum potentissimo exercitu Regnum fuisset ingressus, nec vltra Arianum proficere valuisset, causa Riccardi Cerræ Comitis, & Ioannis Petri Leonis, Romani, militumque suorum pro Tancredo pugnantium, humerum dedit ei. Quare difficiliorem, quam putauerat, nactus prouinciam Clemens 3. omisso tantisper Tancredo, donec Christiani, pro Terra sancta contra Sarracenos dimicantes, fortunæ meliorem nanciscerentur euentum: suas è Regno copias ad sese pro Asia reuocauit, & ad res pro Ecclesia componendas animum adiecit. Tandem adhuc iuuenis Clemens Pontifex hoB minem exuit Romæ in Palatio Lateranensi 4. Idus Aprilis anno Natiuitatis Dominicæ 1191. sui Pontificatus anno 3. Mense 2. & die 20. viginti trium dierum interregno secuto. Præsente Henrico sexto à Clemente 3. contra Tancredum vocato, pro quo Constantiam ei desponsandam deliberauerat, communi Purpuratorum suffragio Hyacinthus Bubona, aliàs Vrsinus, vt placet Vghello, Romanus, quem Celestinus secundus sui Pôtificatus anno primo, & Dominicæ Natiuitatis anno 1149. Romæ feria 4. Cinerum tituli S. Mariæ in Cosmedin creauerat Cardinalem, 18. kal. Maij anno Domini 1191. Clementi præmortuo fuit suffectus, & Celestinus 3. voluit nuncupari. Qui Tancredi expellendi libidine, eòque magis quia C contra ius, & in sanctæ Sedis Apostolicæ dedecus Episcopales, & Abbatiales dignitates conferebat, cui volebat, & nec annuum censum reddebat Ecclesiæ Romanæ; illicò ad sedem euectus Pontificiam, non Henricorum nomine exterritus, non terribilium armorum sonitu offusus, non Alexandri secundi, non Gregorij septimi, non Victoris tertij, non Vrbani secundi, non Paschalis secundi, aut Gelasij secundi casibus, infortunijsq; admonitus, Henricum sextum Cæsarem, Friderico Ænobarbo Patre adhuc viuo (iste Fridericus 3. Idus Iunij anno Domini 1190. medio Æstatis feruore, venatione lassus, cuius erat deditissimus, castris ad amnem Serram in Armenia minore positis, refrigerandi gratia inconsideratè illum ingresD sus, summersus obijt) ac Patris iussu, Aquisgrani Romanorum Regem electum, & nec à suis prædecessoribus vsque ad Lucium tertium, qui anno 1184. apertè Imperiale ei denegauit diadema, confirmatum, confirmauit, & actionem à tertio Clemente inchoatam ad perfectum ducere decreuit. Quod vt facilius efficeret, opera Gualterij Panormitani Archiepiscopi, & Tancredo infensissimi; nam satis ægro, iniquoque animo Regnum à Tancredo ferebat occupatum; Constantiam præfatam clanculum è sacro Saluatoris Monialium Cœnobio, cuius erat Abbatissa eduxit, eamque iam quinquagenariam, Deoque dicatam, Apostolica dispensatione Henrico Romanorum Regi prædicto, conditionibus quibusdam præuijs, E in matrimonium dedit. Alphonsus Ciacconius Gottifredi Viterbiensis, Abbatis Vrspergensis, & Guillelmi Neubrigensis auctoritatibus innixus, vt pax inter Fridericum Imperatorem, & Bonum Guillelmum Siciliæ Regem inita vinculo firmaretur affinitatis, Constantiam Henrico sexto Mediolani, in hortu Sancti Ambrosij, solennissimo apparatu 6. kal. Februarij, Indictione 4. anno Domini 1186. Henrici ætatis anno 21. & sui Regni Germaniæ anno 17. matrimonio traditam attestatur. Thom. vero Fazell. rerum Sicularum indagator egregius, & nulli secundus inquit. *Ædes est in eadem veteri Vrbe* (scilicet Panormi) *paulò infra maximum templum omnium Seruatori sacra, & Diui Basilij Ordinis Monialium Cœnobium illi adiunctum*

Chron. Fossæ noua ad hunc annum.

Vghell. Italiæ sacræ tom. 1. Verbo Roman. Pontif. Panuinus in Chronolog. Ciaccon. Platina, & alij.

S. Antonin. 3. p. hist. tit. 19. cap. 6.

Platina in Vita Celest. 3. Paul. Æmil. Sanctorius Archiep. Cusent. in hist. Carbonensi.

Carol. Sigon. de Regn. Ital. lib. 15. Ciaccon. in Vita Lucij 3. & alij.

Paul. Æmil. Casert. in hist. Carbon. Plat. in Vit. Celest. 3. Michael Zappulla in hist. Neapolit. cap. 4. Franciscus Longus à Curtolano in Breuiario Chronolog. Pontificum, & Conciliorum, cum de Celest. 3. ad ann. 1191. & alij innumeri.

Alphonsus Ciaccon. in Vita Vrbani 3.

Thom. Fazel. de reb. Siculis prioris decadis lib. 8. cap. vnico.

ctum ex Sancti Matthai, Sancti Theodori intra mœnia, & S.Mariæ à Lore- A
to eiusdem Ordinis extra mœnia, & fluuio Oretho imminentis sitis olim, & ob id
nunc desertis Monasterijs, à Normannis Principibus conditum. Prædicant in eo
antiquiores Virgines sacra, ducta per manus fama, Constantiam Rogerij Regis
filiam, cum Deo hic dicata esset, à Gualterio Archiepiscopo raptam, Henrico 6.
Celestini 3. Romani Pontificis indulto nupsisse. Ostendunt & ipsius Breuiarium
græco idiomate, quo ab initio ad meam vsque ætatem Moniales vtebantur manu
scriptum simul, & insignis puellæ ipsius pedissequæ marmoreum sepulchrum, quid-
quid scriptores minus aduertenter tradiderint. Et alibi in vita Tancredi Re-

Idem Fazellus.

gis nostrum in hæc verba astipulatur affatum. *Interea Clementi tertio de-*
functo, Celestinus tertius in Romanam sedem successit, qui, & ipse ægerrimè à B
Tancredo Siciliam teneri ferens, tertio post coronationem die, Friderico Æno-
barbo Cæsare Patre in Armenia defuncto, iam à Germanis in Regem Romano-
rum electum, ea lege confirmauit, vt suo sumptu Siciliam repeteret, & Romanæ
Ecclesiæ censum solueret annuum, quod vt iusta ratione facere posset, Constãtiam
Rogerij Regis filiam, quinquagenariam à Gualterio Archiepiscopo suo iussu è sa-
cro Panormitano clam eductam, vxorem ei tradidit, cui hæreditario iure Re-
gnum id à parentibus relictum debebatur. Hoc fama per manus ducta vino ore
omnes tradunt Siculi, asseuerantque eorum annales quotquot extant & Autho-
res plurimi, quin & diplomata, & decreta Celestini Papæ, quibus Constantiam
votiua virginitate absolutam ad legitimas cum Henrico nuptias admisit, quæ C
hucusque, & in Archiuio Romano, & in decretis publicis leguntur, in id consen-

S. Antonin. 3. p. tit. 19. c. 6. supplemẽtum Chronic. ad annum 1193. Paul. Æmil. Sanctorius in histor. Carbonen. Monast. & alij.

tiunt. Hæc eadem S.Antoninus Archiepiscopus Florentinus, supplemen-
tum Chronicorum, & alij. Nec absque labore magno, vt tradit supple-
mentum, obtentum est, vt in eam Constantia deueniret sententiam, scili-
cet, vt nuberet, cum in professionis proposito immobilis staret, & annosa
ætas obsistere videretur. Sed à Deo res cum processisset; vt completum
cerneretur id, quod per Prophetam suum Ioachim Abbatem prænun-
ciauerat de Constantia, Henrico tandem Imperatori est desponsata, &

Chronicon Fossæ nouæ ad hunc annum 1191.

vnà cum suo Coniuge, vt prodet Fossæ nouæ Chronicon, 18. kal. Maij an-
no Domini 1191. Indict. 8. Romæ in S.Petri Ecclesia à Celestino tertio D
diademate nobilitata est Imperiali. Henricus statim ac Imperij coronam
accepit, & Constantiam sibi desponsauit, vt Celestino Pontifici faceret
gratum, Tusculum, sibi paulò ante à Ciuibus deditum, & firmo munitum
præsidio Germanorum, ne Romanorum violentia supprimeretur, Germa-
nis clam prius eductis, Pontifici tradidit, quod statim Romani, multorum
annorum odio, ac hostili contentione à fundamentis euerterunt. Quæ
quidem Tusculanæ Vrbis euersio, & clades atrocissima, ac indignissima
pariter extitit ex omni parte; quippe Romani haud tanto contenti exci-
dio, vt omnino eorum iracundiam exaturarent, etiam extinctæ Vrbis la-
pides Romam in Capitolio transtulerunt, vbi longo tempore seruauere, E
& tandem in æternam tantæ cladis memoriam proprium Capitolium re-
staurarunt. Ob quod Henricum Augustum malè vndique audiuisse con-

Auctor. Abb. Ioach. in Isaia c. 23. Plat. & Ciaccon. in Vita Celestini 3. Pandulphus Collenut. hist. Neap. lib. 3. Carol. Sigon. de Regno Italiæ lib. 15. Baron. to. 12. & alij.

stat apud Auctores. Miseri Tusculani ciues ex alia parte, qui fuga sibi
inuenere salutem, dispersi, in vicinis locis sibi parauere sedes, alijs Castrũ
Molariæ, alijs Roccam Priorem, alijs Roccam Papæ, alijs Castrum S.Cæ-
sarij prope Criptam Ferratam inhabitantibus, ac alijs quædam alia Ca-
stra, quidam verò pietate insigniores, qui Patriæ præ cæteris deplorabãt
excidium, eiusdem suburbia occuparunt, ac Frascatum instituerunt, tale
nomen ex rei euentu est illi sortitum. Quippe non habentes miseri Co-

A loni, quo se à calore, & à pluuia defenderent, ad humilium tuguriorum te-
gumenta ramos arborum incidere, ac erectis superposuere stipitibus. Tu-
sculana Vrbe tertio Celestino tradita, mox tertio kal. Maij Henricus 6.
Regnum Neapolitanum, sibi competens iure dotis, ad occupandum pro-
perauit, & ad Neapolitanæ sese accinxit obsidionem Vrbis, de cuius fine,
suo exercitus gestis, atque perpessis mox in sequenti capite sermo erit alte-
rius nostri diuini Vatis præsagij occasione. Ad Constantiam redeamus.
Constantia itaque quinquagenaria, vt produnt S. Antoninus, Thomas Fa-
zellus, & Auctores omnes quotquot extant, nuptialem ascendens thorum
rugosa concepit, & cum propter grandæuam ætatem concepisse vix cre-
B deretur, Henricus Augustus, vt certissimam haberet rei cognitionem, Dei
virum Abbatem Ioachim consuluit, qui vt erat spiritus prophetici oleo,
perunctus, non solum affirmauit, se Constantiæ vterum grauidasse, sed &
parituram filium, quem iterum Italiæ facem futurum praænunciauit, cuius
etiam, vt infra dicemus, præscripsit euentus. Item eidem Romanorum Au- *Infra cap. 39.*
gusto non pauca prædixit, & de successibus, quos in vita cum Constantia
coniuge habiturus erat, ac de eius morte, quam non multò post ad Mela-
tium, Messanæ Vrbi propinquum, erat subiturus, vt testatum reliquit Pan- *Pandulph. Collenuc.*
dulphus. Constantia, vt erat Mulier prudentissima, cùm partus horam vi- *hist. Neapolit. lib. 4.*
cinam esse cognosceret, siue in Esiorum Vrbis foro, vt placet Pandul-
C pho, siue plateæ in medio Panormitanæ, vt tradunt alij præcipuè S. Anto- *S. Antonin. & sup-*
ninus, & Supplementum Chronicorum, tentoria expandere iussit, ac pu- *plemẽtum Chronic.*
blico edicto facultatem fecit omnibus eius partui intéressendi, ne propter *loc. cit.*
suam annositatem, suppostitium quisquiam illum esse putaret, aut saltem
suspicaretur. Publicato igitur edicto, vt quicunque vellet interesse futu-
ro Imperatricis Constantiæ partui, properaret, cunctis cernentibus, Con-
stantia Augusta Rogerij Nortmanni primi Siciliæ Regis filia, iam ferè de-
crepita genitum peperit, quem in memoriam Imperatoris Friderici Æno-
barbi Aui, Fridericum secundum nominauit; & is ne euacuaret Sancti Dei
famuli Ioachim Abbatis prophetiam, ob eius fatuitates, & facinora pessi-
D ma in monstruosum euasit hominem, & Italiæ totius, ne dum Regni Sici-
liæ, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ inuasorem, vt infra demonstrabitur. Quo- *Infra cap. 40.*
niam vero multi scriptores suis in operibus variam de huius Imperatricis
Constantiæ Patre promulgauere sententiam; nam alij cum Fazello; & Pla- *Fazell. loc. cit. Plat.*
tina ex Rogerio primo Siciliæ Rege progenitam referunt; alij cum Ciac- *in Vit. Celest. 3.*
conio, & Pandulpho ex Rogerio dicti Regis primogenito, & Apuliæ Du- *Ciaccon. in Vita Ce-*
ce; alij cum Sancto Antonino, & Ioanne Boccaccio ex malo Guillelmo *lest. 3. Pandulphus*
Siciliæ Rege, & Rogerij Apuliæ Ducis fratre; & alij tandem cum Supple- *Collenuc. hist. Neap.*
mento Chronicorum, & Paulo Morigia Iesuano ex Bono Guillelmo Sici- *lib. 3. S. Antonin.*
liæ Rege, Mali Guillelmi filio, prognatam produnt: nostra valde interest, *hist. p. 3. tit. 19. cap. 6.*
E validum nostrum assatum vallare præsidio auctoritatum, quippe ex hoc vni- *Ioann. Boccaccius de*
co argumento Dei famuli Ioachim Florensis Abbatis potest aliqualiter *Mulierib. illustribus.*
conìectari natiuitatis annus, ac Sambucinæ, & Curatij annus fundationis. *Supplement. Chron.*
Nam ex millesimo centesimo nonagesimo primo, numero annorum Na- *ad ann. 1193. Paulus*
tiuitatis Dominicæ, in quo ex dispensatione Apostolica Constantia cum *Morigia Iesuan. de*
Henrico sexto fuit matrimonio iuncta, quinquaginta annorum, vt Aucto- *orig. Religion. lib. 1.*
res citati, & alij produnt, eiusdem Constantiæ ætate deducta, facili calcu- *cap. 43.*
lo, sed prorsus necessario, dicendum est, Constantiam ex Beatrice Rogerij
primi Siciliæ Regis Vxore in lucem editam anno Domini millesimo cen-
tesimo quadragesimo primo, duodecim annos ante Rogerij Patris obi-

tum,& conſequenter ante hunc annum 1141. Sambucinæ,& Curatij Cœ- A
nobia fuiſſe inſtituta. Inſuper deducta ex eodem numero natiuitatis Do-
minicæ annorum 1141. ætate Abbatis Ioannis Ioachimi ad minus trigin-
ta annorum, quippe quando Conſtantia in lucem prodijt, Ioachim iam
factus Abbas, Curatium in ſpiritu, & diſciplina regebat,& in Siciliam ac-
cerſitus, Rogerio primo Siciliæ Regi Conſtantiæ iam natæ, futura prophe-
tauit. Neminem ſanè in Præpoſitum promoueri iura permittebant, niſi
Presbyterum. Presbyter autem eo tempore ordinari, nemo poterat, ſi
triginta non erat annorum, vt explicant gloſſæ, & loquuntur decreta Pō-
tificum, atque Concilia, ſicuti nec Diaconus niſi in vigeſimo quinto ſuæ
ætatis anno erat conſtitutus: niſi aliter & neceſſitas, & Eccleſiæ vtilitas B
diſpenſationem expoſtulaſſent, vt indulſit Zacharias Papa, Bonifacio Epi-
ſcopo, epiſt. 6. cuius initium eſt, *Benedictus Deus*, vt habetur ext. *cap. ſi
triginta diſt.* 78. Poſt quæ Pontificum,& Conciliorum decreta Alexander
tertius in generali Lateranenſi Concilio anno 1179. à tercentum Epiſco-
pis,& quamplurimis Abbatibus Romæ celebrato, primus fuit ex Roma-
nis Pontificibus, qui concederet, dignitates curā habentes animarum, ac
Epiſcopali inferiores, in vigeſimo quinto ætatis anno conſtitutis poſſe
conferri, dummodo Sacerdotes ordinarentur, vt ex capite *Cum in cunctis*.
§. *Inferiora. de Electione,& electi poteſtate*. Dei famuli igitur ad minus tri-
ginta annorum ætate deducta ex numero annorum 1141. Dominicæ Na- C
tiuitatis, in quo fuit Conſtantiæ natiuitas, Abbatis Ioannis Ioachim or-
tus neceſſariò cadit ad minus in anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſi-
mo centeſimo vndecimo ſub Pontificatu Paſchalis ſecundi, qui Idibus
Auguſti anno Domini 1099. Vrbano ſecundo præmortuo, ferè inuitus,
triplici acclamatione præhabita, Nauiculæ Petri ſuſcepit gubernaculum,
quod & tenuit vſque ad 12. kal. Februarij anno Domini 1118. in quo è
viuis exceſſit, & Conſtantinianæ Baſilicæ ſepulturæ traditus, vt produnt
Platina,& alij. Dixi ad minus in anno 1111. Ioannem Ioachim ortum,
quia antequam in Curatij Monaſterio Monachum induiſſet, ipſe, vt ſupra
diximus, munus exercuerat prædicationis in Arinthæ Oppido, & deinde, D
formidans ne comminantis incurreret in ſententiam, *Quomodo prædica-
bunt niſi mittantur*, ad ſacros promoueri ordines inſtituit, vt ſecuriùs in
prædicationis munere proficeret in futurum. Hoc autem prædicandi
munus ſolius Sacerdotis eſt, vt Leo Papa ad Theodoricum Epiſcopum
Cypri,& Neocæſarienſe Concilium ordinarunt. Et dum, vt ſupra proba-
uimus, Sacerdos ordinari tunc quis nequibat; niſi erat in trigeſimo æta-
tis anno conſtitutus: maximè ipſo S. Abbate docente in nouì, & veteris
teſtamenti Concordia lib. 2. tract. 1. cap. 16. pag. mihi 12. col. 13. id ipſum,
cuius hæc ſunt formalia, *Nemo abſque magna neceſſitate debet in nouo te-
ſtamento ſuſcipere Sacerdotij dignitatem, vt fiat Pater ſpiritualis niſi ſit trigin-* E
ta annorum: dubio procul ne dum quando Rogerio Nortmanno, Siciliæ
primo Regi, natæ ſuæ Conſtantiæ ventura prædixit, triginta Ioachim erat
annorum; ſed etiam quando Ciſtercienſem habitum induit, vt ex ſupra-
dictis euidenter apparet. Nec audiendus eſt Iacobus Græcus, qui minus
aduertenter dixit in Chronologia Ioachim, ipſum ortum fuiſſe ſub Pon-
tificatu Eugenij tertij, qui ex Abbate Monaſterij Sanctorum Vincentij,&
Anaſtaſij ad vniuerſalis Eccleſiæ regimen fuit aſſumptus tertio kal. Martij
anno Domini 1145. de quo ſcripſere Alphonſus Ciacconius,& alij innu-
meri, quod ante ſectionem primā ipſe Græcus videtur affirmare: feditq;

Iura cap. Nullus Epiſcopus, & cap. nullus in Præpoſitum, & cap. Innouamus, & cap. Nullus in Epiſcopum. diſt. 60. Gloſſ. in cap. in ſingulis gradib. 77. diſt. in cap. Quicunque eadem diſt. Concilium Carthagin. tertium cap. 4. Placuit. Concil. Agathenſe cap. 16. & 17. Epiſcop. Concil. Toletan. quartū cap 19. in veteri. eadem 77. diſt. & cap. Si quis, & cap. Nemo, & cap. Presbyter. 78. diſt.

Plat. Panuin. Ciacc. & alij in Vit. Paſchalis ſecundi.

Supra cap. 11.

Leo Papa ad Theodoricum Epiſcopum Cypri epiſt. 61. alias 63. c. Aduenimus. 16. q. 1. Neocæſarienſe Concilium cap. 11. Presbyter diſt. 78.

Ciaccon. ... 3. ... lib. 11.

Impe-

A Imperatoribus Conrado tertio, & Friderico Ænobarbo Augustis, annos octo, menses quatuor, & dies duodecim, & ex hac vita migrauit ad Christum 7. Idus Iulij, anno Domini 1153. in quo etiam anno 1153. 3. Kal. Martij Rogerius primus Rex Siciliæ, nec non Eugenij tertij Didascolus, primus Clareuallis Abbas Bernardus Doctor mellifluus, & iubar Ecclesiæ Sanctæ Dei 13. kal. Septembris obiere. Meritò dixi, minus aduertenter Græcum dixisse, Dei famulum Ioachim ortum fuisse sub Pontificatu Eugenij tertij. Nam ipsemet Græcus sectione decima refert priuilegium pro Curacensi Cœnobio ad Ioachim Curatij Abbatis instantiam à Malo Guillelmo Siciliæ Rege *datum Panormi duodecimo die Mensis Decembris, Indict.*

B *duodecima*: & immediatè subiungit. *Cæterum Ioachim valde pernecessarius fuit huic Guglielmo huius nominis quarto, in ordine vero Regum secundo: qui regnauit ab anno millesimo centesimo quatragesimo nono, & obijt anno sexagesimo supra centesimum, & millesimum, fuit autem Malus Guglielmus propter populorum odium nuncupatus.* Iuxta hanc suam sententiam necessariò infertur, relatum ab ipso priuilegium à Malo Guillelmo fuisse concessum in primo sui Regni anno, nempe in anno Domini 1149. in quo currebat Indictio duodecima in dicto priuilegio adnotata. Quomodo ergo credibile redditur, Puerum ne dum quadrinum (à die enim creationis Eugenij tertij vsque ad præfatam priuilegij datam annos quatuor non excurrisse

C per se est manifestum) in Prælatum fuisse creatum? Quomodo tam paruæ ætatis puerolo Monachorum curam animarum, ac tam celeberrimi Monasterij bonorum administrationem fuisse creditam? Quomodo per huius vitæ viarum anfractus ad rectas semitas Dei cæteros dirigere poterat puerulus, qui ne caderet, alterius egebat adminiculo? Quis vnquam somniauit prius Magistrum, quam Discipulum esse? Præterea Græcus ipse eodem in loco, & sectione 10. Ioachim Abbatem Curatij cum dicto Malo Guillelmo amicitiæ necessitudinem contraxisse dicit: & hoc suum dictum ad confouendum, Ioannis Boccaccij, & Ioannis Villani authoritatibus vtitur, dicens. *De hac quidem necessitudine meminit Ioannes Boccateius de Mu-*

D *lieribus Illustribus, cui assentiri videtur Ioannes Villani, licèt de Guglielmis sint opinione dispares. Siquidem Boccaccius inquit. Cum Abbas Ioachim Constantiæ natalibus adesset Guglielmo Regi Siciliæ, regnorum subuersionem natam esse protulit: quo Rex concitatus oraculo an posset obuiare periculo recensebat: consulenti tandem Tancredi naturali infantulam monialium Monasterio includi mandauit: ibidem Deo velari, & benedici procurans, nec inde vsque ad senectam exijt, solum ex Romani Pontificis dispensatione. Quidquid sit de Boccaccij assertione non est vertendum in dubium Ioachim pariter Guglielmo talis nominis quinto, & in ordine Regum tertio fuisse non pauca familiaritate coniunctum.* Quod & confirmat sect. 36. Et cum ipse, vt supra vidimus, Malum

E Guillelmum vltra annum Domini 1160. suæ vitæ fines afferat, non protendisse, necessariò sequitur, Ioachim cum dicto Malo Guillelmo amicitiæ necessitudinem contraxisse, non dum expletos quindecim suæ ætatis annos ad summum, quippe tot non dum elapsi iuxta suam sententiã ab ortu Ioannis Ioachim vsque ad annum 1160. in quo Malus Guillelmus vitam cum morte commutauit. Quod eò euidentius falsum apparet, quo apertiùs ipse Iacobus Græcus dixit, Dei famulum Ioachim ad annos vsque quatuordecim grammaticæ incubuisse, Regiæ Curiæ Patris iussu operam dedisse, postmodum longissimæ peregrinationi se commisisse, magna, & multa in Arabia, & Palestina pertulisse, Hierosolymam visitasse, & Thabor

S. Antonin. p.2. tit. 17. c. 1. §. 7. Baronius Annal. ad an. 1145. Otho Frisigensis in Frideric. lib. 2. c. 20. Aimon. de reb. gest. Francorum, Seuerinus Binius tom. 3. Cōcilior. Petrus Abbas Cluniac. de miracul. li. 7. c. 23. Saxo Gramaticus Daniæ lib. 14. Mattheus Paris in historia magna Angliæ, Ioannes Buzelin. in Gallo Flandria ad an. 1146. Robert. Mōtis in Chronicon ad ann. 1148. Trithem. in Chron. Spanheemensi ann. 1148. Chronic. Fossænouæ, Vghell. Abbas in notis ad Ciaccon. & in Italia Sacra tom. 1. Verb. Romano Pōtif. n. 166. Ferreolus Locrius in Chronic. ad ann. 1148. Robertus Abbas in Chron. ad ann. 1199. Conradus Episcopus in Chronicon Maguntino, Hieronym. Prato de bono status Religiosi, lib. 2. c. 28. Ioann. Salisburiensis in Policratico lib. 3. c. 15. Ioannes Nauclerus tom. 2. Chronographiæ, Martin. Polonus in supputatione Pōtif. Volaterranus Antropologia lib. 22. Gonzalus de Illescas in eius Vita, & nonnulli alij.

Græc. in Chronol. ante sectionem primã, sect. 2. 3. 7. 8.

montem aſcendiſſe, ibidem in Hymnis, & Pſalmis totam quadrageſimam duxiſſe, & in Calabriam reuerſus, longo tempore in Sambucinæ Cœnobio, & Arinthæ Oppido permanſiſſe, Rendenli populo verbum Domini prædicaſſe, & dum metueret abſq; Epiſcopi ordinatione tale munus exercere, ordinationis gratia in Curatium diuertiſſe, ibidem Ciſtercienſis Ordinis habitum induiſſe, Prioratus officium exercuiſſe, Columbano Abbati ſuffectum fuiſſe, & tandem poſt multa alia ab ipſomet enarrata cum Malo Guillelmo, Boni Guillelmi Patre, amicitiæ neceſſitudinem contraxiſſe: quæ quidē omnia cum vera ſint, & ab omnibus Auctoribus vno ore prolata; falſum videri debet, Ioannem Ioachim ex Mauro, & Gemma in lucem editum ſub Pontificatu Eugenij Papæ tertij, vt Græcus contra ſeriem hiſtoriæ, quam enarrandam ſuſceperat, inaduertenter dixit; ſed ad minus ſub Pontificatu Paſchalis ſecundi, & Imperio Henrici quinti, vt nos diximus. Reſtat igitur, vt cuiusnam Conſtantia Nortmanna, Friderici ſecundi mater, filia fuerit, oſtendamus. Et quidem infirmum eſt in tanta ſententiarum varietate, aliorum Auctorum euoluere libros, & veram ex illis excerpere, & in medium proferre ſententiam, dum hoc idem ad aduerſariorum confouendam ſententiam fieri poſſet, cum ſint vndique auctoritates. Relictis itaque Hiſtoriographorum, Annaliſtarumque, ac Chroniſtarum auctoritatibus tanquam minoris probationis, ad imperialia diplomata recurrere, & ab iſtis veritatem emendicare debemus, quam equidem ad ſatietatem vſque explicatam, conteſtatamque reliquit ſuis in diplomatibus eadem Conſtantia poſtmodum Regina Siciliæ, & Romanorum Imperatrix effecta. Cuius inter cætera priuilegia ſanè vnum eſt, quo Abbatiæ Sanctæ Mariæ la Grutta de Panormo Abbatiam Sanctæ Mariæ de Marſala coniungit, *Dato Panormi die* 13. *Aprilis anno ſalutis* 1196. in quo bis Rogerium Regem Patrem appellat, inquiens. *Magnifici Patris noſtri Regis Rogerij bonæ memoriæ ſequentes exemplum, qui multas Abbatias ferè deſertas Monaſterio Saluatoris de Meſſana conceſsit*. & infra. *A tempore Regis Rogerij Patris noſtri vſque ad tempora Guillelmi Regis ſecundi, Nepotis noſtri*. Et in alio priuilegio, quo Templo Panormitano Caſale Lacus Nicotri anno 1196. die 15. Aprilis, 14. Indictionis ab ea conceſſum legitur, in quo poſt multa *vnde* (inquit) *oſtenſis in Curia noſtra Priuilegijs ab Illuſtriſsimo Comite Rogerio bonæ memoriæ Auo noſtro, & clariſsimo Rege Rogerio inclitæ recordationis Patre noſtro Eccleſia Panormitana de prædicto Caſali dudum indultis*. Item in alio (quo poſt obitum Henrici ſexti viri ſui ad Dei famuli inſtantiam, bona Florenſi Cœnobio ab Henrico Sueuo conceſſa, confirmauit, & alia de nouo conceſſit) *dato Meſſanæ anno Dominicæ Incarnationis* 1198. *Menſe Ianuario prima Indict*. ſequentia leguntur. *Inde eſt, quod ad petitionem tuam venerabilis Abbas Ioachim benignum habētes reſpectum, pro remedio animarum Domini Patris noſtri famoſiſsimi Regis Rogerij, diuæ recordationis, & Dominæ Beatricis Illuſtriſsimæ Matris noſtræ: nec non pro ſalute noſtra, & dilectiſsimi filij noſtri Friderici glorioſi Romanorum, & Siciliæ Regis, confirmamus, & in perpetuum tibi, & ſucceſſoribus tuis, atque Monaſterio Sancti Ioannis de Flore omnes poſſeſsiones, & donationes, ſeu etiam libertates, quæ factæ ſunt tibi, & eidem Monaſterio tuo à Domino Henrico glorioſiſsimo Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, & Rege Siciliæ cariſsimo quondam viro noſtro*. Et ſic in multis alijs tam eiuſdem, quàm Innocentij tertij litteris ad Imperatricem Conſtātiam datis, & relatis à Sigonio, quæ ad prolixitatem euitandam omittuntur. Satis igitur manifeſtum eſt, ac euidentiſſimè probatum

Sup. cap. 1. pag. 2. B.

Apud Thom. Fazel. de reb. Siculis prioris decadis lib. 8. cap. vnico.

Archiuium Florenſe, & nos infra c. 45. ad verbum daturi ſumus.

Carolus Sigon. de Regno Italiæ lib. 13.

A batum Constantiam filiam fuisse, non Boni Guillelmi secundi huius nominis Siciliæ Regis, nec Mali Guillelmi Siciliæ Regis huius nomini primi, & Boni Guillelmi Patris, nec Rogerij Apuliæ Ducis Mali Guillelmi fratris, sed Rogerij primi Regis Siciliæ, qui & Pater extitit Rogerij Apuliæ Ducis, Amphulsi Capuæ,& Guillelmi Tarensi Principum,qui tandem, defunctis primis fratribus ante Rogerij Regis Patris obitum, vtriusq; Siciliæ obtinuit imperium, vt fusè diximus,& consequenter, vt eiusdem Constantiæ verbis est explicatum, Comitis Rogerij, Patris Rogerij primi Siciliæ Regis Neptem fuisse per se patet. Hoc probato, extricatisq; nobis à tot Doctorum inuolucris, ad seriem redeamus historiæ. Ideo sit.

B

CAP. XXXI.

Henrico sexto Romanorum Augusto discessum inglorium, & recessum gloriosum prædicit.

EA vergente tempestate, Henricus sextus Romanorũ Augustus primo sui Imperij anno,& Dominicæ Natiuitatis 1191. tertio kal.Maij pro competenti Constantiæ vxoris iure Neapolitanum ingressus Regnũ,
C post occupatas in modico certamine nonnullas Regni Vrbes, Prouinciasque quasdam, Neapolim, opulentissimam nostro tempore Vrbem, & diuersa Principum, & Heroum præsentia celeberrimam, ac inter cunctas Orbis Ciuitates ad Mare Tyrrhenum egregiam, situ, & opere munitissimam aduenit. Quam cum valido firmatam præsidio deprehendisset,circũfusis militum copijs vallauit, & adeò arctè obsedit, vt omnis additus,exitusque videretur obstructus,& tandem suo exercitu innumerabili, vt prodet Fossæ nouæ Chronicon antiquus Auctor, qui vsque ad annum 1217. incultiore, ac minus elaborato stilo, vt illa ferebat ætas, descripsit historias, eam debellauit machinis multis,atque diuersis. Cæteris vero ad vo-
D tum nõ succedentibus,cæde,& exterminatione confundebantur vniuersa, & per exercitum suum in Villis,& Oppidis circumfusum dirissimè passim in vulgus exercebantur depopulationes. At quia Henricus brachium suum in carne posuerat; ideò manus Domini potentissima super eum, & bellatorum eius multitudinem grauari visa fuit sic,vt plures languoribus, quàm vulneribus occumberent. Hæc autem B.Ioannes Ioachim vnctione super eum cœlitùs perfusa videns,& vniuersa de præsenti negotio ventura cognoscens, vt cædem sic ditam incessanter adimeret, conatusque Romanorum Augusto, reuelato ex parte mysterio,refrenaret, relictis cœmentarijs, qui in Flore Cœnobitica loca suum iuxta institutum ædifica-
E bant, accessit audacter ad eum locuturus de Domini Dei sui testimonijs, & nec confundendus. Et primùm (quantum licuit in oratione) eum de tanta in Dominum, virosque Religiosos, ac omnem Clerum patrata crudelitate redarguit, annuncians illi prædictorum causa malorum contra eum, ac eius exercitum à Cœlo tàm dirissimam processisse sententiam, & ni discederent, omnes pariter morituros affirmauit. At cum in multis Barbarorum animi non dubitarent,& nec recedere intenderent: Dei Præco ad quendam præuisum sensu, & scientia, sermonumq; intelligere verba, aduertens, inquit. *Futurum est,vt Tyrum, & Regnum eius Rex deijciat Babylonis*. Ad Henricum Augustum deinde conuersus, se quasi declarando

Chronicon Fossæ nouæ ad annum 1191. apud Vghell. Italiæ Sacræ tom.1. in fine.

Græcus in Chronol. Ioachim sect.29.

rando dixit. *Tu postquam seuera meritò fueris afflictione confusus, reuerteris, & Siciliæ Regnum capies sine bello; quia tibi per Ezechielem, & aliorum verba Prophetarum satis probatur habendum.* Tandem ad fortissimũ quendam Ducem, Imperatoris consanguineum, cuius præ cæteris consilio, & eximia fortitudine res bellica regebatur, & tutabatur, Ioannes Kala nominatus, cum Henrico deambulantem, item conuersus, ait. *Tu fortissimè Vir Ioannes ex Sansone fies Samuel.* Quibus dictis, cum omnium admiratione conticuit. Henricus denique sextus Dei virum Ioachim vni Madescalcho de astantibus assignauit, vt per medium gentis, nulli parcentis ordini, vel ætati, saluum duceret vsque Salernum, Ciuitatem Medicinæ studio florentissimam, ad Mare Tyrrhenum egregiam, prope Insulas Capreas, principali titulo constitutam. Nec mussitantes, subsannantesque Sueuorum milites defuere, qui in Dei famuli illusionem dicerent, atque derisum. *Quanta mala latent sub cucullа illa.* Nam qui cuncta demoliri ac deuastare decreuerant, æquanimiter vix ferè purgatissimæ linguæ suæ tonitruum, ac verborum correptionis fulgura sustinere poterant. Ioachim tandem suos dilectissimos confratres, tanquam propria viscera, in iucunditate reuisit, & cœmentarios sua præsentia refouit. Henricus autem sua in duritia, & sententiæ obstinatione perdurans, flagella Dei pertulit grauissima. Quippe per Iunium mensem sæua suum exercitum pestilentia cũ fuisset adorta, & maiorem militum copiam assumpsisset, ille maximam, & grauissimam rerum, consiliorumque fuit in difficultatem adductus. Auxit etiam terrorem Sol, qui nono Kal. Iulij, pestilentia furẽte, in septimo gradu Cancri per quatuor horas mirificè fuit obscuratus. Quod sanè maiorem Romanorum Augusto, eiusque exercitui calamitatem portendebat allaturam: immò, & Henricum ipsum grauissimo morbo fuisse correptum fama non obscura propalauit. Aduertens tandem super eum, ac bellatorum eius manum Domini non fuisse breuiatam, confusus, atque inglorius in mense Augusto eiusdem anni 1191. in Alemaniam recessit. Reliquit ad Æmiliæ olim, nunc Lombardiæ Cispadanæ, & Flaminiæ, aliàs Romandiolæ, seù Romaniæ gubernationem Marquardum quendam Hanensederium Baronem, quem earumdem Prouinciarum, Rauennæque Ducem, ac Piceni Comitem fecerat; Tusciæ imperium Duci Sueuiæ Philippo fratri eius tradidit: Campaniæ Fœlicis, aliàs Terræ Laboris administrationem Diopoldo assignauit: ad res maximè opportunas procurandas Cõstantiam Nortmannam eius vxorem Caietam misit: consanguineis suis germanis fratribus Ioanni, & Henrico Kala strenuis Ducibus, quibus Castrouillarum Vrbem, & alias Vrbes, & Castra concesserat, vna cum alijs Neapolitanis electis, & fidelibus Ducibus, quorum inter cæteros extitere Fridericus Lancea Squillaci Comes, & Conradus Spoleti Dux, Calabriæ custodiam commisit, ac super vniuersam militum manum præfatis germanis Fratribus imperium delegauit, veritus ne Siculi, & debellati Neapolitani simul conuenirent, & Prouincias à se occupatas de ei adimendo conspirarent. Gloriosissimi Duces inter se sibi commissos milites diuidentes, vnus, qui fuit Henricus, superiorem, inferiorem vero Ioannes commissæ regionis partem rexerunt, gubernaruntque. Ast vix Auxoniæ finibus ab Henrico sexto relictis, Tancredus Siciliæ Rex, de quo supra, occupatas à Sueuis ad recuperandas Prouincias animum adiecit. Populique ante omnes, primi eorum Regis imperio nimis inclinati, ad pristinã ipsius deuotionem redeuntes, Calabri præsertim homines natura feroces, Neapoli-

Margin notes:

Ezechiel. c. 28. (A)

B. Ioannes Bonacius in Vita sæcularis B. Ioannis Kala.

(B)

Carol. Sig. de Regn. Italiæ lib. 15. Vincẽt. Bellouac. in Specul. historial. lib. 29. c. 51. Petrus Messia in Vitis Imperatorum cũ de Henrico sexto. (C)

Pandulph. Collenuccius Neap. hist. lib. 4. (D)

Martin. Schener in processu Vitæ B. Ioannis Kala Magistri sui impresso Tiser anno 1473. Angelus primus, Monachus Cisterciensis B. Ioannis Ioachim Contubernalis in Vit. Beati Ioannis Kala M.S. ad Patrem Faustum Eremitam. (E)

Sup. c. 27. 28. & 32.

A politanorum suffulti suffragio, omnes communi voto imperiales inuadere, ac trucidare milites statuerunt prope Agrum Brunum, nunc *lo piano del Campo* vulgò dictum prope Castrouillarum Vrbem. Est autem Castrouillarũ Vrbs antiquissima, *Aprustũ* olim dicta, & Ducali titulo insignita, sita est in inferiori Calabria inter Sybarim, & Lacanum pisculentos amnes, nõ satis longe à Pollino monte famosissimo, ab Auxonijs, siue ab Oenotrijs instituta, & ex Syphæi, nunc *Saffone*, & Grumenti ciuitatũ ruinis aucta, quarum meminit Plinius, & Lucanorum fuisse prodit Ptolomeus. Vrbs siquidem hæc Cœli temperie gaudet, & salubritate, rerum vbertate, ac varietate, corporum robore, armorum exercitio, ingeniorum præstantia, & inef-

B fabili agrorum beatitudine. Nec rebus tantùm pollet temporalibus, sed spiritualibus etiam adeò locuples est, vt nulli alteri eiusdem regionis sit postponenda. Parochiales sanè Ecclesias habet numero quatuor, nempe Sancti Iacobi, Sanctæ Mariæ, Sancti Iuliani, & Sancti Petri; Monasterium vetustissimum Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti; Conuentum permagnificum ab vno Sociorum Sanctissimi Seraphici Ordinis Institutoris conditum, in quo præfuit Sanctus Daniel ex Oppido Beluederij è nobili familia Fasanella, qui vnà cum Samuele, Angelo, Domno, Leone, Nicolao, & Hugolino anno Domini 1219. à sanctissimo Viro Assisinate Francisco, eorum Antesignano, ad Christi fidem prædicandam missus, apud Sep-

C tam in Mauritania Tingitana Africæ constantissimè, ac intrepidè verbum Dei prædicans, vnà cum suis socijs gloriosissimo martyrio coronatus extitit anno Domini 1221. ante Beatissimi Francisci è viuis excessum annis quinque, vt referunt Gualterius, & alij, & in eiusdem sacro Phano sacrum B. Petri Cœnobitæ corpus summa veneratione recolitur; Cœnobia insuper Patrum Capuccinorum, Patrum Sancti Francisci de Paula, ac Monialium Sanctæ Claræ, quorum nomina Fundatorum, & institutionis annus me latent; & Cœnobium denique Illustrissimi Sacri Prædicatorum Ordinis à meo Patruo magno (ob germanum fratrem eius, Salernum nomine, virum Vincentiæ è nobili gente Iannitella eiusdem Vrbis, quæ ex eo con-

D cepit Iulium genitorem meum) Ioanne Simeone de Laude V. I. D. eiusdẽ Vrbis Patritio suis in proprijs domibus conditum, suisque sumptibus dotatum sub die decima Augusti Dominicæ Natiuitatis anno sesquimillesimo octuagesimo secundo, & licentia prius obtenta ab Illustris. & Reuerendissimo Domino Don Tiberio Carafa Antistite Cassanensi, R. Admodum P. Frater Franciscus ab Oppido Ordeoli sacræ Theol. Magister sanctiss. Prædicatorum eiusdem Ordinis generalis Vicarius, maxima Cleri, Religiosorumque, ac Populorum astante multitudine sub die 13. Mensis Martij primariam Crucem erexit, Dominicæ Incarnationis anno octuagesimo tertio supra millesimum, & quincentesimum, vt Acta referunt Asca-

E nij Brocchetta Moranensis incolæ Castrouillarum Vrbis Regia auctoritate Notarij. In cuius beneficij signum, & largiflui benefactoris memoriam, eiusdem Illustrissimi Ordinis Venerabiles Patres locales in præfatæ Ecclesiæ pariete propria Ioannis Simeonis de Laude nostræ familiæ gentilitiæ, fasciæ scilicet rubeæ à dextro ad sinistram descendentis hac cum inscriptione LAVS, Leonis rampantis, sua dextra sinistri brachij hominis manum tangentis in superiori, in inferiori verò parte rubeæ fasciæ Hominis mancipij formæ a capite vsque ad vmbilicum, poni curarunt. En exemplar.

Plinius naturalis historiæ lib. 3. cap. 11. Ptolomeus in Geogr. lib. 3.

Paulus Gualterius de Sanctis Calab. lib. 1. c. 52. Petrus Rodulphius Tossianens. lib. 1. hist. Seraphicæ Religionis, S. Antonin. 3. p. tit. 24. cap. 7. §. 1. Laurent. Sur. tom. 5. sub 13. Octob. Gabr. Barr. de antiq. & sit. Calab. lib. 5. Maraf. Martyrolog. Roman. & alij.

Acta Notarij Ascanij Brocchetta à Morano sub 10. Augusti 1582. & 13. Martij anno 1583.

Ego

A

B

Ego verò tanquam auunculi mei, Fratris Ioannis Baptistæ Gaudini, Sagittariensis Monasterij Oblati, & benefactoris munificentissimi, studiosissimus, suis gentilitijs vtor, & sunt Laurus arbor, & Leo rampans. De Ioanne Simeone de Laude sic cecinit eius coætaneus Cæsar Calà in vtroque iure, & poetica arte insignis, & nobilitate celebris.

Caes. Calà de Bello Nauale sub Ioanne Austriaco Canto 13.

Và seco al pari Giò: Simon di Laude C
A cui d'intorno tutt' il Mond' applaude.

In vxorem habuit Victoriam è nobili familia Capocia, in Castrouillarum Vrbe iam extincta, ex qua nullos filios suscepit. At Salernus ex Vincentia Marcum, Iulium, & Petrum procreauit. Hi antequam ex ephebis excederent hinc inde dispersi, (timebant enim indignatum Ducem, cui displicuerat institutio, & dotatio prælibati Cœnobij, & quod Ioannes Simeon eius generalis Auditor sibi dilectissimus, ab ipso ad Patres Ordinis Prædicatorum defecisset, & quod Salernus (Ioanne Simeone post bienniū ab instituto Cœnobio in complexu Religiosorum è viuis sublato) tuendas fratris, ac Venerabilium Patrum partes suscepisset; propterea confiscatis bonis omnibus, senem eorum genitorem in calamitate, & miseria vitam exedere coegerat) Marcus Cassanum, Iulius Moranū primò, deinde Castellucium, & Petrus Saracenam apud familiares suos se recepere. Et Cassanenses primi fuere, qui nostrum cognomentum de Laude in de Lauro commutarent ob vocabuli affinitatem, & significationem, de qua scripserat Boccaccius in Genealogia Deorum. Sunt insuper intus eandem nobilissimam Vrbem Xenodochia duo, vnum pro Sacerdotibus tantùm, alterū communi peregrinantium omnium, pauperumque opportunitati expositum. Cernuntur etiam aliæ nonnullæ Ecclesiæ, atque Cappellæ dispersim, quarū sunt principales Sanctissimæ Annunciationis, Pietatis, & Sancti Ioannis, in quibus singulo quoque anno, & festiuitatis die celebrantur nundinæ, ad quas Lucaniæ, & vtriusque Calabriæ Mercatores præ cæteris vndique confluunt. Hæc transeunter dicta sint, ne tantæ, & talis Vrbis, à qua originem ducimus, videamur immemores. Ioannes audito populorum tractatu de excutiendo iugo, etsi suaue, seruitutis nouæ Sueuæ, extemplò manus coniungere, & Henricum fratrem è superiori Calabria in Castrouillarum Vrbē, quam sui iuris effecerat, ad sese reuocare fategit. Vbi sæuientes, furentes, odia anhelantes, sanguinem sitientes, militibus, vt fortiter dimicarent, honores, & præmia promittentes, vt erant in re bellica

D

E

A lica versatissimi, suos dispofuerunt, & ordinauerunt exercitus. Populi ad locum appulsi pugnæ,& in agro Bruno castrametati, pro Regio diademate pugnam,& sanguinem appetentes, ad primum stridulæ buccinæ, & tonantis tympani pulsum tali impetu imperiales aggressi fuere copias, etsi strenuè decertantes, vt irreparabili cæde cunctos ferè peremerint. Vbi tunc nobilitatis ordo? Vbi certi, & distincti militum gradus? Permixta omnia,& timore confusa,æqualis per cunctos fuit pauor,vnũ erat seruus, & Dominus,eadem omninò omnibus mortis imago,nisi quia magis timebant illi, quibus erat vita robustior, & in re bellica assuetior. Tanta itaq; virtute, tantaque fœlicitate Tancredi Regis deuotissimi Populi pugna-
B runt,vt perpaucis tantùm exceptis, qui sibi salutem fuga quæsierant,inter quos Comes Fridericus Lancea, Dux Henricus Kala, & Martinus Schener, Ducis Ioannis Kala famulus, omnes pariter trucidauerint; præcipuè vero triplici lethali vulnere saucius inter decurrentem sanguinem, & trucidatorum cateruam Ioannes Kala Dux incredibilis fortitudinis miserabiliter cecidit, vt sanus resurgeret,& ex Sansone Samuel euaderet,& fœlix esset in conspectu Regis, & Domini exercituum, atque dignus fieret magni Dei famuli Abbatis nostri Ioãnnis Ioachim commendatione, de quo, ne eadem repetamus, infra plura. Nec tantùm præfati Duces sexti Henrici Imperatoris consanguinei; sed & ipsa eius vxor Constantia Romano-
C rum Augusta in grauissimum fuit adducta vitæ periculum. Quippe cum Caietæ à latronibus fuisset asperrimis affecta contumelijs, & proditorum manus vix euasisset, putans apud Salernitanos tutum habere præsidium, Salernum producta, à Salernitanis, spreto in illam decore, fuit comprehensa,& in Siciliæ Insulam ad Tancredum Regem hostem traducta. Qui de tanto munere lætus, captiuam in Arce quadam Panormitana seruauit. Quam tandem Ægidius Petri Leonis Romanus, à tertio Clemente Mense Septembris anno 1190. tituli S.Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Cardinalis creatus, Celestini tertij iussu Panormum profectus, à Tancredo Rege obtinuit, secumque Romam conduxit anno Domini 1193. indi-
D ctione decima,& Celestino tertio præsentauit; qui eandem,eo,quo decebat, decore, suis expensis ad Henricum sextum coniugem,in Alemannia commorantem, remisit. Henricus viua Constantiæ vxoris voce de sibi illata à Tancredo Rege perditione instructus, vt grauem ei molestiam afferret; statim Riccardum Angliæ Regem, Siciliæ Regis affinem, apud se captiuum habere volens, (illum enim contra omnia pietatis, & humanitatis exempla, dum è terra sancta domum repetebat, & inter Aquileiam, & Venetias naufragium passus,& mutato habitu, ne agnitus damnum pateretur, Mense Decembri 1162. terrestri itineri se commiserat, Leopoldus, alias Humboldus, siuè Sapuldus, vt variè eum nominauere Scripto-
E res, Austriæ Dux captum tenebat in uinculis) ipsum Austriæ Ducem, terrore armorum illato, ad Riccardum Regem Britannum sibi tradendum, dedendumque induxit. Quo obtento, illum detentum voluit in loco, qui Triuallis dicebatur, è quo nullus exierat, qui vinctus intrauerat. De quo Aristotheles ait, *Bonum est mactare Patrem in Triuallis*. Et rursus de eodem metricè scriptum est.

Sunt loca, sunt gentes, quibus est mactare Parentes,
Vel mors, vel pietas, cum sera superuenit ætas.

Pro Riccardo, pietate equidem,& misericordia digno, fuere omnes, Alemanniæque præcipuè Proceres venere apud Vuarmaciam, aliàs Vuigorniam,

Martinus Schen. & Ioannes Bonacius in Vita sæculari Ioãnis Kala.

Abb. Ioach. in epist. ad Imperatricẽ Constantiam, quam referemus cap. 34. & ad Celestin. 3. Pontificẽ, quã referemus c. 44. Carol. Sigon. de Regno Ital. in notatione 1191. & Chron. Fossæ nouæ ad ann. 1192. & 1193.

Chronic. Fossæ nouæ ad ann. 1193. Martin. Schener in Vita B. Io. Kala.

Aristoteles lib. 5.

gorniam, vulgo *Vuorcesthershiere* in Anglia, vbi de eorum Regis redemptione tractarunt. Intercesserunt insuper pro eodē Ioannes, & Henricus Kala, qui licèt Romanorum Augusti Henrici sexti essent consanguinei, erant attamen è sanguine Britannorū Regum descendentes, vt ex Rapsodijs nostri Neapolitani Regni in suis Chronicis prodit Fotinus, & Lucius. Henricus tandem Imperator centum millibus argenti libris ad pondus Coloniæ, iuxta Thomam Vualsinga, & alios; at iuxta Bellouacensem, & alios ducentum millibus monetæ publicæ, & probatæ pro Britanni Regis libertate ab ipso receptis, Riccardum Regem post annum, & dimidium suæ carcerationis à Triuallis vinculis absolutum remisit in Mense Ianuario anno Domini 1194. Magna itaque pecunia instructus, & classe, Imperator Henricus cum Constantia coniuge extemplò, Alemanniæ finibus relictis, in Italiam contra Tancredum recessit. At priusquam gloriosa eius enarremus gesta, sistamus in hoc, donec Dei famulum Ioannem Ioachim contra Tancredum Siciliæ Regem sinistra prædicentem, vt locus, & materia exposcunt, audiuerimus. A B

Georgius Fotin. in Chron. Lucius à Donato in libro de Spiritu Prophetiæ B. Ioannis Kala. Thomas Vualsinga in Ypodigma Neustriæ, Car. Sigon. de Regn. Italiæ lib. 15. Pandulph. Collenuc. hist. Neapol. lib. 4. & alij. Vincent. Bellou. in Specul. hist. lib. 29. c. 54. S. Anton. Dandalus, & alij.

CAP. XXXII.

Tancredo Siciliæ Regi, eiusque natis sinistra præuunciat intrepidè. C

Sup. cap. præcedent.

HEnrico sexto Romanorum Augusto, eiusq; exercitu, vt diximus, percusso, & in Alemanniam è Neapoli regresso, verbum, quod contrà Siciliæ Regem Dei famulus Romanorum Imperatori prædixerat, relatione quorumdam ad Tancredi Siciliæ Regis audientiam deuenit; quamobrem factus non compos animi, contra Dei virum ad talem, & tantam iracundiæ venit ardentiam, vt Ioachinorum familiam, eiusq; Patriam, ac Monasteria in deletionem, & exterminium ducere minaretur apertè. Quod ab Amico suo innominato Ciuitatis Messanæ cum acceppisset ille, qui stipata Christi militia in iugi cordis compunctione, & corporis maceratione in Florensi florebat Cœnobio, statim eidem in sequentia verba respondit. D

Ex libro Epist. Ioachim Abb. Florēsis.

Accepi litteras tuas, ex quibus Tancredi Regis minas contra me, familiamq; meam furientis intellexi: sed præsidium Altissimi non modò seruabit Cœnobia, Patriamque meam, sed omnia in bonum conuertet. Suscitabit ab Aquilone potentiam, & rursus confrigetur cornu superbi. De cætero incessanter oro pro te, & Ciuitate tua (idest Messana) *cuius origo ferè cœlestis splendidissimas stellas omni tempore parit, quam pacis, belliqne studia semper illustrant, nec omnipotentis protectio vnquam eam deseret, quando erit sanè tempus, quo sublimioribus Europæ Ciuitatibus comparabitur, & immensum decus conquiret. Vale Frater dilectissime, & me Fratresque meos, qui te salutant, commenda Deo in orationibus tuis. Iterum vale. Nonis Octobris millesimo centesimo nonagesimo primo. Frater in Christo, & Famulus, Ioachim Abbas Florensis.* E

Et quia dederat ei Omnipotens faciem valentiorem facie Regis, & frōtem duriorem fronte Tancredi, & nec timebat, aut metuebat à facie eius; ideo magis, ac magis, prout Deus ipse dabat, Duci Henrico Kala Sueuo Imperatoris Romanorum consanguineo, & Friderico Lancea Squillaci Comiti, quæ contra Tancredum prædixerat, sæpe sæpius repetebat. Quapropter Henricus Dux, & Comes Fridericus de illorum veritate confisi

& sui

A & sui prophetici spiritus fama concitati, ac audaciores effecti, populorum à Siciliæ Rege defectionem summopere procurabant, & emissi sanguinis vltionem renouatis vtcunque copijs, ab hostibus excutere. Cumque hæc omnia per speculatores suos relata fuissent Tancredo Regi, ira accensus, in Virum Dei os suum aperuit, & sui Cisterciensis Ordinis Monasteriorum ne dum voce, vt prius, annichilationem comminatus est, sed etiā scripto, ad ipsum epistolam mittens tenoris sequentis.

Siciliæ Regis, & Comitis alius. Ad Ioachim Abbatē Florensē. Quis, & qualis fuerit, & sit Nortmannorum erga sanctam, veramque fidem, pietas, statim, ac illam nouere, omnibus luce clarius est manifestum. Nonne tot hostium exterB minia, tot auxilia summis Pontificibus proprio sanguine præstita, totque Templa, totque Cœnobia adeo magnifica in vtraque Sicilia constructa Religionis nostræ clarissimum testimonium perhibent? Nonne Guillelmus, cognomine Ferabachius, gloriosissimæ sanctæ memoriæ, impios Ecclesiæ hostes Sarracenos primus exterruit? Nonne inuictissimus noster Robertus Nicolaum Pontificem maximum, Ædemque sanctam Catholicam, ob Romanorum perfidiam ita labentem, Deo annuente, firmauit? Prætereo quæ tum idem, tum potentissimus eius Frater Rogerius mirabiliter effecere; ideo dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit eos, Sileo in æternum memorabilis Boemundi nostri triumphos in Dei Ciuitate, sanctissimoq; Sepulchro liberandis. Linquo maiora alia....

Ex dicto epistol. lib. Abbatis Ioachim.

De Guillelmo Ferabachio vide Platinā in Vita Sergij Papæ quarti, & Thomam Fazell. de reb. Siculis posterioris decad. lib. 6. cap. 2.

C..... *quæ maiores nostri pietatis, & Religionis. Ego adijcio dumtaxat in pudorem, confusionemque vestræ ingeram Paternitati, quantum inquam inuictissimus Nepos noster* (supple Guillelmus Bonus, nam nullum alium Nepotem habuit, vt ex historijs colligitur, qui pro nostro Alexandro tertio decertauerit) *insudauerit, vt Alexandrum Pontificem Maximum, Ecclesiamque Catholicam à Frederico Ænobarbo prorsus oppressam, & profligatam eleuaret. Paternitas tamen vestra eundem, quoad fieri poterat, fouisti, ac foues, qui diabolicas partes sectatus, Ecclesiæ nuper destructionem totis viribus procurauit: nec prioribus erga me facinoribus commissis contentaris, verum etiā nunc obstinatior reuocas occultis tractationibus in Calabriā Henricum Kala Sueuum, D & Fridericum Lanceam Neapolitanum, vt rursus commoueant Populos. Quapropter igitur testor Deum, vt excusatum me habes, si breui in vtraque Sicilia constructa Cœnobia Ordinis tui* (supple Cisterciensis, quippe vix noui Monasterij Floris fundamenta iecerat, quando Tancredus ista scribebat, neq; Florensis Ordo tunc erat institutus,) *cuncta iniustè irritatus, demoliar.*

Accepit Ioachim, & legit Epistolam sibi à Rege missam, & nihil penitus ab illo mutatus, impauidus, constans, & intrepidus Tancredo Regi in hæc formalissima verba rescripsit.

Ioachim Abbas ad Tancredum Regem, & Comitem alius. Perlegi minacem epistolam Maiestatis tuæ, cui nunquam officere volui, sed voluntatem Regis E Regum Dei adimpleui. Hæc dicit Dominus: Egredietur rursus, vt ignis, indignatio mea, & succendetur Rex impius, cadet, qui sedet in axe, & ob desperationem tabescet. Nati eius sterilescent ferro, & oculi eorum igne perdentur, vt pereat memoria generationis suæ. Oro tamen incessanter, vt auertat Deus iram suam à Maiestate tua, quam humillimè, vt par est, reuereor ex Monasterio Florensi nonis Iulij millesimo centesimo nonagesimo tertio.

Ex eodem lib. epist. Abbatis Florensis.

Nec multo post Prophetæ Domini verbum ex parte completum Tancredus compertum habuit in seipsum; quippe Rogerius eius primogenitus, quem vnà secum ad Regnum euehi voluerat, postquam Irenem Isacij Imperatoris Orientis filiam duxisset in vxorem, nulla relicta prole homi-

nem exuit. Ex immaturo cuius obitu talem dolorem hauxit Tancredus, & adcò acerbè tulit, vt non multò post in principio anni 1194. vitā cū morte Panormi commutauerit desperanter, vt tradunt Sigonius, & alij: ternis filiabus relictis, Alteria nempe, Constantia, & Madonia, & secundo eius genito Guillelmo nomine; quem Regina Sibilia mater mox Regem Siciliæ coronandum curauit, quod facillimè obtinuit Regni Procerum consensu. Quam Siciliæ Regni coronam haud ferre potuit, siquidem, vt melius patebit, in Henrici sexti regressu excæcationem, & eunuchizationem passus, ac captiuitatem, vltimus fuit generationis suæ; & sic totaliter cōpletum visum fuit vaticinium contra Tancredum Regem à Dei Præcone Ioachim prolatum, prædictumque. Nunc ad alteram vaticinij partem sexto Henrico nunciati redeamus, & qualiter cum Dei famulo se gesserit videamus. A B

Carol. Sigon. de Regn. Ital. lib. 15. Alphonsus Ciaccon. in Vit. Celest. 3. S. Antonin. Archiep. Florent. 3. p. hist. tit. 19. c. 6. Pandulph. Collenuccius hist. Neapol. lib. 4. & alij.

CAP. XXXIII.

B. Ioannes Ioachim Henrico sexto obuiat, & inuenit gratiam coram oculis suis.

C

Rogerij, Tancredique Regis funeribus alacrior factus Romanorum Augustus, expeditiorem prouinciam putans vnà cum Constantia Imperatrice, vt prodet Fazellus, suum omni sollicitudine regressum properauit, secum adducens Genuentium ornatissimam classem, Pisanorumque Triremes. Et prospero venti flatu breuissimo temporis spatio Caietam appulsus, nulla contentione præhabita, Caietani mox in sui deditionem dedere. Inde Neapolim profectus, Neapolitani, quia illius erant experti vires, vbi classem terræ admoueri, atque ibi Henricum sextum esse perceperunt, sua statim mandata promisere executuros. Cæteræ Neapolitani Regni Vrbes, ac circumiectæ Insulæ Neapolitanam Vrbem D totius Regni caput imitatæ, omnes modico temporis interuallo per suos Apocrisiarios idem spopondere. Quarum vlli officere voluit, Salernitana tantum excepta Vrbe, cuius magnam murorum partem diruere, homines captiuare, eiusque bona Ciuium, ac fortunas rapere iussit pro vindicta suæ Vxoris, quam dederant Tancredo Siciliæ Regi, vt diximus. Præteritis postmodum cæteris Neapolitani Regni Prouincijs, Romanorum Augusto, Calabriam ingredienti, B. Ioannes Ioachim obuiauit, & statim Henricum sextum præcedentes cognouerunt eum à longè, indicauerunt, salutauerunt, & venerati sunt in veneratione plurima. Imperator verò Henricus occurrens, & venerans, Dei famulo salutanti ait. *Hic est Abbas* E *Ioachim, qui præterita dudum sic aduersantia, fore tam prospera, vt cernimus, prophetauit?* Henricus in futurum in tanta Dei virum veneratione recoluit, ac reuerentia tenuit, vt etiam Natalis eius diem, *Stanzaram* Theuthonicè dictum, specialiter celebraret. Romanorum Augustus in Siciliam postea transfretatus, Messanam Vrbem, *Zancle* olim nuncupatam, antiquissimam, insignem, & celeberrimam absque vlla reluctantia tenuit, sicuti & reliquas eiusdem Trinacriæ Insulæ Vrbes. Sibilia quondam Tancredi Regis vxor ex alia parte cum se ad resistendum debilem, ac viribus imparem cerneret, vnà cum Guillelmo filio, quem Fazellus Rogerium nominauit, atq;

Thom. Fazell. de rebus Sicul. post. decad. lib. 7. cap. 7.

Chronic. Fossæ nouæ ad ann. 1194.

Sup. cap. 31.

Gracus in Chronol. Ioachim sect. 30.

Plin. lib. 2. c. 98. lib. 3. c. 8. lib. 31. c. 4. Io: Anton. Maginus Patauin. in sua Geograph. & Siciliæ Insulæ descriptione.

A atque Alteria, Constantia, Madoniaque filiabus in Castrum Catabellocta dictum, situ, opereque munitum, diuitijs, ac cibarijs benè prouisum sese recepit. Nec multò post necessitate coacta, Apocrisiarijs ad Henricum sextum missis, patefecit, se vltrò citròque Siciliæ Regno cessuram, si Guillelmo, eiusq; posteris Leucæ Comitatum in Apulia, ac Tarenti Principatum relinqueret. Quibus acceptis, & ab Henrico iureiurando firmatis, in Augusti potestatem, & fidem se dedere. Occupato tandem Panormo, pridie kal. Decembris 1194. maxima astante Populi, & Cleri multitudine in Siciliæ Regem se fecit coronari. Nec multò post iurisiurandi, & præstitæ oblitus fidei Sibiliam, Guillelmumque, ac ternas filias 3. kal. Ianuarij
B dicti anni 1194. captiuauit. Guillelmum præterea, vt produnt Sigonius, & alij, luminibus orbauit, & vt ei spem omnem adimeret successionis, deque futuræ hæreditatis iure posteris agitandi causam surriperet, genitales illi partes incidens, eunuchizauit, & terrestri itinere in Alemanniam misit. Irenem vero Orientis Imperatoris Isacij filiam, defuncti Rogerij Tancredi Regis primogeniti vxorem, Philippo eius fratri Sueuiæ Duci matrimonio tradidit. Et cōpleta sunt, omnia verba, quæ Henrico sexto prædixerat Propheta Domini Ioachim Abbas, nempe in suo regressu Siciliæ Regnum sine discrimine potiturum. Nec non & Tancredo Regi in axe sedenti cadendum, eiusque natos obcæcandos, & eunuchizandos, vt suæ deperi-
C ret memoria generationis, & optimè de impio Rege dici posset, *vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. Factus ergo Dei famulus magnificus in conspectu Regum, ideoque in tempore iracundiæ factus fuit reconciliatio, & Florense Cœnobium ne dum ab Henrico sexto Imperiali magnificentia extructum, sed & refugium omnibus confugientibus ad illud, & indefessa protectio euasit, ac in bonis temporalibus quinquaginta Bizantinis aureis auctum de redditibus Salinæ Neheti, vt ex cōcessione eiusdem, quæ apud Græcum vulgata legitur, data *apud Sanctum Maurum anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quinto,*
D *pridie nonas Martij, tertiæ decimæ Indictionis*.

Carol. Sigon. de Regn. Ital. li. 15. Thom. Fazell. loco cit. Pandulph. Collen. Neap. hist. lib. 3. & libro 4. S. Antonin. 3. p. tit. 19. cap. 6. Alphons. Ciacc. in Vit. Celest. 3. Chronic. Fossa noua, & alij cum Tarcagnota lib. 13.

David Psalmo 36. num. 35. & 36.

Iacobus Græcus loc. supra cit.

CAP. XXXIV.

Pro Cusentiæ Vrbe priuilegiorum confirmationem obtinet.

PRo inuictissimo sexto Henrico Romanorum Augusto in pace vtrūque Regnum dum consisterent, sanctum Abbatem è Florensi Cœ-
E nobio Cusentiam Vrbem accidit aduenire. Percallentes verò tùm nobiles, cùm ignobiles Cusentini apud Cæsaream Maiestatem, eiusque vxorem Constantiam Imperatricem in quanta Dei famulus deuotione, & reuerentia tenebatur, gratiarum, priuilegiorumque à prædecessoribus Regibus, Imperatoribusque eis concessorum, vt ipse ab Henrico Imperatore, & vtriusque Siciliæ Rege confirmationem obtinere operaretur, humiles, & accliui eum sunt depræcati. Ipse verò protinus eisdem spondit operam, tanquam pro eis, vt par erat, magis ardens charitate. Eos enim vt Conciues reputabat, & meritò quidem. Nam Cœlicum, ex quo B. Ioannes Ioachim ortum habuit, vt supra diximus, sicuti etiam prope Cusentiam

Sup. cap. 1. pag. 1.

Vici,

Vici, hijſdem gratijs, fauoribuſque, ac priuilegijs potitur, & gaudet, qui- A
bus & Cuſentia Ciuitas; cum Ciuitatis nomine in fauorabilibus etiam Vi-
ci, ſuburbiaque, ſiue Caſalia veniant; immò Ciuitas, & Caſale tanquam
vnum corpus exiſtimatur à lege. Et in caſu noſtro potiori etiam titulo,
quippe Cuſentini ad arma ſemper prompti; Imperantibus in Occidente
Ludouico tertio, & in Oriente Leone Philoſopho, ſub Pontificatu Bene-
dicti quarti Romani Pontificis, & anno Domini noſtri Ieſu Chriſti 901.
Abraham Sarracenorum Regi, qui Rhegium, nonnullaſque alias Calabriæ
Ciuitates cum euertiſſet, & ad id idem de Cuſentinis efficiendum, Cuſen-
tiam aduolaſſet, adeo obſtitere, vt interfecto per ipſos illius Primogenito,
omnem ei ad ingrediendum Cuſentiam Vrbem recluſerint aditum. Qua- B
re cum in Sacro Sancti Michaelis Archangeli Phano, (alijs Sancti Pancra-
tij dicunt) Abraham ſe recepiſſet, & ne dum de Cuſentinæ Vrbis, ſed &
de Almæ Vrbis, & Petri Apoſtoli ſedis deletione cogitaret, ſomno gra-
uatus, ab Apoſtolorum Principe Petro lethaliter percuſſus, ibidem inte-
rijt, vt prodet illius temporis ſcriptor Ioannes Diaconus. cuius verba
ſunt.

Ex l. Papillus §. Territorium. ff. de verb. ſignificatione.

Ioãnes Diaconus relatus à Paulo Gualterio de Sanctis Calabriæ lib. 3. c. 32.

*Tandem incredibilis fama volat interijſſe Regem, ſignaq; illa ſtupenda, nẽ-
pe Stellarum volatus, Gigantum pugna, & alia in Cælo apparitiones horrenda,
necem illius portendiſſe, tunc omnes dubia geſtientes lætitia, intimis expoſtu-
labant ex medullis, id verum vt foret, cæleſtis concederet Author. Eia nunc* C
*bone Ieſu, eia mæſtorum conſolator, & cui multum valere ſuperat, ſemper mæ-
ſtos tuos lætifica famellos, veniat, inquam, veniat, oramus, Nuncius, qui ſuper-
biæ filium, deſertorem Eccleſiarum, Sanctimonialium ſtupratorem, Virginum
violatorem, virorum Sanctorum combuſtorem, & omnium contemptorem, qui
ſe contra Vnigenitum tuum, contraque Templa ſacrata nominis ſancti tui, ſic ſu-
perbè erexit, vt penitus deroget te, ac viuificum nomen tuum digna referat cla-
de contritum, deijce, deijce Domine gladio virtutis tuæ, quemadmodum Pha-
raonem, qui in viribus, & equitibus ſuis confidebat, & ſeruos tuos, ſicut promiſe-
ras, liberaſti, & nunc Domine Rex Regum, clemens, pius, & miſericors, ſalua nos
de manu eius, quatenus eruti, & liberati omni tempore ſine timore mereamur* D
*laudare, & benedicere nomen gloria tuæ ſanctum, ſemper viuens, & regnans.
Igitur haud multò poſt cum quidam noſtratum, qui multo tempore in ipſis per-
uagauerat hoſtium tentorijs repedaſſet, ſciſcitanti ſe Gregorio Conſuli taliter
obitum inſulentis expoſuit Regis. Domine, inquit, cum proteruiſſimus ille ad ex-
pugnandam Vrbem Conſentinam exercitum omnem ſtudioſis deſtinaßet ſucceſ-
ſibus, & nullo modo ad ſuæ diſpoſitionis cupitum poſſet attingere, ſed inſuper fi-
lium ſuum cum valida pugnantium manu ibidem amittens: conſternatus ani-
mo, haud longiùs locari caſtra præcipiens, multa ſuper eandem, multa ſuper om-
nem terram hanc, maximè Romanam Vrbem, multa latrabat. Qui dum ma-
gno curarum fluctuaret æſtu, in quadam Eccleſia Sancti Michaelis Archangeli* E
*tandem procubuit, ſeramque dedit per membra quietem, cui mox in ipſo ſtatu
ſine mora furenti, quidam viſu grandæua imagine ſenex apparuit, ad quem ille
rapido hæc addidit ore. Cur, inquit, iniuſſus coram me es auſus ingredi moritu-
re? Non . . . . . . & te non prorīpis foras. Sed Senex in veſanum coniecit ba-
culum, quem manu tenebat, & eum in femore percuſsit, & ex oculis eius euanuit.
Tunc illi per ſomnium euigilanti ingens pauor aduenit, ac per tota caſtra dire-
xit, vt ſi quem lati . . . . inueniſſent, mox ad eum quantocyus ferrent. Mox
me inuenientes properanter adduxerunt, & me interrogans ait. Qualis, quan-
tuſque ſit Petrus ſenex, ediſſere mihi, cui ego turbatis vocibus dixi, ò Domine
neſcio,*

A *nescio quem Petrum asseris. Ast ille, Romanum, inquit, nusquam vidisti enim pi-ꝺturatum. Statim animatus confidenter aio. Domine senem grandaeua imagine, caput, barbamque attonsus. Protinus ille, ipse me, ait, percussit, nam cũ membra thoro dedissem. & cor meum varias raptum in curas, multa super hesperia, Romana praesertim Vrbis demolitione versaretur, subitò virilis ille senex adstans apparuit, & magna vi, telum contorquens, latera mea transfodit. Sic fractus ab illo die, nequaquam surrexit, sed quotidie ingrauescente dolore, cuncta sua paucis diebus intestina emittens, stigialia regna petiuit, elisiumque illud lactis, & mellis inuenit, quem pro Christiana destructione secus falsidicus promiserat sponsor. Mox Nepos eius, qui suffectus in tyrannidem fuerat, cum illo in-*
B *genti, quamquam discordi, exercitu ad propria remeans, multos ex eo naufragio amisit.* Hactenus Ioannes Diaconus. Tarcagnota vero, & alij referunt Sarracenorum hunc Regem Abraham in Cusentina oppugnatione fulminis ictu diuinitùs interijsse, sed antiquorum nulla probant auctoritate scriptorum. Sarraceni itaque ad propria reuersi ne dum commilitonum, quàm Regis filij, ac ipsius Regis Abraham de effusi sanguinis vltione cõtra Cusentinos diu cogitauere. Sexaginta nouem annorum spatio tãdem incomparabili exercitu comparato, inque Calabriam appulsis, suas exonauere naues, & veluti locusta, & brucus regionem tegentes vniuersam, Cusentiam, Brettiorum Metropolim nobilissimam, & antiquissimam igne,
C ferroque, ac saeui excidio omninò miserabili euertere, imperantibus Nicephoro Foca in Oriente, & Othone magno Saxone in Occidente, in Principis Apostolorum Cathedra sedente Ioanne tertio decimo, & à partu Virginis anno noningentesimo septuagesimo, & ante ortum nostri Dei viri Ioannis Ioachim circa annos 141. Quapropter illi Cusentini, qui Sarracenorum manus euaserant, ad conuicina se recipientes latifugia, Vicos, seu Castra circumcirca instituerunt, haud multò procul ab Vrbe dirruta, vt ex Ptolomeo de Lucca, Bernardino Marturano, & Ioanne Paulo de Aquino probat Graecus. Condiderant prisci Cusentiam Vrbem in Colle septiuertici, vt etiam nunc Cusentinorum ostendunt insignia, septem Montiũ
D aureorum nempe in campo viridi. Ea tandem, vt diximus, à Sarracenis euersa, Collium relicta parte, è latifugijs descendentes multi ad ima se traduxerunt, tum ob fontium, & amnium opportunitatem, tum ob aduenarum traiectionem, & negotiorum causa, quibus incumbunt, & in decliui loco Septentrionem spectanti, quem Crathis, & Basentum flumina claudunt in peninsulae formam, Cusentiam struxerunt, vt tradit Surrentus, ac Arcem in iugo montis munitissimam, vniuersae Vrbi, ac circumiacentibus Vicis, siue Castris imminentem. Cusentina itaque Castra non sunt aliud, quam pars Ciuitatis eiusdem, proindeque optimè fari licet, Cusentiam Vrbem Dei Viri Ioannis Ioachim fuisse Patriam, pro qua gratias, & priuile-
E gia se impetraturum pollicitatus est: quorum iuxta votum ad Augustissimam Imperatricis Constantiae Maiestatem epistolam scripsit tenoris sequentis.

Ioann. Tarcagn. in histor. Mundi par. 2. lib. 10. Gabr. Barr. de antiq. & situ Calab. lib. 2. Hieronymus Maraf. & alij.

Blondus lib. 13. & Auctores citati loco citato.

Iacob. Graec. in Chronolog. Ioachim ante sectionem primam.

Io: Dominicus Surrentus Cusentin. in suo opere M. S. de Reb. Calabris. cap. de quibusdam Calabriae Ciuitatibus, sub titulo de Cusent. Vrbe, & Calabria Metropoli.

Quemadmodum Rex Regum Deus praeelegit, & exaltauit te, tribuitq; omne desiderium cordis tui; ita par est, vt Vassallis tuis gratias affluenter impartias. Oro igitur humillimè Maiestatem tuam, vt intercedas pro Ciuitate mea ad Caesarem, cui te coniunxit Altissimus: spopondi enim Ciuitati ipsi à benignitate tua gratias omnes, & priuilegia, quae exoptant, nec inanes adfuturas supplicationes meas. Interea annuncio Maiestati tuae, quod D. Ioannes Kala miles, & affinis inuictissimi Caesaris Viri tui caelitus inspiratus pompas Mundi reli-

Ex lib. Epist. Ioach. Abb.

quit

quit hoc animo, vitamque elegit Eremiticam apud eius Arcem cum paucis Fratribus, ibique statim Deus mirabilia operatur in eo, ac ideò sicut iuuenis Regnum Regis tui ampliauit armis, ità recedente ætate ipsum firmabit orationibus, quod Deus Omnipotens concedat Maiestati tuæ, quam humillimè reuereor. Datum ex Monasterio Florensi quarto nonas Augusti. Henricum autem Augustum sic* A
præcatur.

Ex eodem libro.

Inuictissime Cæsar commendo apud Maiestatem tuam Ciuitatem meam, & Conciues meos, qui ante pedes tuos humillimè se prosternunt, orantes concedi eis gratias omnes, & priuilegia, quæ ab antecessoribus vestris habuerunt; nec existimo ab immensa benignitate Maiestatis tuæ preces meas, & Conciuiū meorum inanes adfuturas esse, sed voti compotes, ita Deus omnipotens seruet incolumen Maiestatem tuam, quam humillimè reuereor. Ex Monasterio Florensi quarto nonas Augusti. B

Et habito ab Imperatrice Constantia consolatorio responso, illius Robertum de Castilione familia, quæ nunc Maurella dicitur, Cusentinæ Vrbis Patritium, & Conciuem suum sequenti epistola participauit.

Ex cit. libro epist.

Mitto D.V.R.D. Angelum Contubernalem meum, qui epistolam nouissimam Augustissimæ Imperatricis tibi, & Conciuibus nostris ostendat, vt æquo sis animo, dum omnia iuxta votum à Cæsarea Maiestate expediuntur, vt ex ipsius expeditionibus mox elucidabitur. Interea Amice dulcissime me Deo commenda. Vale ex Monasterio Florensi sexto kalendas Aprilis millesimo centesimo nonagesimo.... C

Cumque gratiarum, ac priuilegiorum, Imperatrice Constantia, vt dictum est, fauente negotio, confirmationem à sexto Henrico Sueuo Romanorum Imperatore, & vtriusq; Siciliæ Rege iam esset consecutus, Imperatrici Nortmannæ Constantiæ Dei famulus gratias egit innumeras in hæc verba.

Ex lib. cit. epist. Abbatis Ioachim.

Ad Augustissimam Maiestatem Imperatricis Constantiæ. Innumeras Maiestati tuæ gratias ago ob beneficia, quæ ab immensa benignitate tua tam Ciuitas mea recepit. Mitto P. D. Cherubinum Contubernalem meum, vt Maiestas tua tradat sibi scilicet illas Reliquias, quas mihi spopondit, præsentaneam siquidem meam mihi, & familiæ meæ præstabit, vt orationibus nostris, licet indignis, commendemus Altissima incolumitatem Maiestatis tuæ, quam humillimè reuereor. Ex Monasterio Florensi kalendis Iunij. D

Quibus ex litteris sanè satis apertè colligitur, non solùm in quanta fuerit vir Dei apud Cæsaream Maiestatem, eiusque Vxorem, ac cæteros Principes familiaritate deuinctus, & deuotione detentus, sed & ipsius pro Cusentinis prompta protectio, ac erga sanctorum Reliquias extrema, eximiaque deuotio. Quæ autem, quales, ac quantæ fuerint ab Imperatrice Constantia per Patrem D. Cherubinum ad Dei famulum transmissæ sanctorum exuuiæ, vsque adhuc mihi inexploratum, illas attamen maximè insignes, non extitisse, non est qui ambigat. Et licèt Prælatorum, Religiosorum, Procerum, Magnatumque, ac Principum causante deuotione, thesaurus ille ingens sacrarum Reliquiarum magni Viri Ioachim in Floris Cœnobio collectus industria, diminutus dicatur, & alibi in decenti loco repositæ, vt ipsemet obseruaui in celebri præsertim Sanctuario, quod summa, egregiaque structura in suo proprio Palatio instituit Illustrissimus, & deuotissimus pariter Don Ioannes Baptista Pescara de Diano Dux Saracenæ Oppidi, *Sestium*, vt Barrio placet, antiquitùs dictum. Illæ tamen, quæ supersunt, nostra relatione dignæ sunt, & æquo, gratoque animo referimus, E

Gabr. Barr. Francic. de antiq. & sit. Calabria lib. 2.

vt

A vt Christi fideles infra nominandorum Sanctorum excitati memoria, possint, eorundem intercessione suffulti, propria peccata delere, & candidas facere animas suas in sanguine Agni.

CAP. XXXV.

A Dei famulo tùm ab Imperatrice Constantia, cùm ab alijs, Sanctorum impetratæ Reliquiæ, recensentur.

B Magnus sacrarum Reliquiarum thesaurus Christi Iesu famuli Abbatis Ioannis Ioachim ab Imperatrice Constantia, alijs tùm Ecclesiasticis, cùm sæcularibus industria emendicatarum Principibus, in suo Floris Cœnobio collectus, reconditusque, & qua decet, à deuotis Christicolis nimia in veneratione, & reuerentia habitus in inuentario registratur ordine sequenti.

De sanguine Domini nostri IESV CHRISTI.
De Panno intincto ex sanguine eiusdem Domini.
C De Veste Dñi nostri IESV CHRISTI.
De Vestimento Infantiæ eiusdem Domini nostri.
De Velo Intemeratæ Virginis Mariæ Matris eius.
De altero Velo eiusdem Deiparæ Virginis.
Plura frusta Sanctissimæ Crucis Domini.
D De Lapide Sepulchri eiusdem Domini Nostri Iesu Christi.
De Sancto Petro Apostolo.
De S. Andrea Apostolo.
Item de S. Andrea Apostolo.
De S. Iacobo Apostolo.
Dens S. Philippi Apostoli.
De Capite S. Bartholomei Apostoli.
Dens S. Lucæ Euangelistæ.
Item de S. Luca Euangelista.
E De S. Marco Euangelista.
De S. Rodos vno de septuaginta duobus Discipulis.
De S. Laurentio Leuita, & Martyre.
Item de pulueribus eiusdem S. Laurentii.
Item de Laminibus eiusdem S. Laurentij.
De Sanctis Innocentibus.
De Sanctis Cosma, & Damiano Martyribus.

De Sancto Sebastiano Martyre.
De S. Christophano Martyre.
De S. Blasio Martyre.
De S. Cipriano Martyre.
De S. Cosmo Martyre.
De Capite, Bracchijs, & cæteris Reliquijs Sãctorum Nerei, Archilei, & Pancratij Martyrum.
De S. Nicomede Martyre.
De S. Pantaleone Martyre.
De S. Nicolao Martyre.
De S. Thoma Martyre.
De S. Anastasio Martyre.
De S. Georgio Martyre.
De S. Procopio Martyre.
De Sanctis Quadraginta Martyribus.
De Sanctis Chrisanto, & Daria, Martyribus.
De Sanctis Lucio, & Geminiano Martyribus.
De S. Stephano Papa, & Martyre.
De pluribus Sanctis Martyribus.
De S. Zacharia Patre S. Ioannis Baptistæ.
De Sancto Leone Papa.
De S. Zacharia Papa.
De S. Alexandro Papa.
De S. Gregorio Papa.
De S. Sixto Papa.
De Capite S. Basilij Magni.
Item de S. Basilio.
Item de S. Basilio.

De S.Gregorio Theologo.
De S.Dionysio Areopagita.
De S.Paulino Episcopo.
De S.Martino Episcopo.
Item de eodē S. Martino Episcopo.
De S. Ioanne Chrisostomo.
De S.Guillelmo Episcopo.
De S. Albinō Episcopo.
De sanguine S. Thomæ Episcopi.
De S.Machario Abbate.
Item de S.Machario Abbate.
Item de eodē S. Machario Abbate.
De S.Saba Abbate.
De S. Bernardo Abbate.
Item de eodem S.Bernardo Abb.
De S. Alexio Confessore.
Item de eodem S. Alexio.
De S. Eusebio Presbytero.
De S. Leucio.
De Sancto Zacharia.
De S. Cataldo.
De S. Bonifacio.
De S. Machario.
De S. Iusto.
De S.Anastasio.
De S. Sabino Confessore.
De S. Protestato.
De Sancto Petro Presbytero Alexandrino.
De S.Damiano.
De Sancta Maria Magdalena.
De Sancta Anna.
De S.Maria matre Sanctorum Iacobi, & Ioannis.
Item de Reliquijs eiusdem Mariæ ab Episcopo Verulano Abbati Florensi donatis.
Item de Panno guttante sanguinem recētem, quando dictæ Reliquiæ in eodem panno inuolutæ inuentæ fuere. A
De Sancta Margarita Virgine, & Martyre.
Item de Sancta Margarita Virg. & Martyre.
Item de eadem S. Margarita.
Item de eadem S. Margarita.
De Sancta Iuliana Virgine, & Martyre. B
De Vndecim millibus Sanctis Virginibus, & Martyribus.
De Capite, & Velo S.Eugeniæ Virginis, & Martyris.
De S.Petronilla Martyre.
De S.Agnete Virgine, & Martyre.
Item de eadem S.Agnete.
De S. Barbara Virg. & Martyre.
De S.Euphemia Virg. & Martyre.
De Sancta Anastasia Virg. & Martyre. C
De S.Lucina Apostol. Discipula.
De S. Prisca.
De S. Monacha Sancti Augustini Matre.
De S.Eufrosina Virgine.
De Sancta Nimpha Virgine.
De Pallio Sancti Thomæ Cantuariensis.
De Veste Sancti Brandoni. D
De Lapide Caluariæ loci.
De Lapide Montis Olivueti.
Item de Lapide eiusdem Montis Olivueti.
De Lapide Gethsemani.
De Lapidibus, quibus Sanctus Stephanus fuit lapidatus.

Sunt insuper quamplurimæ aliæ Sanctorum Reliquiæ, quarum etsi nomina temporum deleuerit edacitas, eorum tamen Animæ à dextris Dei assistunt, ac in æternum viuunt, & semper promptæ in nostrum adiutorium intendere, & in necessitatibus nos ad adiuuandum festinare. E Est tandem insuper eadem in Floris Ecclesia, vna catena ex his, quibus Petrus omniū Apostolorum Princeps fuit alligatus, de quibus mentio fit in Apostolorum Actibus. *Erat Petrus dormiens inter duos milites vinctus catenis duabus.*

Auc. in Actib. Apostolorum c. 12. n. 6.

CAP.

A

CAP. XXXVI.

A Celestino tertio Florensis Ordinis Institutionum confirmationem obtinet. Vbi & de Psalterij decem cordarum origine, ac de Psalmodiæ virtute.

DEi famuli Ioannis Ioachim suauitatis odore vbiq; diffuso, ad lactis, mellisque syluestris captandam dulcedinem, innumeri confluxerunt: qui talis, ac tanti floris iugi fructificatione retenti, Florense mirabiliter
B compleuerunt Aluearium. Quibus cum esset in Domino cor vnum, & anima vna, perfectissimi tanti Magistri sequaces desiderabantur penes omnes. Pro eorum Didascolo enim vnusquisq; Principum condere Monasteria in sua ditione gaudebat, & Florenses Colonos de longinquis adducere partibus procurabat. Ne autem ab arcta viuendi methodo, à se post Floris loci impetrationem instituta, in posterum declinarent, totum duxit Pontificis auctoritate vallandum. Iter itaque arripiens, Casamariũ deuenit. Quem videns Geraldus Casamarientium Abbas, (cui nõ Gregorius Nonus, vt dixit noster Vghellus à Chronicon antiquo fortasse hallucinatus, sed Innocentius tertius direxit decretale *de Probationibus.*
C *cap. in præsentia*) eiusque Confratres Monachi præ nimio dilectionis affectu, Dei famulum apud ipsos per aliquot dies, vt remaneret, fuere supplicare compulsi. Dum igitur iuxta istorum votum, in Casamarij Cœnobio moram traheret, Sanctissimus Penthecosten adfuit dies. Et quamuis omnibus in diebus ad Spiritum sanctum orationes, & præces dirigere consuesceret, quàm maximè tamen in eo die. Stans itaq; in oratorio, & Deum optimum maximum adorans, accidit ei hæsitatio quædam de summa Trinitate, ac si difficile esset intellectu, vel fide, omnes tres personas esse vnum Deum, & vnum Deum esse tres personas. Et conterritus vehementer, Spiritum sanctum orando cæpit inuocare, vt Sanctissimæ
D mysterium Trinitatis adaperire dignaretur. Cœpitque ineffabili psallere cum deuotione, cumque ad certum Psalmorum deueniflet numerum, extemplò Psalterij forma suo occurrit animo, & in eadem tàm clarũ, lucidumque, atque apertum ineffabile Sanctissimæ Trinitatis mysterium intellexit, vt statim exclamando diceret. *Quis Deus magnus sicut Deus noster, magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientia eius non est numerus.* Illicò Psalterij decem cordarum opus in eodẽ Casamarij Cœnobio est exorditus, quem cum vidisset in scribendo lassum Geraldus Venerabilis Abbas, protinus Lucam Monachum, scribam suum, virum vitæ mirabilem, ac morum integritate integerrimum, in scriptorem concessit.
E Huius adiutus suffragio, primum eiusdem operis librum perfecit ibidem, secundum verò librum, atque tertium alibi post duos annos expleuit. P[illegible]sum librum obtulit Patri, secundum Filio, tertium Spiritui sancto. Et [illegible] hoc Psalterij decem cordarum opere adeò de ineffabili sacræ Trinitatis mysterio disserit subtiliter, atq; profundè, vt vix ei Sanctorum Patrum alter comparari possit. Si quis ergo sapientia indiget, Didascoli nostri B. Ioannis Ioachim normam obseruet. Vnde Dauid doctrinæ perfectionẽ per psalmodiam obtineri posse, volens ostendere, confitetur, & ait. *Ego autem semper sperabo, & adijciam super omnem laudem tuam, os meum annunciabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.* Et quasi quæreretur de fructu,

Vghell. Abb. in sua Italia Sacra tom. 1. Verbo Verulani Episcopi, ante num. 1. Chronic. antiquum apud ipsum ibid. sub n. 6. & relatum à nobis supra cap. 19.

B. Ioach. Abb. Flor. in præfat. ad Psalt. decem cordarum, & ad verbum infra capite 67.

Grao. fol. 42.

Dauid in Psalm. 70. nu. 14. 15. 16. & 17.

quem ex inde erat consecutus, adiecit. *Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini, Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus docuisti me à iuuentute mea, & vsque nunc, pronunciabo mirabilia tua.* Habere autem virtutem hanc Psalmorum iubilationem assiduam, Sanctus Gregorius Papa testatur, dicens. *Vox Psalmodiæ cum per intentionem cordis agitur, per hanc omnipotenti Deo iter paratur, vt intentæ menti, vel Prophetiæ mysteria, vel compunctionis gratia infundatur.* Hæc est igitur Clauis Dauid, hæc Prophetarum apertio, intenta videlicet, & deuota, assiduaq; absque vanitatis vlcere Psalmodiæ iubilatio Dei causa prolata, per quam iter paratur Domino, vt descendat ad cor, illudque gratia incendens sua, etiam Dei secreta intelligere faciat. Vnde S. Iacobus Apostolus in sua canonica ait. *Tristatur aliquis vestrum, oret æquo animo, & psallat.* Adeò enim Psalmodiæ virtus est laudabilis, vt non solũ eum, qui sanus est, in gaudio seruet, verum etiam consolidet, & sanet eum, qui contritus est corde, & dato illi cordis solamine, à mentis amaritudine medeatur. Mansit itaque Dei homo Ioachim cum Casamariensibus quasi mensibus tribus, & deinde humillimis gressibus ad Celestinum tertium Pontificem summum profectus est, & post multa, per ipsum Christi Vicario fuere præsentata sui noui Florensis Ordinis Instituta. Celestinus verò tanquam Pater prouidus, prouidè illa sancita comperiens, & Ioannis Ioachim prouidentiam admirans, nedum illa approbauit, sed & ab omnibus obseruanda, auctoritate mandauit Apostolica, datis desuper litteris ann. Dom. 1196. sui Pontificatus anno sexto, octauo kal. Septembris, sequentis tenoris.

Iacob. Apost. in epist. canonica cap. 5.

A B C

Celestinus Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Ioachino Abbati, & Conuentui de Flore salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum in nostra esses fili Abbas præsentia constitutus, tuis nobis relatibus expressisti, quasdam Institutiones de vita Monachorum tuorum, & monasteriorũ tuo Cœnobio subiacentur, & de rebus ab ipsis Fratribus, & Monasterijs in posterum possidendis, & eorum numero te fecisse, quas vt in eisdem Monasterijs, & ab ipsis Fratribus obseruentur, confirmari à nobis cum instantia postulasti. Nos igitur tuis precibus inclinati, prædictas Constitutiones, sicuti à te prouidè factæ sunt, authoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Firmiter inhibentes, ne ipsarum Constitutionum forma in Monasterijs supradictis temeritate cuiuslibet eneruetur. Nulli ergo omninò hominum licitum sit hanc nostræ paginam confirmationis, & inhibitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ octauo kalendas Septembris Pontificatus nostri anno sexto.

Ex Florensi Tabulario.

D

Extat tam saluberrimi Instituti in Iure mentio, & à nobis danda infra, nec non in Bulla Canonizationis Sanctissimi Dominici Prædicatorum Ordinis Institutoris, à Laertio relata, ac pluribus alijs in Bullis in Floris Tabulario asseruatis. Quæ autem fuerint à Dei Viro conditæ leges, adhuc mihi incompertum. Verũ enim verò dũ pro meæ Congregationis negotijs Oratoris agerem munus, eas ab antiquitatum amatore P. D. Constantino Abbate Caietano in Bibliot. Vaticana fuisse lectas, eiusdẽ relatione didici; mihi tamen hoc per tempus non licuit, sicuti & alia multa pro Dei famulo scitu dignissima in eadem Bibliotheca registrata. Cæterum Celestinus tertius erga Ioannem Ioachim Abbatem habitis suæ humanitatis, & dilectionis officijs (quippè à temporibus Lucij tertij, Vrbani tertij, Gregorij octaui, atque Clementis tertij, cum adhuc sacra induebatur purpura eum

Decretalium. lib. 1. cap. 2. Damnamus. Infra cap. 66. Laertius Cherubin. in Bullario tom. 1. Gregorij 9. Constit. 8.

E

A nimium diligebat, tùm ob prophetiæ spiritum, quo eum decorauerat Altissimus, cùm ob sanitatem, vt testatur Lucius à Donato) Dei Viro ad propria remeandi licentiam, & benedictionem indulsit, atque in Domini vinea à se institutam propaginem, vt propagaret, atq; rigaret imposuit.

Lucius à Donato in tractatu de Spiritu Prophetiæ B. Ioãnis Kala.

CAP. XXXVII.

Commeantis sitim sedat, Bruta animalia ei parent, & Imperatricem Constantiam ex imperiali Solio descendere facit.

B

IOannem Ioachim Florensem Abbatem, vnà cum Luca Monacho, eius Scriba in Florem reuersum, mox grauissimarum rerum tractatus in Siciliam, & Panormitanam Vrbem vocarunt. In Trinacriam itaq; Insulam simul vnà pergentibus mense Nouembri, accidit, vt itineris tùm lassitudine, tùm hospitij tarditate mirum in modum Lucas ipse sitiens, de nocte surgendo biberet. Idque Ioachim pluries compatiens passus, tandem obseruantiæ zelo succensus, & eum Regulæ contrafacere, illiusque obser-
C uantiam demoliri, benignè in lenitatis spiritu præmonuit; addens eum passione non debere superari; immo de Dei bonitate confidens, penitus abstinere curaret. Obtemperans ergo illius præceptis, & præcibus adiutus eiusdem, de cætero Lucas non sitiuit. Pro quo, & Domino Deo, ac Ioãni Ioachim eius famulo gratias Lucas egit innumeras, atq; in posterum in abstinentia mansit. Cumque Panormum, Siciliæ Vrbem, gymnasio publico, & magnificis ædificijs ornatam, ac propter nauium confluentiam, virorum munificentiam, & Regiæ præsentiam Curiæ nobilissimam, peruenissent, in Sancti Spiritus se continere Cœnobio Sambucinæ filiationis, Sacri Cisterciensis Ordinis, de quo hæc Angelus. *Ergo prima fundatio præ-*
D *sentis anni* (idest 1173.) *Spiritui Sancto sacrata est, si sub alio instituto non præcessit, quod probabilius censeo, prima, quæ ab initio Cisterciensiũ Virginẽ non agnouit, quãuis reuera in melius cõmutauit. Concessum id fortasse fundatoribus, & eorum pietati; nec reputatum Virgini displicere, quod Spiritus Sanctus pro ea subrogaretur. Abbatia in Regno Siciliæ sita iuxta Panormum, Authorem habuit Vualterum Archiepiscopum eiusdem Vrbis. Promotorem Guillelmum Regem Siculum, Monachos ex Sambucina vocatos, qui nouum Monasterium permagnificè structum inhabitarent. De situ loci, fundatoribusque ita Thomas Fascellius de rebus Siculis. Tertia porta (scilicet Panormi) à S. Agatha (cuius ædicula ad passus circiter CC. ab ea dissidet) nomen accepit. Quam deinde sequitur tem-*
E *plum Spiritui Sancto sacrum, & Cænobium Cisterciensis Ordinis illi annexum: præclarum quidem, & à Gualtero Panormitano Archiepiscopo ad ripam fluminis, quod Sarracenis eo tempore Habes nominabatur, gratia, & fauore Guillelmi Secundi Siculi Regis conditum, vt in suo priuilegio dato Panormi, mense Nouembris anno salutis MCLXXIII. Guillelmus ipse testatur. Hæc ibi, quæ eadem confirmat sequenti decade præfigens tempus, & distantiam loci ab Vrbe. Sub idem tempus (sed triennio post ponit domum) Gualterius Panormitanus Archiepiscopus, Guillelmi Regis auxilio templum maximum Panormi, & Cænobium Sancti Spiritus Cisterciensis Ordinis, quod Panormi ad quingentos passus meridiem versus distat, condidit. Ita Fazellus.* Et numero immediatè sequenti subdit idem

Syllan. admirab. 2.

Angelus Manrique in Annalib. Ecclesiasticis tom. 2. ad ann. 1173. c. 7. nu. 4. 5. & 7.

Thomas Fazell. de rebus Sic. prior. Decad. 18. lib. cap. 1.

Idem posterioris Decadis lib. 7. cap. 5.

idem Manrique. *Celebre est templum Monasterij S. Spiritus, non solum in Sicilia, sed in Italia, immò in tota Europa duplici titulo; altero ob fabrica ingentem magnificentiam, cui construenda, dum prima fundamenta iacerentur, inuentum, siue à Deo oblatum thesaurum, produnt, quem Vualterus insumpserit, non aliter tantum opus consumpturus. Cuius (idem qui supra Thomas ait) Cementarij, dum fundamenta fodiunt ex improuiso in thesaurum ingentem incidunt: quo postea Gualterum templum maximum tota Italia celeberrimum, breui alioquin temporis interstitio, si opus conferas, perfecisse, Annales Siculorum referunt. Hac prima causa, secunda, atque celebrior ob eas, quas vulgò vocant Vesperas Siculas celebratas ibidem post centum annos, multo Gallorum sanguine effuso, violata Religionis, & pudicitia, acri vindicta sumpta, de qua nos latè in tempore dicemus.* Et numero septimo. *Refert* (inquit Angelus Manrique) *& idem Auctor* (supple Thomas Fazellus) *historia dignum, prima die inchoata Cœnobij fabrica, Solem eclypsim passum, quod Siculi omnes Annales testificantur. Porrò, si id ad portentum referamus, non abs re erit, vt defectum Solis, futurum in ea domo Cistercienfis instituti defectum interpretemur. Quippe eandem, post plura licet sæcula, ad Montiolivetanos transijsse, hodie magno Panormi Nosocomio in Rocho Pyrrho, alijs recentioribus vnitam lego: quod tamen qua occasione gestum sit, suis tempore, & loco dicendum erit.* Hactenus Manrique de Monasterio Sancti Spiritus Panormi. Cum ergo se in dicto continerent Cœnobio, Magnus Dominus, & laudabilis nimis in sæculũ, & in sæculum sæculi nedum homines famuli sui Ioachim sanctitatem admirari, & in admiratione recolere dedit, verum etiam ipsa animalia bruta eidem obtemperare mandauit. Quippè colloquente Ioanne Ioachim in antedicti Sancti Spiritus Monasterij claustro cum Alexandro, Venerabili illius Monasterij Abbate, de rebus valdè ad rem pertinentibus, Gracilla quædam iuxta colloquentes procaciter canendo, molestare non desistebat illos, & nec infestare cessabat. Homo autem Dei sic illi est comminatus. *Heu tace, suum ne nobis es venditura fimum? Pracipio tibi, vt hinc absistas.* Et ecce (mirabile dictu) ac si humanum habuisset intellectum, demissa cũ capite voce, iubentis obtemperauit imperio. Abbas autem Alexander admiratione plenus laudauit Deum in corde suo, considerans, qualiter intellectu carentia, quandoque hominibus Dei seruis parendo, exhibentur dociliora. Sicut scriptum est de eis. *Cognouit Bos possessorem suum, & Asinus Præsepe Domini sui; Israel autem me non cognouit, & Populus meus non intellexit.* Viro Dei insuper non tantùm animalia pusilla in memorata Panormitana Vrbe, at etiam & Reges eius cum omnium admiratione paruerunt. Quippè cum alia vice B. Abbas in eodem existeret Cœnobio Sancti Spiritus, feria 6. in Parasceuen, ecce Dei famulus vocatus est (eius enim fama totum peragrauerat Orbem, vt vsque ad fines terræ reconciliatio fieret) ad Palatium Constantiæ Imperatricis, (ista enim ei confiteri volebat) ad quam, ad Oratorium stantem, seruus Dei cum peruenisset, in sedula prope illam, in Imperiali Solio sedentem, sedit paulisper demissiùs. Adaperiens autem Imperatrix ei confitendi propositum, Constantiam Imperatricem ea qua debuit, authoritate frenauit, dicens. *Ego nunc Christi locum: tu Magdalenæ pœnitentis vicem geris, descende de Solio, & sta in terra, & sic fideliter, & confidenter confiteris, aliter vt debeo te meritò non intelligam.* At illa tanti Viri vultu, & veneratione perterrita descendit, & pœnitentiũ more in terra stetit, & sic humiliter confessa est peccata sua, cunctis mirãtibus; & seruus Christi, tanquam Ambrosius alter, Imperatricis personam non

Marginal notes: *Idem Thom. Fazellus prioris decad. libro 10. cap. 1.* — *Lib. 8. cap. 1.* — *Syllan. admir. 13.* — *Isaias cap. 1. n. 7.* — *Iacob. Grac. in Chronologia sect. 31.*

Margin letters: A, B, C, D, E

A non formidans, Domini imbutus authoritate, coram Regibus locutus est de testimonijs eius,& nec confusus. Constantia insuper, sicut erat ab ineunte ætate deuota, & in Monialiũ Monasterio à primis vnguibus vsq; ad senectam alita, tanti Viri maiestate, sanctitateq; concepta, secundum Dei famuli verbum se in omnibus gratanter aptauit, & eo audito, multa faciebat.

CAP. XXXVIII.

B De mirabili Florensis Ordinis dilatatione, deque eius Monasterijs.

Pontificia, vt diximus, authoritate vallatum Florensem Ordinem, ab Abbate Ioanne Ioachim institutum, adeò respexit Dominus, & descendit in ipsum, vnde spirabat hysopus humilitatis, vernabat lilium castitatis,& rosa fragrabat amoris, vt verè beatificatum super omnes Ordines,& beatum dicerent omnes generationes, vbiq; eius prædicaretur sãctitas, vbique eius humilitas exaltaretur, vbique eius excellentia extolleretur. Florensis itaque ordo, tanquam Domini Sabaoht vinea, breuissimo C temporis cursu à mari vsque ad mare palmites suos extendit, & sicut cinnamomum,& balsamum aromatizãs sanctitatis, & suauitatis odorem emisit. Audientes enim nouellæ plantationis famam Regionum Antistites, Virique incliti, ac Negotiatores terræ,& hilari animo, & larga liberalitate vnusquisque in sua ditione sublimia edificauere Cœnobia, Virorum, & Mulierum deductis Florentium Monachorum colonijs è longinquo. Inopinataque celeritate spatiosissima, & speciosissima completa visa fuere Cœnobia. Quorum numerus omnium vsque adhuc nobis ignotus,& quæ ad nostram deuenere notitiam extitere. Sup.cap.36.

Monasterium Floris, Florensis Ordinis Caput, à B. Abbate Ioachim in D Diœcesi Cusentina fundatum anno Dominicæ Natiuitatis 1189.

Monasterium Caloluber, aliàs Boni Ligni Cusentinæ Diœcesis.

Monasterium de Medio Domini Ægidij Monialium in Vrbe Cusentina.

Monasterium S.Mariæ de Fontanella Monialium apud Oppidum Mendicini Cusentinæ Diœcesis.

Monasterium de Bellofonte Monialium apud Vrbem Paulæ Cusentinæ Diœcesis.

Monasterium Tassitanum, Cerenthiæ Diœcesis in Calabria.

Monasterium Montis Marci, eiusdem Cerenthiæ Diœcesis.

Monasterium Cabriæ eiusdem Cerenthiæ Diœcesis in Calabria.

E Monasterium S.Mariæ de Aquauiua in tenimento Barbari, in loco olim dicto *Monacharia*, in Calabria.

Monasterium S. Laurentij de Cropano, in Diœcesi Cathacensi.

Monasterium Sanctæ Mariæ de Gloria in Anagnina Diœcesi.

S.Mariæ de Tertia Acheruntinensis Diœcesis, in Apulia.

S. Mariæ, alias S.Thomæ de Rotigliano, Cupersanensis Diœcesis, in Apulia.

S.Mariæ duodecim Apostolorum, nuncupatũ la Bagnara, in Calabria.

S.Angeli Militini, Rossanensis Diœcesis, apud Campanam, in Calabria.

S.Mariæ de Monte Morteti, supra Nimpham, Velletrensis Diœcesis.

S.Ma-

S.Mariæ de Tullis. A

S.Mariæ, & Martyrum.

S.Mariæ de Rubiliano Stabianæ Diœcesis.

S.Cassiani.

S.Georgij.

S.Petri de Campo Maiori, Lucaniæ Diœcesis.

S.Viti, Polignianensis Diœcesis.

S.Andreæ, in territorio Cariati, Cariatensis Diœcesis in Calabria.

S.Martini de Squillace, Squilacensis Diœcesis in Calabria.

S.Michaelis in territorio S. Martini, in loco, qui dicitur *Tpsifocrati*, in Calabria. B

S.Mariæ de Miserto,

S.Mariæ de Fonte Martio, in Calabria.

S.Iacobi.

S.Marinæ de Vistella, & aliquando de Stellis nuncupatum, situm in monte Myrteto Diœcesis Amalphitanæ, quod viguit (vt mihi retulit Amicus, & Dom. meus Abbas D. Ioannes Baptista de Afflitto Neapolitanus, Patritius Scalensis, in enucleandis antiquitatibus versatissimus, & in vtroque iure maximè clarus) vsque ad Aragonentium tempora, & quampluri-mis insignibus priuilegijs fuit tàm ab Apostolica Sede, quàm ab Imperatore Friderico secundo decoratum, in quibus eximiè commendatur sanctitas Monachorum tàm dicti Monasterij, quàm totius sacri Florensis Ordinis: fuit postea ex causa Commendatariorum à Monachis derelictum, & successiuè vnitum Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Amalphitanæ. C

Monasterium Monialium S.Helenæ in extremitate territorij Ciuitatis Scalarum, & propè Amalphiæ Vrbem, & viguit vsque ad tempora Iulij Rossini Archiepiscopi Amalphitani, à quo fuit vnitum Monasterio Sancti Nicolai de Campo Ciuitatis Amalphitanæ Monialium nigrarum, eò translatis Monialibus huius Ordinis, & vigebat tempore nostri B.Ioachim Abbatis, vt nobis testatus est idem antiquarius Abbas D.Ioannes Baptista de Afflicto. D

S.Angeli in Fringillis, apud Misuracam Sanctæ Seuerinæ Diœcesis in Calabria.

Calabro Mariæ, aliàs nunc S.Mariæ de Altilia eiusdem Sanctæ Seuerinæ Diœcesis.

S.Mariæ Fontis Laureati, apud Flumen frigidum, Tropæensis Diœcesis in Calabria. Et hæc, quæ recensuimus, ex Floris Archicœnobio propagata Cœnobia, ex aliquibus eiusdem Ordinis diplomatibus, quæ temporum eluserunt iniuriam, deprompsimus. Plura, & plura alia in alijs Europæ Regionibus paruo temporis interuallo fuisse constructa non est, qui dubitet. Reges enim, Reguliquè, ac Principes, sicuti maiorum hortabantur exemplis, ita pro Dei famulo, & magno Propheta Ioanne Ioachim, alia, atque alia Monasteria instituere in propria ditione, gaudebant, sui Ordinis colonos de longinquo transmitti procurantes, & vt propriæ saluti consulerét, & apud Omnipotentem Dominum tantum Patronum haberent. Cætera verò, quæ post ipsum fuere constructa, aut Florensi incorporata Ordini; Sanctæ Mariæ de noua, aliàs Sanctorum trium Puerorum, vulgò *Paganella*, in territorio Caccurij, Geruntinæ Diœcesis in Calabria, tantùm excepto Cœnobio, ad nostram non deuenire notitiam. Sanè ferè innumera extitisse censendum est. Parum enim fuisset tot Eccle- E

Diplomata in Archiuijs Floris, & Fōtis Laureati asseruata.

siasticis,

A siasticis, sæcularibusq; Principibus Florensem Ordinem in benignitate fouere, nisi etiam sub eorundem exemplari tutamine multiplicari, & propagari daretur. Quis enim prudens in relatis tantummodo adeò præclarum, & illustrem Ordinem constituisse dicebit? Quis vnquam mentis compos Ioannē Ioachim specialiter à Deo dilectum, & apud omnes Reges terræ in maxima reuerentia, & deuotione detentum, adducta solùm Monasteria condidisse affirmabit? Nec dici potest, ob Monachorum inopiam alia nequiuisse fundare Cœnobia; nam ineffabile est incrementum illud, quod ipsi Deus dedit per gratiam suam, homines è longinquo trahens, & suauiter illos disponens, vt sua submitterent colla sub suaui Flo-
B rensis Ordinis iugo. Et vt breue aliquod huius rei proferamus exemplū. Adolescens quidam nobilis à Polissena eius matre à primis vnguibus in Dei timore, & Mundi contemptu enutritus, gloriosæ, & memoratissimæ Ciuitatis Aqueaugustæ, vulgò *Baiona*, in Aquitania, cui nomen erat Ioannes, rebus exuberans tēporalibus, & super omnes conciues suos in bonitate, charitateq; sua Religiosos consueuerat hospitari, à quibus Dei verbū mirū in modum audire exardescebat. Cæterū, qui, Dei verbū audientibus, & facientibus, illud, Beatitudinē pollicetur, eidem Ioanni sicut hospitalitatis donū contulit, ita pariter deuotionis spiritū credidit; singulo quoq; die proinde ad diuina exhaurienda officia, Cathedralem ingrediebatur Ec-
C clesiam. Quodam vero die dum Chorus caneret. *Dirige pedes in viam pacis.* Ipse stans retro Altare flexis, in Templi pauimento genibus, manibusq, in oratione sursum leuatis, animam suam, tanquam aquam effundebat in conspectu Domini Dei sui. Dumque hæc summa deuotione perageret, ecce miranda apparuerunt illi. Visa enim ei fuit aperiri conuexitas, siue Tribuna Templi, per quam respiciens, diuinam vidit Maiestatem, totum continentem firmamentum: ideòque in tantam versus dulcedinem, nec cibum, nec potum vltra curabat. Cumque Sanctissimæ Trinitatis affectaret inuocationem, audiuit vocem de cœlo dicentem sibi. *Si vis Ioannes saluus fieri, vade ad Abbatem Ioachim, & quodcunque præcipiet facito.* Cui *Græc. in Chronolog. sect. 28. & in Admirabilibus. Admirab. 5.*
D ille Abacuch imitatus, respondit. *Domine Abbatem Ioachim nescio, nec vidi, nec noui.* Et his dictis pergustata visio disparuit. Verùm, qui inditium dedit, illicò etiam intellectum præbuit: nam in se reuersus, cupiens diuinis parere præceptis, resolutis cogitationum inuolucris, tandem relictis suis omnibus, Romam Mundi Caput, Vrbium Reginam, Imperij sedem, ac summi Pontificis Cathedram, in toto terrarum Orbe celeberrimam, deuenit. Vbi reperit Cardinalem, Baiona dictum, sibi & Patriæ, & sanguinis arcta necessitudine iunctum (erat enim auunculus eius) Virum vtiq; omnibus numeris probatissimum, adeòque meritò in Purpuratorum Collegium coaptatum. Hic omnia à Ioanne manifestata audiens, expetenti dixit, *Habacuc Propheta cap. 3.*
E quod Abbas Ioachim erat Vir Propheta, magnus in opere, & sermone in Calabriæ partibus. Et cum nimis pius esset, non est ausus diuino obsistere spiritui: sed veniam, & benedictionem (licèt in amaritudine cordis sui) sancto præstitit adolescenti; quare epistola nimis feruenti, Nepotem ipsum B. Abbati commendauit, præcatusque est, vt iuuenis desiderio morē gereret. Venit ergo ille cū Cardinalis sui litteris ad Florense Cœnobium facturus Monachus cū deuotione, & simplicitate vestimenti, pauco cibo contentus. Famulo autē Dei Abbate Ioachim non inuento, sicut fuerat à Dño edoctus, expectauit illū. Qui deinde reuersus, lectis Purpurati litteris, sui Florensis Ordinis ingressum petenti præbuit, ac cum tribus Nouitijs

alijs associauit. At Ioannes præ cæteris diem agebat Domino, vt magis A
imitandus, quam alios imitari videretur. Cum etenim B.Abbas Floris Romam esset iturus, primam(more Ordinis)Nouitiorum facere volens approbationem, vt demum expleta tertia post annum agnosceretur, Capitulum ingressus, suoque sermone completo,Ioanni inquit. *Quid petis?* Ille verò simplex, non sicut fuerat edoctus, sed proprio suo idiomate respondit dicens. *Si iubetis me Vxorem ducere, & loca conuersationis dominica peregrinari faciam.*(Talia autem dixit,quia Monachandi causa, & non ob aliud de longinquo venerat.) Nouitij responso, admiratione sunt affecti omnes, & ipse dimissus vsque in crastinum; ne fortè aliter sentiret de fide,quàm videbatur. Denique Vir sanctus seorsim illius animum,& in- B
tentionem explorauit,ac immobili eiusdem veritate, & simplicitate agnita, Ioanni Nouitio cursum imperauit, & brauium capiendum proposuit. Qui tandem indutus Monachum à Domino electus, & inter cæteros magis dilectus, in sincera cordis simplicitate triginta nouem annis in Floris Cœnobio vixit in iugi corporis castigatione, sublimi humilitate, inuicta patientiæ virtute, continua psalmodiæ iubilatione, in excelsa orationis eleuatione, atque in suprema contemplationis altitudine perseuerans.

B.Ioannes Bonatius in suo opere de Prophetis sui temporis.

Immensus charitatis eius ardor (inquit B.Ioannes Bonatius Florensis) *profundissimus humilitatis eius Oceanus, statim non temporis graduato processu, ad omnigena mirabilium genera, ad omnia prodigiorum miracula, obstupente* C
Mundo euexere. Interdum cum orabat ad altissima pinorum fastigia euectus, ibidem conuersabat cum Angelis: ibidem sæpè sæpius apparebat semper Virgo Dei Mater, vnigenitum filium suum sub infantis specie gestans, quem hilari tradebat vultu Ioanni, alliciebatque eum, vt diminum oscularet Pupillum. Hinc tandem Cœlorum exaudiebat concentus, quibus acies ipsius mentis mirabiliter eleuata ad electissimum propheticæ donum (sic Deo volente) peruenit. Bona tandem senecta initiata,& aduersariorum superata militia,sanctissimo fine, stipandus in cœlestibus Choris, in Monasterio Floris, diuersarum virtutum ornatus, celebri sanctitatis opinione quieuit in Domino, qui suæ ad obtinendam animæ salutem, & sibi charum esse Florensem Ordinem ad D
ostendendum; Abbatis Ioachim cum subderat præceptis, & Florensis Ordinis submiserat institutis. Obijt tandem (inquit idem B.Ioannes de Bonatio) *Beatus ipse Ioannes ab Aquitania anno ætatis suæ 57. Dominicæ verò Incarnationis anno 1239.Pontificatus Dom. nostri Papæ Gregorij IX. ann.13. meque ipsius Ioannis in Christo Patrem in extremo decrepitæ ætatis relinquit semper dolentem,dum tantum,& talem amisi filium.* Quod autem Florensis Ordinis Monasteriorum aliqua totaliter prophanata, & ab alijs Ordinibus occupata modò existant, non est in hoc sanctus Abbas inculpandus, carpendusuè,vel quod non fuerit cœlestis Patris plantatio, vel quod non curauerit filias suas, aut protexit. Nam illud idem, quod de sanctissi- E
mis Patriarchis Basilio, Benedictoque à videntibus tot Monasteriorum eorum ruinas dicitur, etiam de B. Abbate Ioanne Ioachim fari potest, licet ipse in Matris suæ plaga exterminari conspexerit, vt alibi Deo dante dicemus.

CAP.

A

C A P. XXXIX.

Henrico sexto Romanorum Augusto aduersantia reuelat.

SCiens Dei homo Ioannes Ioachim Florensis Abbas, diuini verbi consilium non esse hominibus alligatum, vanasque esse omnes hominum cogitationes; ideò non animo placendi prospera, nec displicendi aduersa,
B supra quam credi potest in sinistris magis, quàm in dexteris reuelandis, ostendebatur intrepidus: adeò quod ipsi Henrico sexto Romanorum Augusto, à quo nonnulla obtinuerat priuilegia, libertates, ac bona, & ad cuius instantiam Merlinum, Heritream, ác Hieremiam Prophetam exposuit anno Domini 1197. non pauca nedum voce, vt diximus, sed etiam *Sup.cap.30.*
scripto, sinistra prophetauerit pluribus in locis super Hieremiam præcipuè. *Abb.Ioach.sup.Hieremiam cap. 4. pag. 14. col.1. in impressione anni 1525.*
Prorsus futurum est (inquit Propheta Domini) *vt de Philistea, scilicet Italia, scandala surgant, quæ non tantùm seipsos, sed etiam Ecclesiam Romanam exturbent: quia de radice Colubri egredietur Regulus, idest Populus Patarenus, & semen eius, idest sequaces, volucrem absorbebit, idest non solũ Laicos, & Cleri-*
C *cos, sed etiã Religiosos assumet. Secundũ concordiã Principes Romanos tangit. De quibus, ac si de radice Colubri surgat Henricus, idest Germanicus, qui & alio nomine dicitur Assur, qui & fundauit eam in ipso initiatũ imperiũ. De quo Regulis Fridericus, & semen eius Henricus, & cæteri, qui de sua progenie, vel propagatione succedent; quorum cor erit ad affligẽdam Ecclesiã, & delendum Populum Christianum, & maximè Clericorũ. Quia secundum quod legitur. Cor ferreum dabitur ei, & cum infidelibus habitatio, idest cõuersatio eius, donec crescãt vngues eius, filij, vel propinqui, in similitudinẽ Aquilarum volantiũ altius, idest extollẽtium supra id, quod dicitur Deus, & supra quam credi potest vniuersa deuastent. Nec obstat, quod translatum est Regnum, & Imperium Babylonis à Nabuchdo-*
D *nosor, & datum Euilmerodach. Quia re vera tolletur Imperium post Henricum, cuius est liber ille, & ad quem sermo dirigitur iussu suo, volentem scire mysteria Danielis, tam de statua, quam de arbore, & securi, & lapide, & successione futura. Vtrum autem inter Henricum hunc, & heredem alius surgat, illi videbũt, qui supererunt, quia necesse est, vt inter Balthasar, & Nabuchdonosor detur Imperium de pauperibus terræ Regibus in modico regnaturis. Ipse Balthasar, idest posteritas Henrici, & successores illius Regis in proximo assumendi ad Imperiũ euocandum, propter illud quod dicitur. Quod restitutum est Regnum Nabuchdonosor, abutatur vasis, Ecclesiæ libertatibus, legatis, & fidelibus alijs iuxta velle. Videatque manum in pariete describentem, idest sententiam contra ipsum de*
E *Imperio corruendo, & velut alter Balthasar abutatur regno contra Samuelis Imperium, immò contra Domini voluntatem. In eo enim tempore tanquam in transgressore, & cornu vndecimo, quia tria Regna humiliabit, Imperij, Italiæ, & Assyriorum. Quinimmò Prælatorum cum filijs Laicorum cum cæteris, Religiosorum cum suis emulis. Occidentur Sancti vtique Prædicatores veritatis. Licet contra omnia in dolo vastaturus insurgat, non quod in Viribus suis id faciat, sed in dolo potius prosperetur. Sed adsperiat oculos suos Ecclesia timendo Dominum, & ingeminet praeces Hester altera, coram Principe Assuero Domino Iesu Christo, vt tantum Aman secundus ab eo, qui Mardocheum summum Pontificem, & Populum Hebræorum, scilicet Latinorum, habet despectui, & horroris;*

pœnam, quam cogitat alys, in se referat; quia visurus est, impium exaltandum, A *& eleuandum super Cedros Libani, Cardinales vtq; Ecclesiæ Prælatos &c.* At clariùs, atque apertiùs contra eundem, eiusque natum Fridericum secundum cap. 20. *Audi* (inquit) *tu Domine Imperator, & attende quod dicitur. Quia de radice Colubri egredietur Regulus, & semen eius absorbens volucrem. Tu enim es Coluber in via, successor Cerastes in via, sub qua eius Imperium mordetur, idest scindetur, & cadet ascensor aliquis ad ipsum perueniens. Tu enim velut Coluber tortuosus educeris è Regno. Successor de cauerna sua prosiliet, qui intuitu suo omnia dissipabit. Hic dicitur Cerastes, idest Cornutus, quia forsitan ad Regna plura consurget. Vel timendum est ne vngula equi mordeat lacerando Ecclesiam, scilicet circa extrema tempora sua, & cadere faciat ascen-* B *sorem, summum Pontificem, vel Prælatos, quasi cessare Principem opprobrij sui; quia forsitan sibi suam malitiam improperabunt, vel forsan cultum Dei imminuet adhibitis sibi cornibus gentium immundarum, vt sciat, quod non in viribus suis faciat, sed in auxilium alienis, aliàs alienum cuncta deuestet. Nam in bestia leguntur duo cornua conscendente de terra. Quia Romanum Imperium hæreticis, & tyrannis, quasi domesticis innitetur. De mari quoque bestia altera decem cornua habens aggregabitur Imperio, vt Ecclesia quasi inter onus, & infernum gentes perfidas supra hæreticos sustinendo mergatur. Quod autem dicitur, quod alter fuerit aqua super montes, idest supra quam credi potest vniuersa vastabit, vt non pateat locus aliquis, qui effugiat fluctus eius. Hæc sunt tria* C *illa in pariete descripta. Tethel ad Imperium, mane ad Populum Gentium, Phares ad cœtum hæreticum. Quod autem dicit. Ne læteris omnis Philistea tu. Videtur quod Regnum Apuliæ, quod idem est quod Siciliæ, iacturam à suo Regulo sentiet, & si comminui debeat virga tua. Si autem Pater tuus in Colubro sit signatus, & tu in radice te existimes, vide quod semen successoris tui volucrem absorbebit, scilicet cultum Dei. Et fortè sub Patre Regulo, quia tempus breue est, semen filius faciet rem iniquam. Nec dubito quin semen ipsum ad litteram altum prosperantem emulum in dolo subuertat. Verum quia sub nomine tui, Tyri, Siciliæ Regnum accipitur secundum concordiam veritatis, quam tu habes, & legis ex Annalibus, & scripturis: discutiamus Esaiam in terra tribulationis, & angu-* D *stia, idest in Regno Siculo tribulando, & angustiando. Leena, & Leo, & ex eis vipera, & Regulus volans. Si Rex Rogerius fuit Leena, filius Leo, eiusque hæres successiuè profectò in alio scilicet Regulo volanti, ad Imperium Regnorũ, quod, fastigia Ecclesiæ, velut volucris, absorbenda describitur. Quod si tu es Leo, Leena Regina Siciliæ, ex vobis vipera filius orietur: de qua & Regulus egressurus quasi sub specie pietatis cultum Ecclesiasticum immutabit. Nota quod dicitur vipera, quia vi tenebis Imperium, vel quia tempore suo perimet quasi parem, scilicet vt ferus singularis existat; vel quia eius filij latera sua rumpent per discordiam: & tandem in defectum senectutis illius vnus contra alterum insurgendo, vnus pereat, alter prælium Ecclesiæ Christi paret. Sed hic Prophetia, sci-* E *licet Ecclesia (cuius consumentur dies in confusione) quasi in Babylonica tribulatione, & seruitute Impery. Vnde si in Oriente Tyri, secundum intellectum secundi status afflictio Romanæ Ecclesiæ designetur, videtur quadripartitam ab Imperio sustinere iacturam. Et primò quidem ab Henrico primo Alemannorum Rege, quasi à Leena, secundo à Friderico Patre tuo, quasi à Leone, tertio quasi vipera à te ipso Henrico sexto, quasi à Regulo successore suo, aliàs tuo, qui idcirco volatilis dicitur, quia maioris fortè dignitatis erit cæteris Regibus filiæ Babylonis. Quod si ita est, immò quia sic futurum est, videtur quod sub eo fastigium Imperiale deficiat, & protendatur vita eius, quasi Regis vnius in sexaginta annis.*

Idem S. Abbas super Hieremiam c. 20. pag. 43. col. 4.

A *nis . In quibus neceſſe eſt dolorem , & laborem perpeti Eccleſiam tam ab extra-*
neis, quàm à ſuis . Vide autem tu qui, qui vipera diceris, ne te periente, morteq;
prauente, Imperij latera diſrumpantur , & aliqui quaſi duo vipera , ad apicem
poteſtatis aſcendant, & quaſi alter Euilmerodach, vnus eorum obtineat , qui in
breui tempore à morſu Reguli retrocadat . Sanè ipſe Regulus altius volabit , &
latius, vt per cunctam Imperij latitudinem affligat Eccleſiam, & quaſi abſortu-
rus volucrem in ſeipſo, vel in ſemine in Templo ſedeat, quaſi Deus. Sic enim ſcri-
ptum eſt . Quia dixiſti Deus ego ſum , & in corde maris habito , perdam te de
medio Lapidum ignitorum . Nota ordinem . Ezechiel ait . Deus ego ſum . Da-
niel nec quemquam Deorum curabit . Item , in corde maris habito , ille figet
B *inter maria in loco ſancto. Item perdam te de medio repente . Inde Apoſtolus do-*
nec de medio fiat, ideſt perdatur, quia Spiritus oris Dei interficiet eum, quaſi im-
piũ, de medio lapidum ignitorum, ſcilicet fidelium. Inde ſine manibus conteretur,
ſubauditur humanis. Hic tamen interim blandietur facie in principio ortus ſui,
ſed tempore procedente, velut alter Balthaſar , abutetur in feminarum concupi-
ſcentijs , Eccleſiæ ſcilicet vaſis templi . Nam volatus eius, & ſi culpam inſinuet
tamen doloſe, & inuide ipſum innuit eſſe venturum. Verba, inquit, oris eius ini-
quitas, & dolus, quouſque veniatur ad odium Mardochei , & ſit cor eius contra
teſtamentum Sanctum, quemadmodum Aman cõtra Populum Iudaeorum ſi enim
quæris, ſicut & quæris, quis ſit finis eius. Eſaias edocet, qui deſcribit . Cadet in
C *gladio non Viri, & gladius non hominis vorabit eum, pro eo quod volucrem ab-*
ſorbebit . Zelus enim Domini faciet hoc, & meritò perditionis filius dicitur, quia *Pag.46.col.3.*
moritur. Et poſt pauca ſequitur S.Abbas. *Si proſpera tibi am[...]ta, vel aduerſa,*
non ſatis timeo , nec placere contendo ; quia diuini verbi conſilium non eſt homi- *Cap. 21. pagin. 47. col.2.*
nibus alligatum . Et infra inquit. *Puto ego Domine ſeptiger , vt in ſemine tuo*
tria illa ſimul mala concurrant , vt in gladio ſuo generali duro , & forti , fame
quoque, & peſte affligat Eccleſiam . Et ſequitur . *Et ideo non gladius hominis,*
ſcilicet humanus vorabit eũ, & expugnabit ; ſed gladius ſpiritus verbi, vt ſcias:
quod ſine manibus conteratur, & educatur de cauerna Eccleſiæ . Hæc , & alia
nonnulla tum ibidem, quàm alijs ſuis in Opuſculis cõtra Henricum ſextũ,
D eiuſque natum Fridericum ſecundum reliquit vaticinia . Et quidem com- *Cæſar Baron.in Annalib. Vincent. Beluac.in Specul.hiſt. S.Antonin. Alphonſus Ciaccon. Carolus Sigon. Ioann. Tarcagnota, Plat. Chronicon Foſſe noue, Petrus Meſſia in Vita Henrici ſexti , Philippus Bergomenſis, & omnes alij.*
pleta fuiſſe contra Henricum ſextum affata, omnes quotquot extant aſti-
pulantur Annales , Siciliæ, Apuliæque calamitates , Abbatum Epiſcopo-
porum, Archiepiſcoporum; immò & ipſius S.Romanæ Eccleſiæ perſecu-
tiones ab eodem tyrannicè inflictas , quin & ipſum eodem anno 1197. in
quo hæc ipſa ſcripſerat S.Abbas iuſſu ſuo, & ſuæ ætatis anno trigeſimo ſe-
cundo, tertio kal.Octobris excommunicationis vinculo irretitum infœli-
citer occubuiſſe, atteſtantur Hiſtoriographi omnes. Imperijq; latera, iuxta
Prophetæ Domini verbum, poſt ſui obitum fuiſſe diſrupta , produnt vni-
uerſi . Quippe audito ab Electoribus ſexti Henrici obitu , illiſque in fa- *Petrus Meſſia in Vita Imperator. cum de Philippo 2. pag. 748. Panuin.in Chronolog. Eccleſiaſtica. Innoc. 3, in cap. Venerabilem de elect.*
E ctionibus diuiſis , pars vna Othonem Saxoniæ Ducem , cui Innocentius
tertius, nouiter ad Pontificiam euectus Sedem, fouit ob Henrici præmor-
tui tyrannidem , & pars altera Philippum Sueuiæ Ducem, demortui Au-
guſti fratrem elegere, huncque Maguntiæ manu Epiſcopi Tarantaſiæ, il-
lum verò Aquiſgrani manu Archiepiſcopi Colonienſis coronauere: vnde
diù inter eos protactum bellum ; quo tandem Romano cooperante Pon-
tifice, pace inter ipſos inita, vnicaque Philippi filia Othoni in vxorem tra-
dita , conditione adiecta , vt Otho Romanorum Rex , ac in eius Imperio
ſucceſſor nominaretur, & eſſet . Poſt annos nouem in diro bello conſum-
ptos, anno ſequenti , quãdo ſuos Philippus in pace, & tranquillitate opta-
bat

bat agere dies, violentè fuit ex luce subtractus, verùm post obtentam à A Pontifice Innocentio à multis censurarum sententijs, quibus innodatus extabat, absolutionem. Philippo è viuis excesso, Electorum omnium suffragijs quartus Otho antedictus fuit adlectus, iterumque solemniter Aquisgrani, ac Romæ tertij Innocentij Pontificis manu in sacro Diui Petri Templo coronatus communi omnium plausu, & tanquam amicus Romani Pontificis, qui ipsum contra Philippum fouerat, à Senatu, Populoque Romano susceptus. Qui deinde aduersus Ecclesiam Dei iniquè agens, eius Vicarij monita, præceptaque spernens, Imperio priuatus post imperiale susceptum diadema quarto anno, subrogatoque statim in eius locum Friderico secundo, non multò post, excommunicationis gladio con- B fossus tristis, & afflictus è viuis excessit. Et completa visa sunt in parte, quæ magnus Propheta Domini Abbas Ioachim ante, & post sexti Henrici obitum prædixerat euentura, dicens inter cætera. *Vide autem tu, qui vipera diceris, ne te periente, morteque prauento, Imperij latera disrumpantur, & aliqui, quasi duo vipera, ad apicem potestatis ascendant, & quasi alter Euilmerodach, vnus eorũ obtineat, qui in breui tempore à morsu Reguli retrocadat.* Nunc quæ de Regulo, nempe Friderico secundo prædixit, an suum habuerint euentum, videndum restat. Ideo sit.

CAP. XLI. C

Quod, quæ contra Fridericum secundum prædixerat Sanctus Abbas, non caruerunt euentu.

QVamuis is, qui per diuersa sæculorum tempora multiplicia operatur, & complet, quomodo vult, & quando vult, ad suam magis propalandam benignitatem, suorum mysteria secretorum per dilectissimum Præconem suum Ioannem Ioachim suis permiserit aperiri fidelibus; vt sci- D retur, quanta erant præparata flagella, & si quis erat ex Domo Loth, à Sodomorum finibus elongari festinaret, & si quis ex familia Noe, reciperetur inter eos, qui saluarentur in Arca: haud defuere attamen Viri falsidici, aut adulatores mendaces, licèt alioquin doctissimi, qui vera tacendo, & falsa referendo, in magnum, & veridicum Prophetam, vt Pseudoprophetam insectarent. Inter cætera asserentes, Fridericum secundũ, Henrici sexti, & Constantiæ Nortmannæ filium, semper Romano Pontifici subiectum, & in fidem perseuerasse, ac in pace, & Ecclesiæ tranquillitate ad mortem vsque permansisse; cum ex modò adductis constet, oppositum de eo à Dei famulo nostro fuisse præuisum, prædictumque. Horum inter cæ- E teros extitere, vt tradit Maluenda, Ioannes Trithemius, natione Germanus, Abbas Monasterij Spanchementis, Ordinis S.P.N. Benedicti, in suo opere de Scriptoribus Ecclesiasticis, (hominem exuit Trithemius, vt prodit Cardinalis Bellarminus anno Domini 1519. & suæ ætatis 57.) Item Gabriel Prateolus in suo Elenco Hæresum, & Alfonsus à Castro de Hæresibus, qui tanquam stolidus, & rerum oblitus omnium, siue omnium inscius, locum contra Domini Prophetam magna cum impietate in hæc verba concludit. *Abeat ergo, & suas fabulas Vetulis prope ignem narret; & non Viris doctis, qui sciunt triticum discernere à zizania.* Obiectis etsi possemus

Ioannes Trithem. de Scriptorib. Eccles.
Robert. Cardin. Bellarmin. de Scriptorib. Ecclesiast.
Gabriel Prateolus Elencho hæresum libro 9. cap. 16.
Alphonsus à Castro lib. 2. de Hæresibus, Verbo Apostoli.

paucis

A paucis satisfacere verbis Lectori tantùm dando *cap. ad Apostolicæ Sedis, de sent. & re iudic.* ad magis attamen Dei Viri vindicandam iniuriam omni breuitate placeat Friderici secundi transcurrere gesta. Et vt istius contra Romanam Ecclesiam ingratitudo appareat euidentior, ab Ecclesia Friderico erogata beneficia etiam enarrare non pigeat. Cum hæc ipsa præuiderit Propheta Domini cap. vltimo super Hieremiam, vbi sic. *Hæres tuus* (supple ò Henrice) *mamillis sponsæ agni lactabitur, scilicet Ecclesiæ auxilijs.* Henrico itaque sexto, vt diximus, demortuo, haud multò post, nempe quinto Kal. Decembris anno Domini 1198. Fridericum puerum suum vnigenitum Constantia Normanna ex testamento sub Ecclesiæ, & Pon-

Abb. Ioach. sup. Hierem. c. 51. pag. mihi 62. col. 1.

Supra c. 39. versus finem.

B tificis tutela relinquens, grauissimo depressa morbo, quinquagesimo septimo suæ ætatis anno, è viuis excessit. Celestino tertio iam in Lateranensi Basilica sepulto sexto Idus Ianuarij anni eiusdem 1198. Innocentius tertius, qui nullo interregno secuto, Pontificio admotus erat oneri, Paruuli iurium tutelam, gubernaculaque suscepit. Centium de Cintio Romanum Sancti Laurentij in Lucina Presbyterum Cardinalem à Celestino tertio iam creatum, vt rem ageret Friderici in Siciliam fecit transfretare. Marcualdum Rauennæ Ducem, ac Picœni Comitē, qui illum, nō ex Henrico sexto, & Imperatrice Constantia genitum, sed supposititiū astruens, vtriusq; Siciliæ Regnum ante, & post Constantiæ obitum pro se occupa-

Carol. Sigon. de Regni Italia lib. 15.

Platina in Vitis Pontific. Onufrius Pannin. in Chronolog. Ecclesiastic.

S. Antonin. 3. p. hist. tit. 19. cap. 6.

Ioannes Tarcagn. in hist. Mundi lib. 13.

C re, quinimmo & ipsum Pontificem, vt ad suam descenderet voluntatem, ingenti auri summa subornare tentauerat, refutatis donis omnibus, magno cum suorum militum excidio, fugam arripere, ac solum mutare coegit. Othonem quartum Romanorum Augustum, qui postquam ab Vgolino ex Comitibus Signiæ Anagnino Ostiensi Episcopo, eiusdem Innocentij tertij Nepote, ac à Leone Brancaleone, Presbytero Cardinali Sanctæ Crucis in Hierusalem, Apostolicæ Sedis Legatis, ab Alemannia Viterbium vsque fuisset conductus, ac summo honore ab Innocentio ibidē exceptus, Romamque multa animi amplitudine secum adductus, & suis manibus in Diui Petri Templo quinto Kal. Octobris anno Domini 1209.

Chronicon Fossæ nouæ ad ann. 1209.

D sacris imperialibus infulis indutus, contra præstita iuramenta, & Romani præcepta Pontificis, nedum Ecclesiæ ditionem occupare, sed & totam ferè Apuliam, Lucaniamque, atque Calabriam, Prouincias ad Fridericum pertinentes, suo subijcere Imperio ausus erat, & nec super hoc monitis per Pisanum Archiepiscopum, aliosq; Prælatos sibi Papæ nomine factis, adheserat; tàm propria lacessitus iniuria, quàm tutelæ coactus officio, excommunicauit, ac imperiali orbauit honore. Fridericum ipsum, ipso Pontifice suadente, vt produnt Fazellus, & Tarcagnota, non solum ab Electoribus, sed ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, ac à totius Alemanniæ Baronibus, in Romanorum Regem electum in festo S. Luciæ an-

Chronic. Fossæ nouæ loc. cit.

Pannin. in Chronol. ad ann. 1210. Platina in Vit. Innocentij tertij, S. Anton. 3. p. hist. tit. 19. cap. 6.

E no Domini 1210. & anno sequenti ab Alemannis per Henricum Nifenū, & Anselmum Iustigenum nobilissimos, militaresque Viros in Alemanniā ex Sicilia euocatum, Romam accersiuit, ac omnia illa documenta tradidit in Mense Aprilis anno Domini 1212. quæ ad suam sospitatem cognouerat opportuna. Quippe Otho quartus, noui audita Imperatoris electione, tactus dolore cordis intrinsecus (vt Fossæ nouæ Chronicō verbis vtar) ex Italia in Alemanniam reuersus, anno 1211. insidijs terra dispositis Friderico præcluserat itinera, vt saltem per sui deditionem ad ipsius potestatem deueniret: & ob quod illum iterum Papa solemniter, ac solitis ceremonijs excommunicauit, Imperioque priuauit. Nullum denique pro Fride-

Michael Zappulla in Summario historico p. 3. cap. 4.

Fazell. de reb. Sic. post. decad. lib. 8. c. 2.

Tarcagnota in hist. lib. 13. & aly.

Chronic. Fossæ nouæ ad ann. 1211.

Friderico secundo, aut Domini, aut Tutoris, aut Patris Innocentius omi- A
sit officium; nisi quod nomen, cognomenque suum exosum habens ob lō-
gas, grauissimasq; persecutiones, quas à Sueuorum familia Romana passa
erat Ecclesia, potissimum tempore Friderici Ænobarbi Aui sui, qui cæte-

Chronicon Fossæ nouæ ad ann. 1152.

tos omnes, vt idem Chronicon prodit, in malum contra Ecclesiam excesserat, cuius nomen illi erat; suæ electionis confirmationem aliquantulum
suspensam voluit; etsi nimis ad hoc etiam procliuis esset, proindeq; illum
omnes etiam Itali procul esse desiderabant; suis tandem votis assentit, ac
omnia illa concessit, quæ sibi suoque comitatui permagnifico præuiderat

Idem Chronic. ad ann. 1212.

necessaria, & in Alemanniam adeundi licentiam indulsit. Fridericus itaq;
Alma Vrbe soluens, Othonis depositi superatis insidijs, Maguntiam de- B
uenit, vbi Alemannici Regni ab eiusdem Vrbis Archiepiscopo fuit decoratus honore. Deinde Aquisgranum productus, de Pontificis voto, Romanorum Cæsaris est coronam adeptus. Postmodum facta sibi ab Innocentio beneficia cognoscens, in illorum retributionem Fundanum Comitatum Romanæ concessit Ecclesiæ, & se contra Sarracenos in Christianorum subsidium in Syriam perfecturum solemni iuramento promisit. Ex alia
parte Innocentius huiusmodi allectus promissione, vt Christianis præsto
esset, illum ad Imperij coronam Romæ suscipiendam sollicitauit. Deinde
inter Genuenses, & Pisanos, Lombardosque discordias concordaturus, vel

Vghell. Abb. Ital. sacra tom. 1. Verb. Romani Pontifices nu. 175. & n. 176. Plat. Panuin. Ciaccon. & alij.

saltem mitigaturus, Perusium cum peruenisset, graui morbo correptus, ho- C
minem exuit die 17. Mensis Iulij, anno Domini 1216. & sui Pontificatus
anno 18. Mense sexto, die nono. Cui Honorius tertius, Centius Sabellius
antea dictus, communi Purpuratorum suffragio fuit suffectus die 18. Iulij
eiusdem anni. Hic postquam Petrum Imperatorem Orientis, Iolemque
Vxorem suam in Templo Sancti Laurentij extra Muros coronasset, Fri-

Onofrius Panuin. in Chronol. Ecclesiast. S. Antonin. hist. 3. p. tit. 19. c. 6. Ioannes Tarcagn in historia Mundi lib. 14. Laertius Cherub. in Bullario, Thom. Fazell. in eius Vita, & alij.

derico secundo, communi tàm Cleri, quàm Populi plausu, Occidentalis Imperij insignia tradi iussit manu Vgolini ex Comitibus Signiæ, Ostiensis
Episcopi, & demortui Innocentij, vt diximus, Nepotis. Augustalibus itaq;
acceptis Insulis in festo Sanctæ Ceciliæ anno Domini 1220, in Diui Pe-
tri Tēplo, Honorij tertij Pontificatus anno quinto, etsi in sui Imperij pri- D
mordijs aliqua Ecclesiæ beneficia conferre, in fidei fauorem constitutiones edere, se Ecclesiæ libertatem, ac bona conseruaturum, seque contra
Sarracenos in Syriam profecturum promittere visus sit. Attamen statim
paulò post alterum mutatus in virum, vix Romæ finibus derelictis, sanctæ Romanæ Ecclesiæ loca sui iuris efficere, Episcopos nonnullos in Sicilia, Apuliaque, atque Campania existentes, eos contra se conspirasse,
simulans, exauthorare incœpit; ac alijs in eorum sedem suffectis, illos no-

Michael Zappulla in histor. Summ. p. 3. c. 4. Platan vita Honorij 3. Thomas Fazell. loc. cit. & alij.

uum aerem, nouumque solum mutare coegit, & tanta insuper enormia
perpetrauit, ac contra Pontificem dixit, paternis Honorij Papæ monitis
abrenuncians, vt optimè metuerit eodem suæ coronationis anno 1220. E
excommunicari, & Regnis, & Imperio priuari. Verùm Romam adueniente secundo anno Ioanne Brenna Hierosolymorum Rege pro Terræ Sanctæ subsidio implorando, huiusmodi inter Papam, & Fridericum discordias nactus, aduertensque, quod si istæ in longum protendebantur, Christianorum rebus in Syria ita sollicitè subueniri non poterat, vt rerum expostulabat vrgentia, instituit animos componere vtriusque, quod sua
dexteritate obtinuit post longam Cardinalium disceptationem. Hac tamen adiecta lege post sesquiannum Fridericus Honorij gratiam est assecutus; vt restitutis Romanæ Ecclesiæ iuribus, oppidisque, in Syriam cum
subsi-

A subsidiario milite se traiecturum iuraret. Vtque prompto, lætoque animo ad sacram expeditionem se pararet, illi, cui Constantia, Castellæ Regis filia, quam in vxorem duxerat 15. Kal. Ianuarij anno 1209. & ex qua Henricum septimum exceperat, iam è viuis excesserat 3. kal. Iunij ann. 1222. Ioannes Brenna filiam suam, Iolantam nomine, matrimonio tradidit, & dotis nomine Hierosolymitani Regni titulum, atq; iura. Hinc sumpsit exordium denominatio Regis Hierusalem, quam noster habet vtriusque Siciliæ Rex, se Hierusalem etiam Regem in publicis munimentis intitulādi. O vtinam sicut titulum Regis Hierusalem, sic Vrbem sanctam per titulum significatam Rex noster possideret. Et quia nec Papæ postmodum, B monitionibus, factis præcipuè per nostrum Nicolaum de Claromonte, Tusculanæ Ecclesiæ Episcopum, de quo nos supra, vt ad vulneratam, & confossam Terræ sanctæ prouinciam cum suis copijs, vt iterum iuramento promiserat, trāsfretaret, voluit obedire: in animo proposuit, Honor. illū acerbiùs punire, quod effecisset, nisi inuida mors eum è viuis substulisset 15. kal. Aprilis anno Dom. 1227. & sui Pontific. anno decimo, & mense 8. Vgolinus, qui ipsum Romæ coronauerat, sub nomine Gregorij noni ad Pontificiæ Sedis apicem euectus sub die 20. Mensis Martij 1227. exemplò Fridericum secundum sub diris etiam monuit, vt primo quoque tempore in Syriam traiiceret, periclitantibusque Christianorum rebus sub- C ueniret. Ille è contra simultatibus quibusdam expeditionem distulit. Et cum interim cruce signata ingens hominum multitudo ad traijciendum in Syriam sub Duce Lantgrauio Turingiæ, & Sigefrido Rechbergensi Episcopo Brundusium aduenisset, vt vnà cum Friderico in Terram sanctam transfretaret; & ex longa istius mora, qui se infirmum esse aiebat, ne contra Sarracenos, vt promiserat, arma sumeret, Cœli inclementia, ac intensissimo Æstatis ardore tùm Lantgrauius, tùm Episcopus, cum Germanorū præcipuè militum copia hominem exuissent in Apulia: ille audita Principum morte, defunctorum thesauros apud se habere sitiens, se in Syriam profecturum fingens, extemplò Brundusium deuenit, & præmortuorum D omnium cunctas diuitias absorbuit, & Classem in altum deuehi iussit. Datis itaque vento nauibus, Fridericus, vix Brundusinis terminis derelictis, siuè ventorum contrarietate, vt Germani produnt, siue vera malitia, vt Ecclesiastici probant, Brundusium Vrbem, Salentinorum olim caput, vnde soluerat, reuersus est. Reliqua Classis, doli nescia, Ptolemaidem, & Syriam producta, in magnum, ac ineffabile fuisset adducta periculum, nisi eodem tempore Corradinus, Salatini filius, Sarracenorum, & Damasci, ac Hierusalem Rex, fato cessisset, & eius Nati paruuli non extitissent, cum quorum tutore vix nostri ad biennium constituerunt inducias. Gregorius Pontifex illius malitiam comperiens, ac infidelitatem, Fridericum diris E deuouit hisce de causis. Quod in Syriam, non ad bellum hostile, sed ad Lugdouici Lantgrauij Turingiæ pecuniam, supellectilem, omnemq; belli apparatum diripiendum, traiecisset. Quod iurisiurandi immemor, simulata ægritudine redijsset. Quod puellæ, Violantæ vxoris suæ seruulæ, stuprū intulisset. Quoque zelantem vxorem, ex eo quod apud Ioannem Brennā patrem, conquesta erat, verberibus effectam, in carcere enecasset. Et denique, quod sua pusillanimitate, & cunctatione meticulosa, iamdudum Damiata Vrbs in Syria à Christianis amissa, & copia in Asiam missæ proditæ fuerint. At ille audita Pontificis sententia, vtcunque gestorum rationem reddere, officiosaque excusatione Gregorij gratiam obtinere conaba-

Tarcagn. & Fazell. loc. cit.

Plat. in Vita Honorij 3. & aly.

Marcus Antonius Surgens de Neapoli illustrata lib. 1. c. 23. num. 6.

Supra cap. 15. pag. 34. C.

Vghell. Abb. loc. sup. cit. nu. 176. & 177. Pannin. & aly.

Platina in Vit. Gregorij 9. & aly.

Ioann. Tarcagn. in historys Mundi p. 2. lib. 14. & aly.

Thomas Fazell. de reb. Sicul. poster. decad. lib. 8. cap. 2.

nabatur. Cumque arduam comperijsset prouinciam, Pontifice insalutato, A
suis cum militibus in Syriam transfretauit, & ibi cum Sultano inducias cō-
stituit ad decennium conditionibus hisce, Vt sibi liceret, se in Hierosoly-
morum Regem inungi, & coronari. Ipsamque Vrbem Hierusalem, Naza-
rèth, Ioppenque cum oppidis, & fundis in Palestina positis, & omnia, quæ
fuerant à Saladino Christianis erepta, habere, atque munire. Sultano ex
alia parte liceret, præsidium Crath, quod Arabiam spectat, habere. Mon-
tem regalem retinere. Et sacrosanctum Domini nostri sepulchrum, cuius
templum sublime, atque rotundum, & ex parte superiori, vnde lumen re-
cipit, apertum, totum Caluariæ locum, vbi Vnigenitus Dei filius, vt nos à
captiuitate Sathanæ suo præcioso sanguine redimeret, Cruci affigi voluit, B
comprehendentèm, in ipsissima Hierosolymitana Vrbe pōsitum, integrè
possidere. Displicuere conditiones istæ Christianis omnibus, Rober-
to præsertim Hierosolymitano Patriarchæ, ac eius Clero, nec non Cy-
pri Regis Legato, Oliuerioque Templi Magistro, eiusque Militibus; & cō-
querebantur dicentes, quod si Fridericus contra Sarracenos bellum ten-
tasset, vtique sanctam Vrbem, totamque Promissionis Terram recuperas-
set; quod & ipsi Barbari fatebantur ingenuè. Dictis conditionibus pace
firmata, Fridericus Hierosolymam productus, 25. Mensis Martij, in die
Resurrectionis Dominicæ, & anno Natiuitatis eiusdem 1229. in Hieroso-
lymorum Regem inaugurari, coronarique fecit, præsentibus cunctis Pa- C
lestinæ Vrbium Legatis, Proceribusque; non tamen prædictis Hierosoly-
morum Patriarcha, eiusdemque Vrbis Clero, nec Cypri Regis Legato,
aut sacri Templi Militibus, sicuti nec eorundem Magistro. Admodum
enim ægreferebant, quod Fridericus sacrosanctum Domini sepulchrum,
pro quo recuperando, toties Cruciferorum militum expeditio facta fue-
rat, cum ingenti Christianæ Reipublicæ damno, sanguinisque effusione,
in Sultani præsertim reliquisset potestate. Friderici copiarum Dux præ-
stantissimus erat Henricus Kala, alterius Henrici Kala, cuius supra memi-
nimus, filius, & Lucretiæ Ruffæ vir, qui ingenti Imperatoris mœrore, hoc
tempore apud Sanctum Domini nostri Iesu Christi sepulchrum, Deo om- D
nium Seruatori spiritum reddidit, Martirani relictis duobus filiolis super-
stitibus, Henrico scilicet, & Ioanne, Scripsit de eo propria manu ipsemet
Fridericus epistolam formalia verba continentem. Foris. *Lucretiæ Ruffæ
Affini nostræ*. Intus. *Fridericus Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ. Di-
lectæ filiæ, & Affini nostræ Lucretiæ Ruffæ, salutem. Ingenti nostro mœrore, ab
humanis exemptus est, Henricus Vir tuus, in Ciuitate sancta, prope Domini no-
stri sepulcrum. Ipse è Cœlis tuetur te, natosque tuos, quos ego in filios, paterna
charitate, vsque diligam, vsque fouebo. Consolare igitur, & Vale. Ierusalem Idi-
bus Aprilis 1229. Fridericus &c.* Dum præfata in Asia gerebantur, Impe-
ratoris militum Præfecti in Italiam, contra Romanam Ecclesiā inito bello, E
nonnullas eius Vrbes, & oppida occupabant. Gregorius Papa, ratus hæc
Friderici fraude patrata, duplicem formans exercitum, vnum Ioanni Bren-
næ tradidit, alterum Cardinali Columnæ commisit. Hi, recuperatis Ec-
clesiæ bonis, hostes intra Neapolitani Regni fines sese recipere compu-
lerunt. Ille verò in Italiam reuersus, etsi per annum Pontificem solici-
tasset, vt ipsum à diris absolueret, spondens se sub Ecclesiæ, & Pontificis
obedientia, fidelitateque victurum; haudquaquam tamen absolutionis be-
neficium, aut vtriusq; Siciliæ Regni, aut Romanorum Augusti titulum ob-
tinuit, nisi prius centum, & viginti vnciarum auri millibus, pro totidem in

Magin. in Geographia, Verbo Palestina. Iudæa.

Supra c. 31. & 32.

Ex Tabulario Ducis Diani.

Plat. in Vit. Greg. 9. Tarcagn. in historia Mundi lib. 14. & alij cum Fazello loc. cit.

A bellorum expensis ab Ecclesia erogatis, à Friderico in Pontificium ærarium repositis anno Domini 1230. Haud admodum subsistit inita pax. Nam ne dum Ciuitatem Castelli, quam sub Pontificatu Honorij Ecclesiæ adimerat, restituit, vt conuenerant; sed cum Romani à Pontifice defecissent; & ipse, vt primo quoque tempore eorum reprimeret audaciam, suas militum copias Gregorio obtulisset; proprijs Militum Ducibus, Enzo præsertim eius filio, ex pellice Lombarda prognato, quem Sardiniæ Regem constituerat, rigorosè clàm præcepit vt Romanorum, qui Viterbium obsederant, quando vrgebat necessitas, essent in auxilium, ac Pontificis militibus obsisterent. At neque hæc tantùm, nam Pontifice ità decepto,
B ipse postquam Germaniam, & Maguntiam profecisset, & Elizabet Angliæ Regis sororem sibi Matrimonio copulasset in medio Augusto anno Domini 1235. Henricum septimum suum primogenitum, quem habuerat, vt diximus, ex Constantia, Regis Castellæ sorore, Germaniæ Regno abdicauit, quia sibi videbatur partes tueri Lombardorũ, & Pontificis; & Othoni Principi Palatino custodiendum, & in Arcem Sancti Fœlicis in Apulia deducendum assignauit. Vbi acriorem sibi à Patre infligendam pœnam verens, audito Friderici ex Germania in Italiam regressu, ab Arce Sancti Fœlicis aufugiens, ad prædictorũ Henrici, & Ioannis Kala, Lucretiæ Ruffæ filiorum, refugium confugit; qui ipsum cum suis filiolis, quos exceperat
C ex Agnete vxore, Austriæ Ducis filia, ab hominum consortio segregatos volentes, latenter posuere in quodan eorum palatio nemoroso, posito in territorio, *Caprile* vulgò dicto, Marturanæ Vrbis in Calabria, contra statim vulgata Imperatoris edicta, illi, eiusque natis necessaria omnia subministrantes. At re tandem per speculatores, & secundum aliquos, per Marturanensem Antistitem, apud Tyrannum detecta, arctissimo carceri apud Marturanam Vrbem tenuissimo victu ad mortem vsque addicti, lõga media infœliciter occubuerunt. Quorum corpora Cusentiam translata, sepulchro ingentibus lapidibus supra Metropolitanæ Ecclesiæ pauimentum prope Ostium, quo itur ad Cœmiterium, à Cusentinis extructo,
D fuere occlusa vsque ad annum Domini 1574. in quo de mandato Andreæ Matthæi Acquauiuæ, Andrianensium Ducis filij, Ecclesiæ eiusdem Antistitis, asserentis, illud per Ecclesiam transeuntibus impedimentum esse, fuit penitus demolitum; & fortasse in alio commodiori loco eiusdem Ecclesiæ reposuisset, nisi fuisset morte præuentus; nam paucos post menses Cusentia discedens, Romæ decessit anno 1576. & sui Archiepiscopatus anno tertio. Inter Sueuorum exuuias, vt Græcus refert, extare visa fuit sericea quædam vestis insignis ferè dilacera, quæ maius corpus induebat, cum emblemate referente duas alas Aquilæ auro intertextas, & catenatas insimul, & clauis confixas, ac ex eodem auro firmatas. Et credo si-
E gnificare voluisse suas cogitationes sublimes, & generosas ob carcerem interruptas. Vel quod homo licèt magnus, & prosapiæ regiæ, mortis laqueos effugere nequit, illud alludens Horatianum. *Non mortis laqueos expedies caput*. Vel quod labores domestici impedimento sunt, ne ad Cœlũ sublimentur magnanimi intellectus: alludens ad quod Satiricus dixit. *Haud facilè emergunt quorum virtutibus obstat res angusta domi*. Nec aliud prudentes significare voluerunt fabula illa conficta de Promethęo in Caucaso monte cathenis alligato adamantinis, nisi quod homo magni intellectus, per Promethæum explicatus, qui Cœlum ascendit, & ex solari sphera ignem furatus est, sæpè interrumpitur à laboribus, ne suæ perficiat

Iacob. Græc. in Chronol. Ioachim sect. 52.

magnanimæ mentis cogitationes. Fridericus poſtquam Henricum ſeptimum eius primogenitum, illiuſq; filios tam crudeli morti damnaſſet, Henrici, & Ioannis Kala, qui contra vulgatas leges filio ſuo Henrico, nepotibuſque diù receptaculum, ac alimenta præſtiterant, voluit etiam cauſam agnoſcere; & niſi animaduertiſſet merita Henrici illorum Aui, qui fuit Affinis Friderici Ænobarbi, & conſanguineus Henrici ſexti Patris ſui, in eos vtique ſeuijſſet, proindeque nulla alia pœna inobedientes illos, ac contumaces multare voluit, quam priuatione eiuſdem territorij, in quo damnatos latenter tenuerant, nec non illorum bonorum ſtabilium, quæ habebant in Territorio Vrbis Marturanæ, ac Mottæ Sancti Saluatoris, Marturanenſis Eccleſiæ Antiſtiti illa tradens, atque concedens, vt tradit Giorgius Fotinus, natione Calaber, in ſuo opere, cuius eſt inſcriptio. *Chronica Regni Neapoli deſumpta ex Rapſodijs eiuſdem Regni, nec non ex Chronicis Mōtis Caſini, & alijs Auctoribus fide dignis, vbi adnotantur nimis ex parte, & peculiari modo omnia adnotatu digna cum Viris Illuſtribus, ſanctitate, litteris, & armis ab aduentu Normannorum, vſque ad eorum extinctionem. Auctore Giorgio Fotino Calabro. Venetijs apud Lucam Antonium Iunctam* 1533. hæc ſunt formalia eius. *Tunc temporis conciliatis rebus Friderici cum Pontifice condemnauit morte Henricum filium, quem genuit ex Conſtantia ſorore Regis Caſtella, & duos filios ipſius Henrici, ex eo quod dum Pater erat occupatus in guerris Syriæ fouit partes Longobardorum, & Pontificis. Miſer ille cum filiolis ſtatim quàm intellexit aduentum Friderici contulit ſe in Calabriam, & latuit diu in quodam palatio nemoroſo poſito in territorio Ciuitatis Mamertina, quam vocant Martiranum, vbi adminiſtrabat ſibi, & filijs ſuis ea, quæ victui ſunt neceſſaria Henricus Kala Dominus prædicti territorij; ſed tandem re retecta, Henricus Rex fuit fame peremptus, & deinde ſepultus in Eccleſia maiori Coſentia. Prædium illud in pœnam hoſpitalitatis fuit ablatum ab Henrico Kala, & traditum menſæ Epiſcopali Martiranenſi; nec aliam pœnam accepit Henricus, ob eximia facinora, & res præclarè geſtas ab Henrico eius Auo, qui fuit affinis Friderici Ænobarbi. Ex Rapſodijs Regni Neapolitani, ex Petro Ioanne Bocco, Venetijs apud Aldum MIIID.* Hactenus Fotinus loc. cit. fol. 214. Verum cū poſt annum eundem Henricum, eiuſque germanum fratrem, ex Henrici Kala ſenioris primogenito Henrico, iam apud Domini noſtri Sepulcrum è viuis ſublato, & ex Lucretia Ruffa natos, vt diximus, audiuiſſet ſuper datis à ſe bonis Marturanenſem Epiſcopum fatigare; Magiſtris, & Iuſtitiarijs, Camerarijſque Calabriæ, & Vallis Cratis diſtrictè præcepit, vt eos ſeuerè arguerent, & exemplariter punirent. Marturanenſis inſuper Eccleſiæ Antiſtitem, ipſiuſque bona ſub ſua, & hæredum ſuorum protectione ſuſcepit. Harum autem originale in pergameno ſcriptum, à tineis aliquatenus corroſum, ex eiuſdem Eccleſiæ Tabulario depromptum, ad legendum nobis Marturano Curatium per ſuum Adm. Reu. Dominum Canonicū, Domnū Dominicum Gualterium, Syllaneum, tranſmiſit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus D. Lucas Cilleſius, eiuſdem Vrbis Antiſtes; Vir ſanè tantæ doctrinæ, pietatis, iuſtitiæ, humanitatiſque, vt ſi quis in eius Laudes velit calamum exercere, ſine vllo exitu, ac infœliciter vaſtiſſimum Oceanum videatur velle metiri. Formalia à nobis ante reſtitutionem inde tranſcripta ſunt. *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & Rex Siciliæ Magiſtris Iuſtitiarijs, & Camerarijs Calabriæ, & Vallis Crathis, tam præſentibus, quam futuris fidelibus ſuis gratiam, & bonam voluntatem. Porrecta celſitudini noſtræ Reuerendi Epiſcopi Martirani querimonia patefecit, quod Henricus,*

Giorgius Fotinus in Chron. Regn. Neap.

Ex Archiuio Marturanenſis Eccleſiæ.

A *eas, & Ioannes Kala non habentes reuerentiam, & respectum ad concessionem nostræ serenitatis, qua eiusdem Ciuitatis Episcopali mensa bona omnia stabilia prædictorũ Henrici, & Ioannis, quæ habebant in territorio, & tenimento Martirani, & Motta Sancti Saluatoris ob eorum contumaciam, & inobedientiam. Nolentes ergo sedem Episcopalem defraudari in aliquo contra tenorem nostræ donationis, fidelitati vestræ mandamus, & sub nostræ gratiæ pœna districte præcipimus, quatenus nullo adhibito respectu seuere, & exemplariter arguere, & punire debeatis præfatos Henricum, & Ioannem, prout exigit eorum temeritas, & enormis superbia, nec permittatis in posterum eandẽ Episcopalem sedem, eorumq; bona vbicunque posita concuti, vel diminui tàm in prædictis, quàm in aliquo; sed*
B *censeatis non modò sedem ipsam, verùm etiam Reuerendum eius Episcopum, ac successores suos cum omnibus tenimentis, rebus, possessionibus, & quibuscunque rationibus ad sacram ipsam Sedem pertinentibus sub speciali protectione, & defensione nostra, & hæredum nostrorum esse susceptæ, quia exinde parentibus nostris, & nobis, & nostris posteris cum temporali laude iustitiæ abundantius retributionis æternæ præmium expectamus. Datum Cremonæ anno Dominicæ Incarnationis 1237. die 10. Mensis Iuly anno Imperij nostri 27. Fridericus. Registrata fol.* 101. Cæterum nec mirum si Henricum, & Ioannem Kala ob præstitam munificentiam, animique liberalitatem, ab impio Friderico secundo præfatorum bonorum stabilium dominio orbatos legamus, cum
C alios, atque alios etiam Sacrosanctam Dei Ecclesiam, quæ ipsum tanquã filium educauerat, acerbioribus, atrocioribusque, quàm vlla vnquam post hominum memoriam Ciuitas senserit, calamitatibus oppresserit. Nec ob inde factum extitit, vt tàm præfati germani fratres, quàm eius posteri à cæteris benefaciendi actionibus se abstinerent, cũ præsertim in bono tuendo publico & labores, & opera semper impenderint, votaque, atq; suffragia cæteris cũ nobilibus in sedili tulerint Capuano. Ioannes Iouianus Põtanus Ferdinandi Regis I. à secretis, grauissimus Author, familias quasdã ex Capuana Tribu nobiles, virtutumque titulis ornatos describens, in littera K. de Kala familia præclarum hoc formauit elogium.

D *Kala.*

Bonum quidem omen, & faustum
Vetustissimis Angliæ Ducibus
Bonitatis cognomen
Præstitit.
Re, & nomine sanè bonitas,
Quæ inclitis omni æuo gestis
Elucet.
Siuè Kala ob militares eius fustes,
Siuè à Caledonia Brittanniæ
E *Ducatur.*
Sanguine siquidem Brittannorum fulxerunt,
Quem Regale postmodum Sueuorum genere
Miscuerunt.

Hæc Pontanus de quo egerunt Surrentus, Angelus, Toppius, & alij. At reddat, vnde discessit orationis nostræ methodus, Friderici impietas haud primogeniti, Nepotumque morte contenta, etiam contra cæteros, quos contra se bellum cum Pontifice instituisse audierat, arma tulit; & cōtra Gregorij monita, Ænobarbique sui aui leges, quas se obseruaturum erat pollicitus, Treuisinos, Vicentinos, Brixienses, Paduanosque, ac Veronen-

Io. Dominic. Surrentus in suo opere de reb. Calab. cum de Auctoribus à se citandis, Angel. de Constantio in histor. Regni Neap. lib. 19. Nicol. Toppius Archiuarius Regia Ca.

niera, vir magnæ eruditionis amicus noster, de origine Tribunalium p. 1. lib. 4. cap. 2. 7. 13. & 14. & alij.
Ioann. Tarcagn. in hist. Mundi lib. 14.
Michael Zappulla in Summ. histor. p. 3. c. 4. Petrus Messias in eius Vita.
Thom. Fazellus de reb. Sicul. prior. decad. lib. 10. cap. 3.
Glossa in cap. ad Apostolicæ, de sententia, & re iudic. in 6.
Plat. in Vit. Greg. 9.
Fazell. post. decad. lib. 8. cap. 2. Tarcag. Zappulla locis cit. & alij.

ronenses præcipuè suo subegit imperio. Alia oppida, vt cæteris terrorem A incuteret, igne combussit. Nonnullas Vrbes, præcipuè Mediolanum, ex cuius Ciuibus supra decem millia trucidauit, Bononiam, Florentiam, Mantuam, atque Venetias, quæ Pontifici studebant, tali bello afflixit, vt eorum accolæ innumeri fuga sibi quæsiere salutem. Lombardorum præsertim non pauci, Duce Oddone Camerana Milite, natali solo relicto, cũ vxoribus, & natis è Lombardia in Siciliam transfretarunt, & Corilionem in Valle Mazariæ, vltra flumen Salsum, inhabitarunt, ipso Friderico indulgente, vt patet ex eius priuilegio sub datum in Castris apud Brixiam anno Domini 1237. Mense Nouembri, à Fazello relato. Quibus impietatibus irritatus Romanus Pontifex, postquam Romanorum animos ad sese B conciliasset, Romam productus, Fridericum citauit ad comparendum coram se certa die. Ille verò cum se præsentare, atq; gestorum rationem reddere renuisset, tanquam contumax, & rebellis fuit censuratus à cunctis, & à Gregorio Nono Pontificalibus induto infulis, coram duodecim Episcopis, indumentis Episcopalibus pariter indutis, ac vnoquoque eorum cereum manutenente, in die Cœnæ Domino, anni 1239. fuit excommunicationis perculsus sententia, & in signum maledictionis æternæ, quilibet Episcopus suum cereum in terra proiecit, ac pedibus conculcauit, & demum Imperio priuauit. At neque hæc tantùm Gregorius, nam cum illum furijs refertum Romam venientem audiuisset, capitibus Sanctorum C Petri, & Pauli Apostolorum deuotione ineffabili processionaliter priùs à se per Vrbem deductis, egregia oratione in sacra Diui Petri Basilica ad Romanos habita, titubantium animos in sua, & Ecclesiæ constanti deuotione vallauit, & contra diris deuotum, Christi Domini Crucem indixit, solita cum Indulgentiarum concessione. Romani Cruce sancta insigniti viriliter, magnoque armorum robore, ne Vrbem ingrederetur, omnem Friderico præclusere additum. Vnde vtriusque exercitus magnam cla-

Carol. Sigon. de Regno Italiæ, Alphonsus Giaccon. in Vit. Greg. 9. & alij supra cit.

dem perpessus. Tyrannus præterea in Crucem gestantes, quos in manu sua habere poterat, ita sæuit, vt nonnullis duplici ictu, Crucis signum formante, caput ad guttur vsque in quatuor partes diuisit, quibusdam can- D dentibus ferris Sanctæ Crucis caractherem formauit in fronte. Presbyteris tandem, in quos quam maximè sæuiebat, coronam vsque ad occipitis superficiem dilaniando incidit. Subinde ingenti pecuniarum summa per vim à suis subditis exacta, Beneuentum vi captum, ne dum eripuit, sed eius mœnia ad terram vsque diripuit. Hoc item de Sora Vrbe, quam contra se arma tractasse perceperat. Montis Cassini Abbatiam, à Sanctissimo Patriarcha nostro Benedicto fundatam, omni argento, auroque spoliauit. Sacras omnes vtriusque Siciliæ Regni Ædes depilauit. Sacri Templi Militum bona, quotquot in Italia possidebant, suum in ærarium collocauit. Nonnulla in vtraque Sicilia constructa Cœnobia à fundamentis destru- E xit, & Ecclesias lacrymabiliter prophanauit. Tandem iram omem in Prælatos transfudit, Archiepiscopos, Episcoposque, atque Abbates partim vario mortis genere enecando, partim perpetuò incarcerando, & partim eliminando; adeò quod nec pepercit Catanensi Episcopo, olim Magistro

Vghell. Abb. Italiæ Sacræ tom. 1. Verbo Ausculani Episcopi nu. 32. Tartagn. loc. cit. & alij.

suo. Tuneti Regis fratri, qui ad Christi Domini fidem amplectendam, Panormum deuenerat, Sacramenti Baptismatis lauacrum dissuasit. Ausculo deinde per obsidionem potito, eiusdem territorium diripuit, pluraq; eiusdem Diœcesis oppida occupauit. Montem Casinum reuersus, expulsis inde Monachis, omnem ex eo substantiam absorbuit. Romanam Campa-

niam

A niam subuertit. Nonnullas Vrbes, Rauennam præcipuè, atq; Fauentiam, quæ præ cæteris Pontificis fasces adorabant, sub tyrannica sua seruitute redegit. Et demum multis magni nominis Italiæ Vrbibus defectionem à Pontifice persuasit, Gregorius ex alia parte, Dei Ecclesiam, Domini nostri Iesu Christi sponsam impij hostis opera in delerionem, & delubrium delabi, videns, Romæ de Imperio illi adimendo, Concilium indixit, & Prælatos vndique ad sese euocauit per Legatos, & Nuncios. Quorum duo præcipui extitere, vnus Otho Candidus, aliàs Blancus, ab eodem Pontifice Diaconus Cardinalis tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano creatus anno Domini 1227. quem deinde Innocentius quartus Portuensis

Matthæus Vestmonastersensis, Ioannes Villanus.

B Ecclesiæ, & Sanctæ Rufinæ Episcopum declarauit Lugduni kal. Februarij anno Domini 1244. & obijt anno Domini 1251. in cuius locum fuit suffectus non Iacobus Herebertus, Gallus, Monachus Cistercienfis, vt prodiere gratis Alphonsus Ciacconius, & alij, sed Iacobus ex nobili familia de Porta, Castri Arquati Domina, Italus, patria Placentinus, olim item Monachus nostri Cistercienfis Ordinis, tunc verò Episcopus Mantuanus, vt perbellè pluribus auctoritatibus, ac deplomatibus probat amicus noster Vghellus Abbas in sua Italia Sacra. Iacobus autem iste de Porta, Placentinus, à Gregorio 9. Mantuanæ Ecclesiæ anno Domini 1238. creatus Episcopus, & ab Innocentio quarto ad purpuream, & dictæ Portuensis Ec-

C clesiæ dignitatem euectus anno Domini 1252. ad superos euolauit anno Domini 1254. cuius corpus in Galliam translatum, in Monasterio Clareuallis, in quo vnà cum Iacobo Pecoraria, de quo mox, Monachum Cistercienfem induerat, sepultum fuit. Alter vero extitit Iacobus Pecoraria, Placentinus, qui ex ordine Cistercienfi, & ex Abbatiali dignitate, qua fungebatur in Monasterio Sanctorum Vincentij, & Anastasij ad Aquas Saluias extra Vrbem, ad Cardinalitiam, & Episcopalem Prænestinæ Ecclesiæ dignitatem promotus à Gregorio nono 1231. Mense Septembri, & tàm huius, quàm Innocentij quarti, Vicarij functus officio, Romæ sexto kal. Iulij, anno Domini 1244. meritis plenus, mortalem cum immortali, &

Ferdinand. Vghell, Abbas Italiæ Sacræ tom. 1. in Appendice, & correctione, Verbo Portuenses n. 40. pag. 406. Hippolitus Donesmũdus in hist. Mantuanæ Ecclesiæ p. 1. Ioann. Petrus Crescentius Romanus in sua Italiæ corona, narratione 21. cap. 6. Vmbertus Locatus plura de familia de Porta.

D terrenam cum cœlesti vitam commutauit. Sepultus iacuit in Vaticano, donec ex eiusdem testamento non fuerit Claramuallem in Gallia translatus prope sacras Sancti Malachiæ Episcopi exuuias, vbi desumpserat Illustrissimi, sanctissimique pariter Cistercienfis Ordinis, Monasticæq; laudis erudimenta, Sanctissimi Pontificis iniquus, ac perfidus hostis Fridericus intentione percepta, Enzum eius nothum, Sardiniæ Regem, vt Prælatos ad Concilium properantes interciperet, instituit, ac insidias terra, mariq; disposuit. Iam Cardinalis Otho Candidus in maiorem Brittanniam, & Scotiæ Regnum, & noster Cardinalis Iacobus Pecoraria, Friderico infensissimus, in Gallias, atque Hispanias, à Gregorio missi, vt clarissimos, præ-

E stantissimosq; præfatorum Regnorum Prælatos ad indictum generale Lateranense Concilium, contra Ecclesiæ tyrannum celebrandum, conuocarent, cum innumerabili Antistitum, Abbatumque, atque Priorum, nec non cum indicibili oratorum, præcipuè Lombardiæ Vrbium turma Genuam appulerant, Romam properantes. Cumque paratis viginti quinq; Genuensium triremibus inde soluissent, Corsicumque mare tenuissent, in tyranni parata retia impegerunt. Quippe Enzo nothus Pisanorum, Friderico studentium, classe succinctus, in ipsos impetum fecit, & superatis Genuensibus Classiarijs, qui partes tutabantur Pontificis, tribusq; triremibus, cum omnibus in ibi existentibus submersis, omnes quotquot reman-

Petrus Messia in Vita Friderici 2.

ferant, cæteris in triremibus numero viginti duorum ad Ecclesiæ Rebellem deduxit eiusdem iussu, duos hos tantùm versus continente. A

Omnes Prælati Papa mandante vocati,
Et res Legati veniant hucusque ligati.

Capti fuere inter cæteros Iacobus Pecoraria Cardinalis Prænestinus, qui iam publicis machinationibus contra Fridericum exarserat, Cardinalis Otho Candidus, & Gregorius Romania, Apostolicæ Sedis Legati, Petrus de Collemedio Italus Campanus Archiepiscopus Rothomagensis (hic ad Cardinalitiam, & Albanensis Ecclesiæ dignitatem fuit postmodum ab Innocentio quarto promotus Lugduni, anno Domini 1245.) Eluguiaci, Cistercij, & Claræuallis Abbates, cum Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, & Prælatis alijs innumeris, Nuncijs etiam nonnullorū Prælatorum, Procuratoribusque, ac supra centum Lombardiæ Vrbium Oratoribus. Capti insuper fuere Genuentium militum supra quatuor mille, præter nobiles eiusdem Vrbis, qui triremibus præerent, & ad Prælatos Romam ducendos, ac completo Concilio inde reducendos à Genuensi Senatu Duces fuerant constituti. Hos omnes impius Fridericus Amalphim, & per diuersa Neapolitani Regni loca, dirissimo, teterrimoq; carcere macerauit, Gallis tantùm exceptis, quos ad Lugdouici Galliæ Regis præces liberauit. Gregorius nonus noua hac iniuria affectus fuit dolore tanto, vt paulò post febre correptus, vitam cum morte commutauerit vndecimo Kal. Augusti anno Domini 1241. & sui Pontificatus anno 14. mense quinto, & die tertio. Gaufridus Castilioneus Morellus, Mediolanensis, Vrbani tertij ex Cassandra Cribella sorore Nepos, Ioannis Castilionei filius, vitæ bonitate, doctrinaque admodum præstans, quem ex Monacho celeberrimi Cœnobij Altecumbæ sacri Cistercienfis Ordinis, in Diœcesi Gebennensi, in Subaudia, Gregorius nonus, ipso reluctante, Cardinalem tituli S. Marci, & Sabinensis Ecclesiæ Episcopum creauerat, cunctis sacri Senatus suffragijs conspirantibus, totius Christiani Orbis læta gratulatione ad fluctuantis Petri nauiculæ regimen, sub nomine Cælestini quarti, fuit adlectus 9. Kal. Octobris anno Domini 1241. Perturbauit, abstulitque tantæ lætitiæ complementum mors inuida, quæ in decimo septimo sui Pontificatus die illum è viuis ereptum, in Vaticana Ecclesia, in die 8. Octobris 1241. fecit sepelire. Post huius sanctissimi Pontificis obitum Apostolica sede spatio mensium viginti, dierumque quindecim vacante, tyrannus Fridericus Marchiam Anconitanam, Flaminiamque percurrens, cuncta cæde, & vastatione hostili permiscuit. Bononiam vi occupauit, incendioque deformauit, ac eius famosissimum studium in Patauium transtulit. Marchiam Taruisinam, seù Venetam regionem afflixit, & Ecclesiæ fautores varijs cladibus onerauit. Balduinus interim Constantinopolitanorum Imperator, pro milite subsidiario contra Barbaras nationes Italiam appulsus, apud illum, Parmam tunc obsidentem, adeò supplicationibus præualuit; vt quod Galliæ Rex, alijque Christiani Principes obtinere haud poterant, ipse solus tres prædictos Cardinales, quos adhuc in vinculis detinebat cruciatos, incolumes dimittendos extorserit. Cardinales libertati pristinæ restituti, vnà cum cæteris apud Anagniam congregatis, Sinibaldum Fiescum, Genuensem, S. Romanæ Ecclesiæ tit. Sancti Laurentij in Lucina Presbyterum Cardinalem, Friderici amicissimum, sub nomine Innocentij quarti ad Pontificium euexere fastigium sub die 24. Mensis Iunij, anno Domini 1243. Hic Neapoli obijt Idibus Decembris

(Marginal notes:)

Gloss. in c. ad Apostolica, de Sententia, & re iudicata in 6. Vincent. Bellouac. in Specul. histor. lib. 39. c. 138. Abb. Vghellus Italia Sacra tom. 1. Verbo Portuenses, & Verbo, Prænestini Episcopi, Sanctus Antonin. hist. p. 3. tit. 13. c. 4. Chronicon Anglicum, Corius p. 2. Petrus Maria Campius in Vit. Greg. 9. Mattheus Vestmonasteriensis Ioannes Villan. Sigon. Ciaccon. Fazell. & alij.

Ioann. Tarcagn. loc. cit.

Platin. in eius Vita, Panuin. in Chronol. Ecclesiast. Michael Zappulla in Summario histor. p. 3. c. 4. & alij.

Auctores nuper cit. quibus adde Abb. Vghellum tom. 1. Ital. Sacræ Verb. Romani Pontifices num. 178. & Verb. Sabinenses Episcopi nu. 27.

Platin. in Vit. Celestini 4. Fazell. & Tarcagn. loc. cit.

Authores citati.

(Margin letters B, C, D, E in the right margin beside the corresponding lines.)

A cembris anno Domini 1254. Fridericus, audita Innocentij quarti creatione, sibi suam calamitatem præsagiens, in hæc verba prorupisse fertur. *Sinibaldus ex amico, mihi ex Pontificatu inimicus est euasurus*. Fortasse ex animi fortitudine, quam per prius expertus erat in illo. Extemplò nouus Pontifex Romam aduectus, ac à Romanis cunctis summo exceptus honore, per Balduinum ante dictum, & per Comitem Tolosanum cum Ecclesiæ hoste rem pacificam agere cœpit. At quia nulli satis formulæ, nullique oblatæ pacis conditioni acquiescebat, quarto tandem mense conclusum fuit, vt Pontifex Ciuitatem Castelli peteret, nam ibi illi suam intentionem aperiret, ac Pontificias fasces adoraret. Credidit illius verbis

Authores citati.

B Innocentius Papa; at dum, Ciuitatem Castelli productus, paterno charitatis affectu rebellem, immò perditam ouem ad Ecclesiæ gregem per sapientes internuncios reportare nitebatur, ille ad eiusdem Ciuitatis Castelli Comitatum existens, ad instar aspidis surdæ, ne Pontificis audiret monita, aures suas obturans, infensissimo hostis furore Ecclesiastici gregis Pastorem capere, & fortasse interficere totis viribus claneulum moliebatur. Tandem cùm paratas insidias, vt sibi sugestum fuerat, certis inditijs comperijsset Innocentius, desperato pacis fœdere, Genuentium triremes ingressus, aliam indutus vestem, cum septem Cardinalibus, & quibusdam Episcopis, Genuam primò, & deinde Lugdunum deuenit. Vbi

Platin. Ioann. Tarc. Fazell. Zappulla, & alij loc. cit.

C vniuersali indicto Concilio, creatisq; in vigilia Natiuitatis Dominicæ anno eiusdem 1244. duodecim Cardinalibus vita, doctrinaq; præstantibus, ac cunctis Cardinalibus galero rubei coloris concesso, vt in ipso, tanquam in signo vitam, ne dum sanguinem pro Ecclesiastica libertate se debere effundere cernerent: per Petrum de Collemedio Albanensis Ecclesiæ, & Guillelmum Subalpinatum Sabinensis Ecclesiæ, Episcopos Cardinales, ac per Guillelmum Basilicæ duodecim Apostolorum Presbyterum Cardinalem, qui salutem zelabantur ipsius, apud eum pro pace paternis monitis, & præcum lenitate curauit insistere, sicuti & pro Prælatorum, Clericorum, ac Laicorum, quos captiuos detinebat, libertate. Fridericus è contra Pharaonis imitatus duritiam, & aures suas obturans more aspidis, quæ

Martin. Polonus in Vita Innocentij 4. Onufrius Panuin. in adnotat. ad Platin. & alij.

Gloss. in cap. ad Apostolica. de sentent. & re iudic. in 6.

D ne incantantis verba audiat, aurem vnam calcat in terra, alteram cauda obturat, Pontificis præces, monitaque, elata obstinatione, & obstinata elatione despexit. Quapropter iniquitates eius amplius tolerare non valens sine propriæ conscientiæ labe, iustè indignatus, sacro præsente Concilio, Fridericum secundum quatuor ex causis, quæ nulla poterant tergiuersatione celari, Prima tanquam sacrilegum, qui iura, resque Ecclesiasticas vbiq; diminuerit, Cardinalesq; ac alios Romanæ Ecclesiæ Prælatos ad Concilium venientes, capi fecerit, Secunda tanquam de hæresi suspectum, qui Sarracenorum Regulos, Tuneti Regis præsertim germanũ

Exod. à cap. 7. vsq; ad 15.

E fratrem sacro baptismatis lauacro superinfundi, & regenerari prohibuerit, & Romanum Pontificem ipsum anathematis vinculo astringere non potuisse, dixerit, Tertia, vt blasphemum, quippe qui impostores tres fuisse, qui præstigijs suis orbem vniuersum dementauerint, Moysen videlicet, qui Iudeos, Christum, qui Christianos, & Maumettum, qui Sarracenos, fascinauerint, ac Deum de Virgine nasci non potuisse, horrendè protulerit, Et quarta tandem tanquam perfidum, qui Romanæ Ecclesiæ pacem toties violauerit, & censum pro Siciliæ Regno per nouem annos, & amplius soluere prætermiserit, sub die 21. Iunij anno Domini 1245. Christianæ Religionis telo, & Imperio, Regnisque omnibus abrogauit,

Innoc. 4. cap. ad Apostolicæ. de sentent. & re iudic. in 6. Decretalium. Et ante

ipsum Gregorius 9. in Epistola Ascēdit de Mari bestia.

Ioann. Anton. Mag. in Geogr. Tarcagn. lib. 11. & alij cum glossa in dicto cap. ad Apostolicæ.

Plat. in Vita Gregorij quinti, & alij.

Plat. in Vit. Innoc. 4. Tarcagn. & alij.

Angelus de Constātio in histor. Regni Neap. lib. 1. Michael Zappullain Summ. histor. par. 1. cap. 9. & p. 3. cap. 4. Ioann. Tarcagn. in historia Mundi lib. 14.

vt ex cap. ad Apostolicæ, eius insuper subditis, vassallisque, quos à iura- A
mento absoluerat fidelitatis, ne de cætero ipsi tanquam Imperatori, vel Regi parerent, expresse inhibuit, quinimmo omnes, & singulos, qui in futurum eidem veluti Imperatori, vel Regi parere, siue consilium, aut auxilium, vel fauorem præstare audebant, absque vlla monitione sententiæ supposuit excommunicationis. Et demum vt nouum eligerent Imperatorem Archiepiscopos monuit Romani Imperij Archicancellarios, Maguntinum scilicet per Germaniam, Treuirensem per Galliam, & Coloniensem per Italiam, nec non Boemiæ Regem Romani Imperij Archipincernum, Comitem Palatinum Rheni Romani Imperij Archidapiferum, Saxoniæ Ducem Romani Imperij Archimarscaldum, & Marchionem B
Brandemburgensem Romani Imperij Archicamerarium, quibus imperatoria competebat electio à temporibus Gregorij Papæ quinti, qui tertio Othone imperante in Dei præfuit Ecclesia per biennium, menses septem, & dies decem, & octo, & obijt Romæ 12. kal. Martij anno Domini 998. Mox Electores Pontificis contra Fridericum audita sententia, apud Herbipolim in Franconiam conuocati, Henricum Turingiæ Lantgrauium in Romanorum Cœsarem elegere, & electum Aquisgrani coronauere. Tyrannus ex alia parte cum se ab Innocentio exauthoratum intellexisset, irarum furore in Pontificem exardescens, inuictiuis lacessere cœpit illū, prius Cognatorum, Affiniumque eius qui de Innocentij voluntate Par- C
ma discesserant, ædibus, ac pagis, in Parmensi existentibus agro, penitus destructis, atque combustis. Dum autem de ipso Pontifice supprimendo cogitaret, & incomparabilem aduersus eum formaret exercitum, ad eius aures nonnullorum Neapolitani Regni Procerum ab ipso ad Pontificem defectio, conspiratioque peruenit. Quippè cum se vidissent à fidelitatis liberati vinculo, ne dum iuxta Pontificis præceptum impij Friderici non obtemperauere mandatis, sed ab ipso ad Papam defecere inter cæteras hisce potissimum de causis. Prima, quia Friderico è Syria in Italiam reuerso, dum Christiani contra Sarracenos loca sancta tutabantur, & proprium cruorem pro Republica effundebant Christiana, ipse non solum D
Sarracenorum reliquias adhuc in vtraq; Sicilia dispersim existentes, sed & alios viginti milia numerum excedentes ex Asia in sui auxilium contra Romanam Ecclesiam euocauerat, quorum suffultus suffragijs perpetrabat flagitia pessima. Secunda, quia videbant plus illum Sarracenos, Christianorum hostes, quam Christianos ipsos, quorum Rex erat, & Imperator, diligere. Tertia, quia præcipuos, amplissimosque Magistratus in vtroq; Regno Sarracenis tantummodò videbant committi. Quarta, quia legem promulgauerat, vt Christianorum vllus sub pœna capitis de sibi illatis à Sarracenis iniurijs conqueri posset. Quinta, quia cernebant vtriusq; Siciliæ Regnum Christianorum homicidijs, rapinis, ac luxuriosis actibus, à E
Sarracenis in dies impunè repleri. Sexta, quia Nuceriam Christianorum Vrbem in Neapolitano Regno sitam, expulsis inde populariter Christicolis, Christianæ fidei inimicis Sarracenis concesserat, quæ ad nostram vsque ætatem Nuceria Sarracenorum nuncupatur. Septima, quia adeò illum Ecclesiæ flagellum compererant, vt denegatis militum copijs, à Christianis per internuncios expetitis, cum magno, ac lacrymabili Templariorum, & Christianorum omnium militum excidio sanctam Vrbem Hierusalem, cuius Rex ipse erat, capi, Sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi Sepulchrum prophanari, sacraque loca deforuiari à Meledinu

Baby-

A Babyloniæ Sultano permiserit. Octaua denique, quia satis arduum, & enorme eis videbatur, quod talis, ac tanti Tyranni causa, omnes quotquot erant in excommunicatione, & interdictu, & sine animarum suarum Pastoribus miserè, & infœliciter reliquum ducere vitæ tractum, & Pueros petere panes, & non esse, qui frangeret eis. Præcipui, qui sanctæ huic conspirationi dedere nomen, sanè fuerunt omnes de Sanseuerinorum familia, nec non Fasanellæ, & Murræ. Fridericus igitur tot inuictissimorum audita Procerum conspiratione, omisso tantisper quarto Innocentio, extemplò Neapolitanum Regnum aduolatus, Sanseuerinorum exercitum inuasit, atque deleuit. Verùm quia multi ex illis fuga sibi salutem quæsierant, ne quis superstes ex eadem familia remaneret, quos captiuauerat,

Angel. & Michael nuper cit. Ferdinandus della Marra in suo opere inscripto, Discorsi delle famiglie estinte, forastiere, ò non comprese ne' seggi di Napoli, cum de familia Fasanella. §. De tre primi. pag. 152.

B sub libera custodia, & condonationis spe Panormum callidè misit; Regio Fisco præcipiens, vt bonorum, vrbium, oppidorumque, quæ possidebant pro eorumdem necessitatibus, solitoque seruitio, ac apparatu, semper vtilitate seruata, tantùm dominij possessionem caperet illorum. Haud inane extitit impij Tyranni dolum, calliditasque. Nam omnes de Sanseuerinorum familia, de eorum pristina libertate tractaturi, vxoresq; etiam eorundem, ac paruuli, si Fridericus Viros suos liberare renuisset, de illorum bonis victuri, Siciliæ Insulam, & Panormum deuenti, vnà cum captiuis immanibus adscripsit iudicijs; plures illorum horribili flamma combussit,

C alios crudeliter enecauit. Vxores verò cum infantibus, & qui non dum excesserant ex ephebis longum tulere martyrium; quippe quas in Panormitani Palatij subterraneis latebris, cellulisq; inedia macerari, ac exinaniri mandauit, vt tradunt Angelus de Constantio, Ioannes Tarcagnota, Michael Zappulla, & alij omnes; licèt Fazellus præcedenti anno 1244. mense Martio hoc euenisse proferat, sed hallucinatur in multis, praponẽdo, & postponendo ad sui libitum Friderici gesta, vt ex ipsa lectura patet, licèt in aliquibus, Germanos fortasse secutus erret omninò. Quare in præfatarum Mulierum Sanseuerinæ familiæ memoriam vsque adhuc ibidem durat adagium. *Mulieres, quæ malè Panormum venerunt*, vt inquit Fazellus,

Angel. de Cõst. Michael Zappulla, Ioannes Tarcagn. loc. cit.

Thom. Fazell. de rebus Sicul. poster. decad. lib. 8. c. 2.

Fazell. loc. cit.

D portentum etiam multos post annos in sui præsentia inde secutum hisce formalibus apertè subnectens. *Quarum* (supple Sanseuerinæ familiæ Mulierum) *duo cadauera anno salutis* 1514. *à Fossoribus, qui ea ad carceres in Arce reficiendos fortè inciderant, reperta, integra cum vestibus etiam incorruptis maximo cum stupore nobiscum concurrens tota Panormitana Ciuitas spectauit.* Hæc Fazell. In quo maximè consideranda est mirabilis Dei omnipotentia, quæ ad suorum memoriam reuocandam, & impij Ecclesiæ Sponsæ suæ hostis vitam execrandam, extra naturæ ordinem talia voluerit conseruare. Angelus insuper astipulatur, ex omibus Sanseuerinæ familiæ infantem tantùm, Rogerium nomine, quem Thomæ, & Pernæ Iesualdæ filium facit Ferdinandus, Friderici euasisse sæuitias, quem post suorum næ-

Angel. de Constãtio hist. Regni Neapol. lib. 1.

E cem eiusdem familiæ deuotissimi ad Iesualdi Dominum eius auunculum primò, dein ad Celanum in Aprutio, tandem de Polisenæ eius Amitæ, & Celani Comitissæ voluntate clàm ad Pontificem traduxere. Hic sub Romani Pontificis cura Romæ enutritus, in maiori constitutus ætate in vxorem duxit eiusdem Papæ Innocentij Nepotem, Fiesci Comitis filiam, & à suis non degenerans, pro Dei Ecclesia intrepidè militauit, & Progenitorum cladis non immemor, nec illam dissimulans, adeò publicis machinationibus, & sua strenuitate præualuit, dum de Papæ voluntate pro Carolo Andegauentium Duce dimicabat, vt ne dum vtriusque Siciliæ Regnum

Ferdinandus della Marra in opere supra citato, cũ de familia de Tricarico. §. Il Conte Tomaso. pag. 416.

Manfredo Sueuo, impij Friderici secundi ex pellice Lõbarda progenito A ademerit, & vltra Comitatus Sanseuerini, Vallis Diani, & Cilenti, & aliorum Oppidorum dominia, Marsici Comitatum præcipuè, à Friderico occupatum, sibi recuperauerit; sed totaliter vetustissimam, nobilissimamque Sueuorum stirpem, è qua tot Reges, ac Imperatores exierant, extinxerit, superstite tantùm remanente Constantia, Manfredi spurij filia, quam in vxorem duxerat Petrus Aragonensis, Iacobo Patre Aragonensium Rege inuito, qui Gallorum potissimum inuerecunda scurrilitate causante, Siciliæ Insulæ occupauit imperium. Fridericus ita nonnullis Neapolitani Regni Proceribus enecatis, vt in Galliæ medio Innocentium supprimeret, Lugdunum petit. Cumq; fuisset Taurinum, Pedemontium Regionis Metropolitanam Vrbem, productus, Parmensem Vrbem, sui studiosissimam, B ab Ecclesiæ factiosis, nec non ab Imperij, & eiusdem Vrbis exulibus, cum non contemnenda suorum, qui ipsam tutabantur, sanguinis effusione, fuisse captam audiuit. Illicò cum sexaginta millia militibus recessit ille, ac prope Parmam noua Vrbe, sub Victoriæ nomine, vt ea capta, ac funditus delata, veteris Vrbis annihilationem in futurum significaret, ex tabulis instituta, eam indurato, obstinatoque animo per biennium obsedit. Quo tandem eruptione facta ex Vrbe à Gregorio Montilongo Cardinali, Pontificis Legato, qui constantissimè tolerauerat obsidionem, cum ineffabili suorum internicione, non valens Cardinalis impetum sustinere, Castris omni opulentia repletis, in victoriosorum militum prædam derelictis, humerum dedit ei à quatuordecim tantùm equitibus associatus. Et cum ad rem C bellicam exercendam, tum ob perpessam cladem, tum ob militum inopiã se agnouisset inhabilem, apud Cremonam moram trahens, diuersis speciebus libidinis immersus inter pueros, & mulierculas vitam duxit. A quibus tandem expergefactus, magno secum militum collecto numero, vnà cum Enzo Sardiniæ Rege, totam suo impetu Italiam terrore repleuit. Cuius metu Ciuitates nonnullæ concussæ, à Pontifice ad ipsum defecere. In Ethruria Florentia sola Innocentio adhæsit. Placentini omnes, Vrbinates, Foroliuienses, ac Vmbria tota, Tuderno, Assisioque tantùm exceptis, ad D ipsum declinarunt. Subinde Enzus, eius nothus, cui Lombardiam, ac Ethruscorum curam commiserat, dum Bononienses opprimere nititur, ab istis superatus, & captus, ac tanquam mus in muscipula, siue auis in cauea ferrea positus, eiulans, & lacrymans infœliciter dies suos clausit extremos. Ipse autem paraturus non dum auditas militum copias, omne malum aduersus Dei Ecclesiam, Orbemq; totum eructans, furoris igne succensus, Regnum deuenit. Peruersam verò Friderici voluntatem ad satietatem ostendunt subscripta carmina ab ipso in Pontificem edita, & ab Alphonso relata.

Fazell. post. decad. lib. 8. c. 3. Platina in Vit. Mart. 2. alias 4. & aly.

Petrus Messia in Vita Friderici 2. Michaël Zappulla, Fazell. lib. cit. cap. 2. Plat. in Vit. Innoc. 4. & aly.

Auctores citati cum S. Antonin. in Spec. hist. par. 3. tit. 19. c. 6. §. 1.

Alphons. Ciaccon. in Vita Innoc. 4.

Roma diu titubans, varijs terroribus acta E
Corruet, & Mundi desines esse caput.

Respondit Anonymus illi nomine Pontificis sic.

Niteris incassum Nauem submergere Petri,
Fluctuat: at nunquam mergitur illa ratis.

Rescripsit ille ad Innocentium ita.

Fata volunt, stellaque docent, auiumque volatus,
Quod Fridericus ego malleus Orbis ero.

Replicauit Anonymus totidem verbis.

Fata volunt, scriptura docet, peccata loquuntur,
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

At

A At dum iuxta institutum milites, ingentemque auri summam in Neapolitano Regno colligeret; Deo vltionum Domino permittente, à Manfredo notho, quem Tarenti Principem constituerat, dum infirmus eius in brachijs decumbebat, puluino ore compresso, siue eiusdem opera potato veneno, subiturus patratorum scelerum pœnam, Florentiolæ, non satis longè à Tarento, decessit Idibus Decembris anno Domini 1250. Tantæ incredulitatis Fridericum secundum extitisse, prodit Frater Salimbenis Seraphici Ordinis, Patria Parmensis, illius contemporaneus, quod pro experienda animæ rationalis subtilitate, ac immortalitate, hominem viuum posuerit in dolio vndique optimè clauso, obturatoque. Putans fortasse, B quod anima inde exire haud valens, vel homo ille non moreretur, vel moriens moreretur, & anima. Atque hæc pauca de impij Friderici secundi gestis dixisse sufficiant, ad compescendam falsidicorum audaciam, plura alia videri possunt apud Auctores. In quonam autem suæ ætatis anno vitam finierit, non dum habeo exploratum; quippè quidam referunt eius Natiuitatē in primum Constantiæ Nortmannæ cum Henrico Sueuo connubij annum, illumque peperisse in Esiorum Vrbis foro, Henrico sexto in Alemanniam reuerso, vtriusque Siciliæ Regno non dum assecuto: nam postquam Neapolitanam Vrbem valida obsidione cinxisset, fuit vt diximus, pestilentiæ causa ad propria remeare compulsus, Constantia coniuge C in Caietæ Vrbe relicta. Et cum hæc euenisse probauerimus anno Domini 1191. necessitate calculi dicendum est, Fridericum in lucem editum non prius, quàm in Mense Ianuario 1192. nisi Authorum sententiam, Cōstantiam ante Celestini tertij Pontificatum Henrico sexto matrimonio iunctam, asserentem, sequi velimus. Quidam alij produnt, Constantiam Fridericum peperisse in eadem Vrbe Esiorum anno Domini 1194. Henrico eius Viro iam præcedenti anno 1193. ex Italia in Alemanniam reuerso, ibidemque adhuc commorante, vt Pandulphus præcipuè refert. Sed contra est auctoritas scriptorum eiusdem temporis, præsertim Chronicon Fossæ, Martini, & Angeli, qui vna voce referunt, Henricum sextum, D Neapolitana obsidione soluta, in Alemanniam redijsse præfato ann. 1191. Ideinque astipulantur Decanus Montis Cassini, & Ioannes eiusdem Monasterij Monachus apud Chronicon Fossæ ad ann. 1192. vbi & de Constantiæ captiuitate, ac de eiusdem a Salernitanis ad Tancredum Siciliæ Regem transmissione sic.

Inter multa quidem mala, quæ Rex gesserat isdem,
Quatuor aduenit Neapolim, Lunisque resedit.
Vrbs manet inuicta, redyt sine Coniuge missa,
Salerni produnt, capiunt, misere Pahormum
Regi Tancredo de tanto munere læto.
E *Morbo deuicti remeant ad propria dicti.*
Vix superest tellus morientibus his sine ferro.
Rex Capuam venit, feretro se ponere fecit,
Et Dux multorum lecto defertur equorum.

Quidam alij referunt Friderici ortum in die Sancti Stephani Prothomartyris anno Domini 1191. asserentes, Constantiam Nortmannam Clemētis tertij tēporibus opera Gualterij Panormitani Archiepiscopi iam quinquagenariam è Monialium Monasterio, cuius erat Abbatissa, clàm eductam, & eiusdem Clementis tertij iussu Henrico sexto matrimonio copulatam, & grauidam effectam extra omnium opinionem: qua de re Henricus

Bartholomæus Pisanus in suis Cōformitatib. lib. 1. fructu 9. & Conformitate pro 2. p. Plat. in Vit. Innoc. 4. Sigon. de Reg. Ital. lib. 18. Tarcag. lib. 14. Fazel. in eius Vit. Ciaccon. loc. cit. Panuin. in Chronol. Ecclesiast. Zappull. loc. cit. & alij.

Salimbenis in Chronicis m. s. relatus à Michaele Zappulla in suo discursu Astronomicarum tabular. S. Antonin. hist. 3. p. tit. 19. c. 6. §. 1. et aly.

Sup. c. 31. pag. 86. D.

Pandulph. Collenuc. hist. Neapol. lib. 4. Chron. Fossæ noue ad ad ann. 1192. Martin. Schener, & Angelus primus in Vita B. Ioannis Kala.

ricus in Neapolitana obſidione exiſtens, cum nimium de eius prægnatio- A
ne ſuſpicaretur, vt certam rei cognitionem haberet, noſtrum Ioachim pro-
phetici Spiritus fama percelebrem conſuluit, qui è Floris Monaſterio ipsū
Romanorum Auguſtum de patrata crudelitate obiurgaturus apud Nea-
Supra c. 31. pag. 85. polim deuenerat, vt ſupra diximus, à quo reſponſum accepit, ſe Conſtan-
tiæ vterum grauidaſſe, multaque alia prædixit, quæ nos ſupra retulimus.
Sup. c. 30. pag. 81. B. Dicunt enim, quod cum Conſtantia grauida Caieta ſoluiſſet, Virum ſuum
Henricum in Germaniam ſecutura, & Picenum vſque fuiſſet producta, de
Mariti ſui mandato, ibidem accepto, rediens ad Neapolitani Regni fines,
ſedandi cauſa tumultus, qui dicebantur concitati, in medio fori Eſiorum
Vrbis, cunctis ſpectantibus Fridericum ſecundum emiſiſſe in die 26. De- B
cembris 1191. quo apud Spoleti Duciſſam, vt nutriretur, relicto, iuxta
ſibi datam ob Auguſto legem ſe iterum contuliſſe Caietam. Vbi cum
nonnullorum proditorum hominum manus vix euaſiſſet, & Salernum de-
ueniſſet: à Salernitanis captam anno 1192. & ad Tancredum Regem tra-
ductam, inque Celeſtini tertij gratiam à Tancredi captiuitate liberam, &
ab Ægidio tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano Cardinali ſociatam, Ro-
mam primò ad Celeſtinum anno 1193. & deinde ad Henricum in Ale-
manniam fuiſſe euectam. Hanc ſententiam veriſimilem reddit eiuſdem
temporis Chroniſtæ auctoritas, qui in Chronicon Foſſæ nouæ Henrici 6.
& Conſtantiæ vxoris coronationem refert in hæc verba. *MCXCI. Indict.* C
octaua. XVIII. Kal. Maij. Rex Henricus cum Coniuge ſua Conſtantia in Ec-
cleſia Beati Petri à Celeſtino Papa imperialem coronam acceperunt. Quod &
Vincent. Bellouac. in Specul. hiſtor. lib. 29. cap. 51. Bellouacenſis affirmat, licèt diem coronationi poſtponat. Et cum Vghel-
lus Abbas, Panuinus, & omnes alij tradant, Celeſtinum tertium eodem
die 18. Kal. Maij, in quo Reſurrectionis Dominicæ ſolemnitas cecidit an-
no Domini 1191. in Romanum Pontificem electum, & conſecratum fuiſ-
ſe; dubio procul fatendum eſſet, Conſtantiam Nortmannam è ſacro San-
cti Saluatoris Panormi eductam, & Henrico ſexto matrimonio iunctam,
non iuſſu Celeſtini tertij, ſed Clementis tertij ſaltem ſui prædeceſſoris;
quippe impoſſibile erat Celeſtino, eodem ſuæ electionis, & coronationis D
die Conſtantiam ne dum ex Italia, ſed ex vltimis Siciliæ Inſulæ partibus,
ſub ſpe futuri connubij reuocare, & ad ſeſe accerſitam vnà cum Henrico
ſexto eodem die imperialibus infulis induere. Aduertenter dixi *Conſtan-*
tiam Nortmannam è ſacro Sancti Saluatoris Panormi eductam, & Henrico 6.
matrimonio iunctam, non iuſſu Celeſtini tertij, ſed Clementis tertij ſaltem ſui
prædeceſſoris. Nam ſunt qui aſtipulantur, Alexandrum tertium ſuper Con-
ſtantiæ votam viginitatem, vt dicto Henrico tunc Regi Germaniæ, nubere
Paulus Morigia Ieſuanus de Orig. Religion. lib. 1. cap. 43. Supra cap. 30. licitè valuiſſet, diſpenſaſſe, vt prodit doctiſſimus Paulus Morigia Ieſua-
nus, patria Mediolanenſis, in ſuo Opuſculo de origine Religionum, licèt
Boni Guillelmi, Siciliæ Regis, filiam fuiſſe dicat, quod falſum eſſe, ſupra E
oſtendimus. Eiuſq; Sponſalia ſub Pontificatu Lucij Papæ tertij, anno Do-
mini 1185. Reatæ fuiſſe celebrata, antiquum Reatinæ Eccleſiæ monu-
mentum in tabula marmorea inſcriptum, illiuſque parieti infixum, affir-
Vghell. Abb. mat. Quod & refertur à diſertiſſimo noſtro P. D. Ferdinando Vghello,
Florentino, Abbate Monaſterij Sanctorum Vincentij, & Anaſtaſii ad A-
quas Saluias S. Ciſt. Ordinis in ſua Italia Sacra tom. 1. Verbo Reatini Epi-
ſcopi, num. 18. vbi de Benedicto Epiſcopo Reatino loquens, de Conſtan-
tia ſic effatur. *Benedicti Epiſcopi quondam Reatini ſatis clara extat memoria*

in

A *in monumentis eiusdem Ecclesiæ anno 1182. tum in antiqua tabula marmorea Cathedrali infixa anno 1185. cum Henricus Rex filius Friderici Imperatoris, Constantiam filiam Rogerij Siciliæ Regis antea Monialem, Deoque votam virginem, malo omine totius Christianitatis, duxit vxorem. Inscriptio autem huiusmodi est.*

Anno 1184. Indict. 3. Mens. Aug. die 28.
Temporibus Lucij III. Papæ, Friderici Rom.
Imp. & Benedicti Reatinæ sedis Episcopi,
Et Conradi Ducis Spoleti. Rex Henricus,
Filius eiusdem Imperatoris recepit Reatæ,
B *Reginam Constantiam filiam Rogerij Regis Siculi in vxorem per Legatos suos cum maxima multitudine Principum, ac Baronum.*

Gotfredus Viterbiensis, qui ad ipsum Henricum sextum scripsit, inque ipso terminauit historiam, sic inquit. *De Domino Rege Henrico, filio Domini Friderici Augusti adhuc adolescente gesta non tenemus. Videmus autem eius elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam, & largitatem, beneuolentiam, pietatem, iustitiam, atque omnes regias virtutes, quas ex ætate adolescentum possemus optare: anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octuagesimo sexto, indict. 4. 6. Kal. Februarij Rex Henricus sextus cum Regi-*
C *na Constantia, filia Rogerij Regis Siciliæ, nuptias gloriosas celebrauit apud Sanctum Ambrosium* (supple Mediolani) *anno ætatis suæ vigesimo primo, anno autem Regni sui septimo.* Vincentius Bellouacensis ait ad annum 1186. *Henricus Friderici filius à Patre præficitur Italiæ, & vxorem duxit Constantiam filiam Rogerij Regis Siciliæ.* Aliorum per antiquorum auctoritates videri possunt apud Sigonium, qui eiusdem est sententiæ tàm in historia de Regno Italiæ lib. 15. ad annum 1186. quàm in historia Bononiēsi ad eundem annum 1186. Nos enim verò, etsi Fossæ nouæ Chronicon, prædictorumque auctoritas grauissima sit, aliorum ferè omnium Italicorum nihilominus secuti sententiam, non à Clemente tertio, aut Alexandro tertio,
D sed à Celestino tertio eam Henrico sexto traditam diximus, ne videremur cæteris nostratibus nouitatem incutere, Thomæ Fazelli præcipuè supra adducta auctoritate concitati cum testimonium perhibuerit, se in Romano Archiuio decreta Celestini, atque diplomata vidisse, quibus Constantiam à votiua virginitate liberam ad legitimas cum sexto Henrico nuptias admisit. Non enim credimus in hoc Religiosum doctissimum, & Sacerdotem voluisse mentiri, & cum mendacibus partem habere. Maximè tamen cum quidam antiquiorum auctorum scripserint Constantiam ætatis suæ anno vigesimo, matrimonio iunctam Henrico sexto ann. Domini 1186. à quibus si detrahantur anni 20. ætatis Constantiæ, remanebit numerus an-
E norum Dom. 1166. & consequenter deberemus concedere eam non fuisse filiam Rogerij, primi Siciliæ regis iam præmortui in anno 1153. sed Guillelmi cognomento, Mali, qui hoc eodem anno 1166. vitam exedit, quod est falsissimum, vt supra demonstrauimus. Probare nostrum non est vtrum Constantia Nortmanna, Rogerij primi Siciliæ Regis filia, cum sexto Henrico Sueuo fuerit matrimonio copulata iussu Celestini Papæ tertij, nec ne. Sufficit nobis probasse, Fridericum secundum, illius natum, iuxta Ioachim Prophetæ Domini verbum, Ecclesiæ, ne dum Italiæ, infensissimum hostem extitisse, ad detrahentium Auctorum, in principio huius capitis relatorum, & aliorum licentiam compescendam, atq; temeritatem.

Vincentius Bellouac. in Specul. histor. lib. 29. cap. 40. ad ann. 1186.

Sup. c. 30. pag. 84. B.

Cæte-

Alphonsus à Castro lib. 2. de Hæresib. V. Apost. Iacob. Gualterius Annonens. Societatis Iesu in sua Tabula Chronographica Status Eccles. Catholicæ, sæculo 12. cap. 20. citās in margine Prateolū V. Ioachimus Abbas, ex Guidone, & Trithemium in cat. ann. 1200.

Cæterum aduersus id, qnod insuper Alfonsus à Castro loco supra ci- A tato, & Iacobus Gualterius, Sanctum in Abbatem imprudenter inuexere, dicentes Virum sanctum *inter alias fabulas suas* (sunt formalia Gualterij verba) *triplicem hominum statum astruxisse; primum carnalem ab Adamo vsque ad Christum: secundum intermedium, à Christo Domino vsque ad S. Benedictum: tertium spiritualem à S. Benedicto vsque ad finem sæculi. Ad quos tres Status, tres hominum ordines videlicet, coniugatorum, Clericorum, & Monachorum ità adaptasse, vt coniugatorum ordinem diceret initium sumpsisse ab Adamo, fructumque tulisse vsque ad Abrahamum: ordinem Sacerdotalem inchoatum esse ab Ozia, qui thus Deo obtulit; fructum verò terra cœpisse à Iesu Christo Rege, & Sacerdote: ordinis Monastici primordia fuisse à S. Benedicto;* B *fructuosum autem esse cœpisse tempore ipsius Ioachimi Abbatis. Vnde affirmasse in primo quidem statu datam esse legem carnalem, in secundo verò legem spiritualem, scilicet Euangelium; quod tamen dixisse ab Apostolis prædicatum fuisse non secundum spiritualem sensum, sed tantum secundum sensum litteralem. in tertio denique prædicatum iri secundum sensum spiritalem, idq; à Monachis S. Benedicti.* Manifestè protestatur Alfonsus à Castro id non reperuisse in Abbatis Ioachim operibus, sed ità apud Guidonem Carmelitam fuisse hac de re notatum: miransque, quod Lateranense Concilium non fecerit de errore huiusmodi mentionem, vt fecerat de alio, nempe Trinitatis Essentiæ: subdit. *Verum possibile fuit errores illos tunc sic latuisse,* C *vt in aures Concilij non deuenerint. Quapropter fidamus in hac re Guidoni.* Non parum demiror tantorum imprudentiam Virorum Prateoli, Castri, Gualterij, & aliorum Guidonem vnum sequentium. Ergo nè tàm exile, ac leue negotium agebatur, tamque floccipendenda erat Viri Catholici fama, vt in re quam registratam in S. Abbatis operibus non reperuerant, (nullus enim horum locum citat, in quo id astruat S. Abbas manifestè, sed omnes Guidoni adhærent) & si ea legerint attentè; fidendum potius esset vni Guidoni, qui nesciebat vnde id sciret, quam innocentis honori? Siccinè cum Viro sanctitate, doctrina, & prophetiæ dono clarissimo agere licet, vt ad vetulas remittatur, vt prope ignem enarraret fabulas suas. D *Abeat* (inquit imprudentia Castri) *& suas fabulas vetulis propè ignem narret, & non viris doctis, qui sciunt triticum discernere à iolio.* Vidisti Alfonse, qui viros inter doctissimos enumeraris, libros Abbatis Ioachim, & fateris non reperuisse in eis huiusmodi sententiam, quare pro iolio non refutasti Guidonis rescriptum? quare tanti Viri innocentiam non vindicasti? Certissimum quidem est Sancti Abbatis alumnos, quibus hoc pro testamento reliquerat, scriptorum eius submisisse fasces sacrosancto Lateranensi Concilio sub Romano Pontifice Innocentio tertio huius nominis, celebrato; in quo singula fuere, vt ità dicam, verbatim examinata, probataque; vno tantùm excepto, eo nempe libello, quem aduersus Pe- E tri Lombardi sententiam de Summa Trinitate, & Fide Catholica scripsisse fertur; de quo latè etiam alibi; & si aliquis error similis extitisset, maximè Aduersarijs tunc instantibus, de eò etiam Lateranense Concilium verba fecisset. At fatendum procul dubio est; Guidonem malè intellexisse tres illos status Mundi, quos sæpè Doctor noster inculcat. At si Guido, Prateolus, Trithemius, Castrus, Gualteriusque conspicillorum beneficio adiuti, Sācti Abbatis libros legissent cum attentione, non incidissent vtique in tam manifestam ignorātiam, erroremque nec reliquissent in propatulo. Siquidem præ doctrina profundissimus Ioachim noster longe aliud intē-

Infra cap. 67.

dit

A dit, vt ipſe ſe explicat pluribus in locis, præcipuè verò in libro 4. noui, & veteris teſt. Conc. c. 3. pag. 45. col. 2, vbi ſic. *Scimus enim, quod in primo ſtatu præceſſerunt ſignificantia. In ſecũdo ſignificãtia, & ſignificata. In tertio amotis ſignificantibus, ſequuntur tantummodo ſignificata.* Inquit autẽ *præceſsiſſe in primo ſtatu ſolũ ſignificantia,* quia tunc viuẽtibus omnia cõtingebãt in figura futurorũ. *In ſecundo ſucceſsiſſe ſignificãtia, & ſignificata,* quia quæ regiſtrata ſunt in nouo teſtamẽto, fuerũt ſignificata per res veteris teſtamẽti, & ſignificant etiã futura in tertio ſtatu, nẽpe ſpirituali. *In tertio* tandẽ *ſtatu amotis ſignificantibus ſecuta eſſe tantũmodò ſignificata.* Quia nihil eorũ, quæ nunc accidunt, vel accident omni futuro tempore, deſumi poteſt tanquam figura

B alicuius rei futuræ. Vide quæ de ſacræ Scripturæ ſenſuum pluralitate, ac de tribus Mundi ſtatibus ſcripſere S. Auguſt. Greg. Magnus, Hieronymus, Diuus Thomas, & alij SS. Patres antiqui. Igitur cum dicitur primum ſtatum fuiſſe *carnalem* ab Adamo vſque ad Chriſtum; ſignificatur in primo, ſeù veteri teſtamento totum eſſe carnem, ideſt figuram, ſeù ſpiritum futurorum in nouo teſtamento. Vnde & ipſe Ioachim ſcripſit in cap. 5. Apocalypſis textu 8. *Hoc itaque modo redempti ſumus in ſanguine Chriſti, vt non ſimus ſerui, ſed liberi. Nec vt carnales Iudæi exiſtimant, qui adhuc ſordeſcunt in vetuſtate litteræ, & ſeruitute legis, ex ſolo Hebræorum populo, aut ex ſola tribu regali, & Leuitica, ſed ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione,*

S. August. epist. 48. ad Vincent. Greg. 20. moral. S. Hieron. super c. 16. Ezechiel. et in cap. 13. Matthei, S. Thomas 1. 1. q. 2. art. 10. & alibi.

C *facti ſumus Deo noſtro regnum, & Sacerdotes.* Secundum ſtatum à Chriſto vſque ad Sanctum Patrem noſtrum Benedictum Abbatem Monaſtici occidentalis Ordinis Inſtitutorem fuiſſe *intermedium*, ſcilicet partim *carnalem*, partim *ſpiritualem*, propter noui teſtamenti excellentiam, in quo figurata per vetus teſtamentum reperiuntur, nec non, & figuræ futurorum in tertio, nempe ſpirituali ſtatu, quæ in ſenſu Anagogico explicantur, iuxta illud Apoſtoli ad Hebræos. *Vmbram habet lex futurorũ bonorum, non ipſam imaginem tantùm.* Et iuxta illud Dionyſianum apud D. Thom. *Status nouæ legis medius eſt inter ſtatum veteris legis, cuius figura implentur in noua lege; & inter ſtatum gloriæ, in qua omnis nudè, & perfectè manifeſta-*

D *bitur veritas.* Tandem tertium ſtatum totum eſſe *ſpiritualem*, quia in tertio ſtatu nihil eſt, quod deſumi poſſit tanquam figura alicuius rei futuræ, ſeù ad aliquod futurum ſignificandum. Adducamus exemplum ex eodem S. Abb. lib. 2. tract. 2. c. 5. ingreſſus filiorum Iſrael in Egypto cum Iacob patre eorum, ſignificare voluit prædicationem Apoſtolorum in Synagoga cum Chriſto Magiſtro eorum: & hæc prædicatio Apoſtolorum ſignificat prædicationem virorum ſpiritualium in Mundo, vt aliquos lucrifaciant: & horum prædicatio non poteſt deſumi ad aliquod futurum ſignificandum. Rurſus in primo ſtatu egreſſi ſunt de Egypto præeuntibus Moyſe, & Aaron, & hoc ſignificare voluit; quod in ſecundo ſtatu, nẽ-

Paul. ad Hebr. c. 10. S. Dionyſius in 5. capit. Eccleſ. Hierarchiæ apud D. Thom. 1. 3. q. 61. num. 4. ad primum.

Ioach. Abb. in Conc. nou. & vet. teſt.

E pe Diſcipuli Chriſti tranſire debebant ad gentes prædicare Regnum Dei: & hic Diſcipulorum tranſitus ſignificare voluit, quod in tertio ſtatu, nempe viri ſpirituales tranſire debebant ad arctiorem vitam, ne & ipſi perirent cum filijs ſæculi: quod ad aliquid aliud ſignificandum non poteſt deſumi. Iterùm filiorum Iſrael ingreſſus in terram promiſſionis cum Ioſue Duce eorum, & hoc in primo ſtatu, ſignificauit, quod in ſecundo ſtatu Diſcipuli Domini accepturi erãt hæreditatem gentium cum adhuc ſupererat Ioannes Euangeliſta: & hæc hæreditatis acceptio in ſecundo ſtatu ſignificauit, quod qui in hoc noſtro tertio ſtatu credunt ſpiritualibus viris intrabunt in illam æternam requiem de qua locuti ſunt Sancti, & Prophetæ: & hoc non poteſt deſumi ad aliquid aliud ſignificandum. Quare

autem tertij status exordium à Benedicto Patriarcha nostro sanctissimo A enumerandum duxerit, rationem reddidit ipsemet S.Abb.lib.2. Concordiæ,tract.1.c.13. pag.11.col.2. vbi sic legitur. *Et secundum quod pertinet ad mysterium Spiritus Sancti incipe ab Asa,& Helyseo Propheta,& perge vsq; ad Sanctum Benedictum completis ab eodem Helyseo generationibus quadraginta duabus, vt in eo facias initium tertij status. Cuius fructificatio in temporibus istis ex eo videlicet tempore,quo ex Ordine Molismensium Cisterciensiū Ordo processit*. Et post pauca. *Oportet autem nos scribere nomina ipsa patrum, & iudicum, secundum quod pro tempore alia post alia sunt secuta: vt appareat quid posterius,& quid priùs; quid habet similitudinem ingeniti, & quid nati; & quid vnius spiritus ad vtroque procedentis*. Et à cap. 14. vsque ad B 26. inclusiuè latè docet tres illos Mundi status non gratis diuidendos;sed penes eundem numerum generationum: non secus, ac in libro generationis Iesu Christi legitur apud Euangelistam Matthæum cap.1.Status ille hominum ab Abraham vsque ad Christum, qui etiam quadraginta duas generationes complectitur. Et rationem reddit,quare Lucas in Euangelio cap.3. maiores numero patres apposuerit, scribens de spirituali natiuitate, de Sacramento nempe Baptismi. Præterea spiritualis vita tertij status multò magis post S. Benedictum vigere cœpit, qui (vt eiusdem S. Abbatis Ioachim verbis vtar) *vocatus fuit à Domino ad ordinem Monachatus, vt in lib. Dialogorum S.Gregorij legitur*. Adeoque se extendit, vt C Monachorum examina, apud quos spiritualis vita supremum locum tenet, repleuerint, vt ità dicam, aluearia vniuersæ terræ. Lege quæ de ordinibus sub S. Benedicto militantibus registrauerunt Annalistæ. De triplici tandem ordine, Coniugatorum scilicet, Clericorum, & Monachorum; quem alibi secundum aliquid ab Elia, & Helyseo Prophetis institutum tradit, hæc eodem in lib. 2. Concordiæ,tract.2.cap.4. pag.20.col.1. *Et scimus* (inquit) *quod primus Ordo* (scilicet Coniugatorum) *qui institutus est primo vocatus est ad laborē legalium præceptorū. Secundus*(scilicet Clericorū) *qui institutus est secundo, vocatus est ad laborē passionis. Tertius*(scilicet Mōnachorū)*qui procedit ex vtroq;electus est ad libertatē contemplationis,* D *scriptura attestante qui ait, vbi spiritus Domini ibi libertas*. Et post scriptam noui, & veteris testamenti Concordiam, in qua de his pluribus in locis, etiam cæteris suis in Opusculis dispersim egit de hijsdem tribus Mundi statibus. Lege lector omnia S. Doctoris opera, quod nunquam reperies nostrum Abbatem scripsisse, Apostolos,& Iesu Christi Discipulos non prædicasse Euangelium Domini secundum spiritualem intelligentiam,de quo Dei Virum diffamant Aduersarij. Verum inuenies ipsum scripsisse de triplici hominum statu, ac triplici ordine huiusmodi in cap.5.& 6.Concordiæ lib.2.tract.1. pag.8.col.2. & 3. & quidem cap. 5. inter cætera hæc ipsa leguntur. *Aliud namque tempus fuit, in quo viuebant homines secundū carnem, hoc est vsque ad Christum,cuius initiatio facta est in Adam. Aliud in quo viuebant inter vtrumque, hoc est inter carnem, & spiritum; vsque scilicet ad præsens tempus; cuius initiatio facta est in Helyseo Propheta, siue ab Ozia Rege Iuda. Aliud in quo viuitur secundum spiritum,vsque videlicet ad finem Mundi,cuius initiatio à diebus Beati Benedicti*. Et sequenti capite etiam subdit. *Coniugatorum Ordo initiatus ab Adam, fructificare cœpit ab Abraham. Clericorum Ordo initiatus est ab Ozia, qui cum esset de tribu Iuda obtulit incensum Domino,& si non impunè, fructificauit autem à Christo, qui verus est Rex, & Sacerdos. Monachorum Ordo secundum quandam propriam formam,cum Spiritus Sanctus,qui est auctor Beatorum perfectam exhibuit auctoritatem, incæ-* E

Ioachim Abb. lib. 2. Concordiæ, tract.1. c.14.pag.11. col.3.

A *pis à B. Benedicto, Viro vtique claro, miraculis, opere, & sanctitate, cuius fructificatio in temporibus finis. Fuere namque Monachi, & satis clari Monachi ante ipsum: sed quare in quibusdam Ordo Monasticus praecesserit, dicetur postea. Illud autem scire oportet, quod isdem Ordo, qui secundum propriam formam initiatus est à S. Benedicto, secundum quandam significationem initiatus est ab Helysea Propheta, in cuius spiritu venisse constat eundem Venerabilem Benedictum, quod & tempora similia testantur, & perfectio vitae.* Hæc sunt Abbatis Ioachim verba ab Aduersarijs ad malum sensum producta, & inter hæreses registrata. Quæ qualiter sint intelligenda ex eodem Sancto Abbate iam supra expendimus, qui plura ad eadem conferentia appetit, legat in-
B ter cætera Opuscula, noui, & veteris testamenti Concordiam eiusdem Abbatis Florensis, qui eò magis ad hæc eadem declaranda insudauit, quo magis ipse eadem ab Aduersarijs non intelligenda præuiderit. En vaticinium datum cap. 5. in quo de tribus Mundi statibus. *Hæc proposita sunt à nobis, & ostensa in fide: sed scio, quod pauci sunt, qui recipiant, nisi manifesta ratio praestet experimentum. Vnde necesse est in hoc secundo libro, veluti de quodam agro praeparando ad semen spinas euellere quaestionum: quatenus in alijs libris, qui secuturi sunt, terra ipsa diuina pagina diligenter exculta in cordibus fidelium feracius fructum ferat.* Quid clarius? En habes Lector vaticinium, postquam tibi innotuit eiusdem vaticinij comprobationem. Hæc
C ideo à nobis adiecta sunt, vt videas ne dum Ioachim nostrum Catholica docuisse, sed verum fuisse Prophetam Domini, qui non finit humiles seruos suos fidelissimos errare; & si aliquando errent, citò corripit, ne in errore persistant, vt alibi dicemus. Sic itaq; retrusis Aduersarijs, ad Dei famul. gesta recensenda progrediamur.

Ioach. Abb. in Concordia noui & vet. testam. tract. 1. lib. 2. c. 5. aliàs 4. pag. 8. col. 2.

CAP. XLI.

Lucas Monachus ab impeditæ linguæ vinculo liberatur.

D

FVit Vir illustris vitæ lucidæ, & nomine Lucas, nostri Dei famuli Ioannis Ioachim Scriba, & Monasterij Casamarij Monachus, cuius supra meminimus, qui cum in Sambucinæ Cœnobio per modum transeuntis existeret, Simeonem Sambucinentium Abbatem viam vniuersæ carnis subire contigit. Et licèt in tam celeberrimo Cœnobio non deessent Monachi vitæ sanctitate, ac doctrina celeberrimi, de quorum numero eligendus erat Abbas; omnibus tamen humilitatis intuitu, ad huiuscemodi subeundum onus, minus dignos, atque idoneos se deprehendentibus, de
E consilio Venerabilis Viri Patris Domni Raynerij de Pontio Lucas ille in Abbatem à cunctis fuit expetitus. Iste verò, quia tardioris, & impeditioris linguæ vinculo tenebatur, Abbatiale onus suscipiendum penitus recusabat. Non enim erat immemor Hieremiæ Prophetæ humilitatis, asserentis. *A, a, a, Domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Et alterius etiam Moisaicæ assertionis ad Pharaonem transmittendæ, & pro linguæ impedimento recusantis. Verùm quia ad onus illud à Domino electus erat, factum inde fuit, vt homo Dei Abbas Florensis ad eundem Lucam epistolam mitteret, qua ad curam suscipiendam, ad quam cunctorum Sambucinentium suffragijs fuerat delectus, hortabatur, affirmans ne de

Sup. c. 36. pag. 99. E. & c. 37. pag. 101. B.

Hierem. Propheta c. 1. nu. 6.

Exodus c. 4. n. 10.

tali linguæ impedimento formidaret, nam de remedio benignissimus Dominus prouideret, Ille verò, quia alibi tanti Beati Patris pollicita multoties in sanctitate, & veritate erat expertus, eius Epistola in suo pectore condita, non de sua, sed de tanti Patris, ac Dei bonitate confisus, Sambucinæ Ecclesiæ curam suscepit. Vbi cum balbutiens ad Fratres sermonem haberet (mirabile dictu) illicò os eius, linguæq; vincula reserata fuere. Vnde rectè locutus, benedixit Dominum Deũ Israel, qui per merita B. P. Ioannis Ioachim visitauit, & fecit sanitatem linguæ suæ. Ordinatus ergo Abbas in Sambucina remansit. Religiosi verò nimio terrore correpti, de pectoris imo laudauerunt Dominum Deum, qui talia in talibus Viris fieri, & recipi mirabilia dignatus fuerat. A B

Syllan. Admirab. 1.

CAP. XLII.

Idem Lucas à magnis febribus liberatur, & ad pristinam sanitatem restituitur.

QVemadmodum humana corpora ex contrarijs composita elementis, vno in sua naturali qualitatum intentione non existente, infirmari, & alterari contingit; ità etiam aliquando eandem infirmitatem, & alterationem subire aduenit, vt Dei opera manifestentur in illis. Nam inter cætera dona credentibus à Domino concessa, est. *Super ægros manus imponent, & benè habebunt*. Ac si diceretur. Quamplurimi Dei permissione ægrotantes, corporumque alterationem patientes, experiendo Apostolorum, Sanctorumque curationem, Deum benedicent, ac ad Dominum conuertentur, magnificantes eum, qui dedit talem potestatem hominibus. Lucas igitur iam in Sambucinæ Abbatem ordinatus, vel contrarietate vrgente, vel ipso Domino ordinante (prout ipse nouit) magnis tenebatur febribus, ità vt morti penè proximus videretur; debilitate insuper adeò vexabatur, vt nec carnes, quomodocunque præparatè appositas, comedere posset. Homo Dei Ioachim charitate imbutus, proximo cõpatiens, Abbatem Lucam ægrotantem visitauit, & visitatum è Sambucina secum deduxit in florem, Vbi nouissima prostratus lassitudine nil penitus gustare, ne dum comedere poterat. At Dei famulus nimium illi compatiens, caules apponi iussit, & benedicens ait. *Comede fili in nomine Domini, & esto securus*. De caulibus ergo comedens, & de multo bibens, & quid dicam? ità ex infirmitate Lucas conualuit, vt infra paucos dies pristina sanitate recepta, recessit incolumis. Qui tandem ab Innocentio tertio anno Domini 1205. at veriùs ann. 1202. Andreæ Archiepiscopo Cusentino suffectus, & ad Venerabilis Matthæi Floris Archicœnobij secundi Abbatis instantiam omnium Monasteriorum Florensis Ordinis Apostolicus Visitator destinatus, ab anno 1206, vsq; ad annum 1211. Florentia Monasteria visitauit, ac vnà cum eodem Matthæo, & cum Abbate Sancti Spiritus Panormi, aliqua statuta à cunctis obseruanda, sanciuit; quæ fuerunt postmodum ab eodem Pontifice Innocentio tertio confirmata, vt ex Bulla inde secuta sub *Datum Laterani 11. kal. Martij, sui Pontificatus anno decimo septimo*. Luca Archiepiscopo supplicante, Fridericus secundus Siciliæ Rex, & Romanorum Cæsar, anno Domini 1212. Mense Martij Synagogam Iudæorum (in Virginum Cisterciensium domum tandem tran- C D E

Marcus c. 16. n. 19.

Syllan. Adm. 2.

Archiuum Flor.

A tranſituram) Cuſentinæ Vrbis, Cuſentini Antiſtitis ditioni ſubegit; quod priuilegium ex eiuſdem Eccleſiæ tabularij tenebris poſt quatuor, & ſupra decurſa ſæcula nuper extractum, dignum eſt vt tandem aliquando lucem videat. *Mutius de Matera. vt in cap. 54. referemus.*

In nomine Dei æterni, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Fridericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Romanorum Imperatorem electus. Diuina miſericordiæ, cuius magnitudinē comprehendere non ſufficimus, licèt incrementa in nobis aſsidua ſentiamus; tunc melius, & dignius gratiarum, & obſequiorum vota rependimus, cum ſacroſanctas Eccleſias, vbi iugiter ipſe laudatur, & colitur, munificentia noſtra beneficijs honoramus. B *Hac ſiquidem conſideratione ducti laudabili, attendentes etiā fidei puritatem, & grata obſequia, quæ tu Lucas Venerabilis Cuſentinæ Archiepiſcope fidelis noſter infatigabiliter impendiſti hactenus, & exhibere humiliter Maieſtati noſtræ non ceſſas, ſupplicationem tuam de concedenda Eccleſiæ tuæ Synagoga Iudæorum in Ciuitate noſtra Cuſentiæ, benignitate ſolita duximus admittendam, dignum modis omnibus extimantes, vt inimici Crucis Crucifixo deſeruiant, ſi forte ad notitiam Euangelicæ fidei Eccleſiæ ſeruiendo pertingant. De innata igitur nobis clementia æternæ retributionis obtentu, pro ſalute quoq; animarum fœlicium Auguſtorum parentum noſtrorum recolendæ memoriæ, damus, & concedimus liberè tibi, tuiſque ſucceſſoribus, & Eccleſiæ Cuſentinæ Iu-* C *dæos omnes, & tinctoriam in Ciuitate Cuſentiæ, mandantes, vt ipſi Iudæi eidem Eccleſiæ de tinctoria, & omnibus alijs rationibus, ſicut hactenus conſueuerunt Camerarijs noſtris, debeant perpetuò reſpondere. Ad huius autem noſtræ donationis, & conceſsionis memoriam, & robur perpetuò valiturum, præſens priuilegium per manus Bonhominis de Gaieta Notarij, & fidelis noſtri ſcribi, & Maieſtatis noſtræ Sigillo præcepimus communiri anno, menſe, & indictione ſubſcriptis. Data in Ciuitate Meſſanæ. Anno Dominicæ Incarnationis Milleſimo Duceteſimo duodecimo, menſe Martij, quintadecima Indiction. Regni vero Domini noſtri Friderici Dei gratia glorioſiſsimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, in Romanorum Imperatorem electi anno quartodecimo fœ-* D *liciter. Amen.*

In eiuſdem Archiepiſcopi Lucæ gratiam Nicolaus à Claromonte, ex Ciſtercienſi noſtro Ordine, & Sagittarij Monaſterio ad Cardinalitiam dignitatem, & ad Tuſculanæ Eccleſiæ regimen promotus, Sediſq; Apoſtolicæ Legatus, Friderico ſecundo Romanorum Auguſto aſtante, anno Domini 1222. ſuam Cuſentinam ſolenniter conſecrauit Eccleſiam, vt ſupra diximus. *Sup. c. 15. pag. 34. D.* Bonorum Cuſētinæ ſuæ Diœceſis Eccleſiarum omnium plateam in pergameno refecit, renouauitque, inque Metropolitano Archiuio aſſeruari mandauit, eſtque in membrana conſcripta, & paginis 48. contenta. Incipitque, *Platea de omnibus Eccleſijs Parrocchiæ Conſentinæ, quam Nos Lu-* E *cas Archiepiſcopus Conſentinus ipſam Parrocchiam, etc.* & finit. *Philippus Portarius pro Caſalino operas ſex*, quam plateam de ſui Capituli conſenſu renouauit anno prædicto 1222. menſe Martij 2. Indict. Imperij Friderici 2. anno 2. & ſui Pontificatus ann. 21. & vt in eadem legitur, dicta platea, quā matricolam vocant, fuerat aliàs confecta per Dominum Archiepiſcopum Rufum ann. Dom. 1184. 2. Indiction. cui plenioris firmitatis robur adiecit Ferdinandus de Aragonia Siciliæ Rex, vt ex eius priuilegio ad inſtantiam Pyrrhi Caraccioli Archiepiſcopi Cuſentini expedito, ſub *datum in Caſtello nouo Neapolis die 12. Menſis Nouembris anno Domini* 1483. Conceſſerat Rogerius Dux Apuliæ, Calabriæ, & Siciliæ, Arnulpho Archiepiſcopo

Inuētarium ſcripturarū Cuſentinæ Eccleſiæ penes Reuerēdum Canonic. D. Ioannem Seuerinum. Archiuium Cuſentinæ Eccleſiæ.

ſcopo Cuſentino anno Dominicæ Incarnationis 1093. Indict. 1. Kalendas Aprilis omnem decimationem victualium,& beſtiarum,& omnes Eccleſias ſui Epiſcopatus cum Presbyteris tàm Græcis,quàm Latinis,& cum omnibus rebus, eis pertinentibus, filijs denique, atque hæreditatibus eorum, & Caſtellum Sancti Lucidi, cum omnibus rebus ſibi pertinentibus, prout prædeceſſoribus ſuis Archiepiſcopis conceſſerat pater eius. Item Caſtellum de Monticino, aliàs Mendicino ſimiliter cum pertinentijs ſuis. Item cunctas leges ſpiritualiter ſibi pertinentes iure Eccleſiaſtico,ac decimas omnium ſolidorum iudiciorum,ac tributorum. Eidem Archiepiſcopo Arnulpho conceſſerat anno Domini 1113. ſui Ducatus anno ſecundo, menſe Februario 6. Indict. Guillelmus Dux præfati Rogerij Ducis B hæres,& filius, in redemptionem animarum Rogerij patris ſui, & Roberti Ducis aui ſui, & aliorum parentum ſuorum, & propter ſuam ſalutem, ac eidem confirmauerat quidquid Pater, & Auus eius conceſſerant prædeceſſoribus Archiepiſcopis,ac Eccleſiæ Cuſentinæ,nempe omnes decimationes victualium,& beſtiarum ſuarum,& omnes Eccleſias ipſius Epiſcopatus ſuæ Diœceſis iuri pertinentes cum Presbyteris tàm Græcis, quàm Latinis, & cum omnibus rebus eis pertinentibus, & filijs, atq; hæreditatibus eorum, de Monticino quoque, & eius pertinentijs. Nec non cunctas leges ſpiritualiter Archiepiſcopo pertinentibus iure Eccleſiaſtico, & decimas ſolidorum de iudicijs ſcilicet, ac tributis, ſeu de quibuſcunque C iuri ſuo pertinentibus, videlicet iamdictæ Ciuitatis etiam & de plateis. Conceſſerat inſuper eidem Eccleſiæ Cuſentinæ,præfatoque Archiepiſcopo, ſuiſque ſucceſſoribus, iure proprio habendos,& poſſidendos hos villanos in Caſali Speciani, Ioannem Curatorem, Andream filium eius,Letum ruſſum, Petronem nepotem eius, Nicolam de Vinene,Michaelem de Caſule, Ioannem Longum, Vrſum de li Veterali, Petrum triginta dæmonum, Andream de Benedicti, Bonum eius filium,& Vrſum Vulcanum.In Caſali autem Lappani Bonum magiſtrum militum, Ioannem Goniſi, Michaelem de Ruffimanni, Ioſephum de Stephano, Ioannem Biſinianenſem, Talaricum cum filijs,& hæreditatibus,ac pertinentijs eorum, commanen- D tes in ijs duobus Caſalibus. Conſtantia item Romanorum Imperatrix,& Siciliæ Reginæ, Eugenio de Calo,& Conſtantino de Tauromenſe,Magiſtris Doanæ, ad inſtantiam Archiepiſcopi Cuſentini, tunc Bonhominis, ſucceſſoris Obizzi,& prædeceſſoris Andreæ,anno Domini 1196. dederat in mandatis,vt integras decimas tàm de victualibus,quàm de alijs redditibus ſuis à Baiulo ſuo facerent Eccleſiæ Cuſentinæ perſoluere; vt ex ſcripto inde facto ſub datum Panormi vigeſimo tertio die Menſis Iunij quartedecimæ Indictionis. Nec à quoquam vtriuſq; Siciliæ Regum fuerant dicta priuilegia hactenus confirmata. Idem Lucas ad ſua Eccleſiæ iura confouenda impiger, ac diligens,præfatorum Rogerij, & Guillelmi Apu- E liæ Ducum,& Conſtantiæ Auguſtæ, & Siciliæ Reginæ,priuilegia tranſcripſit,& tranſcripta, proprijs Philippi Marturanenſis Epiſcopi, Petri Abbatis Curatij, Boni Abbatis Matinæ, & Matthæi Abbatis Floris ſubſcriptionibus roborata, Friderici ſecundi Romanorum Imperatoris, & Siciliæ Regis celſitudini præſentauit pro innouatione,& confirmatione,prout innouata, & confirmata extiterunt. Sub *Datum in Vrbe Fœlici Panormi Anno Dominicæ Incarnationis* 1223. *Menſe Iulij vndecimæ Indictionis, Imperij eiuſdem Friderici anno tertio, & Regni eius Siciliæ anno* 26. Scripſit hiſtorias non ſolùm à Natali Domini noſtri Ieſu Chriſti vſque ad annum mille-

A millesimum ducentesimum decimum sextum, vt scripserunt Franciscanus, & Marafiota, sed & Magistri sui Abbatis Ioachim vitam huiusmodi verbis initiatam connotauit. *Ego Lucas Cusentinus Archiepiscopus, anno secundo Pontificatus Sanctissimi Domini Papæ Lucij, tam primo Monachus in Casamarij Monasterio, vidi tunc virum nomine Ioachim, Abbatem Curatij, filiū Sambucinæ, filiæ Casamarij, qui tanquam Nepos honore, & amore habebatur in Abbatia Casamarij, sed magis obtentu sapientiæ, & intelligentiæ sibi à Domino traditæ, tunc coram Papa, & Concistorio librum Concordiarum veteris, & noui testamenti præsentauit. Cui sanctissimus Dominus noster super Apocalypsim, & Psalterium Dauidicum scribendi licentiam indulsit.* Vt prodet Mat-
B thæus Guerra à Cœlico Cusentinus, celebris Theologus, qui in Concilio Tridentino sententias dixit, Episcopo Sancti Marci tanquam Theologus astitit, Fundanus Episcopus à Pio quinto creatus die 2. Ianuarij anno Domini 1567. & à Gregorio 13. die 30. Ianuarij 1576. ad Episcopatum Sancti Marci in Calabria, non satis procul à sua Patria, translatus, hominem exuit, anno Domini 1578. Ne verò ex relatis Archiepiscopi Lucæ verbis, argumentum quis excipiat, contra nos maledicta adijciendi, ex eo quod supradiximus, vtriusq; Testamenti Concordiæ opus Dei famulum non Lucio tertio, sed Vrbano tertio præsentasse, sicuti etiam alibi supra, Psalterium Dauidicum, siue decem cordarum ex reuelatione, non
C tempore Lucij, aut Vrbani, aut Gregorij octaui, aut Clementis tertij, sed sub Celestini tertij Pontificatu cœlitùs habita in Casamarii Monasterio post Floris Cœnobij institutionem componendum assumpsisse. Placeat vtrumque eiusdem Abbatis Ioachim verbis comprobare. Ait enim ipse in suo opere nuncupato, Concordia noui, ac veteris testamenti lib. 4. cap. 22. in fine. *In Ecclesia quoque generatione trigesima nona, factum est magnum scisma in Ecclesia occasione Octauiani, & Papæ Alexandri, & alijs translatis ad partem Imperatoris, alijs seruantibus libertatem Ecclesiæ.* Et c. 23. *Sanè generatione quadragesima facta est pax inter Imperatorem, & Papam Alexandrum, & annuit ei pacificè tenere Papatum, rogans, vt eadem pax fir-*
D *ma, & inconcussa omni tempore permaneret. Perseuerauit autem pax eadem reliquis diebus ipsius Papæ, quæ cœpit iterum infringi in diebus Papæ Lucij, maximeque Vrbani, ità vt in diebus eius supra modum, & supra vires angustiaretur Ecclesia.* Hanc autem sub Pontificatu Alexandri tertij, Lucij tertij, & Vrbani tertij Dei Ecclesiæ à Friderico Primo Sueuo, aliàs Ænobarbo, Romanorum Augusto fuisse allatam persecutionem, astipulantur quotquot extant historiographi. Ne autem quis dicat, suprascripta ante Vrbani tertij Papatum illum prædicendo adnotasse. Etsi ex hijsdem verbis euidenter appareat sub ipso Vrbani tertij Pontificatu dictum Concordiæ opus fuisse compositum, post fractam ab impio Imperatore Friderico pa-
E cem, ac post allatas Dei Ecclesiæ angustias, Vrbano tertio illam regente; ad euidentiùs attamen probandum, quæ nos ex illo retulimus, ab ipso non tanquam prophetica, sed tanquam historica per generationes singulas vsque ad tunc præsentem diem fuisse per concordantiam connotata, referre non pigeat, quæ ipse capite immediatè sequēti subiunxit, quod hisce formalibus exorditur. *Vsque ad præsentem diem, & locum per experta, vt ità dicam, littora nauigantes securo remigio iter egimus. Amodo cautiùs est agendum, & inde circumspectè reliquum itineris peragendum, vtpotè qui nō per cognita nauigare incipimus, etsi velut è vicino conscripta; quia nimirum aliud est audita referre, aliud visa quamuis aqua ex Deo sit vtrumque proferre.*

Gabr. Barr. Francisc. de antiq. & sit. Calabriæ, Hieron. Marafiota ibid.

Mattheus Guerra Episcop. Fundan. ad Cardinal. de Claraualle apud Gracum in Chronol. Ioachim sect. 47.

Abb. Vghel. Ital. Sacra tom. 1. Verbo Fūdani Episcopi n. 40. & verb. S. Marci Episcopi. num. 27.

Sup. c. 18. pag. 59. E. Cap. 36. pag. 99.

Bellouacensis, Plat. Sigonius, Ciaconius, S. Antonin. Angel. Manrique, & alij omnes.

Ioachim Abb. Concordiæ noui, & veteris testamenti lib. 4. c. 24. pag. 53. col. 4.

Illud

Illud autem Lectorem moneo, & maximè in legendis historijs, & notandis annorum numeris studiosum, vt si forte in distinctione Pontificum, & Imperatorum aliquid per generationes singulas inuenerit corrigendum, quod ex corruptione multimoda Chronicarum accidisse posse non nego; liberum sit ei pie tamen, & veraciter emendare; ne forte sicut ego in diuersis diuersa reperi, ita accidere potuerit, vt ad summam veritatis venire nequiuerim, præsertim cum non fuerit mihi causa personas, & personas distinguere per metas annorum, sed sub singularum nominibus personarum gesta cuiusque temporis designare. Cum ergo ex eiusdem Dei viri scriptis satis liquidò constet, à capite tertio libri quarti Concordiæ, vsq; ad cap. 23. per singulas generationes à prima vsque ad quadragesimam se sub diuersis Imperatoribus historicè retulisse persecutiones a Dei Ecclesia passas, incipiens à Domino nostro Iesu Christo, & ab eius Vicario Petro Apostolorum Principe sub Caio, Claudio, & Nerone Romanorum Imperatoribus, vsque ad Vrbanum tertium sub impio Friderico Ænobarbo, qui acerrimè Romanam afflixit Ecclesiam à diebus Alexandri tertij, contra quem vnum post alium à suis factiosis Cardinalibus tres creatos Pseudopontifices sua potentia protexit; quorum primus extitit Octauianus (de quo supra B. Ioachim) tituli Sanctæ Ceciliæ Presbyter Cardinalis, qui Victor quartus voluit appellari; & apud Lucam Vrbem in Hetruria obijt Mense Aprilis 1164. secundus Guido Cremensis Cardinalis sub nomine Paschalis tertij, qui fato cessit die 20. Septembris 1168. Tertius tandem extitit Ioannes Hungarus, Albanus, Abbas Frumiensis, sub nomine Calixti tertij, qui præceteris sapiens, Pontificali exutus infula, Alexandri tertij veri Pontifices calces adoraturus procubuit, & inito inter Fridericum, & Alexandrum Papam pacis fœdere, Ecclesiæ plaga cessauit reliquis diebus eiusdem Pontificis. Isto tandem ad superos delato, & in eius locum Lucio tertio suffecto. Fridericus, pace concussa, contra Dei Ecclesiam ad arma rediens, tàm sub Lucio tertio Pontifice, quam eius successore Vrbano tertio, supra modum, ac supra vires illam persecutus fuit, vt cum eodem viro Dei Ioachim omnes Annalistæ, ac Historiographi astipulantur. Et cum insuper constet ex adductis, ipsum descripsisse persecutiones omnes vsque ad illum diem, in quo citatum Concordiæ opus componebat, à Dei Ecclesia passas, illas præcipuè, quas Alexandro tertio, & Vrbano tertio Romanis Pontificibus pertulerat: dubio procul est asserendum, præfatum Concordiæ opus; sicut non sub Pontificatu Lucij tertij completum, cum de eius successore verba fecerit, vt vidimus, sic nec Lucio Papæ tertio præsentatum, vt Lucas astruit, sed alteri Pontifici, nempe Vrbano tertio, vt nos diximus. Psalterium verò decem cordarum de Lucij tertij licentia componendum non assumpsisse, duplex discursus id mihi manifestat. Desumitur primus: ex supra relata Clementis tertij epistola ad Ioachim sub *Datum Laterani sexto Idus Iunij sui Pontificatus anno primo*, qua illum hortatur, vt ad debitum finem perduceret opera, quæ Lucij, & Vrbani suasu, & iussu susceperat componenda, nulla prorsus facta mentione de Psalterio decem cordarum; signum ergo est nec Lucium tertium, nec Vrbanum tertium eius prædecessores ad illud induxisse describendum, nec licentiam indulsisse; alioquin Clemens tertius illud nominasset, prout nominauit opus Concordiæ, & expositionem Apocalypsis, vt ex adducta patet epistola. Alter discursus desumitur ex verbis Sancti Patris in præfixa præfatione ad Psalterium decem cordarum, in qua ait se Psalmodiæ virtute pluries sacram scriptu-

Sup. c. 28. pag. 59. E.

Supra cap. 24. pag. 65. A. & B.

A scripturam intellexisse, quam antea lectionis, & studij virtute inuestigare haud poterat, praesertim verò imperscrutabile, ac ineffabile Sanctissimae Trinitatis mysterium in Casamarij Monasterio, in die Sancto Penthecosten, quando Monasterij curae iterum erat implicitus, quod & denotant illa verba, *vt rursum Ecclesiae cura rei familiaris cogeret implicari negotijs Monasterij*. Et cum post obtentam à Curatij onere absolutionem, & alibi consedendi facultatem, non nisi Florentium Monachorum curam gesserit, vtiq; praefatam reuelationem ipse obtinuit post annos aliquot à Florensis Monasterij institutione, & consequenter sub Pontificatu Celestini tertij, & nec ante illam Psalterium decem cordarum componere poterat, B cum ex dicta speciali reuelatione istud germinauerit. Vt idem Abbas Ioachim apertis verbis registratum reliquit in citata Praefatione, quam ad verbum dabimus infra. Caeterum non est vertendum in dubium, quin Lucas Archiepiscopus Cusentinus tanti Didascoli Discipulus, & Scriba, non fuerit doctrinae eximiae, & sanctitatis extremae, cum Beatus credatur, & nomineтur à Cusentinis, ac inter Beatos Calabros sacri Cisterciensis Ordinis referatur ab Auctoribus de viris, & rebus Calabris scribentibus. Quando tandem fuerit Lucas ad superos delatus, adhuc mihi incertum. Tabulae Archiepiscoporum Cusentinae Ecclesiae produnt Lucae fuisse suffectum F. Thomam Lentinum, huius nominis primum, anno Dom. 1238. C ideo opinari licet circa hunc annum, Lucam eius praedecessorem vita functum celeberrimum Sambucinae Phanum, vnde exierat, excepisse, vt grandaeui etiam num pro certo referunt Cusentini. At Dei famuli mirabilia prosequamur.

Ioach. Abb. in Psalt. decē cord. pag. 227. col. 2.

Infra cap. 67.

Card. Sirletus, aliàs Gabr. Barr. Francisc. de antiq. & situ Calab. lib. 2. F. Hieron. Marafiota Syluest. Marulus in Mari Oceano Religion. & alij.

D. Auerius, & Don Ioann. Seuerin. eiusdem Cusentinae Eccles. Canonici benemeriti, ac in re antiqua eorum Ecclesiae instructissimi.

CAP. XLIII.

Religiosus per merita B. Ioannis Ioachim à maxima tentatione liberatur.

D

QVamuis tentationes varijs ex causis hominibus euenire contingat, illae praecipuè, quae à Daemone, ad auferendam homini beatitudinē immittuntur, valde pertimendae sunt. Sicut enim quondam Patribus in deserto, abstrahente, allectanteque eorum cupiditate, tentari accidit, adeo vt, nauseato manna, cucumerorum, peponum, porrorumque, atque ceparum, & alleorum amissionem, & carnium ollas deflerent; vnde in Terram promissionis aditus illis fuit meritò denegatus. Ità pariter aliquibus, si quando à Domino ingressus conceditur Religionis, vigilandum nimium est, ne Daemonis tentatione recedentes, se indignos ad glorifica- E tionem constituant. Non enim adultis ad glorificationem conceditur deuenire, nisi, teste Apostolo, per quosdam gradus, sicuti scriptum est. *Quos praedestinauit, hos & vocauit*. Vocatio ergo ad fidem, & ingressus ad Religionem gradus est ad glorificationem, tanquam ad finem, & effectum praedestinationis. Quando autem ab aliquibus à fide, seu Religione Daemonis tentatione fit regressus, magnum est reprobationis signum: propterea contra huiusmodi tentationes valdè vigilandum, & colluctandum est. Sicut accidit cuidam Monacho in Sambucinae Monasterio, qui vocabatur Maximus, & dum Nouitius Religiosae militiae adhuc iter ageret, armaque indueret, magnam habuit recedendi tentationem. At manus Do-

Numeri cap. 11. n. 5. & cap. 20. & 21. & alibi.

Paulus ad Rom. c. 8. num. 3.

Sup. c. 42. pa. 132. D. mini præsto fuit patienti. Nam Luca ægrotante, Dei famulus Ioachim illum visitaturus Sambucinam deuenit, vt nuper diximus. Discumbente igitur ibidem viro Dei, Frater Maximus tanti Venerabilis sanctitatem Patris cogitans, inquit intra se. *Oh si de pulmento paropsidis, in qua manum Beatus Ioachim intingit, haberem, & comederem, vsq; à tentatione diù perpessa liberarer*. Ioannes verò Ioachim diuina præuentus gratia, agnito Fratris Nouitij desiderio, & vasculum porrexit, & ferculum obtulit. Quo degustato, factum est, Domino cooperante, vt penitus à tentatione maxima Frater Maximus liberaretur. Qui deinde in vitæ sanctitate perseuerans, dicere consueuerat. *Sancti Patris Abbatis Floris escam degustans, ab esca Dæmonis liberari promerui*. Et talia passim cunctis in cunctorum admiratione ad Dei gloriam, & Beati Ioannis Ioachim præconium non desinebat enunciare. A B

CAP. XLIV.

Rossanensem Antistitem ab indignati Romani Pontificis ira epistola liberat. Vbi de B. Ioanne Kala nonnulla.

C

TAnti beneficij nequit apparere præstantia, nisi Celestini tertij Pontificis maximi, contra Rossanensem Archipræsulem in medium deferatur iusta excandescentiæ causa. Vt ergo ab ouo, vt dicitur, rem exordiamur, Calabriæ locum non satis procul à Castrouillarum Vrbe, nec admodum à Rossanensi dissitum Diœcesi, Eremita quidam inhabitabat nobilitatis eximiæ, & sanctitatis extremæ, cui nomen erat Ioannes cognomento Kala. Hic ille est, quem ex Sansone Samuelem futurum prædixit, vt diximus, ac eius vitæ sanctitatem, morumque disciplinam noster Dei famulus Ioannes Ioachim sua in epistola ad Imperatricem Constantiam, supra à nobis adducta, commendauit. Diffusiùs autem vitam eius, & gesta alij eiusdem descripsere coætanei, nempe Martinus Schener, primò eiusdem famulus, deinde discipulus, & contubernalis, in suo opere, cui titulus est. *Processus vitæ Ioãnis Kala Auctore Martino Schener, eius Contubernale, Onaldo Schener Fratri, Britannica lingua descripta. Demum ab Aureliano Kherklen ad Latinũ idioma translata*, & eiusdẽ Aureliani Theodosio Vvander cũ præmissa epistola typis impressa fuit Tiser apud Demetriũ de Kakoner, Anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio. Itẽ Angelus Primus Cisterc. Ordinis, & B. Ioannis Ioachim Contubernalis, in suo pergamenaceo peruetusto manuscripto, asseruato in Bibliotheca Angelica Almæ Vrbis in Scantia supra portam, quæ ducit ad cubiculum Patris Custodis eiusdem Bibliothecæ, cui est inscriptio. *Vita, gestaq; Beati Ioannis Kala. Descripta à D. Angelo primo Cisterciensi ad Patrẽ Faustum Eremitam*. Huius Angeli, ni fallor, meminit Dei homo Abbas Florensis in data epistola ad Robertum de Castilione Cusentinum, eiusdem autem Sancti Abbatis fuisse Contubernalem ipsiusmet Angeli primi manuscripta manifestant. Item Lucius à Donato etiam Cisterciensis, eiusdemq; Florensis Abbatis Contubernalis, vt infertur ex eius Opusculo in pergameno manu scripto, & ob antiquitatem in multis ferè inlegibili, de mãdato Leonis, Patritij Cusentini, & sacræ Marturanensis Ecclesiæ Episcopi, à se cõposito

Supra cap. 31. pag. 86. A.
Supra cap. 34. pag. 95. E. & pag. 96. A.

D E

A posito, eidemque dicato, hac sub denominatione. *Tractatus Lucij à Donato de spiritu Prophetiæ, quam tradidit Altissimus Beato Patri Ioanni Kalà.* Beatus Pater Bonacius insuper, eiusdem Ioannis Ioachim Abbatis Contubernalis, vt meminere Auctores, in libro de spiritu Prophetiæ Sanctorum illius temporis; nec non Pater Robertus de Donato, Sanctissimi Patris nostri Benedicti Monachus, in suis Collationibus; quos ab Angelo primo relatos vidimus, non pauca de eodem Eremita prodiere. Illustrissimus quoque, ac omnibus numeris eruditus, & doctus Don Carolus Calà Dux Diani, & Regiæ Cameræ Summariæ Præsidens, eiusdem B. Viri vitam conscribit in sua Sueuorum historia, quam ante nos (Deo dante) in

B lucem dabit, vt accepimus. Ioannes itaque Kala ortum habuit in Vrbe Gandauo, quam vulgus *Gant* appellat, estque totius Flandriæ Metropolis, in Belgio, ac inter maiores Europæ Vrbes annumerata, cæterasq; nobilitate, amœnitate, pulchritudineque sua præcellens; vtpotè sita supra tres amnes, Schaldim, Lisam, & Liuiam, & præter moltos paruos, nonaginta octò mirabilis structuræ pontes, ac viginti paruas insulas habitatas, à fluuijs, & riuulis effectas, continet intra mœnia. De hac Vrbe loquens Erasmus Roterodamus inquit: *Non arbitror quaquà patet Christiana ditio, Ciuitatem vllam reperiri, quæ cum hac conferri queat.* De eadem sic cecinit Vrentius.

Auctores Abb. Syluester Marulus in Mari Ocean. Relig. lib. 3. Gabr. Barrius Francisc. de antiq. & situ Calabriæ lib. 2. Hieronym. Maraf. in Chron. Iacob. Græcus in Chronologia Ioach. sect. 24. Nos supra cap. 14. & alij. Don Carolus Calà Dux Diani ex decreto Congreg. habitæ coram Emi. & Revd. Dom. Ascanio Cardinali Philamarino Archiep. Neapol. die 15. Martij 1660. vulgauit suam Sueuorum historiã, vnà cum Martini, Angeli, Lucij, atque Bonacij citatis Opusculis.

questo ti-
go de' Suevi
nella quale si
parla di I:
B. Giovanni
Calà si pub-
blicò e lo con-
dannò Roma pro-
hibito, e di-
chiarò falso
ciò che si nar-
ra di questo
B. Giovanni

Io: Ant. Magin. in Geographia.

Erasmus Roterodamus in epist. ad Car. Vtenhouium.

Maximilianus Vrētius apud Chrysostomum Henriquez in Menolog.

C *Roma suo Tiberi formosa, Colonia Rheno,*
Londinum Tamesi nobile ab amne tumet.
Sequana Parisios, Grudiorum Dilia Athenas;
Leodium lato limite Mosa secat:
Pulchra omnes, ampleq; Vrbes, pulchra omnia, & ampla
Flumina; distinctis singula quæque locis.
Vnam sed Gandam iuncto simul agmine ditant.
Oceanus, Scaldis, Liuia, Lisa, Cala.
Iuppiter hanc molem, putum dedit aera Phœbus,
Florida prata Dryas, cærula Nais aquas.

D Natura, & arte munitissima est, atque fortissima. Nam Froissardus ait: *Gandauum sanè inter fortissima Orbis oppida recensendum; neq; enim circumsederi vndique potest, nisi ducentis hominum millibus ambiatur.* Et Auctor Iudicij Panegyrici quadrimensis Flandriæ *Meminisse* (inquit) *non potero, qua totius patriæ laude, Gandauum Flandriæ caput inter Vrbes totius Orbis fortissima à Gallo ipso historico quondam numeratum sit. At mihi profectò species quædam (audacter dicam) veteris illius Romæ semper visa, dum præsertim, quemadmodum illa pugnante ad vnam portam, & inuadente victoriosissimo Hannibale, altera nihilominus fiducia maxima militem, & auxilia in Hispaniam emittebat: ita hæc Ganda nostra anno post millesimum trecentesimum se-*

E *ptuagesimo nono, cum sexaginta hominum obsessa esset millibus, duas interim vicinas Vrbes, vno eodemque tempore, emissa validissima manu, aggrediebatur.* Eiusdem Vrbis præclarum encomium sic breuiter Ianus Lernutius complexus est.

Froissardus in suis Annalibus.

Auctor Iudicij Panegyrici quadrimensis Flandriæ.

Ianus Lernutius.

Fœlix Gandauum, Flandri caput orbis, honosque
Olim Clarineæ, quam posuere manus.
Seu libet auctorem potiorem agnoscere Caium;
Cæsaris auspicijs fama sibi orta vetus:
Quæ modo macta volat, nomenque tuum omnibus oris
Dedit ouans, qua Sol occidit, aut oritur.

Tu bello, tu pace potens, nullique ſecunda, A
Iuſtitia antellas, & pietate viges.
Te facilis frugum tellus, te liquidus aer,
Miſſque, & rerum copia larga beant.

Lucius à Donato in Opuſculo ſuo de Spiritu Prophetiæ B. Io: Kala.

Pater eius fuit Ludouicus Kala à priſcis Angliæ Regibus deſcendens; Mater verò vocabatur Iolanta, quæ filia fuit Andulphi, Comitis Burgundiæ Reginaldi fratris, cuius Comitis Reginaldi filiam, & Iolantæ Conſubrinam, Beatricem nuncupatam, in vxorem duxit Fridericus Sueuus, aliàs Ænobarbus, Germaniæ Rex, & Romanorum huius nominis primus Imperator, ex qua inter cæteros Henricum ſuſcepit, qui ei in Germaniæ Regno, Imperioque ſucceſſit, ac Neapolitanis, & Siculis impetrauit, vt di- B

Sup. cap. 33. pag. 92.

ximus, Qualis autem Ioannes Kala futurus erat, ante eius ortum ab Omnipotentis Dei Miniſtro fuit Ludouico eius genitori prænunciatus in Monaſterio Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Benedicti, prope Thermas Gandaui Vrbis, vbi cum tota familia ſe continebat, balnea ſuſcepturus. *Orabat, inquam,* (ait Lucius à Donato) *Ludouicus in Cœnobio Sancti Benedicti, prope Thermas, ante Solis ortum, cum apparuit ei vir ſenis, nimium Venerabilis, cuius facies ignis inſtar effulgebat, veſteſque eius ſimiles erant antequorum Eremitarum indumentis, videbantur enim ex palmarum folijs contexta. Hic, inquam, ſenis Ludouico inhærens oranti, ſic alacri, ridentique vultu profatus eſt. Macte animis Ludouice. Quamprimum Iolanta vxor tua pariet tibi filium,* C *cui tradet Dominus ſpiritum ſapientiæ, & intellectus, & ſtolam gloriæ induet eum. Sit nomen eius Ioannes, id eſt Gratia, quoniam gratia Domini diſpoſuit, vt filius hic tuus prophetet Regibus, & Populis ea, de quibus monitas gentes volet Altiſſimus. Gaude, atq; iterum gaude, & Regi Regum da gloriam. Quibus dictis diſparuit.* Hactenus Lucius. Friderico Ænobarbo Romanorum Auguſto imperante, Ludouici vxor Iolanta Ioannem Kala enixa eſt Gandaui anno Domini 1167 & Pontificatus Alexandri Papæ tertij, iam Ciſtercienſica iura profeſſi anno octauo. Ioannem natum, vt litteris, atque moribus melius erudiret, ab aulæ ſuæ delitijs remotum voluit Ludouicus Pater, & apud Fridericum Sueuum cognatum ſuum, educari curauit. Ado- D leuit itaque Ioannes cum Henrico Sueuo, ſibi conſanguinitatis vinculo coniuncto, dicti Friderici primogenito. Tantumque tandem nomen bellica virtute ſibi comparauit, vt Henricus ſextus Anno Dominicæ Natiuitatis 1191. vnà ſecum, ac Henrico Kala eius fratre, ad vtriuſque Siciliæ Regnum conquirendum conduxerit, & ſupra vniuerſas ſuas militias gubernandi imperium delegauerit, ac Calabriæ regioni præfecerit. Quam & ipſe pro eodem tenuit, donec iuxta Caſtrouillarum Vrbem, ſibi ab Henrico dono traditam, in loco, qui *il piano del Campo*, ad noſtram vſque ætatem vulgò dicitur, ipſo impigrè, & ſtrenuè præliante, magna ſuorum clade perpeſſa militum, à Tancredi exercitu triplici præſertim lethali vulnere E

Supra cap. 31. pag. 88. E.

ſaucius ſuccubuerit, prout latè ſupra deſcripſimus. Semianimis proinde iacens inter ſuorum ſanguinem militum decurrentem, trucidatorumque cateruam, ſeque mox deceſſurum deprehendens, vultu decurrentibus lacrymis irrigato, in Cœlum directis lacrymantibus oculis, corde verè contrito, flebili, languidaque voce Deum, vitæ omnis Auctorem, miſericordiæ, & pietatis fontem ineſiccabilem, pro ſe extemplò deprecatus eſt, vt refert Martinus Schener famulus eius, qui nimium dolens, triſtis, & afflictus, ceſſata vndique ſtrage, defunctum iam credens Dominum ſuum, & deperditi exercitus Ducem, nobiliſſimum eius corpus humaturus, ne ſi-

A cuti cæterorum innumerabilium ferè militum cadauera, cibus remaneret *Martin. Schener in eius opere.*
ferarum, in locum vbi illum cadentem conſpexerat, feſtinè adijt, illumque
hæc formalia languidè proferentem audiuit. *Omnipotens, ac mitiſsime, Deus,*
qui quantumuis peccantem nunquam deſeris, ſed in quacunque hora ingemue-
rit peccator, culparum eius amplius non recordaris, ſecundum immenſam miſe-
ricordiæ tuæ largitatem ſuſcipe preces, ac lachrymas morientis ſerui tui. Recor-
dare Domine antiquarum miſerationum tuarum, & ne deſpicias extremas de-
precationes ſerui tui. Deſidero immenſe Rex exercituum, vt quemadmodum
ſanguinem amitto pro ſeruitio mundani Regis, ità pro te, benigniſsime Deus, ani-
mam meam exhalare poſsim. Et ſi continget liberari à præſenti periculo ob tuã
B *miſericordiam, votum facio ex hac hora, quod reliquum annorum meorũ ſem-*
per tibi dicatum ſeruabo. Quibus vix a moribundo Duce prolatis, ecce,
quod ille, qui cor mundum creat in homine, & ſpiritum rectum in viſceri-
bus innouat, ne ſpiritus eius deficeret, velociter illum exaudiuit, miſitq;
Angelum ſuum, vt pluries ipſemet ſuis poſtea contubernalibus retulit, in
forma iuuenis, qui illum ſua dextra apprehenſum, è terra, ſequentia di-
cens, eleuauit. *Surge, & ambula Ioannes, nam tuas preces benigniſsimus* *Idem, & Angel. 1.*
exaudiuit Dominus, tribuitque cordis tui deſiderium, vt veteri homine abiecto,
nouum induas hominem, & qui humano Regi ſeruiendo vixiſti, Deo ipſi Regum
Regi in poſterum inſeruias, ſecedens in ſolitudinem, vbi ſpiritualia in Dæmo-
C *nes arma conuertas, vt ità dimicans, æterna effulgeas corona in Cœlo.* Cumq;
ſurrexiſſet, ne dum ſe reperit perfectiſſimè ſanum, ſed & abſq; vulneribus;
trium tantummodò luculentorum, lethaliumq; vulnerum in ſe cicatrices
inſpexit, quæ non ob aliud remanſerunt impreſſæ, niſi vt in ſui corporis
cute, veluti in aperto folio tanti legeretur, aut in ſpeculo cerneretur ma-
gnitudo miraculi. Subinde mox ad famulum ſuum, qui ad ſuum corpus ſe-
peliendum acceſſerat, conuerſus, inquit. *Martine fili, nimis pro mundana,*
deinceps pro æterna laboremus gloria. Tu vſque modò ſecutus es hominem pec-
catorem, ſequere pœnitentem, & præmia expectare maiora. Dumq; iter age-
ret, fratrem ſuum Ducem Henricum Kala inuenit, qui, collectis militibus
D perpaucis ſuperſtitibus, Ioannem ſibi dilectiſſimum vnà cum cæteris mili-
tibus iam è viuis ſublatum putans, ſuper amnis Sybaris aquas flebat ama-
rè. Et cum illum ad ſe viuum, atq; incolumem venientem animaduertiſ-
ſet, luctu prorſus in ineffabile gaudium commutato, ad eum properauit,
occurrens, & pluſquam fari poſſet, affectu complexus eſt, dicens. *Quis* *P.D. Angel. 1.*
te mihi reſtituit dulciſsimæ animæ meæ dimidium, quem vt defunctum flebam?
Quis à cæde tam periculoſa te reddidit incolumem? Cui Ioannes clara voce,
ſerenoq; vultu reſpondit. *Omnipotens Altiſsimi dextera non tantùm à mor-*
te corporali, ſed & ab æterna eripuit fratrem tuum, vt ipſi viuens, mundo mo-
riar, reſtituitque me tibi, non vt in carne, ſed ſpiritualiter Deo, qui fons eſt ve-
E *ræ vitæ, iungamur in Cœlis. Nihil enim in Mundo durabile, vtileque inueni-*
tur, niſi in Deo, & per Deum omnia bona. Tempus itaque eſt à ſomno ſurgere,
ne morte præuenti inter flammas æternas continuò moriamur. Dominus Frater
mi ſit ſemper tecum. Hæc dum exprimebat, cœleſtis ſplendor adeò vultum
eius irradiabat, quod Illuſtriſſimus Dux Henricus, eius non potuerit ob-
ſiſtere propoſito. Tandem hora matutina vltimum vale daturus, germa-
num fratrem Henricum complexus eſt, inquitque illi. *Vale, & inter præ-* *Martin. & Angel.*
lia vnicæ animæ tuæ ne obliuiſcaris; veniet enim velociter mors, & mundanam *citati.*
gloriam ſtatim in puluerem rediget, peribitque ſtrenuorum memoria, cum ſoni-
tu. Et obſtupentem Ducem fratrem reliquens, ſocijs quinque ſecum aſ-
ſumptis.

sumptis, nempe Martino Schener, Bonifacio Estadio, & Honorato Spinghi ex Theotonica natione, Ioanne de Cassaro, & Antonio Bruno Calabris) qui sua decreuerant vestigia præmere, in Collem Sancti Ioannis ascendit, & ibi pro se, suisque discipulis peculiarem locum, nunc ab Accolis *Morzadoso* nuncupatum, amænissimum quidem, iuxta Sybaris vadas, & lapide vno à Castrouillarum Vrbe distitum, in solitudinem delegit. Hic Ecclesiunculam ædificauit, tribus trigonis, & vnico altari contentam, ad trium diuinarum Personarum, Patris videlicet, & Filij, & Spiritus Sancti, & indiuisibilis diuinæ vnitatis Essentiæ, illius communis honorem. Et vt vnusquisq; suum haberet habitaculum, ex lignis, lapidibusque circum Basiliculam proprijs manibus vtcunque sex sibi parauit sedes. Deiectoque B
militari, sæcularique habitu, Monachalem vestem ex lanis rusticis contextam induere omnes: Ecclesiunculæ cultui Martinum præfecit, Bonifacio hortuli culturam commisit, reliquos nempe Honoratum, Ioannem, & Antonium in quæstores deputauit. Et præscripta cæteris viuendi methodo, vt scilicet ex quæstu viuerent, temporibus non prohibitis ter in hebdomada carnes ederent, tres horas, matutinam nempe, meridianam, & serotinam, singulo quoque die, vltra nocturnas, in honorem Patris, & Filij, & Spiritus Sancti in oratione cõsumerent. Ipse tanquam verus Christi miles antiquorum more Eremitarum decalceatis, nudisque pedibus incessit, ferreo, pungentique cilicio se præcinxit, perpetuo ieiunio se ad- C
dixit, semel tantùm in die ab herbis, & è Syluæ arboribus cadentibus fructibus suam refectionem desumens, Dominicis, & quibusdam celebrioribus festiuitatibus tantùm exceptis; in quibus vel castaneis coctis, aut leguminibus omni ne dum pinguedinis, sed etiam salis, & olei condimento sublato, suum aliquando restaurabat corpus extenuatum, semper & omninò aquam potauit. Somnum capiebat quàm raro in fœneo lectulo, quietis non gerente speciem, sed laboris. Suis contubernalibus, quibus fortasse talis suus displicebat modus quiescendi, sic respondere assolebat.

Martin. Schener in Opusc. cit.

Christus Dominus, Mundique totius Creator, Gubernator, & Rector in fœno nasci voluit, & ego vilissima, & indigna creatura in fœno non moriar? Acutissi- D
mis cardulis, ferreaque catena adeò corpus suum, macie confectum, astigabat, vt sæpè sæpius decurrentem per riuulos sanguinem sui inde viderint discipuli. Quotidie sacrosanctum Missæ sacrificium summa, inexplicabilique deuotione audiebat. Ter in hebdomada Eucharistico pane, omnis saporis habente suauitatem, se cibabat. Quibus præ cæteris in diebus vultus eius coruscabat. Orationis eius feruor talis, ac tantus erat, vt ferè semper lacrymans pro animarum salute, animarum omnium Redemptorem depræcari videretur. A media nocte præcipuè vsque ad mane ità animam suam coram domino effundebat, vt multoties eius Contubernales, illum prædefunctum existimantes, prout apparebat etiam E
cæteris, qui turmatim ad huiusmodi conspiciendum spectaculum properabant; acubus, spiculis, ferreisque stimulis illum ad aliqualem motum concitabant: at frustra; nam Dei seruus, veluti sensu carens, in sua immobilitate perseuerabat. Multoties exthasim passum iunctis ante pectus manibus, oculis sursum directis, aliquando stantem, aliquando genuflexum è terris eleuatum, cernebant, & laudes Deo seruatori suo canentem audiebant sub sua sancta disciplina militantes. Et ad illud eximium sanctitatis fastigium ascendit, quod eius in Christo Pater D. Robertus à Donato Monachus Sanctissimi P. N. Benedicti, qui propè, & contra

A tra Caſtrouillarum Vrbis mœnia ſui Ordinis Cœnobium colebat, & in
Eremitarum Oratorio ſacrum faciens, nouis Dei Tyronibus Sacramenta
adminiſtrabat; ſic de Ioanne Kala poſt eius conuerſionem dicere aſſole-
bat. *O admirabilem Omnipotentis Dei potentiam, Vir ſanguineus à primis vn-* *Robertus à Donato*
guibus inter Martis horrentes ſtrepitus enutritus, prima vocationis die adeò *in ſuis Collationib.*
profecit, vt dum eum alloquentem audio Macharium, Hilarionemque in eo re- *relatus ab Angelo 1.*
ctè ſentio, verèque video. Profundiſſimam verò eius humilitatem, quis pro *in Vita B. Ioannis*
dignitate differere ſuppetit? In viliſſimis pro ſuorũ diſcipulorum commo- *Kala.*
do occupabatur exercitijs, frequenter dicens. *Depoſuit potentes de ſede,*
& exaltauit humiles. Mirabilium gloriam, quæ per ipſum operabatur Al-
B tiſſimus Dominus, ipſi ſummo Deo munerum omnium largitori refere-
bat. Se peccatorum omnium peſſimum recenſebat; & lacrymans cũ Apo-
ſtolo Paulo dicebat aſſiduè. *Ieſus Chriſtus venit in hunc Mundum peccato-* *S. Paulus in epiſt. 1.*
res ſaluos facere, quorum maximus ſum ego. Religioſorum pedibus, qui à sã- *ad Timoth. cap. 4.*
ctitatis eius fama inuitati ad illum viſitandum cõcurrebant, ſe inuoluebat; *num. 15.*
illoſque lacrymis madefaciebat, & eiulans, atque ſuſpirans proſtratus di-
cebat. *Ora ſerue Dei pro me omnium peccatorum maximo. Ora pro me, qui*
Diabolo peior exiſto. Nec vnquam lacrymis, ſuſpirijſque, ac ſupplicationi-
bus terminum dabat, aut à terra ſurgebat, niſi poſt promiſſum acceptum
Dominum Deum, miſericordiarum Patrem, orandi pro anima ſua, quam
C ad Leonis ora miſerè properantem aſſerebat. Fari nequit eius erga Sa-
cerdotes, Deique Miniſtros reuerentia. Statim ac illos intuebatur, flexis
vſque ad terram genibus illorum venerabatur Sacramentum. Et cum ali-
quando Venerabilem noſtrum Dei famulum Ioannem Ioachim Floris
Abbatem vſque ad Sancti Angeli Collem, non admodum ab eius Orato-
rio, & Caſtrouillarum Ciuitate diſſitum, ad ſe venientem conſpexiſſet, eum
quaſi adorans in plurima, immò ineffabili veneratione recoluit, ac ſibi
dilectiſſimum in Chriſto Patrem mira humilitate, & deuotione ſuſcepit; fa-
cies inſuper eius purior, clariorque internam, & immenſam animi hilari-
tatem diſſimulare haud valuit. Verùm non multò poſt conturbauit eum
D dilectio proximi. Quippè dum viciſſim in lætitia, & iucunditate magna, in
ſpirituali, mellifluoque verſarentur colloquio, nuncius ad eius Cœno-
biolum deuenit, ipſum de proximi miſeria locuturus; ipſoque non inuen-
to, ſuis Contubernalibus ſuam legationem expoſuit, aſſerens, prope Ca-
ſtrouillarum Arcem hominem eſſe proculdubio ſine pœnitentiæ Sacra-
mento moribundum. Martinus, qui Eccleſiunculæ cultum in commiſſis
habebat, miſello morienti cõpatiens, omni celeritate ad illius enuncian-
dum periculum, ſuum Magiſtrum properauit. Et antequam de eo verbum
faceret, ſui Didaſcoli vultum conturbatum, & animi ſui triſtitiam, mœro-
remque demonſtrantem vidit. Tàm repentinam faciei mutationem ad-
E mirans Sanctus Abbas, dixit Eremitæ Ioanni. *Quæ ſunt iſta, quæ vultus*
tui ſerenitatem euertunt? Quæ cura adeò vrget, quæ animi tui tranquillitas ità
perturbatur? Reſpondit ille, diuino tanquam afflatus numine. *Deſcẽdamus*
Pater Abbas in Arcem. Eamus ad eripiendam animam iuuenis morientis à po-
teſtate tenebrarum, nos enim illuc Deus conuocat. Cumque maiorem perue-
niſſent in Arcẽ, recto illum tramite in pauperum Xenodochio introduxit;
vbi iàm iàm decedentem inuenere iuuenem infirmum, habentem ſub
capite tabellam, in qua varijs expreſſa coloribus ſanctiſſimi Crucifixi cer-
nebatur imago. Protinus humillimus Eremita Kala dixit Abbati. *Oremus*
pro eo Pater Abbas. Flexiſque ad terrãm genibus ſemiquadrantis ferè ho-

ræ spatio in oratione cõpleto,ad Dei virum Ioachim conuersus,humillimè inquit. *Bened.c eum Venerab. Abbas*. Respondit ille. *Absit,vbi enim maior est minor cedat,hoc tuũ est Domine,qui vndique me maior existis*. Tunc in faciẽ suam procumbens Eremita Ioannes, ac lacrymarum imbre madescens, *En* (inquit) *parcat tibi Deus, Pater. Ergo ne Vir sanguinum scelestissimus, immanisque peccator praferri debet Sancto, puroque Dei Sacerdoti,& Cælestiũ Ordinum Institutori, quem elegit, & praelegit Altissimus? Tuum est Pater auctoritate,qua insignitus es, Dominicam benedictionẽ prabere misero morienti.* Et licèt præ nimia sua humilitate,& Eremitæ sanctitate humilis Abbas infirmum benedicere potius renuisset, præcibus tamen eius tandem alligatus assentit, & super infirmum sanctæ benedictionis signum formauit in nomine Domini. Factus subinde voti compos Eremita, & lacrymari desijt, & è terra faciem suam eleuauit. Moribundus autem infirmus mox apertis oculis, serenato vultu,eleuato capite, alta,claraque voce, Ioannẽ Eremitam intuens, ait. *O quam Domino Deo viuenti accepta sunt opera tua Sanctissime Pater Ioannes,qui simplici oratione eripuisti animam meam de profundo lacu, & liberasti ab ore Leonum, inconfessus iàm iàm obibam,& tartara me manebant, infernique gehenna me deuorare expectabat*. At ille rubore suffusus, ait ei. *Non ego peccator fili mi,sed Pater Abbas pro te Deum intercessit,gratias agas illi. Ipse veluti Dei Sacerdos habet potestatem Dæmones eijciendi, & Altissimo gratias age, qui seruis suis tantam, talemque concedit auctoritatem*. Continuò ille peccata sua sancto Abbati contritus propalauit, & sacramentalem absolutionem obtinuit. Et cibarijs illo restaurato, humiles Dei famuli recessere ad propria. Et qui in vltimis erat constitutus, confestim ad pristinam repositus sanitatem, moribus in posterum mutatis,exultans, & laudans Deum, mirabilium operatorem per sanctos seruos suos, omnes per regiones, quasi tuba exaltans vocem suam in se compertum miraculum prædicauit. Et vt aliqua Eremitæ sanctitatis signa demonstremus, vt præsens caput etiam expostulat, ad aliquot ab eodem patrata mirabilia recensenda gradum faciamus. Paulina Cannatello, Castrouillarum Vrbis, & B. Ioannis Cala vassalla, quæ natum ediderat anno Domini 1179. Iacobum nomine, cœcum, gibosum, claudum, brachijs retortis, & absque ano, quapropter per os eructabat excrementa, hunc iàm in duodecimo suæ ætatis anno constitutum afflicta Mater Eremitæ Ioannis suppliciter obtulit curationi. Ille (ò mira diuinæ virtutis operatio) in eodem, instanti simplici tantùm B. Patris benedictione ne dum visum,staturæ, crurium, bracchiorumque rectitudinem, sed etiam pro excrementis expellendis anum obtinuit in primo sui dictæ Vrbis dominij, & suæ conuersionis anno, & Dominicæ Natiuitatis 1191. Antonius de Luca prope Eremitarum Cœnobiolum criptam effodiebat, vt proprios defenderet à pluuia sues, & etiam pro nocturno receptaculo inseruiret: at quia tellus ad id concauitatis genus erat inepta, imminens terra miserè effodientem oppressit. Ad filiorum, fratrisque ibidem existentium vlulatum,clamoremque aduolauit Dei homo, & lacrymantibus, & eiulantibus dixit? *Silete quæso fily, Non dum enim mortuus est Antonius*. Et eleuatis ad Cœlum oculis, aliquantisper orauit Deum pro eo. Et deinde mandauit terræ, vt eum flentibus ipsa suis restitueret. Extemplò absque vllo luminis auxilio Antonius de subterra sanus, & in offensus egrediens, laudauit, & benedixit Dominum. Aquis ab ipso primo suæ conuersionis die continuo sanè miracu-

lo

A lo ſicco veſtigio præiſſit. Et vice quadam cum ad Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Patyrio imaginem viſitandam, cuius feſtum eadem die celebrabatur, properaret; intuentibus, & admirantibus finitimis ad eandem feſtiuitatem confluentibus, & cuiuſdam pueri exitium deplorantibus, ſuper Adriatici maris vndas currens, marinam feram reduxit ad littus, & ſuis incolumem fecit reſtituere puerum, quem adnatantem cœperat, & illo enecato, aſportabat in gurgite alto. Circumſtantes, viſa ſecus littus fera, quærebant illam capere, & occidere. At renuit ille dicens. *Si nobis noſtrum reddidit, ſinamus eam viuere*. Et ſic etiam illa incolumis ad propria remeauit. Erēmita quidam hyberno tempore, Sybarim, magni no-

B minis flumen, ab Alpibus Pollini montis celeberrimi repentino curſu ad Adriatici maris oram prope Crathim deſcendens, ingentem aquarum eius multitudinem ingreſſus, & ad illius medium ferè perductus, à fluctantibus vndis, & rapido curſu traducebatur ad mare. Videns illius infortunium Dei ſeruus, qui ad eiuſdem fluminis ripas diuina prouidentia ductus erat, amnem, quaſi ratione præditum, ſic eſt allocutus. *Sybaris frater, propter obedientiam, quam debes Creatori tuo, iubeo tibi, vt Creaturam, Domini noſtri Ieſu Chriſti ſanguine redemptam, mihi reſtituas*. Et ò admirabile, retroflexis vndarum copijs, ſemianimem Eremitam ad arenam, in qua Dei famulus reperiebatur, reportauit. Moxque euomitis aquis, quas ebi- Auct. cit.

C berat miſer, eundem fecit in hæc verba correptum. *Dilectiſsime frater, Deus, iuſtus Iudex, & vindex, te in copiam aquarum demerſit, quoniam nunquam Sanctus illi videris: tu non modo neceſſaria tibi quaris, ſed cæteros pauperes tuis fictionibus, & facundia diabolica defraudas. Vade igitur in pace, auiditatem nimiam compeſce, ne forte Deus animam tuam in æternas Cocyti flammas demergat*. Aer non minus obtemperauit præceptis à Ioannis ore prolatis. Henricus ſextus gloriabatur, ſed non in Deo, Regum omnium Rege, ac omnium exercituum Duce, qui tam celeri, incruentaq; victoria, ne dum Caietam, Neapolimque, ſed omnes etiam ampliſſimi Neapolitani Regni Prouincias abſque vlla Regnicolarum reluctantia ſuo fecerat

D imperio ſubijcere; vt ſupra diximus; proindeque in ipſo ſuo Calabriæ ingreſſu in ſe Deum ipſum aliqualiter agnouit in vindicem. Quippe epidemius æſtiuo tempore morbus adeò ſuos milites inuaſit, quod duarum, vel trium ad ſummum horarum ſpatio decedebant. Romanorum igitur Auguſtus, quia de ſui conſanguinei Ioannis fortuna ſiſcitatus erat, & iam alterum hominem effectum audierat, confeſtim ſanctum viſitaturus, ſupplicaturuſque pariter in locum, vbi erat deuenit. Quem ſacco indutum, corda præcinctum, capillis, barbaque longa coopertum, decalceatum, ligone glebas euertentem, & denique adeò humiliatum, & abſtinentia attenuatum comperijt, vt nullo prorſus modo illum cognouiſſet, niſi cæteri Sup. cap. 33. pag. 92.

E illum eſſe Ioannem Kala, quem quærebat, ſignificaſſent. Fleuit Henricus viſo eo, eumque arctè complexus eſt, dicens. *Sic te Ioannes inuenio? Quã mutato ab illo Hercule militia mea*. Inquit ipſe. *Deus eſt, qui ducit innios in via*. Mox ille imminens Dei flagellum expoſuit, & vt pro ſuis militibus apud iratum Dominum intercederet, rogauit eum. Vir autem Dei ſereno, lucidiſſimoque vultu, ſplendoremque ab oculis emanans, Henricum ſextum in hæc verba redarguit. *Propter peccata veniunt peſtes, fames, & bella truculenta. Vane de te Imperator præſumebas pro tantis, tantiſque victorijs, nec cogitabas, Deum pugnare, non nos pro nobis. Illi ſoli debetur laus vera. Hoc haud feciſti. Ecce ergo quomodo Deus miſerationum quarit reminiſcen-*

piscentiam tuam. Exercitui tuo pestem misit, vt cognoscas in instanti posse totum ad nihilum reddere. Conuertere igitur ad Dominum Deum tuum, & salua erit deinceps militia tua. Deinde directis ad Aerem oculis, cuius correptionem caligo subrubra, qua erat affectus, significabat, suppliciter ait. A

Auct. cit. *Domine Deus Sabaoth, Domine Deus exercituum benedicere dignare Acrem istum, vt omni deposita lue, nullum inferat malum militibus tuis, quos è longinquis regionibus aduocasti in punitionem malorum, sed sit illis omnibus salutaris; vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid.* Quibus vix dictis, extemplò spectãtibus vniuersis, ne dum caligo euanuit; sed & quatuor Angeli in quatuor mundi angulis, cruentes enses in vaginam reponentes, apparuere; & sic inter milites exorta pestis cessauit omninò. Cecidit in faciem suam Imperator ista deprehendens, & per horas tres integras lacrymatus, surrexit, & Dei famulo ait. *Rogo te Pater, vt mei recorderis in tuis orationibus.* At ille. *Ego semper tecum ero corde præsens. Dominus verò meas indignissimas preces exaudiat.* Et quia nudo Christo nudus omninò optabat occurrere, hãc occasionem nactus, potestatem à Romanorum Augusto petijt, tam Castrouillarum Vrbis, quam aliorum Castrorum, quæ imperiali concessione de anno 1191. indiuisim cum Henrico Kala fratre possederat, eundem fratrem suum Henricum inuestiendi Dominio, pro se Sancti Ioannis Colle, quem inhabitabat, tantùm reseruato. Quod mox Imperator Henricus sextus per publicas, patenesque litteras absque vlla penitus reseruatione, exceptioneque concessit; & Henricus Kala Dux eorumdem totale, ac liberum dominium acquisiuit. Ignis denique etiam suum soluit Eremitæ Ioanni obedientiæ debitum. Rossanum petens B. Eremita Ioannes æstiuo tempore 1193. visitaturus Sancti Nili discipulos, qui ciborum abstinentia, & assiduis orationibus Anachoretas æmulabantur Ægypti, cuidam agro cum appropinquasset, in eo laxatis ignem habenis vidit taliter debaccari, quod nihil aliud, quam totalem arborum omnium, præcipuè oliuarum, quibus abundat Rossanense territorium, combustionem sperari poterat. Coloni, qui in eo ignem apposuerant, stipulam comburendi causa, omnibus orbati viribus, consilio, auxilioque destituti, inque maxima confusione positi, huc, illucque discurrentes, præ ineffabili damno lacrymabantur, eiulabantque. Ioannes propterea misericordiæ, & pietatis indutus viscera, pro ignis extinctione rogauit Dominum; & charitatis accensus amore in ignis medium se perripuit, eidemque, vt sisteret, imperauit. Qui, tanquam sensibus, ac ratione vtens, non solùm non est vltra progressus, sed statim eius flamma, in fumum conuersa, fumo cum eodem euanuit. Quærebant eum agricolæ, vt eum, quasi Deum adorarent. At ille in vicino nemore se recepit (Mundanam enim laudem, veluti mortiferam, solebat euitare; proindeque totis viribus sua conabatur opera occultare) Spiritum insuper habuisse propheticum, sicut fama non obscura propalauit, sic rerum prænunciatarum cõprobauit euentus. Matthæus Bernaudus, Patritius Cusentinus, tanti viri sanctitate agnita, pro suorum victu Discipulorum quædam munuscula misit, se, suamq; familiam Ioannis Dei famuli orationibus per epistolam commendans. Gratias egit Matthæo pro datis munusculis, at circa reliqua in hæc formalia verba rescripsit. *Adhuc & triginta dies, & Anima tua, filijque maioris tui ad reddendam rationem Creatori summo euolabunt, dispone domui tuæ, & magis animæ tuæ.* Et trigesimo à prædictionis die è viuis excessere. Imperatori iam dicto Henrico sexto, qui B. Eremitæ orationibus se commenda-

B C D E

A uerat in hæc verba. *Tu, qui Regnum mihi tradidisti nuper armis, tutabis orationibus ditionem, vitamque meam.* Taliter ipse respondit. *Si mutabitur cor tuum, in maiores tribulationes eris. Scire enim debes, quod post aliorum oppressionem opprimemini, & vos: Ecclesiæ Romanæ bona quares, vanum ideo erit tunc pro te Dominum rogare.* Haud falsus extitit Vates. Nam Siciliæ Regnum postquam occupasset, Henricus contra pacem promissam, iuraméntoque vallatam, ne dum Sibiliam, Tancredi Regis vxorem, Guillelmumq; filium, ac filias decepit, vt supra diximus; sed (vt Abbatis Florensis verbis vtar) *Regni capitis ruina secuta, desæuit in Nobiles, alios spersit, mergit alios, peremit plurimos, nonnullos inclusit, visis reliquos, ac residuos cæcitate ferit;* B immò & contra Catholicã Religionem nonnullos Episcopos, Archiepiscopos, atque Prælatos trucidauit, & Romanam aduersus Ecclesiam tyrãnidem exercuit. Nec multò post seueritatis Ecclesiasticæ disciplina percussus tertio Kal. Octobris anno Domino 1197. & suæ ætatis 32. in Melatij finibus patratorum scelerum pœnas subiturus, decessit. Cuius transitus sicut suis tristitiam, sic cæteris omnibus ineffabile attulit gaudium, quod ad satietatem astipulatur Ioannes Monachus apud Fossæ nouæ Chronicon, vbi sic.

Mart. Schener, & Angel. I.

Supra c. 33. pag. 93. Abb. Ioachim super Isaiam c. 13. Verb. Sicilia, & cap. 23. latius.

Vincent. Bellouac. in Spec. histor. lib. 29. c. 59. Carol. Sigon. de Regn. Italia lib. 15. & aly.

Ioannes Monachus apud Chronic. Fossa noua ad ann. 1192.

Omnia cum Papa gaudent de morte tyranni. (hic est Henricus 6.)
Mortuus est mitis Leo raptor, vel Lupus Agni.
C *Mortuus est vere, qui multos perdidit ære.*
Si cui dixit, Aue, fuit hoc, vt ab hoste cauendum
Mors necat, & cuncti gaudent de morte sepulti,
Apulus, & Calaber, Siculus, Thuscusque, Ligurque
Italicis ictus Henricus nomine dictus,
Theutonicorum natu Rex, & origo malorum,
Imperio Roma sexto decessit ab anno,
Mille Dei centum bis, demptis tribus ab istis,
Transierant anni, peryt cum pessimus anguis.
Ad Siculas partes vitam dimisit, & Arces.

D Item cernens B. Heremita Kala iuuenem quendam, suis dixit Discipulis. *Cras ille morietur, & anima sua æternè cruciabitur, inflexibilis natura enim est.* Nocte sequente audierunt Contubernales super Cœnobioli tectum clamores, strepitusque terribiles, nec non horribiles dicentium voces. *Noster est, noster est,* infœlicissimi Iuuenis nomen exprimendo. Ex quibus ipsi agnouerunt illius Iuuenis vitam excedisse, & tunc tunc Dœmones ad tartara eius animam, vt eorum prædixerat Didascolus, asportare. Quando, qualiter, & vbi huiusmodi prophetiæ, & intelligentiæ spiritum à diuina largitate sit consecutus, etiam referamus. Psallens Dei famulus Ioannes Kala summo mane anno tertio suæ conuersio- E nis, & natiuitatis Dominicæ 1194. die 29. Septembris, in quo Sancti Michaelis Archangeli dedicationis festum recolitur, cum ad nonagesimi secundi Psalmi versiculos illos deuenisset. *Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.* Eorumdem versiculorum veram potiri intelligentiam, satis valido fuit desiderio pressus (Ipse namque non in scripturæ arcanis enucleandis, sed in ordinandis, disponendisque militibus, in reque bellica versatissimus erat) Deum propterea vsque ad Solis occasum rogauit deuotissimè, vt suæ dignaretur satisfacere voluntati, si tamen propriæ ani-

Martin. & Angel.

mæ saluti non obesse cognosceret. Occidente sole exthasim passus, ac A
veluti immobilis effectus, directis ad Cœlum oculis, videbatur sibi vide-
re in sublimi, & excelso Colle in vertice splendentissimorum montium,
posito, mare magnum, & placidissimum, à quo innumerabilia fluebant
flumina, quorum tertia pars vix exiens è Pelago, turgens euadebat, ac
fremens, & retroflexis vndarum copijs ad quendam Collem ascendere
nitebatur, ex quo mare suam trahebat originem. Tunc vnum ex reliquis
fluminibus, quæ non turgebant, crescens mox in immensum, omnem illã
tertiam fluminum partem, quæ turgebat, & horribili sonitu fremebat, præ-
cinxit, & exemplò superbientia fluenta in profundos declinantis terræ
baratros detruxit. Et tunc sublimius elatum mare adorauerunt omnia B
flumina, quæ in abyssos non ceciderant. Et disparuit visio. Verùm enim
verò continuò apparuit ei Gloriosissimus Sanctus Michael Archangelus,
eumque sic est allocutus. *Si rectè intelligis, ex admirabili hac visione perci-*
pies verum sensum Dauidici Psalmi, pro cuius intellectu Deum à mane vsque
ad Vesperas humiliter exorasti. Sed vt à te cogitandi laborem, iubente Deo,
eripiam, omnia luce clariùs circa & visionem, & huiusce scriptura sensum ape-
riam. Collis (inquam) ille, qui omnes excedebat montes, Deus est, qui dicitur
mons in montium vertice positus. Ipse siquidem infinitè bonus, æternus, im-
mensus, incomprehensibilis, omnem continet perfectionum altitudinem. Mare,
quod ab ipso Colle fluebat, sunt diuinæ mentis Ideæ, quæ possibilium Creatura- C
rum omnium exemplaria dicuntur, ad cuius formam, siue exemplar, creauit
in tempore creaturas mundi. Et ideò dixit Moyses, spiritus Domini ferebatur
super aquas. Flumina emergentia è Mare, sunt Angeli tum boni, tum reprobi,
qui ante omnes creaturas fuere creati ad instar æternalis exemplaris perfectissi-
mi omnium creaturarum, Creatorique proximiores. Inter alios fluuios vidisti
magnum fluentum, quod statim ac exijt à Mare, turgidum non modò euasit,
sed tertiam fluminum partem tumentem pariter reddidit. Hic, inquam, Luci-
fer fuit, qui naturalibus superbiens dotibus, futurum Diuini humanitatem Ver-
bi adorare respuit, proposuitque cæteris Angelis, vt non in Dei visione, sed in
sua, Beatitudinem quærerent, fluuium ità tertiam seduxit partem. Sed fluuius D
quidam magnus, idest Angelus quidam, cui Deus virtutem magnam erogauit,
Angelos ipsos rebelles in ima detruxit tartara. Cæteri verò superstites, quoniã
rebellibus non adhæsere, reuelatam Diuini Verbi humanitatem reuerenter ado-
rauerunt. Habe nunc Ioannes Dauidicæ scripturæ sublimem sensum. Eleuaue-
runt flumina vocem suam, idest Angeli rebelles, quorum Lucifer Antesignanus
dixit. Ponam sedem meam in Aquilone, similis ero Altissimo. Eleuauerunt
fluctus, quia factum fuit prælium in Cœlo. Mirabiles elationes, idest glorifica-
tiones, Maris, idest Dei, quem Angeli adorauerunt omnes. Sed quoniam Deus
est dator adeò largus, & profusissimus, vt parum putet largiri, si seruis ea dum-
taxat largitur, quæ exposcunt, sed vltra petita tradere satis, superq; lætatur. E
Consueuit enim plus tribuere nobis, quàm nos exposcere possumus, quod luce cla-
riùs in te ipso verificatum experieris. Tu siquidem petijsti modo paucorum scri-
pturæ verborum sensum. Deus autem munificentissimus Dominus constituit
tradere tibi non solum veram, & genuinam totius veteris, nouiq; Testamenti
intelligentiam, sed implebit te spiritu sapientiæ, & intellectus, tradetq; tibi pro-
phetiæ spiritum, quo absentia, velut præsentia habebis, & futuritionem ob oculos
mirabiliter inspicies, vt temporibus istis, & omni futuro sæculo glorificetur in te
Altissimus, & si ob occulta, & imperscrutabilia Dei iudicia silebit interdum no-
men tuum, maiori tandem consurget gloria. Eia age dilectissime serue Dei,

Lucius à Donato in Opusc. cit.

abi

A *abi in loca nimis deserta, quo compellet te spiritus tuus, ibi incessanter noctu, dieque per quadraginta dierum spatium ora, & ieiuna, vt spiritus Domini in te adueniens, inueniat dispositam, paratamque magis, & perfectius animam tuam ad suscipienda Altissimi dona. Euge serue bone, quoniam in paucis fidelis fuisti, in multa constituet te pientissimus Dominus tuus. Accipe munera, quibus ille te decorat ad maiorem sanctæ, indiuisæque Triadis gloriam, & peccatorum conuersionem. Vade igitur alacris ad ineffabile munus, quod tibi ab æterno parauit consolator, sanctusque spiritus.* Et Archangelus Michael his enunciatis disparuit. Eremita verò Ioannes timore magno correptus, cecidit in faciem suam; at plenus spe, cœlestique lætitia statim surrexit, & vix suis Di-
B scipulis salutatis, in nimium solitarias, & ferè inuias Brettiorum Sylæ syluæ latebras omni sollicitudine properauit. Vbi expleto quadraginta dierum ieiunio, continua oratione, ac lacrymis assiduis sociato; apparuerunt ei Elias, & Moyses vrnam stiptico plenam vino gestantes, & dixerunt ei. *Hauri, fili, stipticum veteris legis vinum, in quo sunt mysteria, cæremoniæ, & figuræ, quæ sanctorum voluntatem minus explebant, dum amaro sane gustu plenitudinem delectamenti expectauimus à pane verè cælesti omnem gratiam hominibus afferente, & diuinitatis saporem in terris vbique spargente. Tu igitur huius virtute, infusa diuinitus gratia, in mente quidem tua intelliges veteris Ritus mysteria, cæremonias, figuras, genuinumque Prophetarum omnium* *Auctor citatus.*
C *sensum, adeò quod admirabilis eris in omni Terra.* His à Prophetarum ore prolatis, Ioannes traditum sibi vinum, etsi nimis amarum, ebibit. Et dum flexis genibus pro receptis muneribus feruenti oratione summo munerum largitori Deo gratias ageret; apparuit illi Sacerdos facie, & indumentis Sacerdotalibus Sole splendentioribus in ambabus manibus plagam habentem rutilantem, sicut etiam in pedibus, qui soleis induti more antiquorum, superiori parte nudam carnem referebant. Et stans ante genuflexum, & Dei clementiæ gratias agentem, denudato pectore, eidem sui lateris plagam manifestans, ait illi. *Ego sum in æternum Sacerdos secundum ordinē Melchisedech. Ego sum panis viuus à Cælo descendens, qui mãducat me,* *Idem Auctor.*
D *ipse propter me viuit, & in me transformatur. Ego sum Verbum Patris, verè Deus, verè Homo. Euge serue bone, suge lac vulnerati lateris mei, meliora enim sunt vbera mea stiptico legis vino.* Appropinquauit deinde latus diuinum, è quo humilis Dei homo Ioannes Kala trementi ore lac dulcissimum potauit. Et visio euanuit. Et ex illo eodem temporis instanti vsq; ad vltimum suæ vitæ terminum adeò mens eius intelligentiæ, & prophetiæ fuit repleta, dotataque spiritu, vt tanquam præsentia, futura conspiceret, & difficillima omnia sacræ scripturæ arcana enuclearet. Ad ipsum vndiq; doctissimi, sapientissimique Viri, vt difficilia scripturæ sacræ loca enodaret, confluebant assiduè. Ipsum Reges, absolutique Principes, vt futuros
E Dominiorum suorum status prædiceret, deuotissimè supplicabant. Quinimmò de Innocentij tertij iussu librum de Visionibus, & Vaticinijs composuit. His pro nunc de B. Ioanne Kala Eremita ex supradictis eiusdem temporis Auctoribus in modernorum memoriam reuocatis, plura de eodem infra dicturi, ad institutum redeamus. *Infra cap. 58.*

Erat in Rossanensi Territorio Eremita alter, propter honestatem à Lucio de Donato innominatus, qui B. Nili iunioris vitam se æmulari iactabat, saccum siquidem gestabat sine præcinctum, & studebat corporis maciei, ac vultus horrori, vt ipse hipochrita, lupusque rapax, sub ouina pelle, velut agnus coleretur à cunctis, ac sanctitatis famam sibi compararet; quam

dubio

dubio procul ne dum in Rossanensi Diœcesi, & Crathis Valle, sed in tota A etiam Calabria fuit assecutus; cum tamen cor suum liuore, superbiaq; repletum à Dœmone possideretur. Pseudoeremita igitur iste, ac ipso Dœmone peior, cum Eremitam Ioannem Kala tanquam Patrem sanctum, & Prophetam Domini à cunctis vbique laudatum nimis, commendatumque comperijsset: hoc præ inuidia audire, ne dum ferre, haud valens, blasphemantium in compitis, & in triuijs sedentium imitans linguam, ira, liuoreque exardescens, spiritumque habens in naribus contra Venerabilem, communique omnium ore laudatum Patrem, maledictorum ageres erigens, cuniculos arietare satégit. Et dolis, versutijsque, atque mendacijs, diabolicis quoque fictionibus, atque periurijs sub Christianæ Religionis B specie Rossanensem suum seduxit Antistitem, vt Cœlestino tertio Pontifici summo nunciaret, qualiter non procul ab eius Diœcesi Sueuus quidam miles sub Eremitico habitu seducebat Populos, falsa patrando miracula, ac ventura cunctis aperiendo, necromantica fretus arte; aliasque insuper huiusmodi in verum Christi Atletam euomit blasphemias. Credidit Hipochritæ dictis simplex, & incautus Archipræsul, & omne malũ, quod aduersus Dei famulum Ioannem Eremitam pessimus, impijssimusq; ille seductor eructauerat, Christi in terris summo Vicario exquisita omni fidelitate significauit. Celestinus autem, quia propemodum multorum fide dignorum relatu de vitæ sanctimonia viri Dei Ioannis, eiusq; superna- C turalibus donis cum ingenti, vt par erat, sui animi iucunditate, & exultatione fuerat instructus, Rossanensis Antistitis litteris fidem, haud præstitit: verùm vt muneri satisfaceret Pontificali, quo fungebatur, tribus vicinioribus Episcopis dedit in mandatis, strictissimèque præcepit, vt vnusquisque illorum seorsim, separatimque de Ioannis Kala Sueui vita, moribus, miraculisque, ac Prophetiæ Spiritu omnino veridicam caperent informationem, in eosdem suas ad id necessarias vices, & voces extendendo. Insuperque illis imposuit eiusdem Ioannis principalis examen, quacunque ex causa non omittendum, immo eum ad examen arctarent, & pœnam indignationis Dei omnipotentis, eiusque in terris Vicemge- D rentis eidem imponerent, vt diceret quomodo, qualiter, & quando virtutem accepit, futura prædicendi. Acceptis Romani Pontificis litteris, accessere statim Episcopi Castrouillarum Vrbem, prope quam incolebat cum suis Contubernalibus Dei Homo, & ab vnoquoq; eorum seorsim diligenti, & nimium rigorosa capta informatione iuxtà sanctæ Apostolicæ Sedis præcepta, nihilque penitus contra illum inuento, de mirabilibus eius certiorem fecere Pontificem. Cumque vera esse, quæ aliorum relatũ de Eremita Ioanne intellexerat, & falsa penitus, quæ cõtra eum scriptitauerat Rossanensis Antistes, comperijsset Pontifex; ira exardescens, indignationeque repletus, pro eo quod tot mendacia, & sibi tanquam Christi E Vicario temerè, & inuerecundè describere ausus erat, illum suprema sua potestate seuerè, acriterque punire, & fortasse exauctorare decreuit. In nostri Dei famuli Ioannis Ioachim Floris Abbatis notitiam, Romani Pontificis in Archiepiscopum Rossanensem indignatio deuenit, & percallens huius simplicitatem, sicuti & improbitatem Eremitæ, qui procaciter eum seduxerat, tanquam charitate vulneratus, extemplò Celestino tertio supplicem direxit epistolam tenoris sequentis.

Beatissime Pater. Mirabilia, quæ operatur Deus omnium dator bonorum in fideli seruo eius Ioanne Kalà sunt adeo magna, & eximia, vt prorsus nefas sit cre-

A *credere, quod è suorum à Patre luminũ non emanent. Iustus etenim iste, vt palma floruit, sicut Cedrus Libani multiplicatus est, quo plantaretur in Domo Domini in atrijs Domus Dei nostri. Pura sanè simplicitas, profundaque sanè humilitas eum (Dei annuente gratia) ad tot donorum euexere fastigia. Peior igitur, Dæmoneque magis iniquus censendus est, qui malectis audet eum carpere, cui credidit, erogauitque Prophetia, charismataque spiritum omnipotens, & æterna Maiestas, cuius vices Beatitudo vestra gerit in Terris. Precor tamen humiliter sanctitatis vestræ benignitatem, vt Rossanensi Antistiti parcas, qui non ex propria malitia, aut ex proprio liuore peccauit, sed à versipelle hipocrita, pessimoque homine sub specie recti, bonique deceptus fuit, cui ille ob simplicitatem fidem*
B *adhibuit. Deus autem breui eum confundet, & confodiet.* Vlterior epistolæ series ad abolendam prolixitatem à Lucio de Donato in suo tractatu supra citato non fuit apposita, quod ægreferimus nos, qui ad maiorem Dei gloriam, & seruorum eius laudem, fideliumque ad excitandam deuotionem, hæc ipsa, & alia componimus, atque coniungimus.

Pontifex, statim lecta supplici Abbatis Epistola, quam pro tanti Viri merito carissimè receperat, (nimium enim illum adamabat, vt supradiximus) iras omnes deposuit, & Rossanensis Ecclesiæ Archipræsulem ab omni prorsus pœna exemit, atque in suæ pristinum gratiæ gradum restituit. *Supra cap. 36. versus fini. pag. 100. E.* Hipocrita vero impius Diuini nostri Vatis præsagium, in data ad Celestinum epistola contentum, euacuare haud valuit. Quippe vulgatis in breui
C fictionibus suis, omnem illum sanctitatis conceptum, quem apud omnes sua versipelleitate cōparauerat, atque hipocrisi, cum amisisset, mutato suæ sanctitatis fauonio, subsannatum, & decisum à cunctis etiã cum se vidisset; Eremiticũ dimittere habitũ fuit à necessitate compulsus: quamobrem nesciens sibi aliter necessaria consequi, secum quinque assumptis socijs pessimæ vitæ, conditionis, & famæ sibi similibus, in viatores sæuiens, viarum grassator euasit, multa diuersæ speciei grauissima perpatrando facinora. Quapropter vnà cum socijs à sæcularis Curiæ militibus comprætensus, beneque vinctus, ad Bisinianensem fuit traductus Ciuitatem, vbi laqueo
D suspensus, atque confossus, condignam subiuit patratorum scelerum pœnam.

CAP. XLV.

Pro Florenti Monasterio ab Imperatrice constantia priuilegiorum confirmationem obtinet.

ADmirabilis semper extitit summa Ioannis Ioachim, ac perseuerans in omnibus charitas, & oculata prouidẽtia tàm in extraneis, quàm
E in suis, adeò quod nũquã nisi otiosus in otio à quoquã visus sit, & si nobis per antiquorum auctoritatum parsimoniam singula eius gesta recensere non liceat. Ita Rossanensi Archiepiscopo in Celestini tertij gratiam per ipsum restituto: haud multò post præuidens, quæ sibi, suisque successoribus euentura erant incommoda, post recentem sexti Henrici obitum, qui nonnulla bona, ac libertates suo Florensi Cœnobio concesserat, deque eius vxoris Constantiæ Nortmannæ, Romanorum Imperatricis, & vtriusque Siciliæ Reginæ, vitæ breuitate formidans, pro priuilegiorum iam ab Henrico concessorũ confirmatione in Siciliæ Insulã, & Messanã appulsus, vrbẽ illam, vt sui Monasterij cautelis cautelas adnecteret, rogauit instanter. Vix

Ioa-

Ioachim suam postulationem præfferat ore, quod totum Imperatrix gratanter indulsit, & imperiali, pendentique bulla cerea roboratum deploma concessit. Verùm quia celebre hoc monumentum, è Florensi expiscatum Archiuio, immortali memoria dignum videtur, præstabit hic illud totum excribere, vt inde tum Dei famuli sollicitudo, tum Constantia cuius filia, tum eiusdem erga Parentum pietas, ac in Florem liberalitas, ad posteritatis exemplum magis eniteat, & quæ narranda erunt, firmiori veracitatis gressu procedant, ne aliquando nimis exactis gratis dixisse videamur, quæcunque deinceps ad veritatis libellam dicturi sumus. A

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Constantia diuina fauente clementia Romanorum Imperatrix semper Augusta, & Regina Siciliæ. Cum omnia humanitatis opera, quæ pietatis conferuntur intuitu, stabile apud Deum habeant firmamentum, illud præcipuè æternas promeretur diuitias, quod locis Religiosis, & Christi pauperibus impartimur. Inde est, quod ad petitionem tuam Venerabilis Abbas Ioachim benignum habentes respectum, pro remedio animarum Domini Patris nostri famosissimi Regis Rogerij, diuæ recordationis, & Dominæ Beatricis Illustrissimæ Reginæ Matris nostræ, nec non pro salute nostra, & dilectissimi Filij nostri Friderici gloriosi Romanorum, & Siciliæ Regis confirmamus, & in perpetuum tibi, & successoribus tuis, atq; Monasterio tuo Sancti Ioannis de Flore omnes possessiones, & donationes, seù etiam libertates, quæ factæ sunt tibi, & eidem Monasterio tuo à Domino Henrico gloriosissimo Romanorum Imperatore semper Augusto, & Rege Siciliæ carissimo quondā viro nostro. Concedimus, & donamus tibi, tuisq; successoribus in antedicto Monasterio tuo de Flore Terras laboratorias, Aquas, & Syluas adiacentes eidem Monasterio à Vado fluminis Neheti, quod est subtus Castellum de Sclauis, sicut vadit via ipsa versus meridiem per petram Caroli Magni, & per ferrarium vsq; ad Vadum Sabuti, & ab ipso Vado versus ortum ipsius fluminis vsq; ad alueum Ampulini, & descendit idem fluuius vsque ad eum locum vbi miscetur flumini Neheto, & ascendit terminus per alueum eiusdē fluminis Neheti, & vadit vltra flumen per fines Monasterij Sanctorum trium Puerorum, & Monasteriū Abbatis Marci vsque ad viam, quæ venit à Ciuitate Acherentea, & vadit per Portium, quæ videlicet via manet in confinio à parte Aquilonis vsque ad locum, qui dicitur Frassinitum, & ex inde reuertitur terminus ad Alueum fluminis Neheti, & ascendit idē Alueus vsque ad Vadum, quod est subtus Castellum de Sclauis, & concludit cum priori fine. Concedimus præterea, & confirmamus tibi, & iam dicto Monasterio tuo de Flore Tenimentum Fluce situm in maritima Calabriæ, ac libera pascua ouium Mandrarum prænominati Monasterij Floris, & aliorum quorumlibet animalium, quæ illuc mittere libet; prohibentes, vt nemo vobis in eodem tenimento aliquam molestiam inferat, aut ibi sua, vel aliorum hominum animalia super inducat, seù aliquo modo Pastoribus, vel animalibus, quæ sub cura illorum ibi fuerint, damnum, vel iniuriam facere præsumat. Insuper concedimus tibi, & sæpè dicto Monasterio Floris per totam Calabriam libera pascua pro animalibus Ecclesiæ tuæ absque herbatico, & glandatico: permittentes, vt liceat Fratribus, & hominibus Monasterij sui libere percipere salem per Salinas Calabriæ, emere quoque, & vendere absque omni exactione, & transire libera Terra, Marique indulta vobis vbique per terram Demanij nostri plateatico, & passagio. Adhuc concedimus, & confirmamus tibi, & Monasterio tuo quinquaginta bizantios aureos percipiendos annis singulis absque aliqua diminutione de Salina Neheti, quæ est prope Calsuromarism, aut ante festum Sancti Ioannis Baptistæ, aut in ipsa festiuitate. Ipsumque Monasterium B C D E

sæpe

A *sæpe dictum de Flore, & Monasterio, quæ de nouo fundasti in loco, qui olim dictus est Calesuber, nunc autem Bonum Lignum, & in loco, qui dicitur Tassitanum, & Monasterium Abbatis Marei, quæ & ipsa ad tuam curam constitutis ibi à te Prælatis pertinere noscuntur, & si qua te, vel Fratres tuos alia in futurum, largiente Domino, ædificare contigerit, cum omnibus possessionibus, & bonis suis, fratres, homines, & loca vestra sub nostra speciali protectione, & defensione suscipimus. Confirmantes vobis hactenus acquisita, & in antea iusto titulo acquirenda, & insultum in vos, & homines, possessiones; & res vestras temerarium penitus prohibentes. Præcipimus firmiter ex omnibus, quæ per priuilegia Domini Serenissimi Imperatoris quondam viri nostri, & hoc quoque nostro*
B *priuilegio vobis concessa sunt, & quæcunque tam in stabilibus rebus, quam mobilibus possidetis, nullus præsumat violenter auferre, aut in terris, & possessionibus Monasterij vestri habitationem facere, aut chisinas absque voluntate, & concessione vestra, & hoc quandiu vobis placuerit, audeat laborare, aut laborando animalium vestrorum pascua impedire; ità tamen vt si alicui absque damni grauamine concessum fuerit de iure terrarum, in quibus operatus fuerit, vobis, & Monasterio Floris respondeat absque dolo, secundum quod vobiscum poterit conuenire. Nec littera, aut scripta aliqua vigorem habeant contra huius nostri priuilegij tenorem, veritate tacita impetrata. Si quis autem contra hoc venire tentauerit, aut aliquid de possessionibus, aut rebus Monasterij vestri auferre*
C *præsumpserit, & id quod ablatum fuerit absque dilatione, & diminutione aliqua restituat, & pro contemptu mandati nostri pœnam sustineat transgressionis. Ad huius autem concessionis, & confirmationis nostræ memoriam, & inuiolabile firmamentum præsentem inde conscribi paginam, & nostra sublimitatis Bulla cerea iussimus communiri. Datum in Ciuitate Messanæ anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo nonagesimo octauo. Mense Ianuarij, prima Indict. Regnante Domina nostra Constantia Dei gratia gloriosissima Romanorum Imperatrice semper Augusta, & excellentissima Regina Siciliæ, & Friderico Romanorum, & Siciliæ Rege carissimo filio eius anno . . . . fœliciter. Amen.*

Locus ✱ Sigilli.

D Quas quidem concessiones, libertates, exemptiones, ac iura successu temporis præfatus Constantiæ filius replicatis vicibus confirmauit, & innouauit, præcipuè verò ad Matthæi eiusdem Floris Monasterij Abbatis instantiam anno Domini millesimo ducentesimo sexto, cuius priuilegij exordium est.

In nomine Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi amen. Fridericus diuina fauente clementia Rex Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ. Cũ regnantis pietas Regis reuerentia Regum omnibus compellatur se tribuere fauorabilem, mansusque vniuersis teneatur benignius porrigere largitatis, illis personis, & locis debet potius charitatis perfectæ plenitudinem impartiri, quæ Deo
E *dicata sunt penitus, & subiecta, & tanto ipsis sincerius respondere pro meritis, ipsaque beneficijs ampliare, quanto in illis propitius pro largientibus pariter, & fundatoribus praces Domino supplices assiduè porriguntur, Deoque purissime ab eiusdem in singulis deseruitur. Inde est igitur, quod Venerabile Monasteriũ Floris tanto ardentius tenemur diligere, & condignis beneficijs ampliare, quanto benignius, & deuotius fœlicissimi quondam Augusti Dominus serenissimus Imperator Pater noster, & Domina gloriosissima Imperatrix Mater nostra diuæ recordationis ipsum Monasterium diuino intuitu construere, bonisq; quæ possidet dotare corde purissimo studuerunt: Hac itaque iusta consideratione inducti, attendentes etiam honestissimam vitam, sanctamque ipsius Ordinis Floris*

conuersationem, quam tu Matthea venerabilis Abbas, & vniuersi Conuentus A
prædicti Monastery fideles nostri in Domino geritis,& obseruatis, pro remedio quoque animarum prædictorum quondam Parentum nostrorum de innata nobis liberalitate,concedimus,& confirmamus. Et cætera, quæ sequuntur. *Data in Vrbe Fœlici Panormi anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo sexto, Mense Septembris, decimæ Indict. Regni vero Domini nostri Friderici Dei gratia gloriosissimi Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno nono fœliciter. Amen.* Est etiã in magno Archiu,Regiæ Cam.vltra ea quæ cõseruantur in Tabul.Floris, aliud Friderici Imperatoris priuilegiũ, quo omnia bona, libertates,& gratias per suos prædecessores loco Floris cõcessas, & concessa confirmat sub *Datum Brundusy anno Dominica Incarnat.* 1221. B
Mensis Marty Indict. 9. Impery Domini Friderici Dei gratia inuictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti, & Regis Siciliæ anno primo, Regni vero Siciliæ anno vigesimo tertio fœliciter. Amen.

Archiu. Magnum Reg. Cam. Summ.

C A P. XLVI.

A Monachis Græcis Cœnobij Sanctorum Trium Puerorum vexationibus agitatur.

S. Chrysost. hom. 28. in Acta.

C

CORpus, vt inquit Sanctus Chrysostomus, quod otiosum,& immobile est,magis est morbis obnoxium,ac magis fœdum; quod autem mouetur, & laborat, ac ærumnis exercetur, sanius est, atque formosius. Et ferrum quidem si iaceat corrumpitur, splendebit autem si exerceatur. Similiter Anima, quæ mouetur; curæ ipsæ,& artes pereũt,si nõ moueatur anima: mouetur autem quando non omnia promptè adsunt, mouetur à contrarijs, si non essent contraria nihil esset, quod moueretur, vtpotè si omnia essent benefacta,non inueniret ars,vt moueatur; ita etiam si omnia essent iuxta mentem nostram, non inueniret mens, vt moueatur. Est insuper demonstratio.Quod ea,quæ videntur esse contra nos,pro nobis fiunt. D
Iussit Pharaon in flumen proijci pueros, nisi proiecti fuissent pueri, non fuisset seruatus Moyses, non in aula educatus fuisset; quando seruabatur non erat in honore, quando expositus est,tunc factus est in honore. Item persecutiones cum insurgerent contra eum, & Aaron, clariorem eum fecerunt,vt indubitata fieret eius ordinatio. Contradictionibus, vexationibusque,Anima Dei famuli Ioachim ne putresceret, commota est, & circa hunc abyssum,vt probaretur,contradictiones,vexationesque immissæ sũt. Probaui te, aiebat Dauid de Moyse, ad aquas contradictionis. Quantas autem ex huiusmodi probationibus ipse pertulerit, describi nequit. Nos in aliarum argumentum adducimus istam. Erat in territorio Oppidi Caccurij,Geruntinæ Diœcesis, magnum quidem, ac satis celebre Monachorum Græcorum cœnobium, à dicto Oppido vno milliario, & à Florensi Monasterio milliarijs quinque dissitum, cuius Abbas, ac Monachi nostro Dei famulo,siue vt melius dicam, eius Monasterio ob possessionũ amplitudinem, suæ sanctitatis intuitu conquisitam, inuidentes, earundem partem occupare, ac ipsum, suosq; filios,quos in Christo secundum noui Instituti sui Ordinis formam regenerauerat, à tanto sanctæ contemplationis fastigio remouere,eorumdemque summam quietitudinem deturbare, ingenio,& opere conabantur. Siquidem cum Henricum sextum inter E

Idem homil. 14. in Acta.
Exodi cap. 2.

cætera

A cætera bona, magnum, ac satis amplum tenimentum, sibi ipsis propinquũ, Floris Abbati, eiusq; Monachis concessisse anno Domini 1195. audiuissent; Romanorum Augusto, & Siciliæ Rege in Apuliam, & Alemanniam reuerso; Sanctæ Euphemiæ Oppidum in Calabria, Lametia olim dictum ab antiquis, post multas Ioanni Ioachim allatas iniurias, ac si bona occupasset eorum, accessere; ab Imperatrice Constantia ex Calabria in Siciliã properante, partem eiusdem tenimenti, vt ipsorum Monasterij petituri, eundem Dei Virum se ante Romanorum Augustam ad præsentandum compellentes. Aduolauit ipse extemplò sui iura Cœnobij defendenda. Vbi proposita coram Romanorum Imperatrice hinc inde quæstione, nec

Lycophron in Alexandra, Philogenes, Hecatæus, Isacius, Stephanus, & alij antiqui Auctores.

B ibidem soluta; ambæ partes Augustam subsequentes apud Roccam Nicephorij productæ, à Constantiæ Curia ad id fuit deuentum, vt ambarum priuilegia partium ostenderentur, & illius esset propositi territorij dominium, cui allata, atque ostensa fauerent priuilegia. Inde illa discessa, & Nicoteram aduecta Vrbem, vt huiusmodi omninò silentium imponeret dissentioni, partes ambas admonuit, vt scripturas, & priuilegia producerent. Et tandem quia nullam prorsus rationẽ, ne dum priuilegiũ, aut scripturam pro eorum Monasterio habebant Abbas, & Monachi Sanctorum Trium Puerorum, sicuti pro suo Florensi obtulerat, præsentaueratque mansuetissimus Ioachim; non absque ingenti, & publico eorum

Matthæus Capuanus Archiep. Friderici 2. familiaris in epist. ad Bartholomeum Archiep. Panormit. eiusdẽ Friderici familiarem, sub dat. Panor. 3. Kal. Maij, secunda Indict.

C inhonore, & vituperio sic sententialiter ab Imperiali Curia dictum tenimentum Abbati, & Floris Cœnobio fuit ascriptum, vt etiam eodem anno 1195. per Constantiam Nortmannam Romanorum Augustam, & Siciliæ Reginam speciali suo fuerit confirmatum priuilegio. Verùm quia Dei Homo semper in bono malum vincere assolebat, petito à Græcis tenimento tantum excepto (in quo alterum Monasterium pro suis in Christo filijs ædificandum designauerat, & ad hunc finem ab Henrico sexto obtinuerat, prout post latam sententiam sub denominatione Boni Ligni, condidit, atq; instituit) in cæteris omnibus tenimentis, & agris Monasterij Floris pro omnibus illorum animalibus libera pascua, & pro hominibus li-

D beram agriculturam sub annuo constituto censu Sanctorum Trium Puerorum Abbati, ac Monasterio spondit, concessit, atque indulsit. Nec proinde procellarum tempestas esse desijt, immo maior, & nimium admiranda simul, ac scandalosa insurrexit; quippe post triennium quinto Kal. Decembris anno Dominicæ Natiuitatis 1198. Constantia Imperatrice è viuis sublata, eiusdem Monasterij Sanctorum Trium Puerorum Monachi, secum arma gestantes, Florentium Monachorum ouium Pastores inuasere, & quibusdam ex hijs grauiter percussis, cæteros omnes dinudauere. Et paulò post in maiore congregati numero, furiaque referti, armata manu, peiores Achab Samariæ Regis, Naboth Iezraelitæ suo vineam palatio *3. Regum. cap. 21.*

E proximã cupientis, Boni Ligni Monasterium prædictum ab eorum Cœnobio septem milliaribus distans, primam Florensis Archicœnobij filiam, Abbate, & Monachis inde violenter expulsis, singulisque bonis omnibus direptis, satis temerario ausu solo æquarunt, & sacrum Dei Templum nefariè prophanarunt. Noluit B. Abbas pro illata suis iniuria maledictum pro maledicto referre, sed æqua lege temerarios, nefariosque ausus comprimere studuit. Proinde Regiæ Cusentinæ Curiæ Iustitiarios primò, deinde Comitem Raynerium Marchisortem, tunc totius Calabriæ Capitaneum, & tandem Centium Sancti Laurentij in Lucina Presbyterum Cardinalem, Sanctæque Apostolicæ Sedis Legatum, adijt, & ab hijsdem con-

tra prædictos Sanctorum Trium Puerorum Monachos, de se coram ipsis A ad iustitiam præsentando, & deinde in antea sub pœna unciarum auri cẽtum de se abstinendo ab omni inuasione contra Florenses, eorundemque bona, ac tenimenta litteras obtinuit. Haud potuit hisce litteris Græcorum Religiosorum compesci temeritas; quinimmò illis prorsus, & omninò contemptis, quorumdam Caccurij Oppidi hominum freti consilio, auxilioque, nonnullos eorumdem sæculares viros, armis onustos, secum adducentes, per Calosubri, siue Boni Ligni, ac Faradonij agros, nec non per singula quæque alia Floris tenimenta, territoriaque discurrentes, omnes homines, quos de Floris familia habere poterant, violentijs, atq; molestijs, quinimmò & iniurijs affectos miserè reliquere. Sciens autem Ioachim fidelis seruus, & prudens, quem Dominus super suam familiam constituerat, se debere iuxtà Domini dictum, animam suam pro suis ouibus ponere; B Corpus suum vllis vnquam delitijs expositum, macie, senectuteq; confectum, pro suorum, suæq; Ecclesiæ tutela bonorum, nouis laboribus strenuè exposuit, ac viriliter onerauit. Et primò Siciliæ Insulam, & Panormum Vrbem extemplò aduolatus, extremam sui Floris necessitatem, & à Græcis Monachis illatas sibi molestias, violentiasque, Friderico secundo, eiusq; Curiæ omni cum mansuetudine proposuit, atq; modestia. Nec mora, Regiæ commissionales litteræ expeditæ statim visæ fuere in personam Bartholomæi Archiepiscopi Panormitani, Friderici Regis familiaris, C tunc pro regia re agenda in Calabriam existentis. Insuper, quia Matthæus Capuanus Archiepiscopus, & eiusdem Regis familiaris, interfuerat in vẽtilitate causæ iudicio, & lata sententia pro Florensibus ab Imperatrice Cõstantia contra Sanctorum trium Puerorum Abbatem, & Monachos; optimèque proinde callebat Græcorum Patrum mendacia; ne & ipsius causæ notitia, & datæ querimoniæ iustitia, mendacijs partis aduersæ, delegati Archiepiscopi Panormitani quomodolibet subtraherentur discretioni, veritatis in hac parte testimonium illi perhibuit, & speciales litteras dedit, sub *Datum Panormi tertio kal. May, Indictionis secundæ*. Quibus ab ipso Dei viro receptis, Neocastrum Vrbem in Calabria appulsus, Bartholomæum D Archiepiscopum delegatum antedictum adijt, & nulla concitus ira, de Sanctorum trium Puerorum Cœnobij Monachis conquestus est, eidemque & Friderici Siciliæ Regis, & Capuani Archiepiscopi obsignatas litteras præsentauit. Mox ille iustitiam facturus iniuriam passis, inde in Sancti Mauri Castrum Sanctæ Seuerinæ Diœcesis, secedens, ad se coram ipso præsentandum, vel eo impedito ad alium mittendum, Græcorum Religiosorum Abbati præcepto mandauit. At iste in sua obstinatione perdurans, & adire renuit, & mittere recusauit. Cuius obedientia delusus Panormitanus Archiepiscopus Curilionem, Rossanensis Diœcesis Oppidum per magnificum productus, causam subdelegandam statuit, & cõ- E mittendam Bonhomini Archiepiscopo Cusentino, & Riccardo Sanctæ Euphemiæ Abbati, Simeoni de Mamistra Capitaneo, & Magistro Comestabulo, atq; Iustitiario Vallis Crathis, Vallis Signi, & Vallis Layni, Guillelmo de Bisiniano, Rogerio filio Iohelis, & Alexandro filio Guillelmi, Regis Iustitiarijs, quatenus lectis litteris Matthæi Archiepiscopi Capuani, & inquisita de omnibus veritate, tàm de contemptu regij mandati, & sui, quàm de violentia, & damnis illatis, vt supra, iustitiæ plenitudinẽ exhibere curarent, & tali punientis sententiæ animaduersione procedere, vt delinquentibus ad pœnam esset, & audientibus ad terrorem, & aliàs prout in

Ioannes in Euangel. cap. 10. num. 11.

A in expeditis deinde desuper litteris sub *Datum Curiolani vigesimo quinto Maij, secunda Indict.* plenius continetur. Gratissimum extitit Dei famulo, semper assistenti, Bartholomæi iudicium. Quippe cum hæc sibi euentura præsagisset, Romam aductus pro antidoto, ab Innocentio tertio Romano Pontifice (hic in eodem die obitus Celestini tertij, & Epiphaniæ Domini 1198. ad Pontificatum ascendit) commendatitias litteras obtinuerat, Bonhomini, post Archiepiscopum Obizum, Metropolitanæ Cusentinæ Ecclesiæ Archipræsuli nouiter adlecto, ac Regijs Vallis Crathis Iustitiarijs directas, vt Floris Cœnobium à prauorum tuerentur incursibus, quas ipse iam illis paulò ante consignauerat. Acceptis ergo vnà cum Regis B familiaris Matthæi Archiepiscopi Capuani testimonialibus, subdelegatorijs litteris Archiepiscopi Panormitani, è Curiolano secedens, Cusentiam Vrbem deuenit; & nihil cunctatus, quibus fuerant directæ, tradidit illas ea, qua pollebat humilitate; & nihil de eorum iustitia hæsitans, tristem suam aliquãtulum restauraturus familiam, Florem adijt. Vbi per aliquos dies cum permansisset, Dominorum Iudicum mandatis obtemperans, paratus audire sententiam, & suam recipere iustitiam, semel atque iterum Cusentiam accessit. Sanctorum verò trium Puerorum Cœnobij Abbas, in sua pertinacia sistens, à replicatis Iudicum præceptis suas aures excutiens, nec personaliter comparere, nec Procuratorem, qui pro se respon-C deret, mittere voluit; verùm se infirmum fingens, hoc tantùm per Nuncium quendam significauit. Tandem instante Dei viro Ioachim, qui de terminorum multitudine, multoties suo iure fuisse frustratum, seque iam pro hoc ipso multum de sui Monasterij bonis expendisse grauiter querebatur, data illi fuit integra restitutio rerum, & possessionum, tenimentorumque, quæ tàm Græci, quàm Caccurienses contra Floris priuilegioru formam inuaserant, & per Iuris idoneos corporalis possessio eorumdem: & super inuasione, & damnis suo Monasterio irrogatis, ac super contumacia Sanctorum trium Puerorum Cœnobij Abbati ad se præsentandu, vel alium sufficientem mittendum, datus fuit peremptorius terminus, cum D comminatione in casu contemptus, aut negligentiæ, de illum in Ecclesiæ suæ bonis seuerè puniendo, & aliàs prout diffusiùs continetur in eorum munimento tribus sigillis ex linea cordula pendentibus, Iudicum eorundem, ac testium subscriptionibus roborato anno Dominicæ Incarnationis 1199. Mense Iunij, secundæ Indict. Cuius ad perpetuandam memoriam hìc apponendum, & ad verbum studioso lectori dandum censuimus. Sic enim se habet originale in Florensi Archiuio asseruatum.

✠ *In nomine Dei æterni, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Amen. Nos Bonhomo Dei gratia Cusentinus Archiepiscopus, & Riccardus Sanctæ Euphemia, Guillelmus de Bisinano, & Alexander filius Guillelmi Regij Vallis Cra-*E *this Iustitiarij per hoc præsens scriptum notum facimus, quod veniens ad Nos Venerabilis Abbas Ioachim attulit nobis litteras Domini Bartholomæi Dei gratia Venerabilis Panormitani Archiepiscopi, & Domini Regis familiaris, ità continentes. Dilectissimo in Christo fratri, & præcordiali amico nostro Domino Bonhomini Dei gratia Venerabili Cusentino Archiepiscopo, dilecto in Christo fratri, & carissimo amico nostro Domino Riccardo Venerabili Abbati Sanctæ Euphemia, Domino Simeoni de Mamistra Capitaneo, & Magistro Comestabulo, atq; Iustitiario Vallis Crathis, Vallis Signi, & Vallis Layni, Domino Guillelmo de Bisinano, Domino Rogerio filio Ioelis, Domino Alexandro filio Guillelmi, Regijs Iustitiarijs, dilectis in Christo filijs, & carissimis amicis suis,*

Bar-

Bartholomaeus eadem gratia Panormitanus Archiepiscopus, & Domini Regis familiaris salutem, & sincerum dilectionis affectum. Dilectus in Christo frater, & cariβimus amicus noster Venerabilis Abbas Ioachim occurrens nobis apud Neocastrum, conquestus est nobis de Monachis Sanctorum trium Puerorum, dicens. Quod ipsi Monachi ferentes secum arma moluta fecerunt insultum in fratres suos, qui custodiebant oues Ecclesiae. Et quosdam quidem percusserunt, alios verò expoliauerunt. Deinde per dies aliquot congregati in maiori numero cum multitudine armatorum inuaserunt suffraganeum Monasterium eius, quod dicitur de Bono Ligno, trahentes inde Monachos violenter, destruentes officinas ipsius Monasterij, & diripientes bona, quae ibi inuenta sunt. Cumq; praefatus Abbas, & fratres eius querimoniam deponerent, Vos Iustitiarij Cusentini scripsistis eis, vt venirent ad iustitiam faciendam, & prohibuistis eis sub poena centum vnciarum auri, ne de caetero praesumerent inuadere tenimenta Ecclesiae Monasterij Floris, & nec ad iustitiam faciendam venerunt, nec ab inuasione cessauerunt, sicut dixit. Praeterea missae sunt eis similes litterae à Comite Raynerio Marchisorte dicti temporis Calabriae Capitaneo, & ad extremum à Domino Legato, & nihilominus contempserunt, vt dicitur. Quia potius ducentes secum viros armatos per tenimenta Monasterij multas violentias fratribus suis, & molestias irrogauerunt, freti quorundam hominum Caccurij consilio, & auxilio, qui & ipsi, sicut asserit, tenimenta Ecclesiae, & terras contra prohibitionem, & Regis praeceptum inuadere praesumpserunt. Perseuerante autem supradicto Abbate in petendo à nobis iustitiam super inuasionibus, & damnis, quae passa est Ecclesia eius, consignatae sunt nobis litterae ex parte Domini nostri Serenissimi Regis, praecipientes, ne tot excessus relinqueremus impunitos, sed faceremus iustitiam iniuriam passis, secundum quod dictaret ius, & ratio postularet. Verum quia accersitus à nobis Venerabilis Abbas Sanctorum trium Puerorum, & iussus venire, vel mittere ad nos apud Sanctum Maurum, vt in praesentia nostra, causa diffiniretur, nec mittere voluit, nec venire. Mandamus discretioni vestrae, & ex Regia parte praecipimus, quatenus lectis litteris Domini Venerabilis Capuani Archiepiscopi, Regij familiaris, nobis inde transmissis, qui nouit plenius radicem controuersiae inter Monasterium Floris, & Monasterium Sanctorum triũ Puerorum, quae decisa in Curia Dominae Imperatricis, post obitum ipsius hinc ipsi Monachi Sanctorum trium Puerorum resumere praesumpserunt. Et inquisita de omnibus veritate, tam de contemptu mandati Regij, & nostri, quam de illata violentia, & damnis praefato Venerabili Abbati plenitudinẽ iustitiae exhibere curetis. Data prius Saysina rerum, & possessionum, quibus vel ipsi Monachi, homines Caccurij Monasterium Floris dissagire praesumpserunt. Facientes eis nihilominus de ipsis hominibus Caccurij iustitiam fieri, & de his, qui facientes insultum vastauerunt Monasterium eius de Bono Ligno, & de caeteris, qui inuaserunt terras, & tenimeta Ecclesiae, & de his, qui incidentes armati per tenimenta Ecclesiae damna, & contumelias fratribus intulerunt. Si autem (quod absit) adhuc contumaces fuerint, tantum de rebus eorum capiatis, quantum digne sufficiat ad restaurationem damni, & expensarum, quas ipse Abbas Ioachim quaerendo, & expectando iustitiam, illisque differentibus, fecisse comprobantur. De caetero ipsum Monasterium Floris, & Fratres eius ab inuasione praefatorum Monachorum Sanctorum trium Puerorum, & hominibus Caccurij manere faciatis in pace. Quod si vos omnes in hijs exequendis simul adesse nequiueritis, tres saltem vestrum, quos praefatus Abbas de Flore habere poterit nihilominus exequantur. Datum Curtolam 25. May secundae Indict. Receptis autem litteris praefati Panormitani Archiepiscopi, & eius data ex parte sententiae, & à nobis

A *nobis in reliquo confirmandæ parituri, maximè quod nobis Bonhomini Archie-
piscopo Cusentino, & nobis Iustitiarijs Vallis Crathis commendata esset Domus
Floris à summo Pontifice per sacras litteras suas, vt eam à prauorum incursibus
tueremur. Ad hoc Abbas Ioachim in vtroque termino venit Cusentia, paratus
audire sententiam nostram, & recipere iustitiam suam secundum tenorem litte-
rarum præfati Panormitani Archiepiscopi. Abbas autem Sanctorum trium
Puerorum nec venit, nec misit, qui responderet pro parte Monasterij sui, sed mi-
sit tantùm Nuncium vnum, qui diceret, eum esse infirmum. Verum quia Vene-
rabilis Abbas Ioachim, & Fratres eius multos se iam terminos accepisse quere-
bantur, & se multoties fuisse suo iure frustratos, & multas iam pro hoc ipso fe-*
B *cisse expensas, & præsertim quod hoc ipsum in litteris Domini Panormitani
Archiepiscopi pleniùs continetur, & ibidem iam dictata erat sententia de con-
temptu, & dandi Saysina Monasterio Floris. Visum fuit nobis, vt eædem litteræ
legerentur in præsentia nostra, & secundum tenorem earundem litterarum pro-
cederemus in causa. Quia vero vt superius ostensum est, in eisdem litteris con-
tinebatur, quatenus litteras Capuani Archiepiscopi, qui nouerat à principio cau-
sam controuersiæ inter Monasterium Floris, & Monasterium Sanctorum trium
Puerorum præfato Domino Archiepiscopo Panormitano inde transmissas, legi
faceremus, & agnita per eas veritate secundum earundem tenorem litterarum
procederemus in causa, lectæ sunt eædem litteræ in præsentia nostra, quarum*
C *inter cætera continentia talis erat. Reuerendo plurimum in Christo fratri ca-
rissimo socio, & præcordialissimo amico suo Domino Bartholomæo Dei gratia Ve-
nerabili Panormitano Archiepiscopo, dignissimo Regio familiari. Matthæus ea-
dem gratia Capuanus Archiepiscopus, & eiusdem Domini Regis familiaris sa-
lutem, & intimæ dilectionis affectum. Ex tenore sacrarum litterarum, quas Re-
gia celsitudo vobis transmittit, honestati vestræ satis innotescere poterit, quod
Monachi Græci sanctorum trium Puerorum, simul cum Laicis arma gerentibus,
inuaserunt Monasterium, quod olim Calosuber, nunc Bonum Lignum vocatur, à
Venerabili Abbate Ioachim constructum, præcipitauerunt Oratorium, & alias
officinas eiusdem, & quæcunque inuenerunt diripuerunt in prædam. Ea propter*
D *fraternitatem tuam oramus attentius, & exhortamur in Domino, vt iuxta præ-
dictum sacrum mandatum Regium, quod vobis exinde transmittitur tantum
inquirentes excessum, sic animaduersione punientis sententiæ velitis procedere,
vt sit delinquentibus ad pœnam, & audientibus ad terrorem. Cæterum ne par-
tis aduersæ mendacijs causæ ipsius notitia discretioni vestræ quomodolibet sub-
trahatur; Nos qui de causa ipsius pleniùs agnouimus, & testimonium veritatis
in hac parte perhibere tenemur. Charitati vestræ notum facere volumus, quod
cum Dominus quondam Imperator à partibus istis versus Apuliam prima vice
tenderet, transeunte ipso per partes Calabriæ, ad supplicationes prædicti Vene-
rabilis Abbatis, & Confratrum eius, quoddam tenimentum eis concessit, facto*
E *exinde priuilegio. Deinde existentibus nobis cum Domina nostra quondam Im-
peratrice in Siciliam veniente, Abbas prædicti Monasterij Sanctorum trium
Puerorum cum Confratribus suis coram eius præsentia quæstionem mouit dicens.
Partem eiusdem tenimenti præfato Venerabili Abbati Ioachim à iam dicto Do-
mino Imperatore, vt dictum est, concessam, eis pertinere. Et cum propter hoc à
loco Sanctæ Euphemiæ, vbi prius quæstio ipsa mota est, vsque apud Roccam Ni-
cephorij vtraque pars prædictam Dominam Imperatricem nostram subseque-
retur, in eiusdem Curia sententiatum est, vt priuilegia vtrinque exinde osten-
derentur, & pars illa cui ostensa fauerent priuilegia, ius suum pleniùs obtine-
ret. Vt itaque ventum est apud Nicoteram, prædicta pars ipsius Monasterij*

San-

Sanctorum trium Puerorum confessa est, se nullum exinde priuilegium obtine- A
re. Et sic tandem per prædicta Dominæ Imperatricis Curiam iam dictum te-
nimentum prænominato Venerabili Abbati Ioachim sententialiter adiudica-
tum est, & per eiusdem priuilegium sibi perpetuò confirmatum. In quo vtique
tenimento ipse idem Venerabilis Abbas prædictum Monasterium Boni Ligni
postmodum ædificauit. Veruntamen multorum etiam interuenientibus præci-
bus, & quia pars vtraq; Religioni vacare videbatur, pro bono etiam pacis sæpè
dictus Venerabilis Abbas prædicto Monasterio Sanctorum trium Puerorum in
alijs tenimentis suis pascua pro Animalibus eorum, & hominibus eorum eis la-
borare liceret sub censu annualiter constituto annuit, & concessit. Quod totum
iam dicti Monachi Sanctorum trium Puerorum post præfatum Dominæ Impe- B
ratricis obitum, vt prælegitur penitus infregerunt. Datum Panormi tertio kal.
Maij, Indict. 2. Lectis itaque vtriusque Domini Curiæ litteris. Nos qua-
tuor, qui in statuto termino simul adesse potuimus, cum Dominus Simeon Magi-
ster Capitaneus, & Magister Iustitiarius, & Dominus Rogerius filius Iohelis
Iustitiarius seruitijs Regijs innodati, nobiscum adesse nequiuerint, iuxta man-
datum D. Panormitani Archiepiscopi procedentes in causam, conuocatis nobis-
cum discretis viris tàm Ecclesiasticis, quàm Laicis, & considerata diligentiùs
veritate, ac tenore vtrarumque litterarum, sententiam, quam Dominus Pa-
normitanus Archiepiscopus dictauerat studuimus executioni mandare, dantes
perpetuam Saysinam iuxtà mandatum ipsum Venerabili Abbati Ioachim, & C
Monasterio eius totius tenimenti, & locorum, de quibus quæstio vertebatur in-
ter Monasterium Floris, & Monasterium Sanctorum trium Puerorum, secundũ
quod concessum ei fuerat à Domino Imperatore, & confirmatum à Domina Im-
peratrice per priuilegia sua, & secundum quod continetur in litteris præscriptis
Domini Capuani Archiepiscopi, Domini Regis familiaris, tã scilicet de loco, qui
olim dictus est Calosuber, nunc autem Bonum Lignum, & de alio loco, qui dici-
tur Faradonius, quam de cæteris tenimentis, & terris, quæ ipsi Monachi, vel alij
inuaserunt contra priuilegiorum suorum; & missis nihilominus iuris idoneis
eos in corporalem induci fecimus possessionem. Ac præfato Abbati Sancto-
rum trium Puerorum terminum dedimus peremptorium, quo super inuasionibus, D
& damnis Floris Monasterio irrogatis, super contemptu etiam, quod toties cita-
tus, nec venire, nec responsalem destinare curauit, paratus ad respondendum no-
stro se conspectui repræsentet, vel sufficientem curet mittere responsalem, qui
vice sua omnia suscipiat, quæ fuerint à nobis iustitia dictante prouisa. Quod si
adhuc venire contempserit, aut responsalem neglexerit destinare, secundũ quod
in litteris Domini Panormitani continetur, eum in rebus Ecclesiæ suæ decreui-
mus puniendum. Et ne quod absit, præfatus Abbas, & Monachi Sanctorum
trium Puerorum aliquo superueniente tempore contra hoc, quod diffinitum fuit
in Curia Dominæ Imperatricis, secundum quod testimonium perhibet Dominus
Capuanus Archiepiscopus Domini Regis familiaris, tenimenta, & possessiones E
concessas per priuilegia Monasterio Floris vlterius quasi sua inuadere, aut intra-
re præsumant, aut aliquam inde quæstionem mouendo Abbatem, & Fratres Flo-
ris inde vlterius fatigare, eidem Abbati Floris, & Monasterio eius præsens
scriptum fieri fecimus in testimonium per manum Aymerij Notarij Domini
Guillelmi de Bisiniano Iustitiarij, nostris, & subscriptorum virorum, qui inter-
fuerunt, manibus roboratum. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo cente-
simo nonagesimo nono. Mense Iunij, secundæ Indict.

✠ *Ego Bonhomo Cusentinus Archiepiscopus.*
✠ *Ego Riccardus Sanctæ Euphemiæ Abbas.*

Ego

A ✠ *Ego Humfredus Sancti Marci Episcopus interfui.*
✠ *Ego Guillelmus Bisiniano Iustitiarius.*
✠ *Ego Index Raynaldus interfui.*
✠ *Apulus, & Calaber conscribor.*
✠ *Ego Goffredus Magister Domus Ecclesia Cusentina interfui.*
✠ *Ego Petrus Cantor.*
✠ *Ego Virgilius Sancta Eufemia Archidiaconus, & Cusen. Cancellarius.*
✠ *Ego Iacobus Cusentinus Thesaurarius.*
✠ *Ego Manfredus . . . Archidiaconus.* Sunt insuper quatuor nomina testium græcis signata caractheribus.

B ✠ loca ✠ Sigillorum. ✠.

Quid inde contra Sanctorum trium Puerorum Abbatem, & Monachos fuerit decretum adhuc mihi incompertum. Verum Florensibus fuisse incorporatum eorum Cœnobium, eiusq; Coloni sub suaui Florensis Instituti iugo colla summisisse sua, hoc mihi indubitatum, atque certissimum, tum ex his, quæ in Florensi Archiuio registrata comperi. Tum ex his, quæ tradidit Græcus in Chronologia Ioachim. Tum etiam ex his, quæ in suis manuscriptis adnotata reliquit Pater Buffolatus, cuius sunt formalia. *Septima filia est Sancta Maria de Noua, seù trium Puerorum, quæ est apud Terrã Caccurij, qui scilicet Commendatarius ad se eximendum à motu proprio per sã-* Grec. sect. 51. Iustus Buffolatus Vicar. general. in suis m.S. cap. Monasterium S. Io: de Flore.

C *ctissimum Dominum D. N. Pium Quintum concesso, & ad se subtrahendum ab expensis, quæ ad alimentationem Monachorum requiruntur, inquit malitiose, & non dicendo veritatem, ore se Christianum fore pronunciando, corde autem ipsum Deum, & suum officium diuinum non solum non augmentando, sed etiam diminuendo, & noluit concordare mecum de separatione mensę; ostendendo quãdam Bullam, quæ per nos bene reuisa fuit, In qua Bulla manifestè apparuit, quod dicta Abbatia non est nostri Ordinis Cisterciensis, sed Sancti Basily, tamen nobis copiam dictæ Bullæ dimisit, quam tenet Reu. Domnus Dionysius, & in prædicta Abbatia habitat nunc Reu. Domnus Nicolaus nostri Ordinis Monachus.* Hæc Buffolatus in cap. *Monasterium Sancti Ioannis de Flore*. Vbi nonnulla

D alia de Flore, & suis filiabus, quas ipse, cæterarum ignarus, vltra duodecim non extendit. Tum etiam ex immemorabili possessione in qua Abbas Florensis Monasterij reperitur suæ filiationis Monasteria vocandi in vigilia, & die Sancti Ioannis Baptistæ ad sibi præstandam obedientiam, inter quæ erat Sãctorum trium Puerorum Cœnobium. De qua functione hæc Buffolatus antedictus. *In die vero Sancti Ioannis Baptistæ Reu: Pater Prior præfati Monasterij Sancti Ioannis de Flore* (dicit *Pater Prior*, quia ea tempestate, Lucaniæ, & Calabriæ Monasteria non erant in Congregationem redacta; proindeque carebant Abbate claustrali, regebanturq; Monachi per Priorem immediatè: nunc autem postquam fuere vnita in capitulo Buffolatus loc. cit.

E in celeberrimo Cœnobio Sanctæ Mariæ de Sagittario celebrato sub die 10. & sequentibus Mensis Aprilis anno Domini 1605. quam Græcus refert in sua Chronologia; maximè verò in Capitulo in Venerabili Monasterio B. Mariæ de Succursu Cusentinæ Diœcesis, sub die octaua, & sequentibus Mensis Decembris celebrato anno Domini 1633. vigore litterarum Apostolicarum in forma Breuis sub anulo Piscatoris de more expediti, incipientis. *Sacrosancti Apostolorum ministerio.* Sub *Datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub die 12. Iulij, anno Domini 1633. Pontificatus fælic. rec. Vrbani Papæ octaui anno decimo*. Quod ad verbum dedit Ascanius Tamburinus in suo opere *de Iure Abbatum*; non per Priorem Iacob. Grec. in Chronol. Ioachim sect. 10. Ascanius Tambur. de Iur. Abb. tom. 2. disp. 24. q. 5. n. 63.

immediatè, sed per suum Abbatem, Pontificalium vsu decoratum, Monasterium vnumquodque gubernatur, & regitur) *præparatur ad celebrandam rem diuinam maiorem, coràm nobilibus de Caccurio, & Villæ Sancti Ioannis de Flore; & coràm toto Populo clamat omnes Abbates prædictarum Abbatiarum suarum filiarum, & illi reddunt obedientiam, & loco; & cognitione iuris, quod erga dictas Abbatias habet dictum Monasterium Floris reddit quilibet istorum Abbas dicto Priori duas libras ceræ; & Abbates* (supple Commendatarij) *qui non comparent dictæ solemnitati, aut non mandant ad se excusandū propter suas causas legitimas, quas ad id faciendum dant, sunt condemnati arbitrio præfati Abbatis prædicti Monasterij Sancti Ioannis de Flore, & prædicti Abbates portant suis manibus vnū cereum librarum duarum ceræ laboratæ, etc.* B

Cæterum, præfatæ Græcorum Patrum, aliorumque omnium, vexationes, contradictionesq; illustriorem Dei virum Ioannem Ioachim effecerunt; quippe maiores ex illis acquisiuit prærogatiuas, & caput extulit vndis. Etenim rectè dicebat Tertullianus. *Omnis iniuria, seu lingua, seu manu incussa cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra constantissima diruti a libratum, & obtusum, concidet enim ibidem irrita opera, & infructuosa; & non vnquam repercussum, in eum, qui emisit, reciproco impetu sæuiet; nempe idcirco, quis te lædit, vt doleas; quia fructus lædentis in dolore læsi est: ergo cum fructum eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui: tunc non modo illæsus ibis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarij tui, & frustratione oblectatus, & dolore defensus.* C

Tertull. de patientia cap. 8.

Et quod maius est, Ioachim ex tot conflictationibus de inimicis gloriæ vexillum erexit, & velut inuictus operarius Vineæ Domini retrusis omnibus contradictionis iaculis, lorica, & clypeo patientiæ, atque modestiæ communitus, aduersarios domuit, & domitos in Florensem Ordinem, Dei vineam, reportauit.

CAP. XLVII.

Antichristum iam natum prædicit. Vbi & de vaticinij veritate. D

Mira dispensatione Deus omnipotens sic in electis suis dona dispensat, vt & isti det, quod illi denegat, & alteri maius, quod alteri minus tribuit; quatenus dum vel iste habere illum conspicit, quod ipse non habet; vel ille hunc maius accepisse considerat, quod sibi minus adesse pensat, dona Dei alter in altero, idest vicissim omnes admirentur, atque ex hac ipsa admiratione humilietur alter alteri, & quē videt habere, quod non habet, cum diuino iudicio sibi prælatum putet. Illud vtique omnipotens Deus agit in hominum cordibus, & in charismatum dispensatione, quod facit in regionibus orbis terræ; poterat namque cuilibet regioni fructus omnes tribuere; sed si vna quælibet regio alterius regionis fructu non indigeret, communionem cum altera non habuisset. Sicut ergo terrarum sunt regiones, sic Sanctorum sunt mentes, quæ dum vicissim sibi conferunt quot acceperunt, quasi fructus suos regiones regionibus impendunt, vt in vna omnes charitate etiam cum admiratione iungantur. Talis vtique videtur habendus Beatus noster Abbas Florensis, qui cæteros omnes sui temporis prophetiæ dono excelluit, præcipuè verò Sanctum E

ctum

A ctum Cyrillum Carmelitam, Beatum Ioannem Kala, & Beatum Adam Parsenniæ Abbatem, qui ad eius confugerunt oracula, & cum ipso indissolubili fuere colligati charitatis vinculo. De Cyrillo, & Ioanne erit sermo alibi. De Adamo hoc in capite. Persennia Cisterciensis Ordinis Abbatia in Diœcesi Cenomanensi, in Gallia, anno Domini 1145. vndecimo Kal. Augusti, siue à Guillelmo Pontinio, vt tradit Claudius Robertus, siue a Guillelmo, Ioanne, & Roberto Comitibus Cenomanensibus, ac Baronibus de Sinois, vt ex Renato Choppino prodit Aubertus Miræus fundata, nunc à Reformatis Cisterciensis eiusdem Ordinis, Abstinētibus nūcupatis, possessa, vt refert Reuerendissimus Pater, sapientia, prudentia, B atq; doctrina præcipuus, & zelo Religionis famosissimus, D. Hilario Rancato Abbas Cisterciensis, Abbatem habebat, cui nomen erat Adam, cuius eximia cum laude meminere, ac inter Doctores recensere Iacobus de Vitriaco, Thomas Cantipatranus, Ioannes Trithemius, Antonius Posseuinus, Conradus Gesnerus, Philippus Seguinus, Angelus Manrique, & alij relati a P. Hippolito Maraccio. Dicuntque virum fuisse sanctissimū, & eloquentissimum. Hic inquam Adam Persenniæ Abbas Romam cum deuenisset, reperijssetque ibidem Dei famulum Ioachim prophetiæ spiritus præcipuè eximia laude florentem, qui futura veluti præsentia adaperiebat omnibus, ad Dei virum accessit communi ore laudatum, & ab eo, C quonam ausu talia prædicaret, an scilicet ex prophetia, an ex coniectura, seu reuelatione sciscitatus est; ad hoc sciendum inuitatus præsertim ex his, quæ ipse præscripserat in expositione super Apocalypsim, vt prodit Anonymus Auctor; cuius opus manu scriptum extat in Bibliotheca Sancti Victoris Parisiensis, qui quædam de sexti sigilli apertione in dicta expositione non scripta, ac si scripta fuissent, asserit, vt eam pro veritate legenti patebit. Ille verò ea, qua fuerat humilitate donatus, respondit. *Deus (inquit) qui dedit olim Prophetis spiritum Prophetiæ, mihi dedit spiritum intelligentiæ, vt in Dei spiritu, omnia mysteria sacræ Scripturæ clarissimè intelligā, sicut sancti Prophetæ olim intellexerunt, qui eam olim in Dei spiritu ediderint.* D Et quia sparsus rumor inter fideles de proximo Antichristi aduentu nonnullorum mentes occupabat, hunc enim B. Abbas nonnullis prædixerat, ex cuius vaticinio rumor insurrexerat. Adam Persenniæ Abbas, quid re vera sentiret de Antichristo Dei virum requisiuit. Ille autem Antichristum iam natum esse respondit. Refert Anonymus antedictus, Persenniæ Abbatem Ioannis Ioachim refutasse responsum; immò potiùs dicendum, credendumque ob admirationem in humilitate conticuisse, eum diuino iudicio sibi prælatum considerando, nam & si sanctissimus, & eloquentissimus esset, donum tamen in se non deprehendebat secreta penetrandi, reserandique diuina, vt noster diuinus vates Ioannes Ioachim. Et conse- E quenter ignorabat Fridericum secundum iam natum fore, prout deinde fuit ille, qui tanquam magister mali, minister doli, iræ artifex, inuentor sceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentiæ, hostis naturæ, malus omnibus, suis peior, pessimus sibi, toto vitæ suæ tempore sicut alter Herodes, vt cum Dei famulo, & Gregorio nono loquar, quoad potuit Christianam Religionem, & Iesum Christum in fidelium pectore extinxit, fidem catholicam, & Ecclesiasticam libertatem totis viribus conculcauit, Episcopos, Præcones Christi, Rectores fidei, Pastores ouium, Medicos languentium animarum, spoliatis bonis Ecclesiasticis, & mundanis, quod est Sancti Petri patrimonium episcopale, alijsq; Terris Impe-

Infra c.57. & c.58.

Claud. Robertus in Gallia Christiana. Renatus Choppinus Monasticorū lib. 2. tit. 1. §. 3. Aubert. Miræus in Chronic. Cistercij.

Hilario Rancato Abb. Cist. in notula præfixa sermonibus Adæ.

Iacob. de Vitriaco Card. in hist. Occid. lib. 2. cap. 9.

Thom. Cantipatr. lib. 1. Apum cap. 7. Ioann. Trithem. de scriptor. Ecclesiast. Ant. Posseuin. in Apparatu sacro tom. 1. Angel. Manrique Ann. 1145. cap. 10. nu. 6. tom. 3. ad ann. 1190. c. 2. & ad ann. 1191. c. 7. Ioann. Piccardus in notis ad epist. 96. Bern. relati a P. Hippol. Marraccio Lucensi Congregat. Regularium Clericorum Matris Dei in Mariali Abbatis Persenniæ.

Anonym. Auctor relatus à P. Marraccio loc. cit.

Ioach. Abb. in c. 20. Hierem. Greg. 9. in Const. 13. edita contra Frid. secundum anno 1239. relata a Laertio Cherubino in suo bull. pag. 58.

rio Romano subiectis proscriptione damnabili exulare compellit, sacrosanctas Ecclesias sacrilega temeritate prophanauit, Religiosos, Pupillos, Orphanos, Pauperes, & Viduas denique tegmine vili nudatus, quasi sublatis desuper carnibus exossauit, Sarracenos contra Ecclesiam conduxit, eis sæua flagitia patranda commisit, sacra Hierosolymitanorum loca Turris danda iussit, & illa insuper enormissima perpatrauit, quorũ supra mentionem fecimus. Quod autem Dei famulus pro nato Antichristo, Fridericum secundum intellexerit, patet ex his, quæ in caput quartum Hieremiæ Prophetæ ad verbum *Puerpera manus extendens inter morientes* registrata reliquit. Vbi sic. *Nota quod dicitur (Puerpera manus extendens inter morientes) sub pressura futuri Regis illius, qui supra quam credi potest vniuersa vastabit, quem & in ianuis esse puto, natum fore in Mundo, sed scandalo deputatum, Roma, idest Ecclesia generalis pariet Ordinem designatum in Apostolis ad prædicandum Euangelium interim destinandum, vt quisque fideles in fide firmatus de illius Regis, & Antichristi perfidia non pauescat, aut cadat.* (Ordo iste à Dei Viro prædictus, fuit ordo Minorum a Sancto Francisco Assisinate institutus, persecutus verò grauiter à Friderico secundo, cuius est sermo, & vnum præcipuè eiusdem Ordinis Patrem, vt idem Gregorius nonus refert, horribili crudelitate combussit) *Futurum quidem est, vt idolum perfidiæ suæ in Ecclesia statuat, & forsan Pseudoprophetam, nisi forsitan seipsum ostendendo se quasi Deum. Ab eo enim afflicta Ecclesia, & si de præsura doleat, gaudebit tamen Sarra mater eius de Isaac, non curans si temporalia perdenda lugeat, dum æterna conquirat. Multi enim pœnitendo conuertentur ad Dominum. Multi sub pressura, & perfidia illa deficient.* Hæc, & nonnulla alia tàm in citato capite, quàm alibi sæpè contra Fridericum secundum præscripsit anno Domini 1197. dicta in expositione super Hieremiam Prophetam ad Henrici sexti Patris illius instantiam elaborata, vt ipsemet eodem cap. 4. & cap. 24. tradidit. Nolumus nos ad prolixitatem euitandam alia ex eodem referre, cum ex his, quæ aliàs supra dedimus, veritas totius appareat satis aperta. Cæterum ne quid quod ad rem attinet omittamus, Anonymo Auctori circa sexti sigilli apertionem respondendo dicimus cum Bartholomæo Pisano. *Sextum Apocalypsis sigillum, si diligenter inspicitur, apertum fuit tempore Friderici secundi, Regis Siculorum, cuius in tempore factus fuit magnus terremotus, quia magna persecutio in Ecclesia sancta Dei, nam propter diuisionem inter ipsum, & Papam, & Cardinales, de partibus infidelium ad partes fidelium multos Sarracenos conduxit Ecclesias destruentes, & Clericos persequentes, & Religiosos. Sol factus est niger, idest Dominus Papa, qui diù tempore suo niger fuit: videlicet, quia non est inuentus, immo postea, vt simplex Sacerdos Venetijs est inuentus. Luna tota facta est sanguis, idest Ecclesia tota effecta est sanguis, idest sanguinolenta interfectione Clericorum, Cardinalium, & aliorum Prælatorum per ipsum Fridericum, & suos fautores interfectorum. Stellæ de Cœlo militantis Ecclesiæ ceciderunt, quia multi Prælati, adhærentes eidem, depositione, & excommunicationis sententia innodati ceciderunt.* Cætera, quæ sequuntur, videri possunt apud eundem Pisanum. Ne autem nouum videatur alicui, Ecclesiæ hostem, Antichristi nomine appellari; sciendum est hoc etiam nomine fuisse à Sanctis Patribus, Ioanne Ioachim Abbate antiquioribus, nuncupatum. Eundem enim congressum, quem cum Abbate Florensis Ordinis Institutore habuit Adam Abbas Persenniæ, multo ante habuerat mellifluus Doctor noster Bernardus Clareuallis Abbas cum Sãcto Norberto Præmonstratentiũ

Cano-

Supra [illegible].

Ioach. Abb. in cap. 4. Hierem. Prophetæ.

Constit. 13. supra citata apud Laertium Cherubin.

… pag. cap. 39. & c. 40.

Bartholom. à Pisis in Conformitatibus Vitæ S. Francisci ad Vitam Iesu Christi lib. 1. fructu 1. & conformitate pro 2. p.

A B C D E

A Canonicorum Ordinis Abbate Institutore. Et Magdeburgentiũ Episco-
po decimo quinto. Hic inquam cum prædixisset Antichristum proximè
venturum, Gallia tota in dati vaticinij discussione versabatur, & iam mur-
mur ad Sancti Bernardi deuenerat aures. Accessit iste ad illum, & de
Antichristo quid sentiret, interrogauit. Respondit Nortbertus. *Se certis-
sime scire illum in ipsa tunc durante generatione reuelandum.* Et cum quo-
modo hoc sciret, expetijsset. Nortbertus adiunxit. *Non visurum se mortẽ,
nisi prius videret generalem in Ecclesia persecutionem.* Extat in veritatis te-
stimonium Sanctissimi P. N. Bernardi Abbatis ad Gaufridum Cartonen- *S.Bernard.epist.56.*
sium Episcopum epistola, vbi sic. *Quod à me de Domino Nortberto sciscita-*
B *mini, si videlicet iturus sit Hierosolymam, ego nescio. Nam cum ante hos
paucos dies faciem eius videre, & de cælesti fistula, ore videlicet ipsius, plurima
haurire meruerim, hoc tamen ab ipso non audiui. Verum de Antichristo cum
inquirerem, quid sentiret: durante adhuc ea, qua nunc est generatione, reuelan-
dum illum esse certissimè se scire protestatus est. At cum eandem certitudinem
vnde haberet, sciscitanti mihi exponere vellet, audito quod respondit: non me
aliud pro certo credere debere putaui. Ad summam tamen hoc asseruit, non
visurum se mortem, nisi prius videat generalem in Ecclesia persecutionem.*
Haud etiam euentu caruit Sãcti Nortberti vaticinium. Nam scissis diabo-
lico æstu inter Dominos Cardinales studijs anno Domini 1130. Sede va-
C cante per obitum Honorij secundi, vnà illorum votantium pars Grego-
rium Paparescum olim Monachum Benedictinum, tunc Diaconum Car-
dinalem tituli Sancti Angeli, sub nomine Innocentij secundi; altera Pe-
trum Leonis Presbyterum Cardinalem tituli Sanctæ Mariæ Transtibe-
rim sub nomine Anacleti secundi in Pontificẽ delegere. Cuius schisma-
tis causa ingẽtem Dei Ecclesia pertulit persecutionem, quæ incœpit qua-
tuor annos ante Sãcti Patris Nortberti obitum, (obijt enim S.Nortbertus *Sur.tom.3.*
Magdeburgi die 6. Iunij anno Domini 1134. & ætatis suæ 52. Episcopa- *Sigebert. in Chrõn.*
tus verò sui anno 8. minus mensé vno) & per decennium fermè conti- *ad ann. 1134. relat.*
nuauit; & nisi idem sanctissimus Abbas Bernardus obstitisset, diuturnio- *à Baron. in notis ad*
D ra, & acerbiora subiuisset incommoda, insensissimi Anacleti Antipapæ *Martyrolo. Roman.*
Rogerio Siciliæ Rege primo, & dicti Friderici secundi Auo partes tenen- *die 6. Iunij, & Io: le*
re, vt omnes quotquot extant astipulantur Auctores. Insuper Sanctus idẽ *Paige in Bibliotheca*
Bernardus in epistola ad Hildebertum Archiepiscopum Turonensem, *Premonstrát. Ord.*
qui nondum receperat in verum Pontificem Innocentium secundum, in- *lib.2. c.40.*
quit. *Ecce namque Christus Domini iste Innocentius positus est in ruinam, &* *Auctores Bern. Abb.*
in resurrectionem multorum. Nam qui Dei sunt, libenter iunguntur ei: qui *Bonevall. in vita*
autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus. Præterea Dei *S.Bern. lib. 2. cap. 7.*
famulus Ioachim non vnum, sed plures Antichristos, suis in operibus con- *Philipp. à S. Io: Bap-*
cessit, & cum eo nonnulli sanrosancti Euangelij Præcones. Ipse namque *tista ibid. lib.3. c.17.*
E in expositione super Apocalypsim p.3. cap.9. text. 13. ait. *Non vnum An-* *Plat. Pannin. Ciacc.*
tichristum, aut vnum Pseudoprophetam prædixit Christus, sed multos. Et p.4. *Sigon. Tarcagn. & aly.*
cap.13. text.9. dicit. *Nonnulli tamen Doctorum illum Regem vndecimum no-* *S.Bern. epist. 124.*
minant Antichristum, sicut & illum qui vocatur Gog, quod mihi tamen ideò *Ioachim Abb. super Apocalyps. pag. 134. col. 2.*
verum videtur, quod vnus est Draco, sed multa capita, & malitiam, quam non *Idem ibid. pag. 168. col. 2.*
*complet in vno Antichristo, complebit in alio, & qui deterior eorum erit, ipse
dicendus est maximus Antichristus.* Et alibi, carnalem, effeminatumque *Idem super Hierem.*
Prælatum etiam Antichristum appellat. Coaceruarem hic Sanctorum *Proph. cap. 21.*
Patrum idem asserentium dicta, nisi hoc ipsum ab Apostolis, & Euangeli-
stis fuisset prædicatum fidelibus. Et in primis Apostolus, & Euangelista

Ioan-

Ioãnes epist. 1.c.2. ait *Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt, vnde scimus, quia nouissima hora est*. Quod ita etiam Sanctus Abbas explicat. *Hoc idcircò dicit Ioannes, vt quò magis appropiat dies vltimus, eò magis Pseudochristos, & Pseudoprophetas crebescere sciamus in Mundo.* Item epistola 2. idem Apostolus ait. *Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierunt in Mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem: hic seductor est, & Antichristus*. Et referũtur à Dei famulo in sua expositione super Apocalypsim. Marcus in Euãgelio. *Videte ne quis vos seducat, multi enim in nomine meo venient dicentes, quia ego sum, & multos seducent*. Matthæus in Euangelio. *Surgent Pseudochristi, & Pseudopropheta, & dabunt signa, & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*. Et sic in multis alijs sacræ Scripturæ locis. Non est igitur rationi consonum, Abbatem Adam Persenniæ sanctissimum, Dei viri nostri Ioachim de Antichristo responsum confutasse, vt inquit Anonymus Auctor; sed potiùs tanquam Bernardus alter ergà sanctum Norbertum, vt supra retulimus, eius affatum, veluti Dei ore prolatum, pro certissimo credidisse, ac plurima cum humilitate, & admiratione ei se submisisse, illumque veluti sibi à Deo prælatum considerasse, & consideratum coluisse. Nam ideò omnipotens Dominus charismata singulis diuidit, vt alteri alterum in cognitione humiliet, vt ex ipsorum Sanctorum documentis, atque exemplis liquidò constat. Ad dici Iudicij enucleationem, locus requirit, vt descendamus. Ideo sit,

A B C

Ioachim Abb. super Apocalyps. 1. p. c. 1. text. 3. pag. 27. col. 3. Ioann. Apost. epist. 2. num. 7.

Ioach. Abb. ibid. p. 3. c. 9. text. 1. pag. 130. col. 4.

Marcus Euang. cap. 13. n. 6.

Matthæus Euangel. c. 24. n. 24.

C A P. XLVIII.

Iudicij diem assignat, & in quo sensu.

Grauissimi Auctores aliqui, inter quos Vincentius Bellouacensis, quẽ S. Antoninus transcripsit astruunt, Dei virum Ioannem Ioachim Abbatem in eadem Apocalypsis expositione Mundi definiuisse terminũ, siue quod idem est, Iudicij diẽ destinasse intra sexaginta annos adimplendum. Verbum quidẽ etiam ipsi Danieli sciscitanti à Domino denegatum. *Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones vsque ad præfinitum tempus*. At reuera (tantorum virorum, & suorum pace semper salua) ex eadem expositione oppositum euidenter apparet. Dixit namque in ea, p. 3. cap. 6. text. 11. *Sanè in verbo illo, quod dixi de die extremi iudicij, pium efflagito auditorem, tam scilicet in hoc loco, quam in alijs, vbicunque me contingit de eo fore locutum. Volo enim illum scire, duobus modis accipi diem vltimum, & diem Iudicij. Accipitur enim largo modo pro quodam certo tempore, sicut apertè asserit Augustinus in libro de Ciuitate Dei. Et accipitur strictò modo de conclusione ipsius temporis, quando consumatis cunctis mysterijs, ibunt impij in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Si ergo largo modo accipitur, potest quidquid dicitur in hunc modum ad diem nouissimum incunctanter referri hoc est ad extremum, vltimum, & nouissimum tempus. De huius generis loquutionis illud quoque est, quod Apostolus ait. Nos sumus in quos fines sæculorum deuenerunt. Et Ioannes, cuius est liber iste. Filioli nouissima hora est*. Et eadem parte 3. cap. 10. text. 3. *Quis enim scit*, inquit Ioachim Abbas

D E

Vincent. Belloac. in Spec. histor. lib. 29. c. 40. & S. Antonin.

Daniel Propheta cap. 12.

Ioachim Abb. super Apocalyps. p. 3. c. 6. text. 11. pagin. 118. col. 1.

Paul. Apost. 1. Corin. c. 10. n. 11.

1. Ioan. c. 2. n. 18.

A Abbas, *quantum debeat durare tempus illud, quod dies nouissimus in scriptura vocatur? At ne quis putet nouum, quod dico, intelligendum esse, videlicet tempus quoddam incerti finis, in die, qui appellatur nouissimus, audiat Doctorem præcipuum Augustinum in libro de Ciuitate Dei, idipsum clara voce dicentem, immo arguentem eos, qui simpliciter intelligunt, quod non simpliciter dictum est. Cum enim loqueretur de die vltimo, in quo Rex magnus de Cælo veniens, iudicaturus est orbem, adiecit, & ait: Quod in confessione, ac professione tenet omnis Ecclesia Dei veri, credimus Christum de Cælo esse venturum ad viuos, & mortuos iudicandos. Hunc diuini iudicij vltimum diem, dicimus esse vltimum tempus. Nam per quot dies tendatur hoc iudicium, incertum est; sed* B *scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo qui illas litteras quamlibet negligenter legerit, nescit. Certè audistis auctoritatem tanti Patris, cui etiam omnes Sancti concurdant in idipsum, vbicunque de die vltimo plenius aliquid loquuti sunt. Veruntamen, quia dies vltimus largo, & stricto modo accipi consueuit, & nonnunquam pro aliquo incerto tempore, vt asserit in hoc loco Augustin. nonnunquam pro extremo ipsius temporis articulo accipiendus est, discerni oportet diligenter, vbicumque agitur in diuina pagina de nouissimo die, vtrum de vno tempore dictum sit; an de vltimo eiusdem temporis articulo, in quo sedente Domino in sede Maiestatis suæ, eidem iudicio dabit finem, euntibus electis in vitam æternam; reprobis verò in ignem æternum. Neque* C *enim de illo iudicio, aut de illo temporis articulo, intelligendum illud Petri: Tempus est, vt incipiat iudicium à Domo Dei. Sed de initio illius temporis, quod dicit Augustinus vocari vltimum diem. Quando autem sic accipimus vltimum diem debemus ipsum vltimum diem, vltimam, hoc est septimam extimare ætatem. Vt enim dies septimus hebdomadæ finis est, ita vltima ætas, quanticunq; sit spatij, finis Mundi est.* Et post pauca subdit. *Quia verò hæc omnia occultissima sunt, & tamen omnino futura, optimè se ab his omnibus expediens Augustin. ait, etc.* Et sequitur: *Quæ omnia quidem ventura esse credendum est, sed quibus modis, & quo ordine veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi.* Ex quibus D manifestè non solum apparet Dei Virum Mundi finem, siue Iudicij diem determinatè non definiuisse, vt aduersarij astruunt, sed etiam apertissimè colligitur, multa cum oculatione, & zelotipia, ne à Sanctorum Patrum dictis deuiaret, circa daram materiam præcipuè, in sacræ Scripturæ sensum explicando, se gessisse. Nec aliter Iudicij diem, Mundique terminum assignasse, quàm Sanctus Augustinus in libro de Ciuitate Dei, ac cæteri Sancti Patres ipso antiquiores. Stant nihilominus Bellouacensis, & Antoninus pro Ioachimo, dum nonnullis fidem adhibent Ioachimi prædictionibus, vt apud ipsos est videri.

Ioach. super Apocal. p. 3. c. 10. text. 3. pag. 139. col. 4.

1. Petri c. 4. n. 17.

E

CAP. XLIX.

Sanctorum Patriarcharum Dominici, & Francisci Ordines antenunciat.

Mvltifariam, multisq; modis noster Propheta Domini Ioannes Ioachim Floris Abbas gloriosissimorum Patriarcharum Sanctorum Dominici, & Francisci prænũciauit aduentum, eorundemq; Ordines præostendit

stendit expressè. Imagines eorum, ac habitum, quem erant assumpturi; A
& suis præscripturi in Sancti Marci Venetiarum Plano, in toto terrarum
orbe celeberrimo; opere mussiuo expressit, vt aliàs diximus. Sacrum
Prædicatorum Ordinem, vt Stephanus Salanachus, & alij produnt, eiusdē
habitum etiam in suo Floris Monasterio descripsit, & monuit filios suos,
vt post obitum suum illius Ordinis Professores exciperent honorificè, di-
cens. *Cito surrecturus est in Ecclesia Dei Ordo nouus docentium, cui præerit*
vnus maior, & cum eo, & sub eo erunt duodecim præfatum Ordinem regentes,
qui sicut Patriarcha Iacob cum duodecim filijs ingressus est in Ægyptum, sic ipse
cum illis duodecim illo ordine post ipsum maioribus, ingredietur, & illuminabit
Mundum. Cum venerint illos cum honore excipite. Florenses tanti præscri- B
pta Patris haud neglexere executioni demandare; nam cum primò Sacri
Prædicatorum Ordinis Patres ad illorum diuertere Cœnobia, vt fuerant
à proprio Didascalo, & magno Propheta Domini instructi, processiona-
liter cum Crucibus, Psalmis, & Cāticis spiritualibus, exeuntes via obuiam,
supra proprios Confratres exceperunt, ac propriæ internæ charitatis, &
intimæ eorum dilectionis præclara præstiterunt illis argumenta. Per ver-
ba illa, *duodecim præfatum Ordinem regentes*, Iacobus de Sulato, relatus a
Maluenda, intelligit duodecim Patres Prouinciales, duodecim Prouincijs
eiusdem Prædicatorum Ordinis impositos ab eorum Capitulo generalis-
simo Parisijs celebrato anno Domini 1228. qui diù longo, diuturnoque C
tempore vniuersum Prædicatorum Ordinem in spiritu, & disciplina rexe-
runt ineffabili. Seraphicæ verò Religionis Chronistæ vaticinium modò
relatum, ad sacram eorum Religionem etiam extendunt, ac primos corū
Minoritas eadem fermè solemnitate, scilicèt cum Crucibus, Psalmis, Cā-
ticis, magnaque cum iubilatione à Florensibus exceptos produnt. Verùm
verba illa, *Cui præerit vnus maior, & cum eo, & sub eo erunt duodecim præfa-*
tum Ordinem regentes, non explicant, cum tamen benè possint intelligi de
Sancto Francisco, & duodecim illis sibi annumeratis socijs, cum quibus
suo Ordini initium dedit, eodem quasi tempore, quo S. Dominicus suum
Ordinem instituit, ac cum eodem duodecim sociorum numero Seraphicū D
à se fundatum ordinē rexit, & qui diutinè post ipsum Minoritas sunt mo-
derati. Sanctissimi Francisci ne dum vultum, ac habitum in sacro Diui
Marci Templo Venetiarum, ad instar illius Salomonis elaborato, præfi-
gurauit, vt supra diximus, sed etiam eximium, præclarumque vocabulum,
quo futurus eius Ordo exprimi debebat, ipse prædixit in expositione
cap. 20. Hieremiæ, ad verbum *Masculus* dicens. *Masculus est Ordo Sera-*
phicus in Ecclesia oriundus. Item in Concordia noui, & veteris testamenti,
vt referunt in eorum Chronicis, & Annalibus vtriusque Ordinis Anti-
quarij supra citati, & nos item legimus in margine cuiusdam pergamena-
cei peruetusti operis manu scripti, quod asseruabatur in celeberrimo Mo- E
nasterio Curatij anno Domini 1634. nunc proh dolor cum nonnullis
alijs monumentis, & priuilegijs, quæ tunc extabant, in manus reperitur
Velitrentium. Magnus Propheta Ioachim Abbas, Ordinis vtriusq; Ante-
signanos, ac Ordines tali sub forma verborum prædixit. *Erunt duo viri,*
vnus hinc, alius inde, qui duo Ordines interpretantur, vnus Italus, alter Hispa-
nus, primus Columbinus, secundus Coruinus, & post istos duos Ordines, veniet
alter Ordo Saccis vestitus, sub cuius tempore apparebit filius iniquitatis, qui di-
citur Antichristus. Et sequitur. Breuissimum est tempus ipsius, scilicet tertij
Ordinis: sicuti breuissimi sunt dies Antichristi successoris sui. Ordo enim Co-
lumbi-

Sup. c. 18. pag. 60. C. Steph. de Salanacho in hist. Prædic. Magister Humbertus in Vitis Fratrum lib. 2. c. 1. Theodoricus de Apolda in Vita S. Dominici. Vincent. Brandellus in Comment. Const. dist. 2. c. 15. litt. F. Ioannes Garzo, Iacob. de Susato, Flamin. & alij citati à Thom. Maluenda in annalibus Prædic. Centur. 1. & Laurentius Sur. in Vita S. Dominici.

Sup. c. 18. pag. 60. C.

Auctores cit. quibus adde Petrum Rodul-phium Senogalliēsem Episcop. lib. 1. histor. Seraph. Reli. Robertum de Licio Aquinensem Episcop. de excellentijs S. Francisci Assisinatis sermon. 45. Barthol. Pisanum in conformit. vit. S. Fran. ad vit. Iesu Christi 2. par. 1. fruct. & conformit. Luc. Vuad. in Annal. tom. 1. in Præfat. §. 2.

A *lumbinus, vsque ad nouissima tempora duraturus, per mare aquilonare transi-*
bit, aspera pascua gustabit: Regina Austri proteget, & fouet eum in amaritudi-
ne sua: Flumen Eufratem transibit, vndam, & impetum eius sua prædicatione
mitigabit: aspera reducentur in planum in sermone eius: terra salsuginis, idest
Ægypti, ad Dominum conuertetur per eum. In eadem Terra securè Euangeliũ
prædicabit: multæ gentes per ipsum Ordinem ad Dominum conuertentur: gens
Idolatra, cuius lingua ignorabitur, quæ de finibus terræ veniet, missa à Deo in
adiutorium Terræ promissionis, & vt ipsa cognoscat Deum Patrem omnipoten-
tem, & Filium eius vnicum Dominum nostrum Iesum Christum, ad fidem catho-
licam conuertetur. Futurum est, vt Ordo Columbinus viriliter se opponat con-
B *tra mortis Angelum, & contra eum prædicando, plures, & maxima multitudo*
de filijs ipsius Ordinis, martyrio ad Dominum transibit, sicut dictum est per Da-
uid Prophetam. Posuerunt mortalia seruorum tuorum escas volatilibus Cæli,
carnes Sanctorum tuorum bestijs terræ. Gaudebunt in canticis suis, idest in præ-
dicatione omnes Tribus terræ, & gens immunda Maumethica, quæ remanebit,
& hi qui residui erunt, ad Dominum conuertentur. Et subdit. Irundo turpis-
sima, & venenosissima Clericorum iniquitas, opponet se contra Ordinem Colum-
binum, & ipsum calcare, & recalcitrare tentabunt, nec poterunt. Dominus enim
visitat ipsum Ordinem, & conseruat, & gubernat in necessitatibus, & labori-
bus suis: mansio ipsius Ordinis, & habitatio solidata est in angulo sanctitatis, &
C *æternæ stabilitatis.* Item de hijsdem tunc futuris Ordinibus loquens, su-
per cap.4. Hieremiæ Prophetæ inquit. *Post Coruum Columba dimittitur.* *Ioach. Abbas super*
Notandum, quod Coruus niger cadauera diligit, vocem grandem habet; è con- *Hierem. cap.4.*
tra Columba agilis, varia, cauet à cadaueribus, gemitum habet pro cantu, in
cunctis varietas. Prædicatores illi erunt nigri tristitia cordis, non Mundi, gra-
ues vita, loquaces doctrina, proximi compassione benigni. Columba fœcundior
prole, est varia pennis virtutum, agilis in obedientia, grano electarum pascitur,
scilicet scripturarum, pro cantu prædicationis lamentationem de peccatis, deside-
rium Patriæ cælestis habet. Sic & Ioannes niger in esca, quæ & locusta, grauis
in vita, viperarum genimina fugere à ventura ira docebat. Baptismum pœni-
D *tentiæ prædicabat. Ecce coruus. E contra Christus filijs spiritualibus inhians,*
varius in virtute signorum, agilis in pactis operum executione, granis vtens
doctrinis cælestibus, pro cantu lætitiæ gemitũ tristitiæ in anima reportauit. Hic
est ramus virentis oliuæ, opus scilicet misericordiæ, & vitæ, in ore scilicet do-
ctrina Christi, super quem columba spiritus requieuit. Hic nota, quod pro eo
quod Coruus est vnicolor, & Columba discolor, in seipsis datur intelligi, quod Or-
dines eorum diuersi erunt, quoad Habitum, non quoad Animum, quia ad vnum
granum tendunt, & in vno studij proposito, & voto concurrunt. Sic & Ioannes
antecedit Petrum, Petrus sequitur. Item Petrus vocatur, Ioannes subsequitur.
Rota volubilis vtrique prædicatio indulgetur. Et post pauca sequitur. *Spiri-*
E *tualiter: Petrus* (supple significat) *Prædicatores, Iacobus Conuersos eorum,*
Ioannes alter (supple est) *Ordo Minorum, qui ab ipsis Angelis minorabatur*
paulo minus, quia nouissimus; sire vera erunt primi nouissimi, & nouissimi pri-
mi. Et post pauca sequitur. *Isti sunt duo ordines designati in duobus prophe-*
tantibus in castris Israel, vt quasi duplicato cibo in sexta feria, scilicet genera-
tione futura, cuius initia iam habemus, sicuti in Sabato, in quo tractus cantaba-
tur, & persecutio Antichristi breuis, scilicet grauis ad Montem Oreb, transeant
ad superbas, & nigras mentes perfidæ gentis adhuc incredulæ conuertendas. Itẽ
futuras inter vtriusq; Ordines celeberrimas, & famigeratissimas Acade-
mias quæstiones præuidens, super cap. 13. eiusdem Hieremiæ inter cæ- *Idẽ super Hier. c.13.*

Idem super Hierem. cap.13.

tera ait, *Verum caueat sibi Ordo postremus, ne persequatur ab alio, & occurrās sibi cum exercitu Magistrorum confidentium in armis disputationum Aristotelis, & subuertat eum in filys datis sibi. Angelus spiritus Dei est, quo luctatur in nocte tribulationis futura, quasi cum Doctoribus spiritualibus vsque mane; donec aurora pacis reddita transeat Iacob torrentem tribulationis haretica.* A

Idem ibid. cap. 14. & 15.

& alibi super eundem Hieremiam nonnulla alia, quæ ad prolixitatem eludendam omittuntur, Item super Isaiam cap.7. versus finem inquit. *Sane secundum cursum temporis huius sexti (Vacca bouum) innuit Romanam Ecclesiam Doctoribus insignitam. (Dua Oues) duas Religiones futuras, in quibus tanta fiet vbertas sermonis, & lactis, vt ad (butyrum) spiritualis intelligentia vasa cordium deficiant ad capiendum.*

Idem super Isaiam, cap. 7.

Ioachim Abb. super Isaiam cap. 13.

Et alibi super eundem Isaiam. *In Ducato isto* (supple Spoleti, inquit) *similiter, & in territorio Hispano duo Ordines, ac sistella lucida orientur ad prædicandum Regni Euangelium iterato, vt Appone refert, saccis cilicinis amicti; contra quos Draco Diabolus inducet bestiam de terra surgentem sectam procul dubio Patareni.* B

S. Anton. Archiep. Florentin. hist. 3. par. titul. 23. c. 1. de excellentijs, & precon. S. Dominici §. 1.

Item super cap. 11. Zachariæ Prophetæ, vt refert S. Antoninus, ad verba *Assumpsi mihi duas virgas, vnam appellaui decorem, & alteram funiculum, & paui gregem.* Exponit Abbas Ioachim. *Duas virgas esse duos Ordines Mendicantium (qui tamen fuit ante eorum institutionem) Virgas rectas sanctitate, exiles, & graciles austeritate, percutientes doctrina auctoritate. Decor est Ordo Prædicatorum per habitum decorum, quasi Prælatorum designatus. Funiculus est Ordo Minorum, quia funiculo manifestè cinguntur. Et sequitur. Et pauci gregem, idest populum Christianum doctrina eorum.* Item nonnulla alia de præfatis Illustrissimis Ordinibus reliquit vaticinia cæteris suis in operibus, præcipuè super expositionem prophetici libri, quem de manu Angeli Sāctus Anachorita Cyrillus Presbyter in Carmelo Monte sacrum faciens receperat, de quo infra aliqua verba faciemus, & videri possunt apud Pisanū in suis Conformitatibus, & apud eloquentissimos vtriusq; Ordinis scriptores; qui vt ostenderent suos Antesignanos, & Ordines a Sanctis Prophetis fuisse præuisos, magni, diuiniq; Vatis nostri Ioachim suis in Chronicis, Annalibusq; registrauerunt oracula. C

Bartholom. Pisan. in Conformitatib. vita S. Francisci ad Vit. Iesu Christi.

Quorum euentus quis pro dignitate disserere suppetit? Quis enim vtriusq; Ordinis laudes vsque ad perfectum numerum potest exprimere? Omnium vtique hominum litteræ, præ eorum clarissimis meritis, elingues esse videntur. Cherubicæ, Seraphicæ, Angelicæq; linguæ eorum encomia, laudumque præconia prædicent; nam hos dictorum Sanctissimi Ordinum Antesignani in omnibus adæquarunt. Mirabilia eorum narrent Populi, & laudibus, & meritis eorumdem omnis gaudeat Sanctorum Ecclesia. Catholicorum exultet sacrosancta Religio, quæ tantorum Patrum auxilio, ac suorum indefessorum filiorum laboribus, vitæ sanctitatis exemplo, prudentiæ, dexteritate, scientiæque, ac sapientiæ disciplina, & pristinum Religionis candorem recuperauit, & in dies indignati acras Domini sententias effugit. Patefaciant omnes fines terræ vtriusq; Ordinis amplitudinem, quæ se ab vtriusque Instituti Colonis videt excultam. Testentur antiqui Sancti Patres vtriusque ineffabilia Ordinis primordia, qui futuram agnoscentes ex his Catholicæ propagationem fidei, Ecclesiæ sanctæ hominum Dominici Oxomiensis, & Francisci Assisinatis, coadiutores, & cooperatores esse meruerunt. D E

B. Didaci Azebes Vxomien. Episcopi vitā, & gesta descripsere Chrysostomus,

Et de Illustrissimo Prædicatorum Ordine præsertim ex nostris Cisterciensibus testimonium perhibeant viri sanctissimi, Didacus Azebes, Fulco, Conradus, nec non Arnaldus, Euerhardus, Alachrinusque, atq; Iacobus. Beatus quippè Didacus Azebes Vxomiensis Episcopus ante-

A quam Monachum Cisterciensem induisset, S. Dominicum, cuius adiutus opere in Tolosana regione multos execrandis erroribus affectos, sancto prædicationis verbo ad Catholicorum ouile reduxerat, Canonicum Regularem suæ Vxomiensis Ecclesiæ effecit; & postquam Episcopali exutus infula, Cistercij vilem nostrum habitum assumpsisset, manu Beati Arnaldi Abbatis generalis decimi septimi, dum cum quibusdam Cisterciensibus in spiritus fortitudine, humilitatis exemplo, & morum decore incredulorum animos procaciter, & importunè prædicando deuincebat, Sancti viri Dominici vires in conuincendis, & ad veram fidem reducendis hæreticis expertus, illumque nouam, sub Prædicatorum
B nomine, Religionem instituturum nactus, futurū inde bonum concipiens, eximium sui olim Canonici propositum gratum habuit, & vt par erat, animi anxietate plenus, ad illud exequendum, perficiendumque concitans, Sanctissimi Patris Augustini, Doctoris, & Prædicatoris egregij, Regulam cum quibusdam sacri nostri Cisterciensis Ordinis consuetudinibus, à se; vt aiunt, siue ab eius socijs Cisterciensibus Monachis dictatis ad instar Constitutionum, tam ipsi Dei viro Dominico, quàm suis socijs circiter sexdecim obseruandas proposuit. Et ipse tanquam Pater prouidus circa Ordinis sui componenda primordia Sanctorum præcedentium Patrum non indignatus sequi vestigia, omni cum humilitate recepit. Beatus Fulco
C co ex Abbate Grandis syluæ Cist. Ordinis ad Archiepiscopalem Tolosanæ Ecclesiæ dignitatem euectus, dum tanquàm fortis columna totius Ecclesiæ Christi, aduersus hæreticorum Albigentium sectam, eiusq; Principē, Raymundum nomine, Tolosæ Vrbis Comitem, Euangelicæ prædicationis verbo viriliter dimicabat, ne dum Sanctum Dominicum promouit, & fauit apud Innocentium tertium pro noui à se instituti Prædicatorum Ordinis approbatione, sed etiam vt sui Ordinis fundamenta iaceret, primum ei Templum, nonnullaque bona largiflua liberalitate concessit. B. Conradus, natione Germanus, filius Eginonis de Vdrach, Comitis de Seyne, & Bertoldi Turingiæ Ducis nepos, spontè abdicato S. Lamberti Leodien-
D sis Canonicatu, quo erat decoratus, humilem in Monasterio Villario Cist. Ordinis in Belgio indutus vestem, & post Prioratus officium nonus Villarij effectus Abbas, & inde ad Clareuallensem familiam gubernandam translatus, & mox in Cisterciũ Generalatus admotus oneri, ac tandem ab Honorio tertio anno Domini 1219. ob eximium, & præclarum eius vitæ meritum in Episcopum Cardinalem Portuensem ordinatus; & contra Albigentium teterrimam sectam legatus in Gallias, vt doctrinæ, & pietatis signis illam, quæ impietatis suæ erecto vexillo in dies magis, ac magis euangelicæ veritati aduersabatur, deleret omninò, atq; supprimeret; dum huic spirituali bello insudabat, non solum vix exortum Prædica-
E torum Ordinem, suis progressibus fœliciter vtens, contra detractores sua authoritate protexit, ac eundem conditis Bononiæ, & Coloniæ irrefragabilibus diplomatibus confirmauit, sed etiam adeò intenso cordis dilexit affectu, vt non semel, dicti Ordinis Fratribus publicè dixerit, *licèt alterius Professionis sim habitu, frater tamen vester ero, quamdiù in vita subsistam, neque vlla vnquam à vobis diuersitate diuellar.* Ad id mirè excitatus a Deipara Virgine, quæ ei apparuit, & gratulata est, quod sibi dilectissimum Ordinem, & Iesu filio suo carissimum promouisset. Hic ille Conradus Cisterciensis Ordinis est, qui ad illud sanctitatis fastigium euolauit, quod eius digiti, quibus sacrosanctum corpus Dominicum contrectabat, non

Henriqu. in Fascic. SS. Ord. Cist. lib. 1. dist. 24. & in Menologio sub die 6. Febr. & 20. Aug. Vincent. Bellou. in Spec. hist. S. Anton. hist. 3. par. tit. 19. cap. 1. Ferdinād. de Castello tom. 1. Annal. Ord. Prædic. Ioann. Marieta de SS. Hispaniæ, Theodoricus de Apoldia in Vit. S. Dominici, Abrahā, Bzouius in Annal. Ecclesiasticis, & alij apud ipsos.

B. Fulconis gesta scripsere, Chrysost. Henriq. in Menol. sub die 20. Aug. & 25. Decemb. sed fusius in Fasciculo SS. Ord. Cist. lib. 1. dist. 23. Iacob. de Vitriaco Episc. Aconen. in Vit. B. Mar. de Ognies, Liber Mirac. Ven. Sacram. Arnol. Vuion lign. Vit. lib. 1. c. 45. Petr. Monach. de Vallib. Sernay in hist. Albig. Io: Chenu in hist. Chronol. de Archiepisc. et Episc. Galliæ. Cæsar de nostra Dame in histor. Prouinciæ.

Cæsar. Heist. lib. 3. mirac. c. 33. & lib. 5. c. 21. Ioannes Abb. in Catal. SS. Ord. Cist. Aubertus Miræus in Chron. Cist. Onufr. Panuin. lib. 3. Romanorum Pontif. Abraham Bzou. in Annal. Eccl. Renatus Coppin. lib. 1. Monastic. tit. 3. n. 25. Thomas Cantipatr. lib. 1. Apum, Basil. Sanctoro lib. 5. Prati Spir. c. cap. 3. Angel. Manrique in Serie Abb. Cist. & in Laurea Euāgelica lib. 3.

dist. 7. §. 5. Bernard. de Brito, & Barnabas de Montalbo in Chronic. Cist. Ord. Heribertus Rosweydus in epist. ad Henricum Villar, Abbatem, Io: Molanus in Natalib. SS. Belgij 30. Iunij nu. 3. Io: Baptist. Gramaye in Genappia, Chronic. Villariense, & alij.

fecus ac fax ad expellendas noctis caligines igne succensa, ita noctu semper collucebant, vt tantùm eiusdem lucis adiutus beneficio, facillimè, ac omni cum iucunditate sacrarum delitiosissima prata Scripturarum percurreret, & ex minutissimis earum virgulis gratissimos nazareos flores colligeret. Egerunt de eo Auctores nonnulli, præcipuè Arnoldus Vuion Ligni Vitæ lib. 1. cap. 44. licet mordicùs confundat hunc Conradum cum altero Conrado, Henrici Nigri, Bauariæ, & Etruriæ Ducis filio, nostri eiusdem Cist. Ord. Monacho professo in Claraualle, dicti B. Conradi coætaneo, & eidem in dignitate non impari, vt latè noster Ferdinandus Abbas Vghellus suæ Italiæ Sacræ tom. 1. verbo, Portuenses Episcopi, num. 37. sed latiùs Chrysostom. Henriquez in Menologio sub die 17. Martij aduertit, & solidissimis auctoritatibus probat, quamuis Arnoldum Vuion secutus, Beatissimum Conradum, de quo est sermo, natione Bauarum, Henrici Nigri, Bauariæ, & Etruriæ Ducis filium extitisse asseruerit in Fasciculo Sanctorum Ordinis Cisterciensis, quod emendauit deinde tàm loc. cit. 17. Martij, quàm 30. Septembris in Menologio, vt videri est apud ipsum. Beatus Arnaldus primo Monasterij de Riuo Sicco, siuè Populeti in Hispania, deinde Grandis syluæ tàdem Cistercij decimus septimus Abbas, ac ab Innocentio tertio contra Albigenses Hæreticos generalis Inquisitor destinatus, dum aduersus illos Prædicatoris, & Ducis vir sanctus suum munus obibat intrepidè, sanctissimum Patrem Dominicum Inquisitoris cohonestauit officio. Qua suffultus auctoritate nonnullas morbidas oues, Iesu Christi sanguine redemptas, ab ore furentis, & debaccantis Sathanæ subtraxit, & subtractas salutari remedio curauit ab omni morbo, præcipuè verò Pontium Rogerium, cuius sententia legitur totidem verbis explicata.

De hoc B. viro Arnaldo egerunt Chrysost. Henriq. in Fasc. SS. Ord. Cist. & in Menol. sub die 30. Iulij, & 20. Aug. Petrus Monach. de Vallibus Sernay in hist. Hæretic. Albig. Cæsarius Heisterbacensis lib. 5. cap. 21. Ferdinandus de Castillo in histor. Ord. Prædic. Laurent. Surius in vit. S. Dominici. Abraham Bzouius in Annalib. Ecclesiast. ad annum 1215. & alibi, Aub. Miræus lib. 3. origin. Monastic. c. 16. Barnabas de Montalbo in Chron. Cist. Ord. Ioannes Chenu Bituricus de Archiep. & Episc. Galliæ, nam noster B. Arnaldus circa annum 1213. Archiep. Narbonensis euasit, Monumēta Cistercij, Ang. Manrique in Serie Abb. Cisterc. & alij.

Vniuersis Christi fidelibus ad quos præsentes litteræ deuenerint Frater Dominicus Oxoniensis, Canonicus, Prædicator minimus salutem in Christo. Authoritate Domini Abbatis Cisterciensis Apostolicæ Sedis Legati, qui hoc nobis iniunxit officium, reconciliauimus præsentium latorem, Pontium Rogerium, ab Hæreticorum secta, Deo largiente, conuersum: mandantes in virtute præstiti Sacramenti, vt tribus Dominicis festiuis diebus ducatur à Sacerdote nudus in femoralibus ab ingressu Villæ vsque ad Ecclesiam verberando. Iniungi etiam ei, vt à carnibus, ouis, & caseo seù omnibus, quæ serpentinam trahunt carnis originem, abstineat omni tempore, excepta die Paschæ, & die Penthecostes, & die Natalis Domini: in quibus ad abnegationem erroris pristini, præcipimus, vt eis vescatur. Tres Quadragesimas in anno faciat, à piscibus abstinens, tribus diebus in hebdomada semper à piscibus, & ab oleo, & à vino abstineat, & ieiunet, nisi corporalis infirmitas, vel labores æstatis exigerint dispensationem. Religiosis vestibus induatur, tum in forma, tum etiam in colore, quibus in directo vtrisque papillæ singulæ Cruces paruulæ sint assutæ. Quotidie si opportunum fuerit, missam audiat, & diebus festiuis ad Vesperam in Ecclesiam pergat. Alias horas, tàm nocturnas, quàm diurnas, vbicunque fuerit, Deo reddat, scilicet septies in die, decies Pater noster dicat, media nocte vigesies. Castitatem obseruet, & mane apud Cererim Villam cartam istam Cappellano suo per singulos menses ostendat. Cappellano etiam præcipimus, vt de vita eius curam diligenter habeat, hæc omnia diligenter obseruet, donec aliàs super his Dominus Legatus suam nobis exprimat voluntatem. Quod si ea obseruare contempserit, tanquam periurum, & hæreticum, & excommunicatum ipsum habere præcipimus, & à fidelium consortio sequestrari. Hactenus S. Dominicus in

sua

A ſua ſententia. Beatus Euerhardus Abbas Monaſterij Salamitani S. Ciſt. Ordinis in Germania, olim Comes de Dordof, mirè à Domino Ieſu Chriſto præmonitus, adhuc incognitum in Germania ſacrum Prædicatorum Ordinem adeò excepit, vt eius Fratrum pedibus pia oſcula affixerit, & eximia animi liberalitate cuncta eis opportuna ſubminiſtrauerit. B. Alachrinus ex Priore celeberrimi Monaſterij Caſamarij creatus Epiſcopus in partibus Italiæ ab Innocentio tertio, & contra Hæreticos Prædicator egregius, talem Romæ cum Sancto Dominico contraxit amicitiæ neceſſitudinem, vt ineffabiliter ei ſe exhibuerit in omnibus fauorabilem. Et Beatus tandem Iacobus Monachus Venerabilis Monaſterij S. Galgani B in Tuſcia S. Ciſt. Ordinis, ſimplex, & verè Religioſus tales in conſpectu Domini pro ſacro nouiter orto Prædicatorum Ordine præces effudit, vt pro eius conſeruatione, & propagatione ſpeciales à Domino noſtro Ieſu Chriſto meruerit ſibi tradi orationes, vt produnt Chryſoſtomus, Abraham, Barnabas, & Magiſter Humbertus, cuius teſtimonium ad mētes fidelium excitandas, in medium non pigeat adducere. *Fuit quidam Monachus* (inquit Humbertus.) *Ciſtercienſis Ordinis in Tuſcia in Monaſterio Sancti Galgani prope Senas, magnæ ſimplicitatis, & gratiæ, & famæ, propter quam ad Curiam Romanam frequenter vocabatur. Cuius Dominus frequenter apparuit, atque multa reuelauit. Contingit autem duos Fratres venire* C *ad locum prædictum, qui eum rogauerunt, vt pro ſe, & toto Ordine Fratrum Prædicatorum Dominum exoraret. Cum igitur nocte poſt matutinas Dominum oraret, & vt ſimplex, & deuotus, quid potiſſimum pro Fratribus oraret, neſciret; apparuit ei Dominus (vt ſibi videbatur) dicens. Frater Iacobe, accipe iſtas orationes, & ſic pro Prædicatoribus ora in Miſſa ſacrificio.*

De B. Euerhardo tractarunt Henriq. in Menol. 14. Apr. l. & 20. Aug. Bzou. in Annal. Theod. de Apoldia in vita S. Dom. lib. 3. Barn. de Mont. tom. 1. Chron. lib. 1. c. 54. & alij. Philipp. Seguinus in tract. de Abbatib. & Monach. Ciſt. ad Epiſcopatus apicē euectis cap. 4. Bellouac. Spec. hiſt. lib. 30. cap. 110. Barn. de Mont. in Chron. lib. 2. c. 31. Henriq. in Menol. 5. Ianuarij, & alij.

Chryſoſt. Henriq. in Menol. 30. Maij, & 20. Aug. Abraham Bzouius in Annalib. Eccleſ. ad ann. 1222. Barnab. de Montalbo tom. 1. Chron. lib. 1. c. 54. Magiſt. Hūbertus in vitis Fratrum Prædicat. c. 5. & alij apud ipſos.

Oratio.

Corda famulorum tuorum, Domine, illumina ſancti Spiritus gratia, & ignitum eis eloquium dona: & qui tuum prædicant verbum, largire virtutis augmentum. Per Dominum noſtrum. &c.

Secreta.

D *Famulis tuis, Domine, verbum tribue gratioſum, & munera oblata ſanctificans, corda eorum in ſalutari tuo, quæſumus, viſita. Per Domin. noſtrum Ieſum Chriſt. fil. tuum. &c.*

Poſt communionem.

Conſerua, Domine, famulos tuos, Vnigeniti tui corpore, & ſanguine ſuſcepto, & tuum nunciantibus verbum, largitatem tribue gratiarum. Per eundem Domin. noſtrum Ieſum Chriſt. &c.

Has orationes Dominus Papa approbauit, & conceſſit, vt in Miſſa dicerentur. Sequutus eſt fructus, vel maximus, cum primum eæ orationes recitarentur; præſertim (quemadmodum iterum idem Frater Iacobus vidit) cum Beatiſſima E *Virgo patrocinio ſuo Prædicatores iuuaret, neque ſemel illis concionantibus adeſſet. Aliquando enim viſa eſt coram quodam Fratre concionante librum apertum tenere; aliàs alteri cuipiam verba ſalutis ad eum dictare. Propter quæ idē frater Iacobus frequenter ſequebatur fratres, & ſollicitè pro eis orabat.* Hactenus Humbertus Magiſter Generalis Ordinis Prædicatorum loco citato. Ordinis huius propagationem quis enerrabit? Cum nec in Europa tantùm, ſed in omnem terram ſonus eius exierit. Et vt de cæteris regionibus taceam in ſola orientali India, quæ Abyſſinorum eſt ſubiecta Regi, qui à noſtris Europeis Presbyter Ioannes vocatur, tantum Prædicatorum Ordinis Patres verbo, & opere profecere, vt multos inibi Conuentus inſtitue-

ſtituerint anno Domini 1316. inter quos duo exiſtunt famoſiſſimi. Vnus A
eſt, in quo quinque mille numero Fratres inhabitant, & nominatur *Alleluya*. Alter verò vocatur *de Blurimanos*, in quo degunt Fratres nouem mille, vt prodit Frater Seraphinus Razzi in vita B. Taclilmanoth Indi, & decimo Leoni Papæ retulit Frater Thomas Indus, qui cum Ioanne eius ſocio Hieruſalem Romam deuenerat anno Domini 1516. & eidem Chriſti Vicario idem confirmauit Regis Luſitanorum Legatus. Quod etſi fabuloſum primo aſpectu videatur, collatione tamen facta ad ea, quæ de dicto Regno Hiſtorici, & Geographi ſcripſere, mirum videri non debet, præſertim Abyſſinorum Regis pietate, & dignitate proſpecta, cum illum ex antiquiſſimo ſtemate ortum ducere tradant, nempe a Dauide procreatum, ſtirpe vnius gentis in tot ætates propagata, atque ipſemet B
ſuis in titulis hoc affirmat, ſic enim ſolet inſcribi. *N. ſupremus meorum Regnorum, à Deo vnicè dilectus, columna fidei, ortus ex ſtirpe Iuda, filius Dauid, filius Salomonis, filius columnæ Sionis, filius ex ſemine Iacob, filius Manus Mariæ, filius Nan ſecundum carnem, filius ſanctorum Petri, & Pauli ſecundũ gratiam, Imperator ſuperioris, & inferioris Æthiopiæ, & ampliſsimorum Regnorũ, Iuriſdictionum, & Terrarum, Rex Goæ, Caffares, Fatigar, Angolæ Barn, Baliguazæ, Adæ, Vuanguæ, Fotamæ, vbi Nili fontes, Amaræ, Baguamedri, Ambeæ, Vanguci, Tigremahon, Sibaim, patria Reginæ Saba, Barnagaſſi, & Dominus vſque in Nubiam, quæ in Ægyptum extenditur.* C

Seraphin. Razzi in lib. de vitis Illuſtriũ virorum Ord. Prædicat. in vit. B. Taclilmanoth Indi.

Ioann. Anton. Mag. Patauin. in ſua Geograph. cap. ſuperior, ſeu inferior Æthiopia, vbi Abyſſinorũ, ſeu Presbyteri Ioannis eſt Imperium.

CAP. L.

Sacrum Carmelitarum Ordinem præoſtendit. Vbi non pauca de eo.

R*Euelandi ſunt in proximo* (inquit magnus Propheta Ioannes Ioachim Abbas ſuper Hieremiam Prophetam) *in Eccleſia Doctores, Prædicatoreſq; fideles, qui & terrena, carnaliaque corda omni plaga percutiant, ac erectis, & tumidis Magiſterys ſilentium ſtudys ſuis ponant. Et bene filius Helchiæ Hieremias deſcribitur, quia Ordo ille futurus ad obedientiam Summi Pontificis dirigetur, licet enim nouus Ordo prædicantium Eccleſia oriatur, tamen Ordo ipſe imitatus eſt à Prophetis, Apoſtolis, & Doctoribus tertij temporis Eccleſiaſtici, carus, cognitus, & electus, & acceptatus à Deo, ſignatus in Iſaach, & Ioanne Baptiſta.* Relata Dei famuli prophetica, ni fallor, ſacrum Carmelitarum Ordinem reſpiciunt per concordantiam, veluti ab Elia, & Eliſeo prophetis inſtitutus, ab Apoſtolis illuſtratus, à Doctoribus tertij temporis Eccleſiaſtici reſtauratus, carus, cognitus, electus, & acceptatus à Deo, propter ſpecialem eius, antequam Virgo Maria appareret in Mundo, erga Deiparam famulatum. Signatus in Iſaach, & in Ioanne Baptiſta, nam ſicuti iſti miraculosè extra naturæ Ordinem infidelium conſolationem fuere Mundo exorti; haud aliter Sacer Carmelitarum Ordo. Pro quorũ intelligentia, & clariori infra tradenda explicatione, de eius primordijs aliqua in medium vt deducantur, neceſſe eſt. Sciendum eſt itaque quod antiquiſſimus, ſanctiſſimuſque pariter Carmelitarum Ordo ſuum in Monarcham habuit, & Principem, Eliam Prophetam, & ſub fauſtiſſimo omine, & nomine agnouit originem. Sanè Elias in Thesbita Vrbe natus, anno Mundi 1090. filius Sobachæ, ex tribu Leui, de habitatoribus Galaad, vt

D (margin)

B. Ioach. Abb. ſuper Hierem. Prophetam cap. 1.

E (margin)

Geneſ. c. 17. cap. 18. nu. 10. 11. 12. 13. 14. & cap. 21. n. 1. Lucas in Euang. c. 1. nu. 17.

3. Reg. c. 17. nu. 1.

A ex Epiphanio, & Dorotheo Tito prodit Alfonsus, sub Iosaphath, & Iorā Regibus Iuda, Achab,& Ochozia Regibus Israel, miraculis,& prophetiæ dono famosissimus, dum in Carmeli monte orationi insistens, septima vice nubeculam paruam, quasi hominis vestigium,è mari conscendentem vidisset,vt ex 3. Regum cap. 18. num.24. intellexissetque ex ea, septima Mundi ætate Virginem nascituram, & Deum hominem Iesum Christum æterni Patris æternum Verbum parituram, ex tunc erga Deiparam Virginem ineffabili affectus deuotione,nonnullis Prophetis, & Prophetarum filijs, quorum non pauci etiam Prophetæ erant, ad Carmelum montem inhabitandum congregatis, in perpetua virginitate,& paupertate,ad eius-
B dem Virginis honorem in Carmelo Religionem instituit, ac eis extra Moysaycam legem, quædam alia sua documenta seruanda, obseruandaque præcepit, anno à creatione Mundi 3133. & ante faustissimum Christi ortum 930. siue iuxtà Franciscum à Sancta Maria, 927. Elias, itaq; primus extitit, qui Dei Matri Religionem dicaret. Primus item qui ex instituto castitatem seruaret,vt inquit Sanctus Hieronymus, Et qui paupertatem profiteretur, vt colligitur ex 3. Regum cap. 18. & testatur Sanctus Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus quadragesimus quartus. Et antequam gloriosus per turbinem eleuaretur in Cœlum, ante diem iudicij iterum in Terram descensurus,vt prædicet hominibus verba vitæ,& doctrinæ spiri-
C tualis oleo electorum corda hominum inungendo impinguet,& conuertat cor Patrum ad filios, & filiorum ad Patres, ne fortè veniens Dominus illos anathemate percutiat, vt ait Propheta Malachias; duplicis sui spiritus hæredem,Deo ipso permittente, indiuiduum suum comitem, Eliseum nomine, vt ex 4. Regum, instituit die 20. Iulij anno à Mundi creatione circiter 3150. & ante Christi ortum 910. in quo tandem mirabiliter, Eliseo ipso conspiciente,& exclamante, fuit delatus in Cœlum. Iuxtà sui Didascoli leges Eliseus item Propheta cæteros Domini Prophetas in Carmelo existentes gubernauit vsque ad decimo octauo Kal. Iulij, sui obitus die Samariæ in Palestina,anno post orbem conditum circiter 3200.& an-
D te Christi Natiuitatem anno 860. Et post ipsum semper Carmeli Montem colentes Prophetæ Domini, iuxtà Moysis,& Eliæ leges vixerunt,& Deiparæ Virgini ingenti cum deuotione inseruierunt, vt tradit citatus Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus, cuius verba sunt. *Curauerunt* (inquit) *ex tunc successores Eliæ cum deuotione assiduè huic Virgini deseruire*. Et cum deinde audiuissent vocem clamantis in Deserto Carmeli (Ioannem Baptistam inquo) Præcursorem Domini, filium Zachariæ, de stirpe Aaron, occurrerunt ei, & adeò complexi sunt humiliter,& deuotè,vt illum etiam in Magistrum multo tempore apud ipsos habere gauisi sint; quinimmò & Auctores Sancti,& grauissimi sunt, qui affirmant, eorum habitum induis-
E se,& Eliæ leges obseruasse. Quandiù Baptista Ioannes Carmeli Montem incoluit,multos sua prædicatione,& sanctitate ad in ibi habitandum concitauit. Quinimmò omnes suis prædicationibus firmiter cum adhæsissent, post Magistri eorum capitis obtruncationem sub Herode Antippa, Thetrarca,Sacrosanctum Domini nostri Iesu Christi Euangelium,sibi in Carmelo ab Apostolis prædicatum, summa fide; summaque constantia receptum, vnà cum Eliæ traditionibus sanctè, & piè obseruarunt exactissimè. Immò verò Sanctorum Apostolorum coadiutores effecti, nouum Domini nostri Iesu Christi Euangelium per Galileam, Samariamque, ac Palestinam constantissimè prædicarunt, vt prodit Ioseph Antiochenus lib. de perfe-

Alfōsus de Villegas, Toletan. in lib. de vitis Patriarchar. & Prophet. antiqui testamēti in vita Eliæ cap. 1.

Petrus Corneius, & Iacobus Salianus in Annal.

P. Francisc. à S. Maria in Chronic. Carmelitarum tom. 1. lib. 1. c. 1.

S. Hieronym. lib. 1. contra Iouinianum.

S. Io: Patriarcha Hierosolym. 44. in lib. de Institut. Monachor. in veteri lege exortor; & in noua perseuerantium. cap. 36.

Malachias Propheta c. 4. n. 5. & 6.

4. Reg. c. 2. n. 10.

Menolog. Græcor. & Martyrol. Romanū sub die 20. Iulij.

Martyrolog. Romanū, Beda, Vsuardus, Ado, & cæteri Latinorum in suis Martyrologiis, nec non Græci in eorum Menologio hac die.

S. Hieronym. ad Eustochium de sermon. Virgin. S. Bernard. Abb. in serm. de priuil. S. Io. Baptist. S. Chrysostom. homil. 1. in Marc. S. Isidor. lib. 2. de offic. cap. 11. Cassian. collat. 18. c. 7. & lib. 1. de Instit. rer. cap. 2. Sozomen. lib. 1. hist. S. Macharius serm. ad Monachos, S. Ambros. epi. ad Vercell. cap. 14.

S. Ioann. Patriarc. 44. Hierosolymitan. lib. 2. de Instit. Monach. Paleonidorus Bactaus lib. 2. cap. 1. Carthagena lib. 17. Philipp. Abb. Hierosolymitanus in exposit. super illud Ioannis, Miserunt Iudæi, & alij citati à Sebast. de Alexandro in suo discursu Apologetico Carmeliticæ suæ Religion.

perfectione Militum primitiuæ Ecclesiæ cap. 12. cuius sunt formalia. A *Apostolorum coadiutores surrexerunt strenuissimi viri solitarij, contemplationique dediti, sanctorum Prophetarum Eliæ, & Elisei imitatores, qui de Monte Carmelo descendentes per Galileam, Samariam, & Palestinam fidem Christi constantissimè sparserunt, & Templum Virgini sacratissimæ dedicarunt immediatè*. Adeò cara extitit, suauis, & iucunda Dei Matri Mariæ Carmelitarum Religio, vt Carmelitas ante, & post sui Vnigeniti ortum pluries, pluriesque personaliter visitare, & tanquam proprios fratres, aut filios in prætium habere, sibi non iudicaret indignũ. Astipulantur hoc nonnulli, in primis Riccardus Rodulphi Ardmacanus Hiberniæ primas, vt refert Thomas Vualdensis, cuius hæc sunt verba. *Erat huius Ordinis soror nomine Maria, quæ dum de Nazareth in montana Carmeli conscendere statueret, pluries dixit filio suo: Vadam, & narrabo nomen tuum fratribus meis, patris Eliæ filijs. Et quid putas Ordo Carmeli responderit? Vtique illud Sanctissimæ Elisabeth verbum: vnde hoc mihi, vt veniat Mater Domini mei ad me? Atque illud verbum institutoris Eliæ: Mulier, da mihi filium.* Et Martinus Italus in suis Chronicis inquit. *Ad eos autem, qui ineunte tempore superioribus ex Prophetis originem traxerunt, Sanctam Dei Genitricem, cum in humanis ageret, sicut Matrem ad filios sæpenumero venisse legimus*, & Baptista Mantuanus Carmelita id etiam ità describit. B

Thom. Vualdensis de Sacram. tit. 9.

Martin. Italus in Chronic.

Baptista Mãtuanus.

In vidua deserta domo rerum indiga Virgo, C
Coniuge defuncto, natoque in regna recepto,
Ducebat tristi vitam mœrore iacentem.
Palladiæ collum dederat cui nomina syluæ,
Et loca, quæ curare magis, quondam illa solebat
Assidue, tanquam prolem visura, petebat. Et inferius.
Huc igitur, si quando quies, vacuumque negoti
Tempus erat, veniens, curas tenebat, & ipsa
Maiestate loci largè oblectata, redibat.

Et post gloriosissimam eius Assumptionem Eliæ Professores, Altare in eiusdem Sanctissimæ Virginis memoriam erexerunt intra ante dictum Templum, quod ipsi post receptum Euangelium instituerant in vna parte Carmeli apud Vrbem Nazareth prope fontem Eliæ; vbi Carmelitæ præfati seipsos huic Sacratissimæ Virgini commendantes, singulis diebus in septem horis Canonicis ad effundendum Mariæ Virgini præces, & laudes, etiam tunc semper conueniebant. De quo hæc in historia, quæ Romana dicitur. *A tempore Eliæ, & Elisei Prophetarum Religiosi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmelo, iuxtà Ciuitatem Dominæ nostræ Nazareth, solebant inhabitare vsque ad tempora Saluatoris: qui tandem, prædicantibus Apostolis, in fide confirmati, in vno latere ipsius montis primò Ecclesiam, in honorem Virginis Mariæ construxerunt.* Et notandum iuxtà allata dictæ historiæ verba, quod non omnes Eliæ professores immediatè post sibi prædicatum, & receptum Euangelium ædificauere Templum Dominæ nostræ; sed tantùm illi, qui Carmelum incolebant. Siquidem inter cæteros, quos in discipulos habuit Elias, iuxta Sanctum Ioannem Patriarcham Hierosolymitanum 44. cuius summa cum laude meminere Auctores non pauci, sanè fuerunt Eliseus, Ionas Propheta, Michæas Propheta, & Abdias Propheta. Elia in Cœlum euecto. Eliseus Carmelum incoluit, cum suis discipulis, qui cum multiplicari cœpissent, & locus, in quo erant, eos capere non posset, prope Iordanem amnem ex virgulis sibi cõstruxere

D

Historia Romana.

E

Historia Ecclesiast. c. 11. Prosperus Aquitanicus, Genadius de viris illustrib. Sigebert. in sua Chron. Vinc. Bellou. in Spec. hist. lib. 20. c. 7. Paul. Morig. de orig. Rel. lib. 1. c. 30. & alij.

A ſtruxere Cœnobium, vt ex 4. *Reg. cap.* 6. *nu.* 1. *&* 2. Ionas Sareptam, Abdias cum multis Samariam, alij Bethel, alij Iericum, alij Galgal, maiorem quorum partem ante diſceſſum viſitauerat Elias de Domini voluntate, vt ex 4. *Reg. cap.* 2. Itaque tantùm Carmelitæ ante Virginis Aſſumptionem primum ei dedicauere Templum, & immediatè poſt eius tranſitum primum conſecrauere ſacellum, cuius in obſequium Virginis conſtructi ſacelli meminerunt multi, Riccardus Rodulfius Ardmacanus, primas Hiberniæ, in quodam ſermone, quæ incipit *Aue Maria*, quem in Eccleſia Carmelitarum Auinionenſi coram cœtu Cardinalium prædicauit de Conceptione, quem refert Paleonidorus Bactauus, Carmelita, in libro *de antiquitate, & ſanctimonia Carmelitarum*, Hieronymus Plato *de bono ſtatus Religioſi*, Paulus Morigia Ieſuanus *de origine Religionum*, Ioannes Trithemius *de laudibus Carmelitarum*, & Baptiſta Mantuanus ſubdit.

B

Propterea montana viri ſpelæa colentes,
Audito illius fato, ſublime ſacellum
A priſcis poſuere iugis primi, atque quotannis
Sacra inſtaurantes, hymnos, & thura ferebant.

Quo autem anno huiuſmodi Sacellum inſtituerint Carmelitæ, adhuc mihi incompertum. Sanctus Ioannes Patriarcha Hieroſolymitanus apud noſtrum Chryſoſtomum Henriquez tradit *Monachos Carmelitas anno In-*
C *carnationis Filij Dei* 83. *ædificaſſe Virgini Cappellam quandam in monte Carmelo iuxta fontem Eliæ, vbi profeſſores præfati ſeipſos huic Virgini commendantes ſingulis diebus in ſeptem horis canonicis ad effundendum dictæ Virgini, & eius Filio ſedulas praces, & laudes, etiam tunc ſemper conueniebant.* Quare cum Mantuanus cecinerit, Sacellum fundatū fuiſſe audito Virginis fato; & S. Ioannes Patriarcha anno Domini 83. illud ædificatum tradiderit; dubio procul deberemus aſſerere, circa hunc annum Virginem ſacratiſſimā ad Cœlos aſſumptam fuiſſe, quod nullus Auctor grauis auſus eſt aſtruere: & conſequenter fateri cogeremur, mendacium protuliſſe eos, qui in actis Carmeliticis regiſtrarunt, Sanctum Iacobum minorem, fratrem Do-
D mini, Alfei, & Mariæ Cleophæ filium, ac Iudæ Thadæi fratrem, à SS. Apoſtolis anno Domini 33. in Hieroſolymitanum Epiſcopum ordinatum, ſoluta præclara exequiarum Virginis ſolemnitate, ad Carmelitarum inſtantiam, præfatum Altare in Virginis erexiſſe memoriam. Siquidem S. Iacob. Minor Hieroſolymis ann. Domini 63. occiſus habetur ex Chronico Euſebij Cæſarienſis, his in verbis. *Anno Domini 63. Iacobus frater Domini, quem omnes iuſtum appellabant, à Iudæis lapidibus opprimitur.* In hunc eundem annum referunt S. Iacobi martyrium Ioſeph Hebræus, S. Hieronym. Baronius, Panuinus, & omnes alij quotquot extant: & addunt eodem ann. 63. Simeonem, Cleophæ filium, illi in Hieroſolymitano Epiſcopa-
E tu fuiſſe ſuffectum. Verùm diſcordantia poſſent concordari, ſi credatur, ex amanuenſis inaduertentia, aut typographi incuria, in libro citato Ioānis Patriarchæ pro anno Incarnationis Filij Dei 58. aut 48. irrepſiſſe 83. Nam ſi annis 58. Incarnationis Dominicæ addantur anni 15. quos habebat Maria, quando concepit de Spiritu Sancto æternum Verbum, habebitur tota ætas Virginis nimirum 73. annorum, iuxta S. Epiphanium, Cedrenum, Caniſium, Baronium, & alios, docentes, Deiparam ſuperuixiſſe filio ſuo annos 25. qui additi, anno 34. paſſionis filij ſui, conſtituent numerum 58. obdormitionis ipſius: in quo ſuperſtes adhuc erat S. Ioannes Frater Domini, & conſequenter poterat præfatam aram ad Carmelitarū

Riccardus Rodulph. Ardmacanus, Primas Hiberniæ in ſerm. de Conception. Paleonidorus Bactauus, Carmelit. in lib. de antiq. & Sanctimonia Carmelitar. lib. 1. cap. 1. Hieronym. Plato de Bono ſtatus Religioſi lib. 2. c. 22. Paul. Morigia de orig. Relig. lib. 1. cap. 30. Ioann. Trithem. de laudib. Carmelit. c. 7. Baptiſta Mantuan. Ioſeph Antiochenus de perfect. milit. Ioannes Cartag. in feſto B. Mariæ de Monte Carmelo tom. 4. lib. 17. homil. 3. & alij omnes eius Carmel. Religion. ſcriptores. S. Io: Patriarcha Hieroſolymit. in lib. de Inſtitut. Monach. in vet. lege exortorū, & in noua perſeuerantium c. 36. apud Chryſoſt. Henriq. in notis ad Menolog. Ciſterc. ſub 5. Aug.

Flauius Lucius Dexter in Chron. ad ann. 63.

Ioſeph Hebr. Iudaic. ant. lib. 20. cap. 8. S. Hieron. de Script. Eccleſiaſt. Card. Cæſar Baron. annal. Eccleſiaſt. tom. 1. Honufrius Panuin. in Chronol. Eccleſiaſt. & alij.

S. Epiphan. in lib. de vita B. Virg. Cedrenus in Compend. hiſtoriar. Caniſius lib. 5. de Virgine cap. 5. Baron. vbi ſupra.

instantiam Virginis nomini erigere, & consecrare. Et multò magis idem poterat efficere, si dicatur, Deiparam è viuis sublatam in Cœlum anno Dominicæ Incarnationis 48. qui, si demus, vt Epiphanius docet, & Baronius credit in suis annalibus, probatque Tostatus quæst. 91. in Matthæū, in quintodecimo suæ ætatis anno filium peperisse, fuit Virginis ætatis sexagesimus tertius. Et hanc sententiam communem declarat fidelium deuotio, dum in memoriam annorum vitæ Matris Domini recitant coronam Salutationum Angelicarum numero 63. Nec huic sententiæ contradicit obscurum S. Dionysij Areopagitæ testimonium lib. 3. de Dominis nominibus cap. 3. quod Iuuenalem, Ioannem Damascenum, Epiphaniū, aliosque multos, & quidem Sanctos, ac doctissimos viros, ad credendum induxit, cum Mariæ funeribus interfuisse cum Hierotheo, & multis alijs Apostolis, atque Discipulis. Qui cum fuisset Athenis ab Apostolo Paulo conuersus ad fidem anno à Natiuitate Domini 52. vt Baronius probat vbi supra, & tùm præ mora in propria Ciuitate, quam triennalem astruit extitisse Bernardus Roberti à Crypta Mineruæ Capuccinus *in suo itinerario anima ad palmā Virgineam*, vt sub Pauli disciplina ipse, & Hierotheus doctissimi euaderent, quales constat *cap. 3. de diuin. nomin.* illo tempore fuisse; tùm etiam præ itineris distantia, ante annum 58. aut 57. vt Baron. credit, nequiuerint Hierusalem appulere, verisimiliter crediderunt, Mariam hoc anno in Cœlos assumptā; cui si addatur numerus 15. annorum, quos habebat, quando peperit Saluatorem, constituetur numerus 73. aut 72. annorum ætatis Virginis. En S. Dionysij Areopagitæ verba, è græco in latinum à fidelissimo, & primario eius interprete, Marsilio Ficino transcripta. *Conuenimus quandoque apud Pontifices nostros, Deo plenos, vt nosti, nos simul, & ipse* (Hierotheus nempe, de quo agebat) *multique sancti Fratres nostri, visuri corpus illud, quod vitæ Principem, Deumq; suscepit. Vbi aderant, & Iacobus frater Domini, & Petrus, excelsum, & antiquissimum Theologorum culmen. Illic ergo post contuitum placuit, vt Pontifices omnes pro viribus quisque suis infinitè potentem virtutis diuinæ bonitatem laudarent. Hierotheus autem alios omnes ibi Doctores sacros, vt nosti, post ipsos Theologos superauit; totus extra se positus, & eorum, quæ laudadat, communionem patiens.* Non inquam alteri sententiæ officit hoc Areopagitæ testimonium; nam vt exposuit doctissimus ille vir Hilduinus in Areopagitā, qui iubente Carolo Magno Dionysij digessit historiam, quàm habemus apud Surium, S. Dionysius citato, & adducto testimonio *de diuinis nominibus lib. 3. cap. 3.* minimè agit de transitu Virginis, nec asserit, se, & Hierotheum Mariæ funeribus interfuisse: sed tantùm quod aliquando conuenerint ipsi duo cum Petro, & Iacobo Alphæi, & alijs Discipulis, visuri sepulchrum Domini reuerentiæ, gratitudinis, ac deuotionis gratia. Quæ Hilduini explicatio nonnullis placuit, & placuisset etiam Baronio, si sibi satisfecisset, credens, quod Iacobus, frater Domini, & Petrus, multiq; Discipuli Domini, Hierosolymæ commorantes, Dionisij, & Hierothei famam eximiam audientes, & videntes, quod Hierosolymam, & ad eos tunc primò accesserant, gaudentes de eorū in fide profectu, ad magis ergo Christum eos inflammandos, & in fide stabiliendos, ad singula quæque sacrosancta Hierosolymorum loca, in quibus Saluator omnium Christus Dominus salutis opera explere dignatus erat, visitanda, maximè verò ad locum sepolturæ, quæ vitæ Principem, Iesum Christum susceperat, traduxerint. In adducto enim S. Dionysij testimonio, nihil est, vt patet, quod

A B C D E

Tostatus quæst. 91. in Matthæum c. 2.

Iuuenalis Hierosolymor. Episc. cuius orationem refert Nicef. lib. 15. c. 14. Io: Damascen. ser. de Dormitione S. Deiparæ, Andreas Cret. serm. de eadē, Metaphrastes die 15. Augusti, Euthim. in hist. cit. à Damasc. Glicas in Annalib. & alij.

Bernard. Roberti à Crypta Mineruæ Capuccinus in suo Itin. anim. ad palm. Virgineam, tit. de num. annor. B. V. §. Addā.

Marsilius Ficinus.

Hilduin. apud Laurentium Sur. tom. 5.

A ad transitum Virginis referri possit: & omnia ad Sanctum Domini sepulcrum facillimè referuntur. Siquidem si de transitu ageret Virginis, non diceret, quod ipsi conuenissent Hierosolymis, *visuri corpus illud, quod vitæ Principem, Deumque suscepit*, sed interfuturi migrationi eius, quæ vitæ Principem, Deumq; suscepit: immò nec ad videndum corpus dumtaxat, sed ad videndum eam viuam, priusquam transiret ad suum Vnigenitum. Quod si quis velit, vt Dionysius Virginem, vita præditam, nuncupet *corpus*, dubio procul inusitatum inducet loquendi modum, non enim vsque nunc repertus est aliquis, vel mediocriter doctus, qui tali loquendi modo sit vsus. At verò monumentum, siuè sepulcrum Domini, quod, Matthæo, *Matth. c. 27. Marcus c. 15.*
B & Marco testibus, *excisum erat de petra*, opportunissimè appellatur *corpus, quod Deum, vitæ Principem suscepit*. Et rectè Christus hic nuncupatur *Princeps vitæ*, vt de eo specialiter diceretur, quod erat *inter mortuos liber*; & is, quem illud suscepit mortuum, erat nihilominus Princeps vitæ. Rursus hoc ipsum denotat Dionysius, cum subdit, *Illic ergo post contuitum, placuit, vt Pontifices omnes, &c.* Nihil ergo aliud facere Apostoli, & Discipuli Domini, nisi videre, & contueri: quod sepulcro Domini apprimè congruit, Virginis verò corpori minimè; quod nimirum non solùm viderint, sed etiam sepulturæ mandarunt. Adde, ibi cum Dionysio nō omnes Apostolos astitisse, sed duos tantùm, Iacobum nempe fratrem Domini, & Pe-
C trum, (in hoc sanè non pauci hallucinantur) duos enim præfatos tantūmodò Dionysius exprimit. Si enim Paulus astitisset, vtique de Magistro suo mentionem fecisset. Idem dicendum de Ioanne, qui in transitu, & rebus Virginis, dum inter mortales extitit, semper egit partes primas; præsertim verò, quia Dionysius ibi numerat summos illos Theologos, qui astiterant, quam nomenclaturam inter omnes alios Apostolos sibi optimo iure Ioannes comparauerat, quando supra pectus Domini recumbēs, fuerant sibi secreta cœlestia reuelata. Insuper si Iacobus, & Petrus præ cæteris nominandi essent, ideò fieri poterat, quia peculiare aliquid illic egissent, aut dixissent, quod non patet ex Dionysij verbis, sed simpliciter
D dicitur, *vbi aderant Iacobus, & Petrus*. Et nec nomine *Pontificum*, illis verbis, *Conuenimus quandoque apud Pontifices nostros Deo plenos*, solos Apostolos Dionysius subnotauit; sed Episcopos omnes, qui illic erant; *vbi aderant Iacobus, & Petrus*, scilicet cum ipsis, seù inter ipsos: quandoquidem postea Hierotheum numerat inter Pontifices, qui tamen non erat Apostolus, sed Athenarum Episcopus, vt tradit Menologium Græcorū. *Illic ergo post contuitum placuit, vt Pontifices omnes, pro viribus quisq; suis, infinitè potentem virtutis diuinæ bonitatem laudarent. Hierotheus autem omnes alios ibi Doctores sacros, post ipsos Theologos, superauit, totus excedens, totus extra se positus*. Quare si placuit, vt omnes Pontifices hymnos
E dicerent, & Hierotheus etiam dixit, procul dubio inter Pontifices numeratur: proindeque nomine Pontificum, iuxta Dionysij mentem, non veniunt tantùm Apostoli, quos peculiari nomine Theologos appellauit, sed etiam Episcopi, inter quos erat Hierotheus Athenarum Episcopus, vt cum Græcorum Menologio diximus. Falsum est, quoque id, quod Cæsar Cardinalis Baronius loco supra citato notauit, scilicet illic etiam Timothæum adfuisse, cui suum opus S. Dionysius dedicauit, vt ex inscriptione libri de Diuinis nominibus. Siquidem phrasis illa, *conuenimus quandoque*, non complectitur vtrumque Dionysium scilicet, & Timothæum; sed est familiaris Dionysio loquendi modus, quo toto illo libro vtitur, suam

Beda Presbyter in homil. super Ioann.

Menolog. Græcor. & ex eo Vsuardus apud Molanum sub die 4. Octobris.

propriam personam exprimens, vt verba præcedentia manifestant. *Praterea & ipse ad eadem sæpè nos exhortatus es: librumque ipsum, vt supra modum excellens quicquam, remisisti* (ad Timothæum scribit) *Quamobrem nos quoq; ipsum velut perfectorum, senilemq; amimorum magistrum, ijs dumtaxat assignamus, qui intelligentia cæteros antecellunt, &c.* & post pauca. *Nos autem ijs, qui nobis propinquiores sunt, pro ingenij nostri proportione, diuina trademus, &c.* Et post pauca sequitur, *Enim vero diligētissimè id obseruauimus, vt quæ diuinus ille præceptor planè nobis expressit, nunquā attingeremus; ne fortè repeteremus eadem, ad id exponendū, &c.* Et alia nonnulla in hunc eundē modū. Neq; verum est, Apost. Paulum cum suis discipulis Dionysio, & Hierotheo anno a Christi Natiuit. quinquag. octauo Hierusalem aduenisse, A
vt inquit Bernardus Roberti Capuccinus. Nam anno Domini 57. qui fuit Neronis 2. teste S. Hieronymo, Paulus peruenit vinctus Romam, vbi *mansit biennio toto in suo conducto*, vt ex *Act. cap. vlt. num.* 30. Vnde anno 58. non potuit Hierosolymis adesse. Immò postquam semel Romā venit, nunquam reuersus est in orientem, vt ipse de se prophetauerat *Act.* 20. *num.* 25. *Et nunc ecce ego scio, quia amplius non videbitis faciem meā vos omnes, per quos transiui prædicans Regnum Dei.* Petrus vero ad minimū rediit bis: semel anno Dom. 48. in quo Concilium fuit celebratum, & iterum anno, quo Dionysius Areopagita, & Hierothæus Hierosolymam appulerunt. Atque hæc sint satis de transitu Virginis, & Dionysiani testimonij explicatione. Cæterum certum, & indubitatum est, Carmelitas post Virginis in Cœlos assumptionem per manus S. Iacobi Apostoli, fratris Domini, primum ei Sacellum erexisse, vt cum Riccardo Rodulphio, Palconadoro Bactauo, Hieronymo Plato, Paulo Morigia, Ioanne Trithemio, Baptista Mantuano, & alijs, supra diximus. Notanter dixi, *Carmelitas post Virginis assumptionem primum ei Sacellum erexisse*; nam vt notauit noster Chrysostomus Henriquez in notis ad Menologium Cistercienfe sub die 5. Augusti, S. Iacobus Apostolus, Zebedei filius, dum Hispaniam peragraret, vt tradit Flauius Lucius Dexter, anno Domini 36. iussu, & præsentia B. Virginis, primum ei Templum, siue Oratorium super columnam in Vrbe Cæsaraugustana erexit. Astipulantur huius historiæ veritatem noster Gualbertus, Maxinæus, Vasæus, & alij multi. Cæterum, vt ad historiam nostram redeamus, & cū hæresiarcha Nestorius Constantinopolitanus Episcopus, suas in Beatissimam Mariam Deiparam sacrilegas denunciasset detractiones. Dicebat enim Mariam Virginem non Matrem Dei, sed Hominis tantùmmodò, vt sic aliam personam faceret carnis, aliam etiam personam faceret Deitatis, & ità auferebat omninò Dei Maternitatem a Virgine sacratissima. Solus Cyrillus Alexandrinus Episcopus, qui fuerat Carmelitanæ Religionis alumnus, & in Mariana deuotione, & Religione educatus, a Nestorianis blasphemijs Mariam vindicauit, ac varijs rationibus e sacræ scripturæ desumptis abyssu, Dei Maternitatem propugnauit in ducentorum medio Patrum, contra Nestorium in Ephesina congregatorum Synodo, temporibus Theodosij iunioris, & Sancti Celestini Romani Pontificis, huius nominis primi, estq; eius mentio in iure Canonico. Quo quidem in tempore Eliæ Professores à quibusdam Eremitæ nuncupabantur, à multis Religiosi, à non paucis Monachi, à nonnullis Carmelitæ, sed frequentissimè, & ferè communiter Fratres B.Mariæ Virginis vocitabantur. Isti itaque Sacratissimæ, intemeratæque Virginis Fratres, Mosayca omissa lege, Sanctum Iesu Christi Euan-

Bern. Rob. Capuccinus in suo Itinerario animæ ad palm. Virgin. tit. de num. annorum B. Virg. §. Hic annus.
S. Hieronym. lib. de Script. Eccl. in Paulo.

Gualbert. Fabricius Cist. in Chron. Marinæus lib. 5. de Sacris adibus, Vasæus ann. 36. et 44. Beuterus p. 1. Chron. Hisp. cap. 25. Damianus à Goes in Genealogia Regum Hisp. tom. 2. Hisp. illustratæ, Stephan. Garibay in Compend. hist. Hisp. lib. 7. c. 3. & 4. Morales lib. 9. c. 7. Rom. lib. 1. c. 3. Ludouic. de Estrada Abb. Hortēsis 2. p. Rosarij fol. 112. Canisius lib. 5. de Deipara c. 21. & 23. Andreas Betendorpius de Apparitionib. Spiritui c. 11. & alij.
Canon. Prima autē. dist. 16.

A gelium, itemque Eliæ documenta obseruauerunt exactè vsque ad Dominicæ Natiuitatis annum quadringentesimum duodecimum. In quo Caprasius Prior Carmelitarum, vir omnibus numeris eruditus,& pius, regulam, quam in ipsius gratiam composuerat, excerpseratque è vita Eliæ, eiusdemque documentis, Græcarum litterarum institutionibus,& magni Basilij Cæsariensis Episcopi Regula, Sanctus Ioannes Patriarcha Hierosolymitanus quadragesimus quartus,& tàm ipsius Caprasij, quàm Carmelitarum omnium olim Prior, suis tradidit subditis obseruandam. Prior iste Caprasius aduersus Eutychianos hæreticos, qui Christum post humanam assumptionem in duabus naturis negabant existere, & tantùm diui-

Paul. Morig. Iesuan. de orig. Relig. lib. 1. cap. 30.

Carolus Tapia de Religiosis reb. Verb. Monasteria. cap. 17. nu. 10.

B nam in vnico esse naturam asserebant, fratres, discipulosque suos, sanctum Dei Euangelium misit ad prædicandum,& catholicæ nostræ fidei verbum ad defendendum etiam in sacra Chalcedonensi Synodo, à sexcentis triginta Patribus celebrata sub Pontificatu Sancti Leonis primi, cognomento Magni, Romani Pontificis, & Imperio Martiani. Quo quidem in conflictu adeò præualuere Carmelitæ, vt prorsus exinanita, atq; penitus damnata Eutychiana hæresi, nostræ articulus fidei viginti septem fuerit corroboratus canonibus. Post hæc Cosdroa Persarum Rex, & Christianorũ Tyrannus, postquam Mesopotamiam, & Syriam occupasset, sacra Hierosolymitana loca prophanasset, viuificæ Crucis Lignum abripuisset, Zacha-

C riamque eiusdem Vrbis Episcopum captiuasset, antedicto Carmeli Templo tantum intacto, illibatoque remanente, omnia Sanctissima Illustrissimi huius Instituti Cœnobia, Colonum cum ineffabili sanguinis effusione, solo æquarunt, circa Dominicæ Natiuitatis annum sexcentesimum quartodecimum. Et licèt ab Heraclio Cosdroa, Persarum Rege, deuicto, recuperatoque sanctæ Crucis Ligno, eoque cum Zacharia Hierosolymitanis restituto, aliqua eorundem Cœnobia fuerint ex parte restaurata circa annum trigesimum supra sexcentesimum, vt prodit Dei famulus noster Ioachim Abbas super Apocalypsim, ipsique rehabitauerint illa: ab Humar tamen, Arabum Rege, Christiani nominis hoste infensissimo, & pes-

Abbas Ioach. super Apocalypsim par. 1. c. 2. textu 31.

D simi seductoris, impijque legislatoris Mahumeti, nuper defuncti, discipulo, Ægypto, Phœnicia, Idumea, Iudæa, Samaria, Galilea, Palestinæ regionibus, ac tota Syria eius imperio subiugatis circa annum Domini sexcentesimum trigesimum sextum, postquam fuissent trucidati centum quadraginta millia Carmelitæ, vt tradunt Nicolaus Lyrensis, Sanctus Cyrillus Propheta, Prior,& Presbyter Montis Carmeli, & alij, præfato etiam sacrosancto Phano tantùm excepto, iterum fuere diruta, & totaliter prophanata. Item paucis superstitibus Carmelitis, quia ad instar eius Satraparum, aliàs Præfectorum, albo panno tegebantur, vt habitum panno coloris albi,& cinamomij consitum deferrent in futurum, sub graui pœna

Nicolaus Lyrensis in c. 8. Apocal.

S. Cyrill. Prior, & Presbyter lib. de peculiaribus Carmelitar. Ordinis gestis, Cartagena lib. 17. obiect. 9. Iustinianus Predicator. Ord. in Chron. Tolos. & alij.

E legem dedit ille Tyrannus. Qui cædem sic diram euaserant, sic induti incedentes, dispersim, seorsimque diuersa infidelium loca inhabitarunt. Capta deinde per pijssimum Gothifredum Bulionem, vnà cum tota Syria, sancta Vrbe Hierusalem anno Domini 1099. quintodecimo die Mensis Iunij, die Veneris, hora nona, sub Pontificatu Vrbani secundi, Henrico quarto,& Alexio Comneno Imperantibus, perseuerante in ea Christianorum Principum imperio, (nam deinde anno Domini 1184. vt tradit diligentissimus,& æque doctissimus Pater Paulus Morigia Iesuanus, siue anno 1185. vt refert Maginus, Rutilius, & alij, per Saladinum Persarum Regem Sarracenis iterum subacta fuit, Lucio tertio Pontifice Dei Eccle-

Paulus Morigia Iesuan. de orig. Relig. lib. 3. cap. 3. Ioannes Arsen. Magin. in

Geograph. Verb. Palestina, Rutilius Beninensis in fine Almanachi, & alij. Supra c. 15. pagina

ſiam regente, vt aliàs diximus) Almericus Patriarcha Antiochenus Car- A
melitas diſperſim degentes,& in peculiaribus cellulis viuentes, ad eorum
Cœnobia, per deuotiſſimos Chriſticolas in parte reſtaurata, ſub Ponti-
ficatu Alexandri Papæ tertij anno Domini 1160. reuocauit, vt tanquam
Monachi in communi viuerent. Et Capraſij regulam a S. Ioanne Patriar-
cha Hieroſolymitano compoſitam, vt diximus, idem Almericus è Græco
ad latinum idioma conuertit. Hoc quoque tempore Carmelitarum Cœ-
nobia per Priorem latinum gubernari cœperunt. Sanctus Albertus ſub-
inde Patriarcha Hieroſolymitanus, Doctor egregius dū agebat Bethlee-
mitam Epiſcopum, aliam à ſe ex Eliæ Prophetæ vita, Sancti Baſilij Magni
regula, ex dicto S. Ioannis Patriarchæ Hieroſolymitani libro, excerptam B
regulam Carmelitis, eorumque Priori, Brocardo nominato, viro ſanctiſ-
ſimo præſtitit obſeruandam anno Domini 1171. die 13. Ianuarij ſub ter-
tij Alexandri noſtri Papæ Pontificatu. Hanc tandem Alberti regulam
Honorius tertius, à ſacratiſſima Deipara Virgine nocte quadam præmo-
nitus; vt quidquid eius dilectiſſimi Fratres Carmelitæ ab ipſo peterent,
concedere non renueret, peculiaribus ſuis litteris confirmauit ann. Do-
mini 1227. & ſui Pontificatus anno 10. Honorius ſubinde quartus, vt
Author Menol. Carm. tradit reformato eorum habitu, qui erat pallium
albi,& cinamomij coloris, iuxta legem, vt diximus, Regis Perſarum; ſiuè
vt quidam alij produnt, iuxta traditiones priſcorum, aſſerentium, etiam C
Eliam, eorum Inſtitutorem ſimili pallio fuiſſe tectum, eoſque proprium
Fundatorem, & Monarcham ſemper fuiſſe in pallio æmulatos; cum pallio
albo eiuſdem coloris caputium coniunxit, & interius indumentum cum
caputio,& ſcapulari cinamomij coloris a Deipara Virg. B. Simoni Stoch
poſt Broccardum Carmelitarum Priori mirabiliter tradito etiam conceſ-
ſit. En Honorij tertij Bullæ verba *Honorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.
Dilectis filijs Priori,& Fratribus Eremitis de Monte Carmelo ſalutē, & Apo-
ſtolicam benedictionem. Vt viuendi normam regulariter à bona memoria Al-
berto Hieroſolymitano Patriarcha editam, quam ante generale Concilium La-
teranenſe probaſtis humiliter ſuſcepiſſe, in poſterum vos, & ſucceſſores veſtri,* D
*quantum cum Dei adiutorio poteritis obſeruetis in remiſſionem vobis iniungi-
mus peccatorum. Nulli ergo &c. Datum Reate 3. Kal. Februarij Pontificatus
noſtri anno* 10 Cur pro Ordinis confirmatione Carmelitæ Pōtificem ſup-
plicarint, rationem reddit Menologium eorum, Petro Thoma Sarraceno
Carmelita de Bononia Auctore. *Sub idem tempus* (vitæ ſcilicet B. Simo-
nis Stochij, quam deſcribit num.8.pag.288.) *Romæ conuocatum eſt Oecume-
nicum Lateranenſe Concil. omnium Europæ celeberrimum, cui Innoc. 3. P. M.
præfuit, interfueruntque duo Orientales Patriarchæ, Ridulphus, qui ſucceſſerat
B. Alberto Leodiēſi, & Conſtantinopolitanus, reliqui præpediti. Archiepi-
ſcopi 71. Epiſcopi 412. Abbates 12. Priores Conuentuales 800. ſumma 1284.* E
*non enumeratis Imperatorum Legatis. Regum Franciæ, Hiſpaniæ, Angliæ, Vn-
gariæ, Poloniæ, Siciliæ, Hieruſalem,& Cypri: in quo quidem edita ſunt 70. ca-
pita ad mores Eccleſiaſticæ diſciplinæ emendandos. Inter quæ illud ſane inſi-
gne, in cap. 13. ne noua Religiones permitterentur, vt in cap. ne nimis, de Reli-
gioſis domib. Quare poſt Concil Later. Romæ, & alibi decreta illa Carmelit.
diffuſioni, ac dilatationi in Europa impedimento eſſe cœperunt, vt ex Ioanne Pa-
leon. lib. 3. cap. 5. Primò quia latebat eos Carmelitarum Inſtitutum, Regulam ab
Alberto Patriarcha, ordinaria ſua poteſtate, ante Concilium prædictum Later.
ann. 1215. celebratum, accepiſſet, anno videlicet 1161. ſecundo, quoniam ver-*

ba

Menol. Carmelitar. in vit. S. Alb. Hieroſolymor. Patriarchæ.

A *ba Lateranensis Concily preceptiua, firmiter prohibemus ne quis de catero nouam Religionem inueniat, vt in cap. Religionum, non eodem modo ab ordinarijs locorum interpretabantur. Dubio verterunt num ante Concil. Lateranense, Carmelitarum extaret Ordo, regulamque haberet certam. Quare cum vehementi quorundam peruicacia, vehementi item persecutione præmerentur Carmelitæ, Dominum Rodulphum Hierosolymorum Patriarcham B. Alberti successorem, qui Lateranensi Concil. interfuit, consulunt; quibus suadet, Honorium 3. Innoc. 3. locum possidentem, pro Alberti Regula declaratione, atq; confirmatione fidenter adire. Resthe ad Vrbem veniunt, Pontificemq; humili orant supplicatione, vt antiquissimo Prophetarum instituto pro immensa, qua pol-*
B *let in Ecclesia religione, ac pietate, auxilio esse non dedignaretur; Regulamque ab Alberto Patriarcha ex D. Basily scriptis excerptam, Carmelitisque longè ante Concilium Lateranense consignatam sua confirmatione validari ad præscriptum Concily, nuper Romæ celebrati, ad abolenda litigia, & religiosam consequendam quietem dignaretur. Annuit benignè Pontifex summus, &c.*

Et ex tunc mirum in modum sanctissima plantatio ista extra Carmeli desertum ramos suos extendens, Galliam, Angliam, Hispanias, necnon Italiam, Græciamque, atque Siciliam breuissimo temporis cursu repleuit, illustrauitque, & fragrantia fructuum spiritualium Deiparæ fratrum Vrbes, & oppida incolantium, ab omnibus dignosci cœpit. Hinc est videri
C quomodo allatum vaticinium sacro Carmelitarum Ordini quadret ad vnguem, ac ex omni parte conueniat. Comperti siquidem sunt Carmelitæ in Ecclesia Dei Doctores, Prædicatoresque fideles, iuxta Magni nostri Ioachim Prophetæ Domini verbum, qui terrena, carnaliaque corda, vt ad Deum conuertantur, verbo sanctæ prædicationis omni plaga percutiunt; & cum venerit plenitudo temporis, non secus ac eiusdem Ordinis prænominati Sancti Patres imposuerunt Nestorianis, Eutychianis hæreticis, ipsi tumidis Magisterijs silentium studijs suis ponent, semper summi Romani Pontificis fasces, prout adorant, adoraturi, eiusdemq; mandatis parituri, tanquam veri professores Eliæ, qui contra Achab, & Ochoziam 3. Reg. cap. 21. n. 17. 4. Reg. c. 1. n. 16.
D Reges Israel Domini verbum enunciauit, quod & significant verba illa. *Ordo futurus ad obedientiam summi Pontificis dirigetur*. Nam prius non summo Pontifici, qui est Romanus Pontifex, sed Hierosolymitano Patriarchæ subdebantur, vt patet ex dictis. Dicitur nouus, siue nouiter horum prædicantium Ecclesiæ ortus, quia sub Honorij tertij Pontificatu ab Europeis cognitus, & nec priùs quàm ab ipso Pontifice Honorio, ac à sancta Apostolica sede approbatus; non quod antea non extiterit, cum fuerit institutus à Prophetis, illustratus ab Apostolis, & restitutus à Doctoribus tertij temporis Ecclesiastici. Dicitur *initiatus à Prophetis, Apostolis, & Doctoribus tertij temporis* secundum diuersa in diuerso tẽpore ab istis Car-
E melitarum Ordini tradita instituta. Siue dicitur, *initiatus à Prophetis, Apostolis, & Doctoribus tertij temporis Ecclesiastici*, quia erat incompletus, nam non erat approbatus à summo Romano Pontifice, Iesu Christi in terris Vicario, vniuersalis Ecclesiæ capite, & Religionum omnium, ac Ordinum Patre supremo, & sine cuius auctoritate nulla Religio, à quo tandem omne complementum, & perfectum habuit per patentes litteras Apostolicas post datum à sanctissimo Vate nostro præsagium anno trigesimo, & à primaria sua institutione circa annos 2157. *Carus, cognitus, & electus, & acceptatus à Deo*, dicitur, propter specialissimum, atque eximium erga Virginem Mariam eius Matrem perpetuum famulatum, etiam antequã Vir- *Lælius Zechius de Republica Ecclesiast. tit. de stat. Rom. Pontif. n. 1.*

go

go appareret in Mundo, vt ex dictis. *Signatus in Isaach* Carmelitarum Ordo dicitur, quia sicut Isaach præcepta Patris sui Abraham obseruaturus, in Monte Domino immolari non ambuiguit; quinimmò & ligna in Monte ad Altare baiulauit; haud aliter fuit, est, & futurus erit in posterum vsque in Mundi finem Ordo Carmelitarum pro Romano Pontifice omnium Patre, & fide Catholica, pro qua tanquam alter Baptista Ioannes Præcursor Domini publicè Christianæ Religionis hostes propter eorum peccata redarguet; nec quidquam ferre omittet, quin omni sollicitudine Pontifici summo satisfaciat, prout suo tempore dabit rerum experientia, & in pulpitis firmiùs lingua cōcionabitur posterorum. *Signatus* etiam *dicitur in Isaach*; nam sicut Isaach datum est, vt multiplicaretur semē eius sicut stellæ Cœli, & sicut arena Maris, & vt possideret semen suum portas inimicorum suorum, ex eo quod immolandus Domino holocausti ligna tulit in Monte. Haud aliter sacro Carmelitarum Ordini facta est à Deo repromissio, quia Beatissimæ Virgini immolandus in Monte Carmeli ligna tulit, & sarcinulas, quibus propria voluntate combusta, se totū Deo, Mariæque Virgini immolauit, atque dedit, & ei sublime, celeberrimumq; Templum construxit, vt tandem tot sæculorum spatio angustijs omnibus exantlatis, inimicorum eius portas possideret, & in huius Mundi stadio currentibus rectum iter insinuaret, quo faciliùs peruenitur ad salutis brauium. Siue sicut Abrahæ Patri Isaach, ex eo quod obedierat voci Dei sui, & mandata, præceptaque Domini custodierat, atque seruauerat, concessum fuit, vt semen suum dilataretur ad Orientem, Occidentem, Septentrionemque, atque Meridiem, & in ipso benedicerentur omnes tribus terræ. Sic etiam Eliæ, Carmelitarum Ordinis Patri, ex eo quod obtemperauit voci Domini; & eius mandata custodiuit, atque seruauit, datum est, vt eius semen, Carmelitarum nempe Ordo à se institutus, per omnes Mundi regiones multiplicando dilataretur, & omnes gentes terræ benedicerentur in ipso. Siue *signatus in Isaac, & in Ioanne Baptista*; nam sicuti isti ambo miraculosè, & extra naturæ ordinem in consolationem fidelium fuerunt Mundo dati; itá Sacer Carmelitarum Ordo pro animarum salute, vt ex dictis. *Signatus* etiam denique *dicitur in Ioanne Baptista*; nam sicuti Baptista Ioannes conuersurus corda Patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam, venit in spiritu, & virtute Eliæ; ita etiam Carmelitarum Ordo pari titulo, & virtutis, & spiritus Eliæ Institutoris sui, & cuius vitam, & documenta semper seruauit, Dei legem toto Orbi prædicaturus venit, & peccatores obiurgaturus, vt diximus. Est igitur luce clarius, Dei famulum Ioachim de sacro Carmelitarum Ordine loco citato fuisse vaticinatum, prout vaticiniū nos per singulas partes expendimus, ac ad libellam tàm Illustrissimo, & antiquissimo Ordini videtur aptatum. Cæterum non me latet, quid eiusdem Ordinis viri doctissimi è Sancti nostri Vatis expositione *super cap.* 14. *Apocalypsis* desumpserint, ad ostendendum, eorum ordinem à nostro Dei famulo fuisse prædictum; præcipuè vero Caputus *tom.* 3. *Paneg. de Sancto Elia*, & Simeon à Spiritu sancto in opere Chronologico *de sanctitate, sapientia, & propagatione Carmelitanæ Religionis*, qui sic. *B. Ioachim Abbas Florensis Apoc. cap.* 14. *Surget Ordo, qui videtur nouus, & non est, hic deferet fidem vsque ad Mundi finem in spiritu, & virtute Eliæ. Hic erit Ordo Eremitarum, imitantium vitam Angelorum*. Sed quia (eorùm pace semper salua) deartuatam prodiere prophetiam, & nos, vt iacent, Auctorū verba referre

[Margin notes and section letters, in order: A (at "Carmelitarum"); B (at "datum est, vt multiplicaretur"); *Genes. c. 22. n. 17.* (at "tulit in Monte"); *Genes. c. 26. n. 5. & 28. num. 14.* (at "brauium"); C (at "obedierat voci"); *Genes. c. 17. cap. 18. & cap. 21. Lucas in Euang. c. 1. n. 13.* (at "benedicerentur in ipso"); D (at "pro animarum"); *Luc. in Euangel. c. 1. num. 17.* (at "in spiritu, & virtute Eliæ"); E (at "antiquissimo Ordini"); *Caputus tom. 3. Paneg. de S. Elia, Pater Simeō à Spiritu sācto in sua Tabula Chronologica.* (at "Apocalypsis desumpserint")]

A referre profitemur; ideò aliam ex eodem magno Propheta Domini Ioachim Abbate, Illustrissimæ Carmelitarum Religioni quadrantem, retulimus: & ab illis vulgatam, mox in sequenti capite, vt textus ipse in se continet, pro Augustiniana Religione referemus. Certè maximæ considerationis, & admirabilitatis est, Carmelitarum Ordinem per tot sæculorum curricula tyrannica Sarracenorum seruitute depressum, non perijsse. At quomodo perire poterat, si Deiparam Virginem coluit perseueranter? Sacerdos Abiathar morte dignus erat, prout ei dixerat Salomon, sed quia portauerat Arcam Domini, vita fuit ei condonata. Si ergo ferens Arcam Domini nõ perijt, quomodo perire poterat Carmelitarũ Ordo toto cor- B de colens Mariam? Magnus est, & semper fuit vtiq; Sacri Cisterc. Ordinis erga Virginem sacratissimã famulatus, cũ de eo inter cæteros Gregor. X. Roman. Pont. dixerit. *In vestitu deaurato Ecclesiæ sponsæ Christi quæ varietate circumdata sponso suo specioso forma præ filys hominũ inuariabilis integritate fidei, & soliditate spei à dextris assistit Cisterciensis Ordo diuinis mancipatus obsequijs, & inter Religiones cæteras gloriosæ Virgini singularitate deuotionis adscriptus, ex institutione primaria, & professorum ipsius, quanto ex alto conceditur, prosecutionis instantia rutilat charitate, candet castimonia, & pulchritudine conuersationis elucet*. At maximus procul dubio extitit, & est sanctissimæ huius, ac antiquissimæ Carmelitanæ Religionis. Gloriatur C Cisterciensis Ordo à nata Virgine, ex omnium Religionum, & Ordinum primum extitisse, qui Deiparæ se dicauerit. At magis Carmelitarum Ordo, quippe antequam Virgo appareret in Mundo, & ab Eliæ temporibus ipse iam ei dicatus erat. Non est dubium Cisterciensibus magna non cõcessisse Mariam. Robertum Cisterciensis Ordinis Institutorem annulo sibi desponsauit. Laudes, & Matutinas horas Alberico, Roberti successore, eiusque Monachis in Choro canentibus, cœlestium spirituum stipata phalance candidam, nitidissimamque præferens manibus cucullam stupẽtis Alberici Abbatis capiti imposuit, & multiplicato miraculo de nigro in album psallentium Monachorum habitum transmutauit. Stephano eius- D dem loci tertio Abbati cingulum laneum, quo scapulare stringeret, visibiliter apparens obtulit. Bernardum Clareuallensem virgineo suo lacte ablactauit, resalutauitque. Clareuallenses Monachos in valle metentes visitauit, singulis sudorem extersit, & flabellis admotis, aerem circa eos ventilauit. In Capitulo Monachorum Prælati locum tenuit, & Abbatis etiam gessit officium. Pacis osculum dedit, & benedictum ventris sui fructum ad intuendum, & amplectendum obtulit. Sæpissimè comitatu Cœli Ciuium stipata fulgidissimo etiam visibiliter Cisterciensem familiam visitauit, consolata est, docuit, adiuuauit, direxitque. Innocentio tertio Cisterciensem ordinem, ex eo quod prædecessorum Pontificum priuilegia- E ta fretus exemptione, quadragesimam omnium rerum suarum mobilium partem in Terræ sanctæ subsidium transmittere nõn acquieuerat, supprimere cogitanti, per Raynerium eius Confessorem dixit, *Tu Ordinem Cisterciensem, cuius Aduocata ego sum, destruere conaris, sed non præualebis; & nisi citius de tuo malo proposito resipiscas, ego, te, & omnem potestatem tuam conteram*. Alteri Cisterciensibus detrahenti inquit. *Male Puer, optimis amicis meis, quos habeo in toto Mundo maledicis, & detrahis*. Vnigenitum filium suum, Mundum propter peccata hominum subuertere minitantẽ, flexis genibus sic interpellauit. *Parce dilecte fili, & si non propter illos, sal-*

3. Reg. c. 2. n. 26.

Greg. X. apud Chrysostom. Henriq. priuil. 44. sub datis Lugduni nonis April. Indict. 3. anno Dom. 1275. sui Pontificat. anno 4.

Ioann. Abb. Cist. in exhortatoria cõclusione libri priuileg. Angelus Manrique Annal. Ecclesiastic. tom. 1. ad ann. 1103. c. 2. n. 7. & alij.

Henriq. in Menol. 5. Aug. in not. Otho Molismensis apud Surium 29. April. cap. 3. Bernardus de Quiros Republ. Monastica lib. 5. & alij.

Henriq. loc. cit. Angel. Manriq. annal. tom. 1. ad ann. 1134. c. 5. n. 4. & alij.

Ant. Iepius ad ann. 1153. Franciscus Biuarius l. b. 1. Bernardi Vindicati §. 5. & lib. vlt. § 10. Manriq. ad ann. 1153. c. 12. n. 6. 7. 8. & 9. Edmũdus à Cruce Abb. Cist. apud eund. Iacobus Bidermannus Epigrammatũ lib. 2. fol. 84. Bern. de Brito Chronic. lib. 1. cap. 26. et alij apud Henriq. in Menolog. 13. April.

Ioann. Nauclerum in vit. Sancti Bern. lib. 4. c. 4. Arnoldum de Rayse in Auctuario SS. Belgij die 2-

tem propter amicos meos, personas Ordinis Cisterciensis. Et plura alia similia, A adhuc & maiora Deiparam Cistercienſibus conceſſiſſe non eſt, qui ambigat, viderique poſſunt apud Auctores in margine citatos. Sed multò plura Carmelitis elargiendo tribuiſſe dubio procul cenſendum eſt. Fuit ſiquidem illis Maria Virgo in fluctuatione anchora, in naufragio portus, in tribulatione ſubſidium, & conſolatio in dolore. Ipſa in oppreſſione ſubuentio, in opportunitate auxilium, in proſperitate moderantia, in expectatione lætitia, & recreatio in labore. Et vnico verbo. Deſcendit ſuper Carmelitas Sacratiſſima Virgo Maria ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſuper terram, deſcenderunt gratiarum flumina in Carmelitarum Ordinem. Qui plura de eo ſcire deſiderat, Ioannem Carthagenam conſulat, & alios adductos in margine. B

Aug. Auctorem Magni Exordij, Cæſar. Eiſterbac. lib. 1. mirac. c. 17. Bellouac. in Spec. hiſtor. lib. 27. c. 107. magn. Exord. lib. 3. c. 29. Colueuer. in Calend. Mariano 5. Aug. §. 2. Benedictũ Gonon in Chron. Deipara ad annum 1109. Cæſar. Heiſt. hom. 1. Dom. ſeptuageſima Ioann. Abb. Henriq. & alij innumeri.

Io: Carthag. lib. 17. per totum, Ferdin. de Caſtillo in hiſt. Dominic. p. 1. lib. 2. cap. 61. Baptiſtam Glanum Auguſt. in hiſt. Pont. in vit. Deodati primi, Vincent. Rolewinck Carthuſianũ in Faſcic. tempor. Sigibertũ Gemblacen. Benedict. in ſu hiſtor. Hieroſolym. Syluest. Marul. Ciſtercien. in Mari Oceano Rel. lib. 4. Guillelm. Cinſengreinen. in tract. de Cælibat. & Monachis centur. 1. Anton. Abb. Vercellenſem. Poſtellum lib. de Vniuerſit. tit. de Syria. Ioann. Bonifac. in hiſt. Virgin. lib. 2. c. 1. Franciſc. Suar. de Relig. Petrũ Thomam Ioann. de Baccone trac. de Inſtitut. Carmelit. partic. 3. & alios hoc in cap. præcitatos.

CAP. LI.

Sacrum Eremitarum Sancti Auguſtini prænunciat Ordinem.

MAgnus Propheta Domini B. Abbas Florenſis ſacram exponens C Apocalypſim par. 4. diſt. 7. cap. 14. text. 11. pag. 176. col. 1. & 2. *Surget enim* (inquit) *Ordo, qui videtur nouus, & non eſt. Induti nigris veſtibus, & accincti deſuper zona. Hi creſcent, & fama eorum diuulgabitur. Et prædicabunt fidem, quam & defendent vſque ad Mundi conſumptionem in ſpiritu Heliæ. Qui erit Ordo Eremitarum emulantium vitam Angelorum. Quorum vita erit quaſi ignis ardens in amore, & zelo Dei: ad comburendum tribulos, & ſpinas, (hoc eſt) ad conſumandum, & extinguendum pernitioſam vitam prauorum; ne mali amplius abutantur patientia Dei. Puto enim quod in tempore illo: vita Monachorum erit quaſi imber ad irrigandam ſuperficiem terræ in omni perfectione, & iuſtitia fraternæ charitatis. Vita autem Eremitarum* D *erit quaſi ignis ardens in amore, & zelo Dei ad comburendos tribulos, & ſpinas, vt nec bonis deſit gratia ad ſalutem: nec impij abutantur amplius patientia Dei. Erit ergo ille Ordo tanquam mitior, & ſuauior ad colligendas ſegetes electorum Dei velut in ſpiritu Moyſi. Iſte verò ferocior, & ardentior ad colligendam vindemiam reproborum, ac ſi in ſpiritu Heliæ. Nimirum, quia & prædicatio illius imponet finem operibus electorum, & comminatio iſtius perfidiæ reproborum: ita vt nec illi egeant exercitari amplius in ſeruitute laboris: nec iſtis liceat amplius viuere in operibus malis: ſed neceſſe ſit peruenire vtroſque, & aſtare ante tribunal Chriſti: & recipere vnumquemque prout geſſit ſiue bonum, ſiue malum*. Sylueſter Meucius Auguſtinianus in epiſtola eidem expoſi- E tioni Apocalypſis præfixa, hæc ipſa referens, vt clariorem pro ſuo Ordine efficeret propheriam, ſic illã exorditur. *Surge Ordo, qui videtur nouus, & non eſt. Induti nigris veſtibus, & deſuper accincti zona pellicea*. Quod adiectiuum ſanè, *pellicea*, ſicuti nonnulla alia à ſe ex Dei viro in dicta epiſtola pro ſuo ordine relata non reperiuntur in textu, à ſe citato, ſed alibi. Sunt ex Carmelitis diſcalceatis viri doctiſſimi, qui affirment, Prophetam noſtrum Ioachim adductis verbis eorum Ordinem præſagiſſe. Quos longè ſuperauit ſpiritualiſſimus, & eruditiſſimus Pater Frater

Sylueſt. Meucius Auguſtinianus in epiſt. ad Ægidium tit. S. Matthæi Presbyterum Cardin. eidem expoſitioni Apocal. præfixa.

ter

A ter Arſenius à Præſentatione, patritio Oppidi Laureæ, à Thebarum Vrbe *Arſenius à Præſentatione in Epiſtola apolog.*
olim, nunc Caſtellucij Oppido, quod eſt patria mea, ad octauum lapidem
diſſiti, Lucaniæ prouinciæ, verbi diuini lepidiſſimus concionator, amicus
& dominus meus in ſua epiſtola apologetica, in qua datum à nobis pro
Auguſtinianis Eremitis vaticinium per ſingulas ſubſtantiales partes ex-
pendens, ſuo Ordini applicat, videturque intentum concludere. Nam
dicit, quod Diſcalceatorum Ordo Carmelitarum *videtur nouus*, quia in-
ſtitutus nouiter, nempe vt tradit Yepes in ann. 1568. die 28. Nouembris, *Didacus Yepes in Vit. S. Thæreſiæ lib. 2. cap. 19.*
quæ fuit Dominica prima Aduentus Domini, in qua quidam Superiores
Carmelitarum, nempe Ioannes à Cruce, & Antonius de Heredia propo-
B ſitam à S. Matre Thæreſia Ordinis reformationem ſunt amplexati. *Et non
eſt nouus*, propter antiquiſſimam eius inſtitutionem, de qua nos latè cap.
præced. *Induuntur nigris veſtibus*, id eſt natiuo colore lanæ nigræ, nulla
alia tinctura, vel colore ſuperaddito: vnde ait, quod ſicuti ad regionum
diuerſitatem, colore diuerſificantur oues, ità & veſtes, quas ex earum la-
nis contexunt, magis, & minus de nigredine participant, vnde & griſeæ,
& fuluæ, & pullatæ dicuntur; nec tamen dici poteſt, quod hi colores cum
nigro non coincidant etiam in rigore grammaticali, nam hoc idem in ver-
bo *Pullatus* docet Calepinus. *Accinguntur etiam zona pellicea* tanquam *Ambroſius Calep. verb. Pullatus.*
veri ſequaces Eliæ, qui *erat vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus*,
C vt ex lib. Regum. *Prædicarunt, prædicant, & prædicabunt fidem, quam &* *4. Reg. cap. 18.*
defendent (Deo dante) vſque ad mundi conſumptionem in ſpiritu Eliæ eorum
Antelignano, dum ne dum ex ſui Inſtituti Patribus per tot decurſa ſæcu-
la nullo vnquam tempore illata eſt Romanæ Eccleſiæ hæreſis aliqua, ſed
& catholicam fidem prædicant, & prædicando defendunt, immò & de-
fendere vouunt, & votum renouant, de Ordinis Superiorum licentia in
qualibet Mundi parte ſe fidem Catholicam defenſuros, & dilataturos: vn-
de nulla eſt tàm abſtruſa Prouincia, nulla tàm ardua Regio hæreſi aliqua
infecta, quam ipſi non penetrauerint, & in ſpiritu Eliæ tuendas Catholi-
cæ fidei partes non ſuſceperint, & Chriſtianam Religionem non dilataue-
D rint. Diſcalceatorum denique Carmelitarum *eſt Ordo Eremitarum emu-
lantium vitam Angelorum*, quia ipſi aliorum conſortio ſegregati, parco
victu, & aſpero, duroque lectulo contenti, in continua oratione, & deuo-
ta contemplatione vitam inſumunt, tantùm illis permiſſum ad ſpirituales
Collationes conuenire: & adeò eſt illis inſuper prohibita cum ſæculari-
bus allocutio, vt etiam ægroti extra Cœnobium ad valetudinarium de-
ducantur, ne Medici cæteros beneualentes ab otio contemplationis, &
orationis auertant. Hæc mei amici diſertiſſimi apologeticæ epiſtolæ ſum-
ma. Sed parcat arcta neceſſitudine iuncto, & ſeruo ſuo Abbati Lauro Re-
uerendus admodum Pater Arſenius à Præſentatione, vt præcor. Non
E enim ſufficienter probat intentum. Siquidem primò Abbas Sanctus, &
Propheta Domini adductis verbis prædeſcripſit Ordinem futurum omni-
nò in veſtibus nigris cum zona deſuper. Hic eſt Eremitarum Ordo S. Au-
guſt. cui multò poſt datum vaticinium fuit ab Apoſtolica Sede aſſi-
gnatum huiuſmodi indumenti genus, vt infra demonſtrabitur. Decalcea-
ti autem Carmelitæ talem ſibi habitum nigrum non aſſumpſerunt de no-
uo, cum priſtinum retinuerint PP. Ioannes à Cruce, & Antonius de Here-
dia, licèt in reformatione in viliorem, & rudiorem commutauerint. Et
quod antiquiorum Carmelitarum veſtes fuerint coloris huiuſmodi, præ-
terquamquod ipſe doctiſſimus Pater id non negat, dum ex S. Hieronymo

Lezana tom. 2. Annal. Carm. ad ann. Christi 385. n. 9. Petrus Thom. Saracenus Bononien. Carmelita Doct. Theol. Colleg. & S. Inquisit. Consultor in suo Menol. Carmel. par. 1. in S. Dion. Papa, & Mart. vindic. quæstiunc. 8. §. de vestitu. pag. 104.

epist. 26. ad Pammachium hoc ipsum probasse dicit Patrem Lezanam A tom. 2. Annal. Carmelit. ad ann. Christi 385. n. 9. probari etiam potest ex eiusdem Ordinis Menologio in S. Dionysio Papa, & Martyre vindicato quæstiuncula 8. *Vetusta P. nostrorum vestes* (inquit Sarracenus Auctor Menologij) *munda quidem, sed cum modo pauperrima, atque rudes. Saccum cilicinum subuculæ loco deferebant. Tunica grisea ad talos vsque cum decore descendebat. Zona pellicea, cuculla, seu scapulare (nos patientiam appellamus) vnà cum pallio albo, & baculo religiosa quadam grauitate, induti incedebant nostri Instituti Patres. Ita Gaium, & Demophilum, & alios contemporaneos, hoc vestium genere S. Dionysius Areopagita Monachos initiauit. Idem obseruatum in D. Hilarionis vita; & apud Cassianum, & alios Auctores reperies.* B *Qualitas verò natiui coloris vestium apud nostros, & pulata, & candidata satis plana res est hodie.*

Idem ibid. in Vita S. Spiridionis num. 6. pag. 117.

Et idem Auctor in vit. Sāct. Spiridionis Episcopi Carmelitæ inquit. *Paulò post Eremitarum nostrorum habitum griseum scilicet sagum, zonam, Melotem, Palliolum album cum baculo (hic vestimentorum vsus primæuus illis Ecclesiæ sæculis apud nostros) in honorem Beatissimæ Virginis Mariæ ingenti omnium lætitia obtinet.* Secundò, quia sui Instituti Patres superinduuntur palliolo, & caputio albo, vt omnes vident, quod superindumenti genus repugnat Ordini, quem per Ioachim Prophetam prædixerat Dominus surrecturum in vestibus nigris. Et tertiò denique quia neque calceati, neque discalceati Carmelitæ accinguntur desuper zona C pellicea, cū nedum subtus palliolum, sed etiam subtus scapulare griseum, siue cinamomij coloris eam deferant. Illud autem quod Abbas Sanctus prædixit de prædicatione Orthodoxæ fidei vsque ad Mundi consumptionem in spiritu Eliæ, quo videtur apertè specificare Carmelitarum Ordinem, tanquam ab Elia institutum; non est accipiendum secundum litteram, sed secundum spiritum, siuè typicum intellectum, teste eodem S. Abbate in eadem expositione Apocalypsis cap. 11. text. 2. dum de Enoch, & Elia edifferit, atq; Moysè; vbi Eliam Monachorum Ordinem significare inquit, demus eius verba. *Sint ergo* (ait Ioachim) *viri isti iuxta litteram, quos Deus melius ipse nouit. Secundum verò typicum intellectum, quid significent considerandum est. Scimus quod Moyses fuit vir leuita, & pastor populi* D *Israel: Helyas vir solitarius non habens filios, aut vxorem, Ille ergo significat Ordinem Clericorum, iste Ordinem Monachorum.* Monachi autem illi sunt,

S. Dionys. Ecclesiast. Hierarchia cap. 6. Menolog. Carmelit. in S. Dionysio vindicato quæstiuncula 1. §. Quot modis.

(Diuo Dionysio teste) qui rebus diuisibilibus relictis *Monadi*, idest Diuinitati soli placere contendunt. Vndè *nomen Monachi laxè sumptum* (etiam Carmelitarum Menologij ex testimonio) *iuxtà sacrorum Canonum, Oecumenicorum Conciliorum, ac S. Rom. Ecclesiæ Patrum loquendi modum, omnibus Religiosis intra Claustra degentibus, siuè votorum vinculo adstrictis perpetuò, siue non, optimè accomodatur. Quare hac denominatione, & Propheta, & Eremita, & Cænobita, & Anachoreta, & moderniores omnes, siuè Basiliani, siue Benedictini, siue Dominicani, Franciscani, Eremitani, & Carmelitæ omnes plenè* E *fruuntur.* Et cum Elias secundum typicum intellectum Monachorum Ordinem significet, vt ex eodem S. Abbate vidimus, Monachorumque nomine & Basiliani, & Benedictini, & Dominicani, & Franciscani, & Eremitani, & Carmelitani veniant, vt inter cæteros concedit Auctor Menologij Carmelitarum, vtique per ly *in spiritu Helyæ*, soli Carmelitani non significantur. Maximè cum idem Propheta Domini agens de duodecim viris similibus Patriarcharum, & Apostolorum ad prædicandum Iudæis circa finem laboriosæ vitæ in anno, vel in tempore, quo venturi sunt

Enoch,

A Enoch, & Elias, quinque prædixit assumendos esse ex meo Ordine Ci-
sterciensi, cuius verba referemus infra. Quod autem aliquæ hæreses da- *Infra cap. 55.*
tæ sint Romanæ Ecclesiæ à Religiosis, hoc non Religionibus, sed hæresis
Authori est ascribendum, cum non totius Religionis, siuè Ordinis aucto-
ritate, sed Dœmonis instigatione à propria Regula, & Ordine, immò & à
Romana Ecclesia omnium Regula infallibili, & Magistra, deficiens, sua
falsa, atque hæretica doctrina, Hæresiarchæ sibi nomen comparauit. Ha-
bemus in sacra Scriptura exemplum præclarum cum agitur de proditio-
ne Iudæ, negatione Petri, & Discipulorum fuga: quæ cum non factæ fue-
rint communi omnium voto non præiudicarunt in aliquo Apostolorum
B ordini, vel eius Authori Domino nostro Iesu Christo, omnia hæc illis
prædicenti, ac prædicanti, vt vigilarent, & orarent, ne intrarent in tenta- *Matthæus cap. 26. et*
tionem. Et tamen tentati, Iudas Christum tradidit Iudæis, Petrus se Di- *reliqui Euangelistæ.*
scipulum eius esse negauit, Discipuli omnes, eo relicto, fugerunt. Ità etiã
in casu nostro. Licèt quidam Religiosi à Dœmone tentati, & superati, à
propria Religione, & fide orthodoxa apostatauerint, & doctrinam, quæ
ducit ad tartara, disseminauerint in præcipuis Prouincijs Christiani no-
minis: in illorum tamen errore inculpandus non est Ordo, vel Religio,
cuius quondam fuerant alumni, dum ipsi ab Ordinis Superioribus falsã,
& hæreticam doctrinam scribendi, prædicandiuè commissionem, vel li-
C centiam non acceperint, aut extorserint, & nec à Religione sua similem
doctrinam hæreticam hauserint, vel didicerint. Depinxit ergo noster
Propheta allato vaticinio Illustrissimum Diui Augustini Eremitarum Or-
dinem, *in quo* (vt verbis vtar Fratris Laurentij Empoli S. Romanæ Inqui- *Laurentius Empoli*
sitionis Qualificatoris, & in Romana Curia pro secunda vice Procurato- *in præfat. ad Bulla-*
ris generalis eiusdem Ordinis) *mirum diuinæ prouidentiæ opus resplenduit,* *rium Ordinis Ere-*
quæ Aphricanas oras Barbarico populante furore, Ordinem prius tàm mirè, *mit. S. August. Romæ*
quàm breui propagatum, propria sede proscriptum, exulare coactum, membra- *impressũ ann. 1628.*
tim resciissum, & acephalum conseruauit, eiusque membra illæsa, integraque
custodiuit, iterum præfixa die integritati reddenda, opus Deo placitum, eius
D *Ecclesiæ proficuum à Gregorio nono desideratum, ab Innocentio 4. inceptum,*
& ab Alexandro 4. diuinitus admonito ad perfectionem redactum. Pro hoc
sanctissimo Ordine loco citato diuinum Vatem fuisse locutum, ante nos
etiam intellexerunt optimi interpretes. Quinimmò S. Antoninus, Patria, *S. Antonin. in sum-*
& Archiepiscopus Florentinus suæ summæ historialis par. 3. tit. vlt. post re- *ma historial. part. 3.*
latam pro dictis Eremitis eandem prophetiam, subiunxit, dicens. *Ex his* *tit. vlt.*
dictis Religiosus Augustinianus elegit duas conclusiones. Prima est, quod Ordo
Eremitarum S. Augustini est cæteris Ordinibus antiquior institutione, quia dicit.
Surget Ordo, qui videtur nouus, & non est. Et quod sit antiquior Mendi-
cantibus Ordinibus, patet ex Chronico, seù Registro Pontificum, vbi dicitur,
E *quod ann. Incarnat. Dom. 251. sumpsit initium Ordo Eremitarũ S. Augustini à*
Paulo primo Eremita. Et hoc etiam patet, quia Augustinus, à quo fratres Ere-
mitani regulam sumpserunt, normamque viuendi, floruit circa annos Domini
400. B. verò Benedictus, à quo Monachi sumpserunt initium, floruit circa an-
nos Domini 500. Quod sit antiquior Ordinibus Mendicantium, scilicet Prædi-
catorum, & Minorum, patet, nam in decreto cap. Religionum. de Religiosis Do-
mibus lib. 6. dicitur, quod institutio fratrum Eremitarum S. Augustini præces-
sit Concilium Lateranense, quod celebratum fuit sub Innocentio 3. quo tempore
non dum erant Ordines Mendicantium instituti, sed à successore Innocentij im-
mediato, scilicet Honorio 3. fuerunt Ordines Mendicantes approbati. Et sic Or-
do

do Eremitarum scilicet S. Augustini, videtur nouus propter nouam in Ciuitatibus inhabitationem, sed non est nouus propter eius antiquam institutionem. Sed declaratio ista non sufficienter probat propositum. Nam etsi Ordo Eremitarum in Eremo viuentium cœperit à Paulo Eremita, non sequitur, quod talis modus viuendi esset Ordo B. Augustini, vel viuerent secundum regulam B. Augustini, qui adhuc non erat in mundo, sed postea plusquam centum annos. Nec legitur alicubi, quod aliquam communem Regulam illi Eremitæ haberent, nec tunc aliquis Ordo, vel Religio erat ab Ecclesia approbata, vt postea fuit. Quod B. Benedictus, & eius Religio secundum Regulam eius fuerit post Augustinũ, certum est; vnde & Canonici Regulares, qui profitentur Regulam Augustini vtique fuerunt ante Monachos Benedictinos, & etiam aliqui Eremitæ viuentes religiosè in locis solitarys potuerunt esse, qui viuerent secundum Regulam Augustini, & fortè illi, ad quos sermones edui dicuntur ad Eremitas, sed non erãt illi propriè loquendo illius Ordinis, & modi vitæ, cuius nunc sunt, qui dicuntur Eremitani, & habitant in Ciuitatibus, Villis, & Castris. Similiter etsi fuerunt aliqui Ordines Mendicantium, qui viuerent in Eremis secundum Regulam S. Augustini, non tamen erant talis Ordinis, nec habebant vnum caput, nec illas ordinationes, quas habent Eremitani nunc. Vnde potest dici, quod qui dicuntur Eremitani nunc non fuerunt ante Mendicantes, sed postea, vt patebit infra. Hactenus S. Antoninus loc. cit. At pro vaticinij comprobatione sciendum est Eremitarum S. Augustini Ordinem fundatum, vt inquit Baronius circa ann. Dom. 391. multas tulisse persecutiones, quæ cum Africa, sede propria, expulerunt, & hinc inde dispersim, sine certo habitu, atque acephalum viuere compulerunt vsque ad Pontificatum Gregorij Papæ 9. Innocentij quarti, & Alexandri etiam quarti, qui Eremitas omnes Congregatione diuersos in Lombardiæ, & Tusciæ partibus constitutos, Sanctissimi Augustini Regula, habitu nigro, & zona pellicea donarunt, ac in vnum Congregationis corpus sub vno capite vniuerunt. Et primò quidem Gregorius nonus habitum reformauit Fratrum Eremitarum Beatissimi Ioannis Boni. Hic siquidem (vt de eo aliqua dicamus) nobilis Mantuanus, Mundo ortus ann. Dom. 1168. Patre orbatus, mundi illecebris deditus, omni Dei timore postposito, per semitas incedens, quæ ducunt ad tartara, omnia attrectauerat mundi inquinamenta. Tandem matris eius rç, & nomine Bona (à qua post conuersionem ipse cognomen desumpsit, cuius sana consilia floccifecerat) lacrymis, & orationibus infirmatus, inque extremis ferè constitutus, à Domino vocatus, tactus dolore cordis intrinsecus, & pristinæ sanitati restitutus, diuitijs, & bonis omnibus pauperibus erogatis, magna cum sanctitatis fama apud Cesenam in Romandiola in recessu *Butriolo* vulgariter dicto, ann. Dom. 1208. suæ ætatis anno 40. habitu indutus Eremitico, quamplurimos sub suo magisterio euocauit. Inter cæteros quos in auditores habuit, Frãciscum Asisinatem, antequam suæ Seraphicæ Religioni fundamenta iaceret, extitisse tradunt Morigia, Iglesca, Tapia, & alij. Sed hallucinantur, nam S. Franciscus est prior conuersione S Ioanne Bono, etenim ann. 1206. reliquit sæculi vanitates, & anno 1208. Seraphicæ Religioni fundamenta dedit, vt tradiderunt Thomas Celanus, S. Bonauentura, Marianus, Florentinus, S. Antoninus, & alij. Adeoque Ioannes profecit, vt nonnulla Eremitarum Cœnobia fundauerit, & à suo nomine Congregatio denominari meruerit. Verùm cum hæc omnia sine peculiari regula, & certo, & destinato habitu, sed merè particulari Dei auxilio præstarentur, & res in dies eua-

Cæsar Cardin. Baron. tom. 4. Annal. ad ann. 391.

Scipio Charimontius in hist. Cesenæ, lib. 8. pag. 285. Cõstantius Laudensis è S. Geruasio Brixianus Eremita Augustinianus in eius vita Mantuæ impressa ann. 1591. apud Franc. Osannã Typographum Ducale, lib. 1. c. 1. Hippolytus Donesmundus in hist. Mantuana lib. 4. pagin. 207. Process. Vit. B. Ioann. Boni factus per Albertum Episc. Mutinensem, Priorem S. Marci, & Præpositum Ecclesiæ Mãtuanæ de mandato Innoc. 4. quod refert Bzou.

Paul. Morig. de orig. Relig. lib. 1. c. 22. Cõsaluus Iglesca in hist. Pontif. lib. 5. Carolus Tapia de Relig. Reb. in Authent. Ingressi. Verbo Monast. c. 18.

A euaderet difficilior, proceſſuque temporis huiuſmodi nimis communem, licèt pium, & ſanctum, viuendi modum, Ioannes Bonus, eiuſque Fratres probata experientia deprehenderent defecturum, ad propoſitum continuandum Sancti Auguſtini Regulam ſibi propoſuerunt obſeruandam circa ann. Dom. 1233. vt tradit Vuadingus. Ad ſuperos delatus eſt S. Ioannes Bonus die 23. Octobris ann. Dom. 1249. & ſuæ ætatis anno octogeſimo, quibuſdam menſibus additis, vt ex eius actis probat Bzouius in Annalibus. At quia habitus, quem ferebant Eremitæ Congregationis S. Ioannis Boni erat omninò ſimilis habitui Seraphicæ Religionis, ne idẽtitas veſtimentorum inter Ordines ipſos confuſionem pareret, & inde
B ſcandala grauiora conſurgerent, ad vtrorumque quietem, Gregorius nonus ſtatuit, *vt Prior, & vniuerſi, ac ſinguli Fratres prædicti Ordinis Sancti Auguſtini in exterioribus veſtimentis, quæ nigri, vel albi debebant eſſe coloris, quorum altero videlicèt nigro, iam electo ab eis, ipſos volumus manere contentos, largas, & protenſas manicas, quaſi adinſtar cucullarum, & deſuper ipſa ferant per amplas corrigias, & patenter omnibus apparentes, ità quod omnes cincti deforis eas veſtibus nequaquam contegant, & portantes in manibus baculos quinque palmorum grandium, ac expreſſè in eleemoſynarum petitione, cuius ſint Ordinis, declarantes, adeò ſuarum veſtium longitudinem temperent, quod à quibuſque ipſorum calceamenta liberè videantur, vt ſic habi-*
C *tus confuſione ſemota, & ſublata materia ſcandali à prædictorum Ordinũ Fratribus poſſit virtutum Domino liberiùs, & gratiùs deſeruiri.* Et quia quidam Eremitæ præfati Ordinis S. Auguſtini, ac alij Religioſi à ſupradictis Eremitis, conformes habitu in Marchia Anconitana conſtituti, formam prædictæ identitatis prohibitam geſtabant, in eorumdem fratrum Minorum infamiam, & ſcandalum plurimorum. Ideò idem Gregorius nonus omnibus Epiſcopis per eandem Anconitanam Marchiam conſtitutis vtrumque ſcribens *Fraternitatibus veſtris* (inquit) *mandamus, vt vniuerſis, & ſingulis Eremitarum, ac Religioſorum prædictorum diſtrictius iniungatis, vt circa præmiſſa memoratæ prouiſionis ſtatutum inuiolabiliter obſeruantes,*
D *eum qui monitus non reſipuerit, donec redeat ad mandatum, à ſuo conſortio excludere non poſtponatis. Cæterum, quia pietas perſuadet, vt ipſi ex obedientiæ ſtudio præmium honoris, & gratiæ conſequantur, eos prædictã prouiſionem laudabiliter obſeruare ſtudentes, curetis benigno fauore proſequi, & tanquam Catholicæ Eccleſiæ filios, faciatis ab alijs confoueri. Si verò ſuæ voluntatis arbitrium præferendo iudicio veſtro contrauenire præſumpſerint, in eos excommunicationis ſententiam promulgetis, quam per veſtras Ciuitates, & Diœceſes publicari ſolemniter, & eoſdem tanquàm excommunicatos vſque ad ſatisfactionem condignam, appellatione remota, arctiùs euitari ab omnibus faciatis. Datum Laterani nono kal. Aprilis Pontificatus noſtri anno decimo quarto.* Rofe-
E runt Bullam Laurentius Enpoli in Bullario Ordinis Eremitarum S. Auguſtini pag. mihi 116. Ioannes Marquez de origine fratrum Eremitarum, pag. 13. col. 3. Ioannes le Paige in Bibliotheca ſui Præmonſtratenſis Ordinis lib. 1. ſect. 7. pag. 83. & Lucas Vuadingo in libro Apologetico de prætenſo Monachatu S. Frãciſci § 4. vbi à pag. 41. in impreſſione Lugduuenſi de ann. 1641. ferè per totam pag. 63. latè probat habitum, & zonam Auguſtinianos Eremitas à sãcta Sede Apoſtolica ſuſcepiſſe, adductis Bullis Gregorij Papæ noni directis *Venerabilibus fratribus Epiſcopis per Anconitanam Marchiam conſtitutis* ſub *Datum Laterani 9. kal. Aprilis ſui Pontificat.* 14. quas dicit haberi in Regeſtu Vaticano ſub num. 1. illius anni, &

15. kal.

Tom. Celan. in legen. M.S. S. Bonau. c. 15. & 16. Marian. Florent. lib. 1. § 29. S. Anton. tit. 24. c. 7. § 6. Alexand. Aquilanus in Chron. m.S. lib. 1. cap. 3. Martin. Polonus ſuo Frederico 2. Vincent. Bellou. in Spec. hiſt. lib. 29. c. 98. Henric. Sedul. in Comment. ad c. 2. Vit. S. Franc. Petr. Salazar in Chron. Prou. Caſtellæ lib. 1. c. 11. Ludou. Prutenus in Trilogio animæ par. 3. c. 6. litt. G. Nauclerus colum. 2. gener. 41. Ioann. Pined. lib. 22. Monarc. Eccl. c. 23. § 2. Marcus Vlyſippon. par. 1. Chron. lib. 1. cap. 7. & alij.

Luc. Vuading. in Apologetic. defenſione ſect. 5. § 4. in fine.

Laurentius Empoli, Ioannes Marquez, Ioannes le Paige, & Lucas Vuadingo.

15. *kal. Augusti sui Pontific.* 14. & extare asserit in eodem Regestu sub nu. 126. & 15. *kal. Septembris, sui Pontif. eodem anno* 14. & affirmat asseruari in eodem Regestu sub num. 140. 141. & 142. eisdem Episcopis per Anconitanam Marchiam constitutis, & duabus alijs epistolis directis *Venerabili fratri N. Episcopo Firmano, & dilecto filio Abbati Clareualls de Cliento Cisterciensis Ordinis Camerinensis Diœcesis &c.* datis apud Cryptam Ferratam 12. Kal. Septembris, & 10. Kal. Septembris eiusdem sui Pontific. ann. 14. & vltimo. Gregorio nono Celestinus quartus Cistercienfis noster successit nono Kal. Octobris 1241. qui nihil pro Augustinianis Eremitis effecere valuit, nam 17. Pontificatus sui die moriens, in Basilica Principis Apostolorum sepultus fuit, magno sui desiderio relicto. Celestino 4. Innocentius 4. successit die 24. Iunij 1243. qui ad omnia prouidus audiēs, quod omnes Eremitæ in Tuscia constituti, exceptis Fratribus Eremitis Ordinis Sancti Guilielmi, sine pastore sicut oues errantes post gregum vestigia euagari, in ipso primo sui Pontificatus anno Constitutionē edidit tenoris sequentis. *Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filys vniuersis Eremitis, exceptis fratribus Sancti Guillelmi, per Tusciam institutis, salutem, & Apostolicam benedictionem. Incumbit Nobis ex officij debito pastoralis, & plantare sacram Religionem, & fouere plantatam, & quantū in nobis est, vniuersos, & singulos in pio proposito confirmare, ne si fauore fuerint Apostolico destituti, non proficiant in incœpto, sed deficiant potius, vel tepescant. Cum enim per dilectos filios Fratres Stephanum H.G. & P. Eremitas propositum vestrum fuisset nobis expositum diligenter, Nos nolentes, vos sine Pastore sicut oues errantes post gregum vestigia euagari: Vniuersitati vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus in vnum vos regulare propositum conformantes, Regulam B. Augustini, & Ordinem assumatis, vt secundum eum profiteamini de cætero vos victuros: saluis obseruantijs, seu constitutionibus faciendis à vobis, dummodò eiusdem Ordinis non obuient institutis. Prouisuri vobis nihilominus de Priore idoneo per electionem canonicam, cui præstetis obedientiam, & reuerentiam debitam impendatis. Si verò super præmissis aliquid difficultatis emerserit, ad dilectum filium nostrum R. Sancti Angeli Diaconum Cardinalem, quem vobis correctorem, ac prouisorem deputauimus, recurratis. Datum Laterani decimo septimo kal. Ianuarij, Pontificatus nostri anno primo.* Ex datæ, & ex ipso Laurentio Empolo relatæ Bullæ titulo patet eiusdem Empoli error notabilis ab ipso commissus in Summario relatæ Constitutionis Innocentij 4. dicens *Fratres Eremitæ S. Guillelmi in Tuscia assumere iubentur Regulam, & Ordinem S. Augustini, & secundum illum professionem emittere saluis suis obseruantijs; quæ tamen Ordini eidem non sint contrariæ.* Nam Innocentius direxit equidem hanc Constitutionem suam vniuersis Eremitis per Tusciam constitutis, at expresse exceptos haberi voluit, atque exemptos fratres Guillelmitas, vt Constitutionis titulus indicat, atque ostendit. Nec Guillelmitæ S. Augustini Regula indigebant, cum ipsi Sancti Benedicti Regulam secundum institutionem Sancti Guillelmi profiterentur, vt ex eiusdem Pontificis Innocentij 4. duplici Bulla ad Priorem Generalem, cæterosque Priores, & Fratres Eremitas Ordinis Sancti Guillelmi directa, vtraque incipiente *Religiosam vitam eligentibus,* vtraque data *Lugduni 3. Nonas Septembris, Indictione septima, Incarnationis Dominicæ anno* 1248. *Pontif. sui anno* 7. In illis verbis. *In primis siquidem statuentes, vt Ordo Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Institutionem Fratrum Ordinis Sancti Guillelmi in Domibus ipsis insti-*

Ex Ioāne Marquez lib. de orig. fratrum Eremit. c. 3. §. 3. pag. 13. Laurent. Empolis in Bull. Eremit. S. Aug. pag. 164. Ascanius Tamb. de Iure Abb. disp. 24. q. 4. n. 38. Ioann. le Paige in Bibliot. Præmonstr. lib. 1. sect. 7. pag. 83. & 84. & aly.

Chrysost. Henriq. in Collectan. priuileg. tit. Priuileg. Eremitarum S. Guillelmi.

A *institutus esse dignoscitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obserue-*
tur. Nec in re tam manifesta decipi poterat Pontifex, cum intra 90.an-
nos à Guillelmitarum exordio præcitata priuilegia concessisset. Confir-
mat hoc quoque Pontifex, Innocentio 4. Neapoli subrogatus 8. Kal. Ia-
nuarij ann.Dom. 1254. nempe Alexander Papa 4. Anagninus, ex Philip-
po fratre Gregorij 9. Nepos, in Bulla ad Guillelmitarum instantiam ex-
pedita, quæ quia breuis est, ex Chrysostomo Henriquez placeat hìc trã-
scribere. *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Genera-*
li, & alijs Prioribus, & Fratribus Ordinis Sancti Guillelmi, salutem, & Apo-
stolicam benedictionem. Licèt olim pro vnione facienda inter vos, & alios
B *Eremitas tunc Ordinum diuersorum, fueritis ad præsentiam nostram citati,*
quieti tamen, & saluti vestræ paterno prouidentes affectu, præsentium vobis te-
nore concedimus, vt sub Regula Sancti Benedicti secundum Institutionem Sã-
cti Guillelmi remanere in solito habitu liberè valeatis, nullis obstantibus litte-
ris, gratijs, priuilegijs à Sede Apostolica in contrarium impetratis, vel impe-
trandis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis,
& concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Pe-
tri, & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursurum. Datum Anagniæ 11.
Kal. Septembris, Pontificatus nostri anno secundo. Verbum enim illud *sub*
C *Regula Sancti Benedicti secundum Institutionem Sancti Guillelmi remanere*,
denotat aliàs extitisse sub Regula S. Benedicti, ac diuersum habitum, ab
illo Eremitarum S. Augustini à Riccardo S. Angeli Diacono Cardinali,
Innocentio 4. & Alexandro 4. Romanis Pontificibus, constituto, induisse,
induebantur enim tunica alba cum mãtello albo, vt tradit etiam Gabriel *Gabrel Penn. in hist.*
Pennottus in sua historia tripartita. Innocentio quarto item subscribit *trip. lib. 1. c. 46. n. 5.*
Vrbanus 4. Alexandro 4. 4. Kal. Septembris ann. 1261. suffectus, in sua *Apud Chrysost. He-*
Bulla sub *Datum apud Vrbem veterem 10. kal. Februarij, Pontif. sui anno 2.* *riquez lib. eiq. priui-*
incipiẽte *Præclara Ordinis vestri merita*. qua Guillelmitis, vtporè Ordinis *leg. 6.*
S. Benedicti regulari obseruantia astrictis, inhibet transitum ad Ordinem
D Fratrum Eremitarum S. Augustini sine sanctæ Sedis Apostolicæ licentia
speciali. Clemens denique quartus pridie Nonas Februarij 1265. Vrba-
no 4. subiectus in sua Bulla incipiente. *Ea quæ iudicio*. Sub *Datum Viterbij*
4. kal. Septembris sui Pontificatus anno 2. qua confirmat sententiam in con-
tradictorio iudicio latam à Stephano Vngaro Episcopo Cardinali Præ-
nestino in præsenti negotio ab eodem Clemente delegato, incipientem.
In nomine Domini. Amen. Præsidente rationis imperio sub *Datum Viterbij*
in hospitio suo, in præsentia Fratris Guidonis Prioris Generalis Ordinis S. Au-
gustini, & Fratris Guillelmi Prioris Generalis Ordinis S. Guillelmi, & alijs, in
anno Natiuitatis Dominicæ 1266. Indict. 8. die vltima mensis Iuly, Pontifi-
E *cat. Clementis 4 anno 2.* omnem omninò de medio dubietatem abstulit di-
cens. *Statuimus, &c. quod prædicta Domus de Porta Sancta Mariæ de Iser-*
bone, & de Corona Sanctæ Mariæ, nec non & si qua aliæ sunt in regionibus di-
uersis, exceptis prædictis Regnis Alemanniæ, & Hungariæ, cum ipsorum Fra-
tribus, eorumque possessionibus, & iuribus ad dictum Ordinem S. Guillelmi to-
taliter redeant, & sub Regula Sancti Benedicti, secundum Institutionem San-
cti Guillelmi remaneant in habitu solito, antequam transirent ad S. Augustini
Ordinem supradictum. Ex his patet hallucinatio Magistri Ioannis Mar- *Ioann. Marquez de*
quez, qui ad probandum quod Ordo Eremitarum S. Guillelmi fuerit fun- *vera origin. Eremit.*
datus sub Regula Sancti Augustini adducit titulum Bullæ Innocentij *S. Aug. cap. 13. §. 2.*

Papæ 4. directæ *Dilectis filijs Priori,& Fratribus Eremitarum Vallis Sancti* A *Guillelmi Ordinis Sancti Augustini, Lingonensis Diœcesis*. Et datur ad verbum ab eodem Marquez. Dicitque quod non nominasset Innocentius Papa 4. Priorem,& Fratres Eremitarum Vallis Sancti Guillelmi de Ordine S.Augustini, nisi re vera fuissent de Ordine Eremitarum S.Augustini. Nam etiam concesso,quod ly *Vallis S.Guillelmi* non sit titulus illius Ecclesiæ, aut Patroni,& ibidem fuerint Eremitæ S.Augustini; non ideò sequitur necessariò illius Ecclesiæ colonos fuisse Guillelmitas,vt probè etiam intellexerunt Tamburin.& Manrique. Præter quam quod ipsissimi Guillelmitæ Galliæ,& Belgicæ Congregationis Bruxellis congregati die 5. Ianuarij 1628. sub nostri Cisterciensis Ord.Regula,(quæ ea est, quam B SS.Patriarcha Benedictus suis sectatoribus indixit) S. Guillelmum Ordinem suum instituisse fatentur. *Petiueramus etiam* (inquiunt PP. Diffinitores Guillelmitæ præfati in epist. directa ad Generalem Reformatorem Ordinis S. Bernardi in Regnis Hispaniæ) *vt Paternitates vestra Officium nostri patroni S.Guillelmi admitterent, quod Discipulus S. P. Bernardi fuisset, & Ordinem nostrum sub vestra Regula instituisset,& vt Patrem S.Bernardum veneremur.* (S. Bernardus noster enim fuit, qui Guillelmum Aquitaniæ, & Pictauiæ Principem, spirantem minarum, & cædis, tanquam alterum Saulum in discipulos Domini, Catholica vnitate coniunctos, & sæuo schismate perturbantem Ecclesiam potentissimè conuertit) & sequuntur. C *Addideramus etiam prædictis, vt R. V. D. procuraret Romæ Indulgentias plenarias impetrari omnibus visitantibus SS.Bernardi, & Guillelmi diebus festis Ecclesias Monasteriorum Congregationis vestræ, & Eremitarum S. Guillelmi,qui ambo militant sub eodem Instituto*. Hæc adducta sint ad refellendum errorem Empoli,& Marquez.Qui plura cupit de Guillelmit.Ord. ac eius Institutore Diuo Guillelmo legat auctores adnotatos in margine.

Ascanius Tamb. de Iur. Abb.tom.2.disp. 24.quæsit.5.num.35. Angel.Manriq. Annal. tom. 1. ad ann. 1136.c.2.n.5. & alij apud ipsos.

Legitur hoc apud Angel.Manriq. loc. cit. n.7.

Per aliam ergo Bullam Innocentius 4. eodem primo sui Pontificatus anno Guillelmitis in Tuscia constitutis, S.Augustini Regulam obseruandam indixit; & subinde eosdem à Sancti P. Benedicti Regulæ professa obseruatione absoluit etiam primo sui Pontificatus anno per suam Bullam de- D super expeditam, & formalia continentem. *Innocentius etc. Priori,& Fratribus Eremitis in Tuscia, Ord. S.Augustini salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iustum est, & honestum, tàm vigor æquitatis,quàm Ordo exigit rationis, vt id per solicitudinem officij ad debitum perducatur effectum. Exhibita siquidem nobis vestra petitio continebat,quod cum regulam B.Augustini vobis concedendam duxerimus, vt à vobis,& successoribus vestris perpetuis futuris temporibus obseruetur, ac per dilectum filium nostrum R. S.Angeli Diaconum Cardinalem à promissione, quam de obseruando Ordine S.Benedicti,vel quocunque alio fueratis, de speciali mandato nostro fuitis penitus absoluti. Nos absolutionem ipsam ratam,& gratam habentes,aucto-* E *ritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo &c. Datum Laterani 5.Kal. Aprilis ann. 1.* Epistolam quoque misit Innocentius 4. Priori,& Fratribus S.Mariæ de Murceto Ord. S.Augustini Pisani Diœcesis tenoris sequentis. *Cum vos, & alij Eremitæ per Tusciam constituti de mandato nostro nuper Ordinem, & Regulam B. Augustini duxeritis assumenda, ea perpetuis temporibus seruaturi, ab obseruationē Regulæ S.Benedicti, quam in Eremo vestra fuisse vos professos asseritis, denunciamus vos auctoritate præsentium non teneri. Datum Laterani 7. Kal. Aprilis ann. 1.* Habentur Bullæ in regesto eiusdem Pontificis sub nu:176.& 587. & re-

Guillelm. Malmesburtensis Bibliothec. de Guillelmo 2.lib.4. S. Theobald. Episc. Cantuar.apud Surium 10.Ianuar.c.1.Bern. Boneuallis in vit. S. Bern. Abb.lib.2. c.6. Baron. in Annalib. to. 12. ad ann.1136. & in notis ad Menolog. Rom. die 10. Febr. Syluest. Mar. in Mari Oceano Relig.lib.4. Rob. Montis ad ann.1137. Almoinus de reb.Francia lib.5.c.25. Sugerius in Ludouicum, Sāsonus Hains Guillelmita in suo Opusc. de veritate Vitæ, & Ord. S.Guillelmi, Chrysost.Henriq in Menol.die 15. Apr. & 20. Aug. Nicol. Cursenius de Ordin. sub Regula S. Aug. milit. Naucler. vol. 2.generat.40. & 41. Robert. Halkot in c.7. Sapient.lect.95. Gabr.Pennottus hist. tripart.lib.1.c.46.

A & referuntur à Luca Vuadingo in Apologetico de prætenso Monachatu S.Francisci §.5. nu.4. & 5. & affirmat vsque ad hoc tempus Guillelmitas de Tuscia Regulam obseruasse S. Benedicti. In vnum itaq; congregatis de Innoc. Papæ 4. mandato omnibus Tusciæ Eremitis, iuxta Pontificis voluntatem S.Augustini Regulam promisere obseruandam, ac consulentibus Riccardo tit. S.Ang. Diac. Card. eiusdem Ord. correctore, & prouisore ab eodem Pontifice deputato, Abbatibusq; de Fallera, & Fossanouæ S.Cisterciens. Ord. pro eorum vita regulariter stabilienda in perpetuum condiderunt Constitutiones quasdam, quas idem Innocentius Apostolico munimine roborauit Laterani 15. Kal. Martij sui Pontific. anno 11. re-
B fert Bullam Alexander 4. in sua constit. incipiente *Litteras quasdam*, & ad verbum dedit Laurent. Empoli in Bullario Eremit. S.August. estque nona in Ordine Cōstitutionum Alex. Papæ 4. pag. 12. confirmauit quoq; Innocentius quartus Kal. Iulij sui Pontific. anno 11. Statutū Riccardi tit. S. Ang. Diac. Card. quo vniuersis Eremitis Ord. S. August. tùm Professis, tùm Conuersis, atq; Nouitijs nigrum habitum, atq; zonam præscripsit, & assignauit 9. Kal. Iulij ann. 10. Pontific. Innocentij Papæ 4. en Bulla cōfirmationis *Innocentius &c. Dilectis filijs N. Visitatori Generali, & Prioribus, ac Fratribus Eremitis vniuersis Ord. S. Augustini. Pia desideria deuotorum eo debemus benigno fauore prosequi, quo in ipsis Dei gloria, ac animarum salus*
C *noscitur contineri. Sanè dilectus filius noster R. S. Angeli Diaconus, cui Ordo vester à Sede Apostolica est commissus, ad differentiam aliorum Ordinum certū habitum deferendum, tàm à professis fratribus, quàm à conuersis, ac etiam nouitijs dicti vestri Ordinis de consilio quorundam discretorum Fratrum vestrorum vobis prouida deliberatione concessit, prout in patentibus litteris eiusdem Cardinalis confectis exinde, ac suo sigillo signatis, pleniùs continetur. Nos itaque vestris supplicationibus inclinati, quod ab eodē Cardinale super hoc factum est, ratum, & firmum habentes, ad auctoritate Apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Tenorem autem litterarum ipsarum de verbo ad verbum præsentibus fecimus annotari, qui talis est. Richardus mise-*
D *ratione diuina S. Angeli Diaconus Cardinalis, viris religiosis, suo in Christo dilectis, Visitatori generali, Prioribus, & vniuersis Fratribus Eremitis Ordinis S. Augustini tàm præsentibus, quàm futuris, salutem in auctore salutis. Si ad Cœnam Domini conuocati, nullius excusationis patrocinium prætendentes vos abnegastis, & vestra, eligendo per religionis auctoritatem diuinum pabulum promereri; decet vos taliter gubernari constitutionum habenis, quod certos vobis terminos constitutos, tentationibus aliquando instigati transgredi non possetis impunes, certis signis in vestro habitu insigniti. Sanè cum Ordo vester nobis sit à Domino Papa commissus; illa statuere, ac cogitare cogimur, per quæ vobis salus proueniat, & honestas. Vnde habito consilio quorundam Fratrum vestro-*
E *rum discretorum, tenore præsentium duximus statuendum, quod Fratres vestri Ordinis professi deferant cucullas nigras, prout haberi poterūt in cuiuslibet prouincia, tamen non tinctas, vel accidentaliter coloratas, desuper corrigijs cinctas, & in manu crocias, in quarum superiori parte non sit curuum lignulum, sed directum. Conuersorum verò habitus sit portare superiorem tunicam nigram, & capucium nigrum, non tinctum, & crocias supradictas. Nouitij autem ferant cappam nigram usque ad talos, tunicam, scapulare, corrigiam, & crociam memoratam, quæ curetis studio uigili dante Domino obseruare. In huius uerò rei testimonium præsentes litteras fecimus nostri sigilli munimine roborari. Dat. Assisij 9. kal. Iulij Pontific. Domini Innocentij Papæ 4. ann. 10. Nulli ergo etc. nostra*

Luc. Vuading. in Apol. de praecens. Monachatu S. Francisc. §. 4. num. 12. Laurent. Empoli in Bullario Eremit. S. Aug. pag. 15.

stra confirmationis etc. Dat. Asisij kal. Iulij ann. 19. Vulgauit Bullam Vua- A
dingus, & asseruari ait in Regesto eiusdem Innoc. sub num. 5. Iterum fuit
confirmatum hoc Riccardi Card. statutum ab Alexandro 4. *Sub datum*
Anagniae 11. *kal. Augusti sui Pontific. anno* 1. & ad verbum dedit Empoli
in suo Bullario. Et cum humanae debitum salutis soluisset 7. Idus Decem-
bris ann. Dom. 1254. quartus Innocentius, Alexander item quartus eius
immediatus successor aduertens, quod in Ecclesia Dei consona erat Ere-
mitarum appellatio in Ordinibus S. Guillelmi, S. Augustini, Fratris Ioan-
nis Boni, de Fabali, & de Brictinis, & parum diuersa professio, disparibus
titulis, & in aliquibus dissimili habituum schemate discreparet, Riccardo
Diacono Card. S. Angeli viuae vocis oraculo dedit in mandatis, vt vni- B
uersas Domos, & Congregationes eorum in vnam Ordinis Eremitarum
S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò couniret
sub vna generalis cura Prioris, canonicè instituendi pro tempore, prae
alijs Prouincialibus, nec non côuentualibus singularum domorum Prio-
ribus regulariter gubernandas, ac eos omnes, & singulos à baculi ge-
stationis necessitate illis imposita per praedecessores suos Pôtifices, prout

Innocent. 4. Regest. sub n. 560. epist. directa Priori Generali, & Vniuersis Fratrib. Ord. Eremit. &c. In cap. Quãto studiosius. Sub dat. Perusij 2. Id. Martij ann. 10. & refertur ab Vuad. loc. cit. n. 19.

illi sedem Apostolicam supplicauerant etiam sub Pontif. Innoc. 4. à qua
item exemerat, absolueret, & liberaret. Riccardus proinde Cardinalis
in generali Capitulo Romae celeriter congregato, vniuersas domos, &
Congregationes eorundem Ordinum, in vnam Ordinis Eremitarum Di- C
ui Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò couni-
uit; & dictorum nominum diuersitate suppressa, Ordinis Eremitarum
S. Augustini esse, & nominari praecepit, atq; eos de Priore generali, Lam-
phranco nominato prouidit, & denique à necessitate ferendi ferulam
absoluit, vt patet ex Bulla confirmationis, protectionis, dispensationis,
& constitutionis eiusdem Alexandri Papae 4. sub datum Laterani 5. Idus
Aprilis sui Pontif. ann. 2. Incipit Bulla *Licet Ecclesia Catholica*. Dedere

Laert. Cherub. to. 1. Bullaru sub Alex. 4. Bulla 6. Io: Marq. de orig. Eremit. S. August. c. 4. §. 1. Laurent. Emp. in Bullario Ordin. Eremit. S. August. sub Alex. 4. Const. 18. Luc. Vuad. in Apolog. de prat. Monachatu. S. Frãc. §. 4. n. 21. Ioann. le Paige in Biblioth. Pramonstr. Ord. lib. 1. sect. 7. pagin. 84. Gabriel Pennott. histor. trip. lib. 1. c. 46.

Bullam Laertius Cherubinus, Ioannes Marquez, Empoli, & Vuadingo.
Indulsit praeterea Pontifex Alex. Eremitis sic vnitis, vt cucullas deferrent
omninò nigras, tinctas, vel non tinctas, vt ex eiusdem litteris incipien- D
tibus *Litteras nostras* sub *Datum Anagnia Idibus Octobris Pontificatus nostri*
ann. 2. Suntque cum inserta forma litterarum eiusdem Pontificis Alexan-
dri directarum *Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis per Lom-*
bardiam, Tusciam, & Romandiolam, ac Teruisinam, & Anconitanam Mar-
chias, Ducatum Spoletanum, Patrimonium B. Petri in Tuscia, Campaniam, &
Maritimam, ac Regnum Siciliae constitutis. Et incipiunt *Recordamur liquidò*.
Sub *Datum Anagnia 8. kal. Iulij Pontificatus nostri anno* 2. & refert Frater
Ioannes le Paige in Bibliotheca sui Praemonstratensis Ordinis. Et licèt
deinde cum Augustinianis non conuenientes Eremitae Ordinis S. Guillel-
mi, de eiusdem 4. Alexandri indultu incipiente *Licèt olim.* dato Anagniae E
11. Kal. Sept. sui Pontific. anno 2. à nobis supra relato, remanserint in
pristino habitu, (non enim erat cuculla nigra, sed tunica alba, cum man-
tello albo, & vocabantur, vt inquit Pennottus, mantelli albi) Sancti Be-
nedicti Regula, & S. Guillelmi constitutionibus, & qui in Gallia, & in Bel-
gio per omnia in habitu, legibus, cantu, & Breuiario assimilauerint se
nostris Cistercienfibus: tantus tamen S. Guillelmi Ordinis Coenobiorum
in diuersis Mundi partibus, in Alemannia, & Hungària praecipuè, consti-
tutorum numerus fuit, ac tanta Guillelmicolarum multitudo, quae in habi-
tu nigro, & S. Augustini regula perseuerauit, vt & ipsi Augustiniani ad

A præsentem vsque diem S. Guillelmum Aquitaniæ Ducem, & Pictauiæ Comitem in Ordinis Eremitarum S. Augustini Restauratorem, & Reformatorem laudent, venerentur, & colant, & solemnissimum de eo festum celebrent. Atque ità iuxta Prophetæ Ioachim verbum *surrexit Ordo, qui videbatur nouus*. Nam secundum Sabellium temporum iniuria penè ad interitum perductus erat. *Et non erat nouus*, quia erat antiquus in Ecclesia Dei. Antiquitas hæc patet ex ipsissima vnionis generalis Bulla, vt Historiographiorum sententias omittam, sub dat. Anagniæ 8. kal. Iulij Pontificatus Alexandri Papæ 4. ann. 2. dum eum Ordinem, siue Congregationem vt à cæteris vniendis Congregationibus distinctam exprimit, & in expres-

Marcus Anton. Sabellicus Ennead. lib. 5. & 6. in princip.

B sione primum ei locum tribuit, inquiens. *Cum autem dilectus Frater noster Riccardus S. Angeli Diaconus Cardinalis vniuersas domos, & Congregationes Eremitarum prædictorum, quarum quædam S. Augustini, quædam S. Guillelmi, nonnullæ autem fratris Ioannis Boni, aliquæ de Fabali, aliquæ verò de Brictinis censebantur, in vnam Ordinis Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem obseruantiam perpetuò de mandato nostro duxerit vniendas*, & declarare videtur Martinus huius nominis quintus in Bulla translationis corporis S. Monicæ Matris S. Doctoris Augustini Hipponensis Episcopi, quod ex Ostia Tyberina, vbi iacuerat per annos 1020. ad Ecclesiam Fratrum Eremitarum S. Augustini de Vrbe transferri iussit ann. Domini 1429. sui

C Pontificatus anno 12. illudque eis *tanquam veris Matris hæredibus* concessit. Bulla incipit *Pia charitas, atque deuotio*. Et quod ad rem pertinet habetur in Breuiario Romano in Appendice Officiorum SS. Ordinis Eremitarum S. Augustini cum *de festo translationis S. Matris Monicæ*, lect. 6. vt mihi ostendit deuotus, humilis, simplex, & pius Pater frater Ioseph ex nobili familia de Elia oppidi Bullitæ Augustinianus Eremita Congregationis Colloritanæ. Ad hanc item ostendendam antiquitatem conferunt etiam, quæ S. Mater Monica filio suo Augustino prædixit antequam obdormiret in Domino *Vade igitur* (Monica inquit Augustino) *cum amicis tuis, nostro auxilio, nostraque tutela securus, & fœlix: tempus erit cum simul*

D *ambo filij tui, filijque mei, & me, & te, iterum in Italiam reuocatos, religiosa pietate seruabunt*. Quod est euentu cōprobatum, vt vidimus ex Bullis Gregorij noni, Innocentij 4. & Alexandri item 4. Quibus item mandantibus Pontificibus, fratres Ordinis Eremitarum S. Augustini modò induuntur nigris vestibus, nam ante vtebantur habitu Minoritarum habitui omninò simili, vnde magna lis inter Franciscanos, & Augustinianos, & vix tandem per Alexandrum 4. extincta, vt in Apologetico de prætenso Monachatu Augustiniano S. Francisci, & in Apologetici Defensione contra Ioannem Marquez, & Thomam de Herrera eiusdem Eremitici Ordinis, luculenter probat Lucas Vuadingo Minorum Chronologus candidissi-

Breuiar. Eremit. S. Aug. in offic. Translat. S. Matris Monicæ lect. 1.

E mus. Reliquas à nobis dati vaticinij partes aperiunt Regula, quam obseruant eiusdem Ordinis Alumni, decreta, & Constitutiones capitulares, nec non & studia ad Catholicam fidem dilatandam, defendendamque, ad quæ nos lectorem remittimus. Adauxit Neapolitano in Regno sacrum Eremitarum S. Augustini Ordinem sanctæ, & immortalis memoriæ Leonardus Militia à Roblano Cusentinus, qui à progenitoribus non mediocribus ortus ann. Dom. 1519. & liberalibus disciplinis enutritus expensis sui aui Bernardini Parisij, fratris Petri Pauli Parisij Cusentini Cardinalis amplissimi, cuius corpus humo tegitur, fama per orbem volat, spiritus astra tenet. (E viuis enim excesserant Protestus Militia, & Palma Dode-

Lucas Vuadingo in Apolog. de prætenso Monach. August. S. Franc. §. 4. & in Defens. Apolog. de prætenso Monachatu S. Francisci sect. 7. §. 2. Lugduni impressa ann. 1641.

ta genitores eius dum adhuc ipse pueritiam agebat) Castrouillarũ Vrbẽ A
deuenit cum Baptista cognomento Romano eiusdem Vrbis. Vbi dum moram traheret expertus est viros, qui eum de Mundi fuga consulerent nempe Dominum Don Leonardum de Atris Sacerdotem,& Dominum Bernardinum Calà eiusdem Vrbis, viros vtique Christianos,& pios. (Bernardinus iste laudem tulit inculpatæ virtutis,& quia nitebat nõ modò nobilitatẽ,& litteris, verùm etiam singulari humanitate, & in rebus agendis prudentia, Pij Papæ 4. quondam Cassanensis Episcopi adeò gratiam est consecutus, vt eiusdem Pontificis familiaris, & continuus commensalis effectus, ac intimus Camerarius,& in paucis charus, Prothonotaria dignitate, ac S.Palatij Comitatus officio, multisq; alijs titulis, & mu- B
neribus ab eodem Pontifice fuerit cohonestatus) Eremitam ergo induit Sancto dictante Spiritu in Ecclesia Sancti Angeli (sita est Ecclesia in vertice Collis eiusdem nominis, qui terminus est agrorum Vrbis Castrouillarum, & oppidi Morani Prouinciæ Calabriæ citerioris) & Leonardi nomen in Bernardum commutauit. Vbi & cellulam, & cisternam ad colligendam in arido monte aquam proprijs manibus sibi construxit de licentia tamen ordinarij Ioannis Angeli de Medicis, tunc Cassanensis Episcopi, qui in Presbyterum Cardinalem tit. S. Priscæ creatus, ad supremum S.R.E.fastigium fuit euectus die 25. Decembris ann. 1559. sub nomine Pij 4. à quo & Sacerdos fuerat ordinatus. Inde peregrinationi se C
commisit, vt locum daret ambientibus Ecclesiam S.Angeli, & habitationem eius adiunctus cuidam viro nobili Castrouillarum Vrbis, Domino Marco Calà nominato prælibati Bernardini germano, loca sancta Almæ Vrbis,& sacrosanctam Domum Lauretanam, deuotissimè visitauit. Moranum in regressu pertransiens, à Moranensibus discupitus, pugnaturus cum Diabolo, Mundo,& Carne, Colloriti oblatam Eremum acceptauit, vbi de Ordinarij licentia sedem suam delegit in die Ascensionis Dominicæ, quæ cecidit sub die 14. Maj ann. Dom. 1545. ac tuguriolum ex arborum ramis sibi præparauit. Hoc in loco nuda in terra cubans, nudũ Christum sequebatur in oratione,& ieiunio, corporis vires solis herbis D
omni condimento sublato restaurabat,& frequentissimè asperas disciplinas corpori adiungebat. Mox anno sequenti 1546. ne nocte intempesta cibus esset ferarum, quibus tunc magis abundabat, quàm nunc eremus illa,& Cœli iniurijs abarcendis, Cellulam sibi fabricauit:& vt hinc magno incommodo, maximè in hyeme niue ingruente, & sæpe sæpius festiuis in diebus ei accessum ad oppidanas Ecclesias prohibente, Deo valuisset offerre sacrificium laudis, nouæ Ecclesiæ fundamenta dedit, quàm ad perfectum duxit, sanctissimæ,& gloriosissimæ Mariæ sub vocabulo de Collorito dicauit, prætiosissima sacra suppellectili ditauit, ac sui iuris effecit, Petri de Affatatis Episcopi Acciensis, Ecclesiæ Cassanensis Decani, suf- E
fraganei, ac in spiritualibus,& temporalibus Bernardi Medices Cassanẽsis Episcopi Vicarij generalis desuper anno 1552. expeditis litteris incipientibus *Dilecto nobis in Christo filio fratri Bernardo Casalis Rugliani Cusentina Diœcesis Ordinis Eremitarum salutem in Domino sempiternam. Splendor paternæ gloriæ etc. Datum in Castrouillari die 12. Octobris Indict. 11. Pōtificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini Iulij Diuina prouidentia Papæ tertij anno tertio &c.* atq; Elinæ Principissæ Bisinianensis sub datum Da Morano lo primo di Nouembre 1552.& cõfirmatis à Pio Papa 4. per specialem eius Bullam incipientem *Cum à nobis.* Sub *Dat. Romæ*

Scripsere de Ioanne Angelo Medices Ioseph Castallio in vit. Siluij, Faminianus Strada in Prolusionibus Academicis, Andreas Victorellus in not. ad Ciaconum, Ferdinandus Vghell. ibid.

Ioann. Leonardus Tufarellus in vit. Fratris Bernardi, Curiolanus, & alij.

A *me apud S. Petrum ann. Incarnat. Dominicæ* 1560. 10. *kal. Aprilis Pontif. ſui ann.* 2. In ſocios primos aſciuit Michaelem Hiſpanum è Regno Caſtellæ, Bernardellum Ferraro à Pappaſidero, & Bernardinum de Roſito à Morano, laicos quidem, ſed admodum deuotos, & pios; dein Antonium Donadio, Ioannem à Ierace, & Petrum de Philippo Moranenſes, ſicut Sacerdotij dignitate inſignitos, ſic vitæ exemplaritate celebres. Inſtitutiones quaſdam compoſuit, quas prouidus Pater obſeruari præcepit, ac ſe, & ſuos in Chriſto filios Epiſcopali correctioni ſummiſit. Verùm mandante ſucceſſu temporis SS. Pontifice Pio huius nominis 5. Religioſis omnibus, ſub approbata Regula non viuentibus, vt vnam ex approbatis ſibi deli-
B gerent: mox Romam aduolatus pro ſe, & ſuis auguſtiſſimam Auguſtini Regulam in habitu ruſtico nigro non accidentaliter colorato, vt præſcripſerat Gregorius nonus, caputio rotundo & zona pellicea deſuper, obſeruandam aſſumpſit Idibus Aprilis ann. Dom. 1592. vt ex Bulla Fratris Auguſtini Fiuizani Romani SS. Domini Papæ ſacriſtæ, & totius Ord. Eremitarum S. Auguſtini auctoritate Apoſtolica generalis Vicarij incipiente *Cum ſicut accepimus*. Gliſcentibus deinde Eremitis, quos Colloriti Cœnobium capere non poterat, in Vingianelli, & Vrſomarſi oppidis, ab oppidanis ſummopere etiam expetitus, illiſq; largiflua liberalitate ſuffragantibus, Conuentus inſtituit. Pleroſque alios inſtituiſſet, niſi inuocatione præ-
C ueniſſet eum Dominus in Cœnobio à ſe condito apud Eccleſiam memoratam B. Mariæ de Collorito die 12. Ianuarij hora 8. noctis ſequentis ann. Domini 1602. & ſuæ ætatis ann. 83. Vitam, geſtaque eius, & in morte, & poſt mortem ſecuta mirabilia in vnum collegit Doctor Phiſicus Io: Leonardus Tufarellus Moranenſis, & præuia approbatione Bonifatij Cardinalis Caietani Epiſcopi Caſſanenſis, cui dicatum opuſculum, imprimendiq; licentia Vicarij generalis Cuſentini, typis dedit Cuſētiæ apud D. Andream Riccium ann. 1610. Inter cæteros ſuos alumnos, qui ſanctiſſimæ huic ſodalitati nomen dedere præcipui fuere Frater Petrus à Morano, qui Epiſcopiæ, vt dicitur, & Saracenæ Conuentus fundauit, & Frater Fulgen-
D tius à Vingianello è familia Paſtina, qui Nucariæ, Clarimontis, Moliterni, Caſſani, Colubrarij, & Neapoli Monaſteria à primario lapide erexit, ſi ſecundum excipias, nempe Claromōtis, quod pro Minoritis fuerat primò ædificatum. Fuit ſanè Fulgentius in labore indefeſſus, in regulari obſeruantia inſuperabilis, in vitæ exemplaritate conſpicuus, meritis rutilās, ac morum nobilitate fulgens, iacet verè venerabilis ſenex in Eccleſia Conuentus S. Mariæ Fidei apud Neapolim ſuæ Congreg. à ſe condita; quam nunc in ſpiritu, & diſciplina regit eius in Chriſto filius P. Seraphinus à Carluccio eiuſdem oppidi Vingianelli olim Rector generalis, qui non ſinit Didaſcoli ſui veſtigia præmere, & ad omnia ſolicitus, inque vita
E vtraque indefeſſus, ſummæ exiſtimationis Pater oſtenditur. Ex hoc vnico Cœnobio breuiſſimo temporis curſu prodiere Religioſi virtutibus, eruditione, & Teologica facultate præſtantiſſimi, & inter cæteros facundiſſimus Pater Chryſantus Ceruinus à Morano, qui nunc Generalis Vicarij in Cōgregatiōne munere fungitur peruigilanter, Patres Ioſeph de Cęſare, Andreas de Granato, & Bernardinus Perronus ex Patritijs, item à Morano, & Pater Daniel è nobili gente de Alexandro à Moliterno, nunc Diffinitor,

A

CAP. LII.

Sacrum Clericorum Regularium Theatinorum Ordinem prædicit.

Abb. Ioach. in exposit. sup. Apocalypsim par. 4. dist. 7. cap. 14. text. 11. pagin. 175. col. 3.

EOdem in opere, capite, & textu inquit magnus Propheta Abbas Florensis. *Arbitramur in eo, qui visus est sedere supra nubem candidã, & esse similem filio hominis, significari quendam Ordinem iustorum, cui datum* B *sit perfectè imitari vitam filij hominis, & S. Ioannis Euangelista. Habere nihilominus linguam eruditam ad euangelizandum Euangelium regni, & ad colligendum in aream Domini vltimam messionem. In Angelo verò, qui egressus est de templo, & clamauit voce magna ad sedentem supra nubem, ipsum filium hominis, de quo dicit Psalmista. Deus in templo sancto suo. Vel certè vnum aliquem magnorum nuntiorum suorum. Egredietur enim, quia iam tunc manifestus erit in conscientijs hominum: clamauit autem voce magna: quia vt hoc faciat Ordo ille, ei per manifestum donum spiritus, & non iam per enigmata intimabit. Qui videlicet Ordo rectè coronam auream habere describitur, quia in veritate certabit contra omnia vitia, & superabit ea: & idcirco coronatus pro* C *præcedenti victoria, dignus existimabitur, qui euangelizat electis, & congreget triticum in Regnum Cælorum. Qui bene etiam supra nubem candidam sedere describitur; quia nubes quidem corporea res est, nec tamen grauis, & pōderosa, sicut terra; sed leuis: & conuersatio illius non erit ponderosa, & obscura; sed lucida, & spiritualis; non enim erit subditus actioni, sicut ipsi esse cogimur, etsi inuiti, sed præ gratia vbertate magis contēplationi intentus. Sicut enim illi homines dicuntur sedere super faciē terræ, qui terrenis inhiant, & terrenis incūbunt; ita fælices homines illius status; quia de rebus mundanis nihil cupient, velut in aere positi super nubem candidam requiescēnt.* Et cætera, quæ sequuntur. Hoc vaticinium si rectè consideretur, tunc futurum, nunc præ- D sentem Illustrissimum sacrum Clericorum Regularium Theatinorum Ordinem diametraliter, directèque prospexit supra trecentos ante annos. Hic siquidem Ordo ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino Don Ioanne Petro Carafa, verè Illustrissimæ Neapolitanæ Vrbis familiæ Episcopo Theatino, atq; à Caietano Thienæo Vicentino; Prothonotario Apostolico ex numero participantiũ, ascitis socijs Bonifacio Colli Alexādrino, & Paulo de Consiliarijs Romano, viris pernobilibus, pietateque, ac Religione conspicuis, videntibus sæcularem Clerum ea vergente tempestate potius scandala, quam sanctas ædificationes Christiano propinare populo, peculiari summa Dei prouidentia inspiratis, in festo Exaltationis E sanctæ Crucis die 14. Septembris anno Domini nostri Iesu Christi 1524. Pontificatus Clementis septimi anno primo, & Imperij quinti Caroli anno quarto, Romæ in Sancti Petri, Apostolorum Principis Templo, & propriè iuxtà Aram, vbi Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli asseruantur Reliquiæ sacrosanctæ, toto interueniente Clero, maximaque populorum astante multitudine institutus, linguam habet eruditissimam ad Dei Euangelium prædicandum, & in Domini aream ad colligendum vltimam messionem, pœnitentium conscientias hominum diligentissimè examinando, & examinatas eorum sordes, contrarijs virtutibus depurando. Vndè

Acta Notarij Steph. de Amādeis asseruata in Capitolij tabulario, cũ inserta Bulla Clemētis Papæ 7. & ad verbum dedit eloquentissimus, & eruditissimus Pater Don Ioseph Siles in sua Congreg. Cleric. Regularũ Annalib. lib. 2. ad ann. Dom. 1524. §. Quo autem.

vide-

A videmus eius Alumnos, tanquam perfectissimos, & lepidissimos medicos languentium animarum, veluti ex Episcoporum Seminario eductos, ad sæcularium sublimes Ecclesiarum sedes, à summis Romanis Pontificibus in dies collocari, & collocatos, ne dum informes Cleros bonis, & sãctis moribus informare, sed & oues sibi creditas ad sublimia pascua ducere, & à luporum insultibus vigilantissimè custodire. Insuper sanctissimus iste Theatinorum Ordo subditus non est actioni, vt sunt cæteri omnes; quia nec bona temporalia possidet, nec sibi victum quæritat, sed domi eleemosynam expectat ab eo, qui dat escam omni carni. Magnum equidem immensæ diuinæ prouidentiæ, præclarumque, ac euidens signum, cõ-
B tinuum sanè in miraculum, atque eiusdem Ordinis Professorum extremæ sanctitatis eximium, & egregium argumentum. Item hic Iustorum Ordo, tanquam Leuitica Tribus, est in cultu diuino assiduus, & contemplationi magis intentus. Non terrenam, & transitoriam; sed cœlestem, & æternam quærit hæreditatem. Lucida, & spiritualis eius conuersatio, omnem à se maculam proprietatis excludens, altissimum curandarum animarum finem intendit. Et vt verbis præ dignitate rem paucis attingam, huius Instituti Religiosi sanguine, & omnium scientiarum, & virtutum genere veraciter illustrissimi, Apostolica viuendi forma contenti, ad vnguem vita in æmulantur Iesu Christi, ac eius perfecti sunt imitatores, secundum
C quod inspiratus diuinitùs prædixerat Propheta Ioachim. Cæterùm Theatinorum cognomentum desumpsit congregatio ista à Ioanne Petro Carafa præfato, Episcopo Theatino, eam excitante, qui post Cardinalatum tituli Sanctæ Mariæ Transtyberim factus Episcopus Cardinalis Albanensis, die 17. Octobris 1543, deinde Sabinensis 1546. exin Tusculanus 28. Februarij anno 1550. dein Portuensis 24. Nouemb. 1553. exinde Ostiensem, & Veliternensem Ecclesiam adeptus 2. Decembris 1553. ac sacri Collegij Decanatu cohonestatus, tandem Marcello Papæ secundo suffectus decimo Kal. Iunij ann. Dom. 1555. sub nomine quarti Pauli, vt prædixerat noster Propheta Ioachim, relatus ab eruditissimo viro Patre Don
D Ioseph Sylos, veri Pastoris spiritu donatus, vniuersum Domini gregem acerrima propugnatione defendit. E viuis excessit Romæ 15 Kal. Septẽbris anno Domini 1559. sui Pontificatus anno quarto, mense secundo, & die vigesimo septimo, sepultus in Vaticano, deinde apud Sanctam Mariã super Mineruam, mandante Pio Papa 5. translatus, hoc eius in tumulo apposito Epitaphio.

Ioseph Sylos Theatinus hist. Cler. Regularium lib. 8. ad ann. Domini 1555. sceleberrimus.

PAVLO QVARTO CARAFFÆ
Pontifici maximo, eloquentia, doctrina, sapientia, liberalitate, animi magnitudine præstanti, scelerum vindici integerrimo, Catholicæ fidei acerrimo propugnatori.
E *Pius V. Pontifex Maximus grati, & pij animi monumentum posuit.*
Vixit anno LXXXIII. mens. vno, die xx. obijt MDLIX. xv. Kal. Septembris Pontific. sui anno 5.

De tanto Pontifice scripsere Scardeonius, Marius Mattesilanus, Cynus Campanus, Ianus Vitalis, & alij citati ab Andrea Victorello in notis ad Alfonsum Ciaconũ in vita eiusdẽ SS. Pont. Pauli Papæ 4. Caietanus Thienæus illustri genere ortus, sãctitate præclarissimè enituit, penè innumerabilia monumenta sanctimoniam, & miracula tanti viri testãtia Apostolica auctoritate confecta, Romanæ Rotæ Auditores viderunt, proba-

uerunt; ac de Theologicis, moralibuſq; eius virtutibus, de Sanctimoniæ A
fama, ante, & poſt mortem de tumuli cultu, ac de miraculis conſtare ſunt teſtati, ac tutò poſſe, quandocumq; ſanctiſſimo placuerit ad ſolemnem eius canonizationem deueniri cenſuerunt vnanimi conſenſu Illuſtriſſimi PP. S. Rituum Congregationis die 22. Septembris anno Domini 1629. proindeque ſolemniter in Beatorum albo fuit adnotatus, vt ex ſequenti decreto de dicto die 22. Septembris ædito videre licet.

Facta per S. Rotæ Auditores relatione Sanctiſſimo de proceſſibus auctoritate Apoſtolica fabricatis ſuper ſanctitate ſerui Dei Caietani Thienæi nobilis Patritij Vicentini Patrum Theatinorum fundatoris, vſque in S. Rituum Congregatione de mandato ſanctitatis ſuæ per plures ſeſsiones, citato etiam ad hoc & audito Promotore Fidei, ad relationem Illuſtriſsimi Cardinalis Antonij B
Barberini acerrimè diſcuſsis, cognito primùm ſuper validitate dictorum proceſſuum, deinde ſuper virtutibus heroicis, & demùm ſuper miraculis in vita, & poſt mortem interceſsione dicti ſerui Dei ab Altiſsimo patratis, eadem S. Rituũ Congregatio vnanimi Illuſtriſsimorum Patrum conſenſu cenſuit tutò poſſe, quandocumque ſanctiſsimo placuerit, deueniri ad ſolemnem canonizationem dicti ſerui Dei Caietani Thienæi, & interim poſſe concedi, vt ipſe Dei ſeruus in poſterum Beatus nuncupetur, & ab omnibus Clericis Regularibus vbique exiſtentibus Officium de communi Confeſſoris non Pontificis in die eius obitus recitari, & miſſa celebrari, iuxtà Breuiarij, ac Mißalis Romani rubricas etiam C
per Sacerdotes Regulares, & ſæculares ad eorum Eccleſias confluentes; in Ciuitate verò Vicentiæ vbi natus, ac in Ciuitate Neapolis vbi ſacrum eius corpus requieſcit in omnibus Eccleſijs tàm Regularium, quàm ſæcularium Miſſa, & Officium, vt ſupra reſpectiuè celebrari, & recitari valeat: Ac pro præſenti anno dumtaxat prædicti Patres Theatini ſolemnem Beatificationem cum Officio, & Mißa in die eius benè viſa, hic Romæ in Eccleſia S. Andreæ de Valle, nec nõ alij ad illam confluentes celebrare poſſunt, & valeant. Quam ſacræ Rituum Congregationis ſententiam S. D. N ad ſe relatam approbauit. Ioannes Baptiſta Cardinalis Detus. locus ✠ ſigilli. F. Fuluius Benignus Secr. Refert decretum Aſcanius Tamb. tom. 2. de Iur. Abb. diſp. 24. q. 4. nu. 83. Agunt de D
hac eximia Congregatione Andreas Victorellus in notis ad vitam Pauli 4. Antonius Caracciolus in Vita B. Gaietani, eruditiſſimus P. Don Ioſeph Sylos citatus, Gualterius in tabul. chronograph. ſæculo 16. pag. 557. Paulus Morigia in origin. Relig. cap. 66. Hieronym. Roman. in Republ. Chriſtiana lib. 6. cap. 32. Ioannes Petrus Iuſſanus in Vit. S. Caroli lib. 2. cap. 19. Frater Emanuel Roder. qq. reg. tom. 1. q. 3. art. 14. Azorius Inſtit. moral. p. 1. lib. 13. c. 11. q. 8. Hieronymus Roder. in Cõmpend. qq. regul. reſol. 123. num. 21. Aubertus Miræus in libello de orig. Cleric. Regul. cap. 2. pag. 9. Auguſtinus Barboſa de Iure Eccleſiaſtico lib. 1. cap. 41. num. 158. Syluester Marulus in Oceano Relig. lib. 5. Pennottus lib. 2. E
hiſt. tripart. cap. 74. Baptiſta de Tuſſo in Chron. huius Relig. Baptiſta Caſtaldus in Vita B. Gaietani, & alij innumeri.

CAP. LIII.

Sacram Ieſu Societatem præuidit.

Thom. Stapleton. in Promp. moral. ſuper Euangel. totius Anni, in Euangel.

MVlti multa pro ſacra Ieſu Societate diuerſimodè ex Sancto noſtro Vate Oracula vulgauere deprompta. Thomas Stapletonius, diuini verbi proclamator egregius, in ſuo Promptuario morali ſuper Euangelia

A lia totius anni in Dominica intra octauam Dominicæ Natiuitatis, inquit. *Verùm de illa societate sit, quod ante quadringentos annos de ipsa scripsisse videtur Ioachimus Abbas his verbis. Insurget vna noua Religio sanctissima, quæ erit libera, & spiritualis, in qua Romani Pontifices, positi pace Ecclesiæ, se continebunt, quam Religionem, & Ordinem Deus super omnes alias diliget, quia perfectio illius vincet omnes alias aliorum Ordinum.* Hæc Stapletonius. Ioannes Frãciscus Spina Philosophus, & Medicus peritissimus ex Ripatransona in suo opere de maximis coniunctionibus Saturni, & Iouis, etsi relatum à Stapletonio vaticinium non ad Iesuitas, sed ad Clericos Congregationis Oratorij extendat, suum nihilominus adducit in hæc verba. *In*

Domin. infra oct. Natalis Dom. tex. 1. Ex lib. 5. Concordia cap. 65.

Ioänn. Franc. Spina ex Ripatransf. de maxim. coniunct. Saturni, & Iouis annorum 1603. & 1702. lib. 2. cap. 12. pag. 114. & 115. in impressione Maceratæ de anno 1621.

B *hanc tamen sententiam venire forsan possumus non solum ex inspectione syderum, per quæ rerum omnium opifex, tanquam per signa in vniuersali libro signata ostendere solet; sed etiam per alias coniecturas, & dicta clarissimorum virorum, qui diuino numine afflati, multa prænaticinati fuere; inter quos fuit Beatus Ioachimus, qui ita dicebat. Exiet quidam Ordo, quem designat Iesus, qui clarebit sexto tempore Ecclesiæ, scilicet in fine Mundi, & erit cæteris spiritualibus præclarior, & Deo amabilis. Alludens Iesuitarum Ordini, qui quidem Venerandi Patres Christi fidem, tanquam tubicines paruo temporis spatio per regiones incognitas, immò per totum terrarum orbem patefacerunt.* Hactenus Ioannes Franciscus Spina. Et sic alij alia, an autèm cum textu concor-

C dent, ipsi sciunt. Nos autem summa cum laude pluribus in locis sacram hanc Iesu societatem à magno nostro Vate Florensi reperimus prædescriptam. In primo suo opere, nempe in noui, & veteris Testamenti Cõcordia, de dicta Societate sic est prælocutus. *Futurum est enim, vt Ordo vnus conualescat in terra similis Ioseph, & Salomonis, & ipsius quoque Abbahominis, cuius etiam Filius dictus est à Propheta, quia in ipso, & per ipsum, & secundum ipsum formatus erit gloria, & dignitate, & ipse subyciet bestias, & omnem terram; vt compleatur in eo promissio illa Psalmi dicentis. Et dominabitur à Mari vsque ad Mare, & à flumine vsque ad terminos Orbis terrarum. Ipse est ille populus Sanctorum, de quo dixit Angelus Danieli. Regnum autem,*

B. Ioach. Abb. Flor. noui, & veter. Test. Cõcordiæ lib. 5. ca. 8. pag. 69. col. 4.

D *& potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne Cælum dabitur populo Sanctorum Altissimi. Hic est populus ille sanctus Ordo, scilicet Iustorum circa finem futurus, de quo in typo Salomonis dictum est à Domino per Nathan Prophetam. Ergo ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium. Neque enim secundum quod apertè docet Angelus in præscripta visione Danielis de solo filio Dei intelligenda sunt verba ista: sed tàm de ipso, quam de his, qui sunt eius, de illis videlicet sa[illegible] hominibus circa finem futuris, qui secuti sunt ad integrum vestigia eius, [illegible] in quibus occursurus est ad integrum Christianus populus in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Quod si quæritur de sanctitate illius populi, vel Ordinis qualis erit; quàm apertè in Zacharia*

E *demonstratur, cum dicitur. Extendam manum meam ad paruulos, & erunt in omni terra dicit Dominus. Partes duæ in ea disperdentur, & dificient, & tertia pars relinquetur in ea, & educam tertiam partem per ignem, & vram eos, sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum. Ipse inuocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Verum, quia idem Ordo non erit absq; Prælatis, qui agerant in eo vicem Christi; & si generalis intellectus totum ipsum Ordinem tangit, specialiter tamen ipsos Prælatos, in quibus regnauit Christus Iesus, quem oportet dominari, & regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis.* In expositione item super Apocalypsis sacram hanc Iesu Societatem prænunciatam reperimus cap. 3. text. 9. vbi post multa ad rem

B. Ioach. Abb. super Apocalypſ. p. 1. c. 3. text. 9. pag. 83. col. 2. & 3.

noſtram impertinentia, hæc. *Deſignatur etiam*, inquit S. Abbas, *in ſexto mense ſextum tempus Eccleſiæ, in quo oportebat concipere ſpiritualem Eccleſiam haud dubium, quod nouum quendam ſpiritualem intellectum, ſiue etiam promiſſionis filios, & prolem præ cæteris ſpiritualem, hoc eſt ipſum Ordinem, quem deſignat Ieſus. Qui videlicet Ordo præ multis alijs, qui præceſſerunt eum, amabilis, & præclarus infra limitem quidem ſecundi ſtatus initiandus eſt, hoc eſt in tempore ſexto, ſi tamen vſque adhuc non eſt in aliquibus initiatus, quod tamen mihi adhuc non conſtat, quia initia ſemper obſcura, & contemptibilia ſunt; multiplicandus verò, & dilatandus in tertio illo ſtatu ſæculi, qui in tempore nouiſſimo futurus eſt*. Et poſt pauca vtrumque vaticinium explicans, inquit. *Sanè idem Ioannes quinque menſibus naſcendo præceſſit natalia Chriſti, cum vtique ſexto menſe à natiuitate Ioannis natus ſit ipſe Chriſtus: nimirum quia ſexto Eccleſiæ tempore naſciturus eſt ille Ordo, qui ſignificatur in ipſo, & ſicut alibi ſcripſimus in Ioſeph, in Samuele, in Salomone, in Ioanne, cuius eſt liber iſte, & alijs viris ſanctis, quorum nomina ſunt in libro vitæ. Qui quidē à ſexto, vt iam dixi, tempore ſecundi ſtatus accepturus eſt initium ſuum, ſed in tempore magis tertij conſecuturus eſt augmentum*. Item in expoſitione ſuper Hieremiam Prophetam cap. 4. ad verbum, *Filia Syon*, eundē vaticinatur totidem verbis. *Filia Syon, Eccleſia Romana eſt, quam, neceſſe eſt tempore partus eius, qui nimis accelerat, in dolore, & anguſtia filium parere ſpiritualem, paris & vocalem, ſpiritualem ducendo vitam, vocalem quoad doctrinam; vt quaſi alter Chriſtus primogenitus de vtero matris Eccleſiæ prodeat, & æternæ vitæ pabulum, hauſumque ſalutis adducat*. Sacram hanc, atque ampliſſimam, vniuerſoque Orbi conſpicuam, Ieſu Societatem, è Sanctæ Matris Eccleſiæ vtero egreſſam, noſtris temporibus neceſſariam, vtiliſſimamque fuiſſe, totus Mundus claro concinit eloquio, & res ipſa demonſtrat, cum nōn ſolum fidelibus, vt perſiſtant, & ad ſtatum perfectiorem tendant, ſui Religioſi operam conferant, ſed etiam quando à ſubitis Hæreticorum inſultibus, procelliſque, fluctuantem Petri nauiculam defendi, eiuſque Sanctiſſimæ fidei virtutem remotiſſimis Prouincijs, non dum fermè cognitis, notificari opus eſſet; quod magna cum aſſiduitate, ac diligentia, ſummiſq; laboribus, atque periculis alacri Religioſorum horum opera factum eſſe, nemo eſt qui ignoret, adeò quod rectè Ieſu Chriſti ſectatores, & diſcipuli, æternæ vitæ pabulum, hauſumque ſalutis adducentes, poſſent appellari. Illuſtriſſimæ tam ſanctæ huius Societatis finis extitit, Prædicationibus, Confeſſionibus, ſpiritualibuſque alijs exercitijs, ac omnium eruditione ſcientiarum Chriſtianos, eo quo fieri poſſet adiuuare: [illegible] vt priſca illa aurea primitiuæ Eccleſiæ tempora, Athenienſium, Romanorumque diſciplinarum ætatem, eximio cum noſtro gaudio rediſſe dicere poſſimus. Laudat in Parentem Societas Ieſu ſacroſancta, ſanctiſſimum Virum Ignatium Loyola Cantabrum Hiſpanum. Non tamen ab ipſo, aut à loco in quo fundata Sodalitas, ſed à Chriſto Ieſu, quem ſibi ducem in hominum quærenda ſalute, ſuarumque omnium ſtatuerat exemplar actionum, cognomē mutuauit. *Et ſanè præuidebat haud dubie B. Pater* (inquit Nicolaus Orlandinus) *quantam ille appellatio apud huius diſciplinæ aſſeclas habitura vim eſſet in omni rerum ſtatu, ac tempore. Quippe intelligunt inde, qui in eam ſe dicant non in cœtum Ignatij, neque ad ſuæ dumtaxat ſtudium ſalutis, ſed in filij Dei peculiarem quandam Societatem, ac militiam ſe vocari, ad geſtandam poſt eum Crucem, ad bellum, ad aciem, contra vitia, & Satanam: atque ad illud vrgendum diuiniſſimum opus, propter quod Ieſus ipſe lapſus è Cœlo vitam, & ſan-*

Idem ſuper Hierem. Prophetam capit. 4. pag. mihi 15. col. 2.

Nicol. Orlandinus hiſt. Societatis Ieſu p. 1. lib. 2.

A B C D E

A *sanguinem fudit. Sub illis militandum augustissimis signis, illa omnibus inferenda terrarum gentibus. Auspice, ac praeside Iesu audendum, confidendumq; ardua aggrediendi, dura toleranda, obstantia perrumpenda: illi pugnandum, vincendum, moriendum: neque aliter vitam instituendam, ineundamque pugnam, nisi ea ratione, quam Dominus, & Dux ille cœlestis cùm praeceptis, tùm exemplis ostendit.* In Societate fundanda multos, & varios infensissimos hostes est expertus Ignatius; at quia manus, & protectio Domini erat cũ illo, semper, & in omni loco victoriam lætus reportauit. Asseclæ eius in Collegiorum primordijs nec minores passi sunt à Sathanæ ministris, tantum bonum impedire satagentibus calumnias, & maledicentias, ne oppri-
B merentur, supprimerenturue. Non defuere tamen viri docti, & pij, qui eos, ac vniuersam sodalitatem tuendam susciperent, ac ineffabilibus maledicentijs vltrò se opponerent; maximè verò Compluti, vbi iecerat anno Domini 1543. Franciscus Villanoua Placentinus pro illo Collegio fundamenta. Vbi inter cæteros hanc illustrissimam humánarum, diuinarumque litterarum Mineruam tunc recens ortam admodum suis scriptis, & actoritate promouit B. Ludouicus de Estrada nostri sacri Cisterciensis Ordinis Monachus, & præclarissimi Hortensis Monasterij Abbas, de quo multi ab Henriquez citati *Id*. (inquit P. D. Chrysostomus Henriquez S. T. Magister Hortensis Monasterij Monachus, & Cisterciensis Ordinis
C Historiographus generalis, in notis ad Menologium Cisterciense die secunda Iunij) *in Collegij Complutensis primordijs experti sunt ipsi Patres Societatis, liquetque ex feruida eiusdem Sancti Patris defensione, qua eos ab inuidorum insidijs, & oppressione, in celeberrima Complutensi Academia, sudore non exiguo liberauit. Quàm sincero denique pietatis affectu beatissimum Patrem Ignatium, eiusque sectatores prosecutus fuerit, epistola, quam ad eosdem post Sancti Patris obitum dedit, egregiè sanè demonstrat, qua longo post tempore italico sermone in lucem edita, Romæ seruatur. Exorsus ab animi sui tumultu, quo se ad communem gentis humanæ Ignatij morte acceptam cladem diu cõstitisse mutum, atque attonitum, instar Iobi amicorum, ait, & confusè stuporem*
D *hominum deplorasse; qui quia non intelligunt quanti referat in terris superesse eximia praeditos sanctitate viros, in eorum occasu minimè commouentur. Ex illa Isaiæ voce. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma facti essemus, homines Deo charos aptè seminibus comparans, grano sinapis diligenter Ignatium confert. In primis, quod hoc semen, cum sit minimum, fiat maius omnibus oleribus, Dei admiratur ingenium, qui gaudens rebus minutis, ac vilibus ad maxima opera, & praeclarissima vti, cum tam multi eodem sæculo eiusdem atq; Ignatius consilij essent, ac praeter caeteros Paulus IV. etiam Pontificatus Maximi ad quiduis perficiendum praesidio instructus, & magnus ille Doctor tota Hispania sanctitate, atque doctrina celeberrimus Auila, perfecti ta-*
E *men operis titulum, maiore quadam gloria, Ignatio dederit: adeò vt ad hunc, veluti Ioannes ad Christum, discipulos Auila suos vltro transmitteret. Tum de colonijs, quasi ramis toto orbe diffusis, ac Sociorum multitudine differens, in his ætate, conditione, linguis, nationibus inter se discrepantibus, conspectam à se narrat maiorem, quàm si ab vna essent omnes stirpe, ac parente editi consensionem, atque cor ita vnum, vnamque animam, vt carmine quodam diuino, cœlestique philtro tanta conspiratio fieri videatur. Deinde ad conuolantes in hanc sacram arborem digressus volucres, inter caetera refert, visos à se in quadam Vniuersitate iuuenes antea solitos sequi omnia, diebus quibusque Festis summo mane ad crimina sua deflenda, & ad sacrosancta vsurpanda mysteria, surgere*

Nicol. Orland. p. 1. lib. 4. n. 54.

Petrus Calzolarius in hist. Monastica. Angel. Manrique Sanctorali Cisterc. lib. 2. in vit. S. Martini cap. 17. Rubertus Miraeus orig. Monasticar. lib. 5. Nicol. Orlandin. hist. Soc. Iesu lib. 16. nu. 125. Chrysost. Henriq. in Fasciculo SS. lib. 1. distinct. 7. c. 9. & lib. 2. dist. 27. & in Menol. die 2. Iun. & alij apud ipsos.

numero amplius trecentos: neque hæc alijs in templis propter insolentiam fieri (ita erant tum tempora) cum id miri habeant commodi Societatis templa, quod in ijs inducto more diuinam mentem frequentandi, neminem deterreat inanis metus, ne singularis, ac nobilis fiat. Adijcit his exercitationum spiritualiũ laudes, quas appellat Nouitiatum quendam toto humano generi institutum. Quod sicut Religiosi Ordines habent gymnasia, in quibus suos quique tyrones ad suam vitæ formam exercent, ac fingunt; ita ex vniuerso mortaliũ cœtu, exercitationibus à Beato Ignatio inuentis, suo quique in vitæ genere ad perfectam Christianæ legis disciplinam erudiantur. Postremo obtrectatorum contra Societatem confutatis calumnijs, eiusque instituto non leuiter explicato, Socios adhortatur, vt Beati Ignatij vestigia prementes, contra aduersarios, spe in Deo collocata, modestiaque, ac silentio dimicent. In silentio, & spe, inquit, erit fortitudo vestra: quoniã voluntas Dei est, vt benefacientes obmutescere faciatis hominũ ignorantiam. Addit scriptam à se ipso pro Societate Apologiam, & cur idipse diuersi Ordinis faciendum sibi putauit exponens, epistolam claudit. Hactenus Henriquez in Menologio de Societatis Iesu promotione, & defensione. Circa Dominicæ Natiuitatis annum trigesimum quartum supra sesquimillesimum, Sanctissimus Pater Ignatius Loyola Cantaber Hispanus, Illustrissimæ huic Iesu Societati fundamenta dedit, & oppositionibus superatis, quæ tàm ineffabile bonum impediebant, vt in similibus frequenter, à Paulo Tertio Pontifice Maximo & Societatis, & à se institutæ Regulæ, confirmationem obtinuit, Constitutione sua 25. inde secuta, quæ incipit, *Regimini*, 5. kal. Martij anno Domini 1540. sui Pontificatus anno sexto. Eandem confirmauit Iulius Papa Tertius sua Constitutione 9. incipiente *Exposcit debitum* anno Domini 1550. 12. Kal. Augusti, sui Pontificatus anno primo. Iterum approbata fuit à Sacro Concilio Tridentino sess. 25. cap. 16. *Nulla quoque*. De Regularibus, à Gregório decimo Tertio Constitutione 89. *Ascendentem*. 8. kal. Iunij 1584. & à Gregorio decimo quarto Constitutione 10. incipiente *Ecclesiæ* 4. Kal. Iulij 1591. Agunt ex professo de hac Societatis Iesu Clericorum Regularium Illustrissima Congregatione Morigia, Marulus, Miræus, Nicolaus, Orlandinus, Franciscus Sacchinus, Petrus Ribadeneyra, Valentia, Ioannes Petrus Maffæus, Horatius Tursellinus, Andreas Scotus, Iacobus Gretserus, Franciscus Turrianus, Franciscus Bonauentura, Carolus Scribanus, Aegidius Schondonchus, Augustinus Barbosa, Ascanius Tamburinus, & alij apud ipsos.

Paul. Morigia de orig. Rel. lib. 1. c. 69. Sylucst. Marul. in Ocean. Relig. lib. 5. Aub. Miræus de cõgreg. in comm. viuẽt. c. 7. Orlãdinus, Sacchinus, & Ribadeneyra in libell. de Instituto Societatis Iesu, & in vol. trium General. & in libello inscripto Illustrium viror. Societatis Iesu catalagus, Valentia in Apologia pro Societate aduersus admonitionem Smidelini Lutherani, Ioan. Petr. Maffæus in vit. S. Ignatij, Horat. Tursellin. in vit. S. Francisci Xauery, Andr. Scotus in vit. S. Francisci Borgia, Iacob. Gretser. in lib. quinque Apolog. pro Vita S. Ignatij,

CAP. LIV.

Sacro Cistercienſi Ordini aduersantia prænunciat.

SI de omnibus Dei Propheta Ioannes Ioachim Abbas est vaticinatus ordinibus (prout eorum Alumni certatim ex eius operibus expiscata referunt præsagia, ad quos nos remittimus, vt longo, molestissimoque parcamus labori nostro, cum, Deo annuente, in Ecclesia militante quasi sint infiniti Regularium ordines, & quilibet in nostri Magni Vatis operibus habet, quod sibi possit conuenienter aptari) de Sacro Cisterciensi ordine, è quo exiuit, quàm maximè, cum in omnibus suis operibus

A bus istius meminerit nominis, eidem tùm sinistra, tùm prospera præaunciando. In præsenti de aduersis; in sequenti verò capite de secundis, dante Deo, verba faciemus aliqua. Ait enim libro 4. sui operis vtriusque Testamenti Concordiæ cap. 39. *De Abbatijs autem, quæ creatæ sunt primæ, illud est inserendum, quod sicut quinque maiores Tribus, tanquam priores cæteris, & multarum matres familiarum, prima acceperunt hæreditatem: ita quinque primæ Domus Cistercensis ordinis* (hæ sunt, Cistercium, in die Sanctissimi Patris Benedicti anno Domini 1098. à S. Abbate Roberto fundatum, Firmitas, à S. Abbate Stephano erecta anno Domini 1113. Pontiniacum, à Sancto Abbate Hugone conditum anno Domini 1114. Cla-
B rauallis Galliæ, septimo Kal. Iulij anno Domini 1115. à Mellifluo Doctore Bernardo Abbate constructa, & Morimundum eodem anno Domini 1115. ab Arnaldo, Friderici Coloniensis Archiepiscopi fratre, institutũ) *in omnibus alijs primatum tenent, & quasi quidem Patriarchatus aliarũ omnium factæ sunt. Sed & sicut Patriarchæ illius populi gaudebant in propagatione familiarum; ità & istæ, nec minus in possessione ouium, & armentorum. Quæ tamen omnia, quia non tam pertinet ad sublimitatem liberæ, quam ad abiectionem ancillæ, in eodem diu statu, sicut sunt, manere non possunt. Necesse quippe est, vt succedat similitudo vera Apostolicæ vitæ, in qua non acquiretur possessio terrenæ hæreditatis, sed vendebat potius, sicut scriptũ est. Quot-*
C *quot enim possessiones Domorum, & Agrorum erant vendentes, afferebãt pretia eorum, quæ vendebant ante pedes Apostolorum: diuidebatur autem singulis prout cuique opus erat: & in qua non gaudebat aliquis in filijs, sed in fratribus*. Et cætera, quæ sequuntur. Quibus tum in terrena substantia, tum in Monachis futuram cladem pater Cistercienfibus præostendisse. Quod ò vtinam non comprobasset euentus. Siquidem multò post Sancti Prophetæ transitum, hoc est, ambitione exilij protrahendi Sedis Apostolicæ in Gallia, orto schismate omnium pessimo, quod durauit in Ecclesia Dei à kal. Nouembris anno Domini 1378. vsque ad quinto Idus Maij, ann. Dom. 1449. siue à Pontificatu Vrbani Sexti, vsque ad Pontificatũ
D Nicolai Papæ Quinti, dum vna Christianorum Principum pars Orthopontifici, altera Pseudopontifici fauebat, Ecclesiæ, Abbatiæ, & Monasteria, petuerunt ambientium prædæ, Papa, & Pseudopapa, exercendæ potentiæ causa, cuncta largientibus. Hoc itaque tempore, Monachorũ Cisterciensium culpis exigentibus, iusto Dei iudicio, de summi voluntate Pontificis datis in perpetuam commendam eorum Cœnobijs, cum onere alendorum fratrum, ista non per eiusdem Ordinis Superiores, sed per Abbates Commendatarios gubernari cœperunt, & per eosdem Cisterciensibus, veraciter effectis Apostolis, in dies simpliciter necessaria dispensari, vtensilia ministrari, & in omnibus prouideri. Successu verò
E temporis Commendatariorum nonnulli, recedentes ab oriente præceptorum Apostolicæ Sedis, turrim sibi superbiæ Babel de auaritiæ lateribus ædificarunt, pro cœmento charitatis, bitumine cognationis, & pro lapidibus virtutis, lateribus, opibus nempè, coctis, & conflatis vtentes. Quapropter omnem Monasteriorum substantiam in proprium ærarium reponentes, & ædificia prolabi, & Monachorũ numerum diminui, quinimmò (proh dolor) & multa quidem celeberrima necesse fuit desolari Cœnobia, à primæua eorum fundatione honorificentissimè constructa, fructibus, redditibusque, atque prouenientibus, pro Cisterciensium inibi diuinis insistentium laudibus sustentatione, munificẽtissimè dotata, libris,

contra calũnias Haresic. Francisc. Bonauent. in Extrauagãti Greg. 13. Ascendente Domino. Carolus Scribanus in Amphiteatro honoris contra Caluinistarum criminationes, Ægidius Schõdõclus in Scena tragica soluta numeris oratione ex Apolog. Patris Francisci Costers, August. Barbosa de Iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 41. nu. 189. & sequentibus Ascanius Tamburinus de Iure Abb. tõ. 2. disp. 24. quæst. 8. n. 1. & alij.

libris, calicibus, ac Ecclesiasticis ornamentis profusissima liberalitate munita; Et vt de cæteris taceam aliarum Prouinciarum, & de nostræ huius citerioris Calabriæ Abbatijs tantùm loquar. Vbi sunt antiqua earum ædificia? Vbi aduenientium receptacula hospitum? Vbi infirmantium dormitoria? Vbi culparum capitula? Vbi Ecclesiæ earundem? Certus vtique, ac determinatus nequit locus assignari. Perijt etenim eorum memoria; spicula enim, & spinæ, tribuli quoque, ac dumæ obruerunt eas, & tantùm coruices in eis matutinas concinunt cantiones. Vellem singula earundem nomina, ac bona etiam stabilia vtilitatis immensæ à sæcularibus Principibus de non reluctantium Commendatariorum culpa, & fortassè etiam ipsis consentientibus ad illorum gratiam aucupandam, occupata recensere; at præ dolore nimio, occipere haud valeo, lacrymæ nãque factæ sunt mihi panes die, ac nocte, & cum Hieremia equidem fari potest. Quomodo sedes sola ò Cisterciensium Regina? Facta es, quasi vidua Domina Monachorum sub tributo posita, plorans diu, noctuque plorasti, & lacrimæ tuæ in maxillis tuis, & non est, qui consoletur te ex omnibus caris tuis. Hæreditas tua ad alienos versa est, & non est, qui tanto malo resistere potest, nisi solus Deus, per quem Principes regnãt, & legum conditores iustè decernunt. Nouere hæc omnia Pius Secundus, Sixtus quartus, Innocentius Octauus, Pius Quartus, Pius Quintus, Gregorius Tertius decimus, Sixtus Quintus, alijque Romani Pontifices, & Apostolicis litteris nixi sunt huiusmodi incommodis prouidere. At parũ profecere; siquidem restauratis per eos aliqualiter non omnibus, sed per paucis quibusdam tantùm Cœnobijs, millenarijs censuum, fructumque pro se retentis, adeò tenuem pro Monachorum substentatione, ædificiorum constructione; & vtensilium reparatione destinauerunt prouisionem hinc inde dispersam, vt tùm ob ædificiorum caritatem, tùm ob numeri paruitatem Monachorum, quibus assignata prouisio vix ad alimenta sat erat, per Bullam fœl. record. Innocentij Papæ decimi, quæ incipit, *Instauranda*. quinque olim magni nominis, ex aliqualiter restauratis, Monasteria genere suppressa, & fuerunt Monasterium Sanctæ Mariæ de Matina in Diœcesi Sancti Marci, è quo ad eiusdem Sancti Marci Episcopalẽ Sedem fuit assumptus anno Domini 1321. Abbas Thomas, qui diuinitùs noctu quadã præmonitus eiusdẽ Monasterij claustra, anno Dom. 1300. indictione vndecima, columnis decorauit per magnificis, vt docet lapideum monumentum in quod nuper forte fortuna offenderunt loci eiusdem operarij, & inde effossum, à terra, & luto expolitum manu admodũ R.P.D. Thadæi Terrazzo S.T. Doctoris ex Oppido Layni, olim in Sagittariensi Collegio nostri Discipuli, iuuenis quidem magnæ expectationis formalia compertum est continere sequentia.

Innocẽtius X. in Bulla, Instauranda, sub dat. Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem anno Incarnationis Dom. 1652. Idib. Octobris, sui Põtificatus anno nono, & publicata die 22. mensis eiusdem.

Abbas vir lenis Thomas homo largus egenis,
Admonitus somnis decorauit Claustra columnis,
Agni cælestis sic annos scire potestis,
Tres C. M. nec it vltra calculus ille,
Ter numero trina semel est indictio bina.

constauit etiam ex argento Crucem magnam anno Domini 1308. in qua concinnè reposuit Sanctorum venerandas Reliquias, nempè de Capillis Beatæ Virginis, Sancti Stephani Prothomartyris, Sanctorum Apostolorum Principum Petri, & Pauli, de costa Sancti Bernardini, de Pane Cœnæ Domini, de sepulchro Christi, & de Ligno viuificæ Crucis, quæ tan-

A tandem, solo æquato Matinæ Cœnobio, ad Sancti Marci Vrbem translata, in eius Cathedrali in magna deuotione recolitur, & non nisi in extremis necessitatibus ingenti veneratione ad diuinæ clementiæ suffragium implorandum in processione à Sacerdote defertur. Traduxit Thomas iste noster Cistercienfis, & Vrbis Sancti Marci Pontifex, suam ætatem vsque ad annum 1348. De eo scripsit amicus noster Vghellus Abbas, ipsum consule, si alia de eo scire desideras. Cætera Monasteria, suppressa, fuerunt Sanctæ Mariæ de Sambucina in Diœcesi Bisinianensi, Sanctæ Mariæ de Sancto Angelo in Fringillis in Diœcesi Sanctæ Seuerinæ, Sanctæ Mariæ Sanctorum Trium Puerorum in Diœcesi Gerun-

Abbas Vghell. Italia Sacra tom. 1. verbo S. Marci Episc. n. 8. Romæ impresso apud Bernardin. Tanum anno 1644.

B tina, & Sanctæ Mariæ de Ligno Crucis in Diœcesi Rossanensi. Quorum prima tria solicitudine, & diligentia zelantissimi Viri, ac omnibus numeris eruditi Reuerendissimi Patris Don Ioannis Malgoires, Galli, vniuersi Cistercienfis Ordinis Procuratoris generalis in Alma Vrbe vigilantissimi, ad nostræ Congregationis beneficium fuere redintegrata; hac tamen adiecta lege, vt in Sambucina, & Sancto Angelo Sacerdotes Monachi noctu non existerent in perpetuum. Nam in Romana Curia, & super Regularium statum Eminentissimorum Purpuratorum Congregatione ventilata, & discussa causa, publicis fuit instrumentis comprobatum, Sambucinæ, & Sancti Angeli Monasteria,

C Beatæ Mariæ de Matina Grancias extitisse. Quod quidem verum est; non quod re vera ab eorum fundationis initio ab illo Matinæ dependerint, aut semper illius membra extiterint, cum de Sambucina quidem contrarium constet ex his, quæ supra diximus, & de Sancto Angelo item ex antiquissima, & immemorabili possessione, in qua reperitur Florensis Abbas obedientiam exigendi ad Vesperas, & maiorem Missam in die Sancti Ioannis Baptistæ ab Abbatibus Monasteriorum lineæ Floris, inter quos præconũ more vocatur Cœnobij Sancti Angeli Abbas, & fundatum fuisse refert Buffolatus anno Domini 1222. quorum quidem veritas, tanquam notoria, vlla vnquam potest tergiuersatione celari; sed ex eo quod prædi-

Dum opus sub prælo sudabat, auditum est, Monachos S. Mariæ de Matina cum eorum Abbate D. Victorio Frederico Auctoris amico, ex Oppido Lutsorum, sub Præsidentatu Reuerendiss. P. Abbatis D. Franc. Longi, Cusẽtini è Castro Scalceatorũ, eo relicto, ad Sambucina Monasterium cum tota supellectili repedasse.

Supra cap. 30.

Supra cap. 46.

D. Iustus Buffolatus Vicarius generalis in suis Visitationib. manuscriptis apud me.

D ctorum trium Monasteriorum Commendatarius quidam, Don Carolus Caracciolus nomine, fingens se non habere de Commendis vnde solueret pro trium omnium præfatorum Monasteriorum restauratione, Monachorumque in sufficienti numero alimentatione, ac suppellectilium reparatione (cum tamen ad præsentem vsque diem ex sola Sancti Angeli in Fringillis Abbatia modernus Commendatarius annuam mille ducatorum summam percipiat, vt astipulantur adhuc viuentes Patres olim eiusdem loci locales) Monasterium vtrumque Sambucinæ scilicet, & Sancti Angeli, Monasterio Sanctæ Mariæ de Matina vniuit, huiusq; tanquam membra euasere, & Granciæ nomine fuere nuncupata in instrumẽ-

E to Mensæ Monachorum dicti Monasterij inito inter ipsum, & Eminentissimum, & Reuerendissimum Dominum Don Hieronymum Socherium, patria de Monte Petroso, Theologum Parisiensem Cardinalem de Claraualle nuncupatum, Cistercienfis Ordinis Generalem, animi magnitudine, ingenio, sapientia, prudentia, & Religionis zelo singularem, vt aiunt Arnoldus Vuion, & alij, sub die 10. mensis Nouembris, hora mediæ noctis, tribus candelis accensis anno Domini 1570. & manu quondam Notarij Ioannis Marci Venetij Neapolitani in Monasterio Montis Olíueti Neapolitanæ Vrbis stipulato. Verùm enim verò gliscentibus Cistercięsibus, prædecessores eiusdem Congregationis Superiores ad magis eam

Arnold. Vuiõ Ligni Vitæ p. 1. c. 44. Alfonsus Ciaccon. in Vita Pii 5. Ioann. Anton. Petramelara Bononiensis eques SS. Mauritij, & Laza-

ri. Vita Pij 5. Iacob. Grac. in Chronolog. Ioachim sect. 49. Angelus Manrique in Serie Abb. Cist.

dilatandam, Sambucinæ, & Sancti Angeli loca in Monasteria crexere. A Monachalis mensæ Matinæ prouisionem singulis distribuêtes respectiuè. At quia ob reddituũ, prouentuumq; deparcitatẽ, nec Sacerdotes Monachi in competenti numero nutriri, nec ædificia instaurari, nę dum ampliari nequibant; meritò hinc euenit trium omnium Monasteriorum iactura; & deinde magno non sine labore, citati instrumenti virtute, lege adiecta, vt diximus, recuperatio eorundem. Veh illis, quorum culpa dictis in quatuor Monasterijs diuinus subtractus est cultus antiquus, regularis sanctimonia, & veræ charitatis, ac hospidalitatis opera inde relegata. Non est subticendum, quod protulit de Commendatarijs, iudicium, in sua B Carbonensis Monasterij Ordinis Sancti Basilij historia, Archiepiscopus Cusentinus Paulus Æmilius Sanctorius Casertanus. *Sed quia apposuimus,* (inquit Paulus Æmilius), *in ore libri seriem Abbatum, & Commendatariorum (vox re noua, & ideò Monasterys non fælix) suo loco eminentiores memorabimus, nullius nomine aboluto, licet multis ingestis vulneribus exhauxere Cænobium, turibus trucidatis, aut nepharie conscipultis metu, aut adulatione vicinorum Principum, ac Baronum* (& infra) *En fulmina ab Vrbe contorta visceribus nostris, ac fibris lethaliter hærent, & reuelli aliè affixa non possint, frustra de sacularibus potestatibus querimur, cum telo ipsi nostro occidimur, vnde remedium, & pharmacum rei spirituali ægrotanti, ac saculari iudicio sauciæ expectatur, virus propinatur, & mors. Audiant sacrosancti Principes nostri, & verè intelligant, quantum Ecclesiasticis rebus detrimentum infertur. Sacrorum largitate scriptorum ad placita, nutumque potentium Baronum, quorum omne studium in opprimenda Ecclesiastica libertate, splendescit anhelantium ornamenta Templorum, & Sacerdotum reddituus, ardor ille benemerendi, de numine iam pridem alsit, irritis veterum pietate, ac liberalitate erga Christi famulos, & Monasteria, simplices illos compellando, & obesi ingeny, ac bardos, cum solisibi sapere, & rectè sentire videantur, turba canum suorum, idest Ministrorum deterori Dominis ingenio obtrusa Cænobiorum indagantium, atque in propatulo ad ludibrium sacratorum vitia expenentium, quasi homines,* D *non Deum in famulis suis cladant. Displiceant tibi mores, sed manus à bonis Monasteriorum cohibe, quibus impotentissime inhias, his tu stimulis damnatorum specie vitiorum in sacratis confoderis.* Et iuxtà praxim Commendatariorum gesta percurrens inquit. *Ab obitu Ludouici, Casar ex germano Nepos Commenda dignitate circundatur, adhuc tenellus, alieno arbitrio rectus, & licentius inter fæminas educatus, humanus, liberalisque, nec subditis grauis, destitutusque litterarum auxilio, atque ornamentis, voluptatibus delinitus, inter aucupia falconum, & venationes intra decẽ fere, & septem annos nihil praclari gessit, nullo ferme, aut exiguo in Cænobium, Templumque collato beneficio, sed domo sua bene ditata, cum tamen Nepotes eius inopia intabuerint, vete-* E *res fortunas, & cumulata ex Cænoby reddittibus spolia festinanter helluati, quod semper male vtentibus re Ecclesiastica accidere animaduerti prasentissimo numine iustam vltionem reposcentes ex auaritia Sacerdotum, cum Templa ornamentis nudata, & situ obsita, ac squallentia, cum perturbatione hominum, ad omne ludibrium abiecerint, aut ex malè administratis reddittibus, quibus plerumque inhonesta persona pinguescunt, filys, & subditis fame vexatis, aut miserè contemptis. Possem afferre exempla quamplurima insignium etiam Potestatum, quarum quanto strictior peccandi licentia, tanto inexcusabilior error; sed rẽ attigisse sat est; irascitur, profectò nobis, qui tali se piaculo obstrictos sentiunt, quasi ad ictum commostrati ex alienis vitys, &c.* Nec grauiùs in Monachis,

Paul. Æmil. Sanct. Casertanus Archiepiscopus Cusentin. in hist. Carbonensi.

A nachis, quàm in Monialibus Cisterciensis Ordo perpessus est. Percussis etenim Pastoribus, nempè Monachis Cisterciensibus, & oues, nempe Moniales Cistercienses, quæ regebantur ab illis, deperire, necesse fuit. Longum nimis esset, & nobis iniucundum, solo æquata Monialium Cisterciēsium Monasteria singulatim in memoriam reuocare. Prodiamus tantùmmodo aliqua, quæ citeriori habebat in Calabria Congregatio nostra. Vbi Monasterium Sanctæ Mariæ de Sancto Antonio apud Vrbem Marturanam? Vbi Monasterium Sanctæ Mariæ de Macchia apud Oppidum Acræ, Bisinianensis Diœcesis? Vbi Monasterium Sanctæ Mariæ de Bellofonte apud Vrbem Paulæ, Cusentinæ Diœcesis, primò Florensis Ordinis Mulierum, deinde Cisterciensium Virginum? Nec lapis quidem lapidi superpositus cernitur. Linquo tria alia suo tempore certè famosissima, nempe Monasterium Sanctæ Mariæ de Martyribus apud Oppidum Mendicini, Cusentinæ Diœcesis, Monasterium Sanctæ Mariæ de Motta, & Monasterium Sanctæ Mariæ de medio Domini Ægidij, ambo in Vrbe Cusentina, & si non vtrumque saltem vnum Florensis Ordinis erat, dum huius Ordinis Abbas Generalis Monasterium Virginum ex his constructum, de quo mox, visitandi ius habebat, vt testatur Matthæus Guerra, cuius verba infra dabimus. Nam horum Moniales Matris afflictionum nō expertes, cum se imminui, & decolorari animaduertissent, relictis hijs, quorum modò nulla ibi antiquitas in se trahit oculos contuentium, dictæ Vrbis Patritijs suffragantibus, in Cusentiæ medio, nouum sub vocabulo Sanctæ Mariæ de Virginibus sibi instituere Cœnobium, Iulio secundo Pontifice, qui à Kalendis Nouembris anno Domini 1503. vsque ad nono kalendas Martij 1513. vniuersalem administrauit Ecclesiam, Maximiliano imperante, & compleuere sub Pontificatu Leonis decimi. In quo sanè tanta obseruantia Cisterciensica viget, vt admirationem pariat. Hic enim caro mortua est, superbia interfecta, victa iacet gula, deserta videtur inuidia, ignauia in exilium missa, & relegata inertia simul. Hic fides floret, augetur humilitas, spes dilatatur, grandescit charitas, fortitudo conualescit, seruatur castitas, & timor Domini thesaurus eius. Gaudeant Patres nostri tales habere filias. Hæ sunt flores campi Domini nostri fragrantes, lilia conuallium, rosæ cruore rutilantes, & violæ sponso dilectissimæ. Hæ carnem suam cilicio macerant, vitæ austeritas, & disciplinæ sunt earum solatia, & concentus Psalmi sunt, & Hymni. Hic videtur quotidiana desudatio ieiuniorum, in vigilijs multis exercitatio, & salutaris continentiæ fructus. Hic est summa fœlicitas, quia seruiunt sponso suo Iesu Christo, habentes lumbos præcinctos, vt abstineant a malo, & lucernas ardentes portantes in manibus suis, vt faciant bonum, expectantes Dominum, vt cum eo intrent ad Cœlestes nuptias. Hæ occurrentes Domino, canticum nouum Sponso, & Agno cantant citharis suis; at non cantantes canticum vniuersæ terræ; sed virgineum suum cantantes, & dicentes, quia beneplacitum est Domino in Virginibus suis. Florete, ò Virgines, Floris Cœnobij Flores, frondete in gratiam, & sanctitatis odorem emittite in æternum, & pro me peccatore fratre vestro Spōsum apud vestrum veniam intercedite. Non ingrediuntur hoc Monasterium nisi ex Patritijs natæ. De his Matthæus Guerra Cusentinus è Cœlico, Episcopus, de quo supra, in epistola ad Cardinalem de Claraualle, testimonium protulit totidem explicatum. *Insuper ab annis triginta quinque noui Consentiæ Monialem vetulam, cui nomen erat Soror Tarsia ex familia Barba-* *magiore*

Supra cap. 42. pag. 153.B.

Matthæus Guerra Fundanus Episc. in epist. ad Cardin. de Claraualle, sub dat.

Fundis 13. Nouemb. ann. 1570. relata à Syllan. in sua Chronolog. Ioach. sect. 47.

magiore, ex oppido Sanseuerino Terra Laboris, qua Monasterium Monialium Sancta Maria de Virginibus in Ciuitate Consentia ingressa fuit tempore Iulij Papa secundi, tunc etenim id Monasterium, vbi modò extat ædificari cœpit, & quia plusquam octagenaria erat, ritè nouerat, & tenaci memoria retinebat, quod Abbas Sancti Ioannis de Flore præfatum Virginum Monasterium visitauerat, eo quod esset Cisterciensis Ordinis in ipsa Ciuitate Consentia, in qua duo profectò Monasteria Cisterciensia extiterant; quorum alterum prope Castrum Consentinum versus Aquilonem, & Occidentem, quod erat sub vocabulo Sancta Maria de Motta, possident hodie Fratres Minores Cappuccini; alterum vero dicebatur Monasterium de Medio Domini Ægidij, quia erat paulò supra Monasterium Fratrum Minorum de obseruantia versus Castrum, ex quibus duobus Monasterijs, & ex alio etiam Monasterio Monialium, quod erat in Oppido Mendicino prope, & extra mœnia Mendicini, sub vocabulo Sancta Maria de Fontanella Ordinis Sancti Benedicti[hoc non Ordinis Sancti Benedicti, sed Cisterc. Ordinis extitisse tradit Syllaneus in sua Chronol. cũ tamen vterq; Florensis Ordinis Monialibus debuerint illud adscribere; nam Monasteriũ Monialiũ Cisterc. apud Oppidum Mendicini, vt ex priuilegijs, & antiquis monimentis, quæ ipse lustraui in Metrop. Cusentinæ Ecclesiæ tabulario, non de *Fontanella*, sed de *Martyribus*, vt nos diximus, dicebatur, & eius Abbatissam eligendi, ad Curatij Abbatem ius pertinebat, vt ex sententia Apostolica contra Pyrrhum Carracciolum Archiepiscopum Cusentinum, in eodem præfato tabulario asseruata. Et cum 28. Mensis Maij currentis anni 1658. die Martis, Benignus, & Petrus Ioannes della Ratta, Vrbis Tabernæ, germani fratres, fabri murarij, sacellum demolirentur B. Mariæ Pietatis, existens ad sinistram ingredientis Ecclesiam RR. PP. Prædicatorum Ordinis, Vrbis Cusentinæ, offenderunt in marmoreum tumulum in pariete fabricatum retro Altare, intus quod inuenere corpus sororis Martiæ Fauaræ Abbatissæ Monasterij præfati de Martyribus, non in omnes sui partes corruptum, vestibus albis amictum, & velo itidẽ candido tectum, & annulo ex auricalcho in police dextro ornatum, in quo sculpta cernebantur gentilitia, quibus ad hodiernum vsque diem vtitur nobilis familia Fauara. Ex quo Sarcophago à nobis exaratam inscriptionem, sequentia continentem, lectori dandam duximus.

S. DI SORQ MARTIA FAVARA ABBADESSA DI SANTA MARIA DELLI MARTIRI.]

Fuit derelictis antiquis ædificatum à primario lapide ingẽti sumptu nobilissima Vrbis Consentina Monasterium Monialiũ in eadem Vrbe sub vocabulo Sancta Maria de Virginibus, vbi Sanctissima viuunt cum maximo Religionis splendore, vigente ibidem obseruantia Regulari Cisterciensis Ordinis triginta circiter Monacha. Et cætera, quæ sequuntur. In monumentis perillustris, & nobilissimi Viri Domini Mutij de Matera, patritij Cusentini, & Baronis Oppidi Magliacanis, Italica lingua descriptis, sequentia leguntur. *Nell'anno 1515. si buttorno li banni delli Capitoli fatti per la construttione del nuouo Monasterio delle Vergini nelle case, che furno di Francisco Fauaro, e nepoti, e la Schola, che fù delli Giudei, che s'habbia d'incominciare dall'vltimo muro verso la Iudeica, e dalla spica dello muro delle case del Signor Guido, e tirare per fino alle case di Ferrante Peluso, come in detti capituli; quale partito se lo pigliò Domenico della Caua, e Pietro Celeste, come nel protocollo di Notar' Pietro Vincenzo di Donato fol. 117.* Hactenus de nouo Monialium nostrarũ Monasterio Mutius de Matera. Et notandum obiter, vt aliàs indicauimus,

quod

A quod Synagogam hanc Iudæorum B. Lucas Archiepiscopus Cusentinus filius Casamarij Cœnobij Cistercienſis Ordinis, & B. Ioachim Abbatis Scriba obtinuerat pro sua Ecclesia à Friderico 2. ann. Domini 1212. vt inimici Crucis Crucifixo inſeruirent. Audiuimus aduerſantia, audiamus quæso modò ſecunda.

Pag.131. E.

CAP. LV.

Sacro eidem Ordini ſecunda prædicit.

B

Sicuti multos ante annos, quàm Commendæ excogitarentur, ſeruo ſuo Ioãni Ioachim ille, cui vetura ſunt præſentia, Cistercienſi aduerſantia Ordini, ità etiam ſecunda eidem futura, mirabiliter reuelauit. Et quidem eſſe multiplicandum, & vſque ad finem ſæculi duraturum, nec non perfidis fidem Iudæis prædicaturum manifeſtauit expreſsè pluribus in locis. In expoſitione ſuper Hieremiam Prophetam cap.4 inquit. *In tertio vero* (ſupple ſtatu) *retorquendum eſt totum ad Ciſtercienſes, & alios futuros Religioſos, qui poſt Antichriſti ruinam multiplicãdi ſunt, & Spiritus Sanctus obcretur in Religioſis, quemadmodum Chriſtus in Clericis.* Et cap.35. ait. *Quod*

B. Ioach. Abbas Florenſis ſuper Hieremiam cap. 4.

Idem ibid. cap.35.

C *autem dicitur, non deeſſe de ſemine Ionadab, ſed ſtare ſemper in conſpectu Domini, videtur, quod Ciſtercienſis Religio ſit vſque in finem ſæculi proceſſura.* Et in noui, & veteris teſtamenti Concordia lib.4.cap. 36. *Igitur prout ego arbitror in anno, vel in tempore, quo venturi ſunt, ſicut tenet Eccleſia Enoch, & Elias, eligendi ſunt duodecim viri ſimiles Patriarcharum, & Apoſtolorum ad prædicandum Iudæis, & erunt præclariſſima Monaſteria ſimilia duodecim Tribuum, & duodecim Eccleſiarum. Quamuis pro eo quod quinque Tribus primæ acceperunt hæreditatem, & quinque principales Eccleſiæ pertinentes ad Petrũ præceſſerunt alias ſeptem, quas ædificauit Ioannes; neſcio ſi quinque principales Abbatiæ Ordinis Ciſtercienſis, quæ ſunt Matres aliarum, & tam in his tempo-*

Idem in Concordia vtriuſq; Teſtam. lib. 4. c.36.

D *ribus noſtris claræ habitæ ſunt in Eccleſia Dei, vt ad hoc magnum myſterium pertinere queat, licèt ea, quæ præcedere oportet, nec dum præcedere videmus.* Et capite ſequenti dicit. *Quæ ex re non eſt abſurdum idipſum intelligere de quinque Monaſterijs ſupraſcriptis* (ſupple Ciſtercienſibus) *& de viris ad prædicandum Iudæis circa finem laborioſæ vitæ, & initium ſeptimæ feſtinandæ hijs, in quorum diebus ſequi oportet id, quod deſignatum eſt in ſeptem Tribubus, & ſeptem Eccleſijs in Aſia.* Hæc eadem paucis mutatis in Apocalypſis expoſitione parte 2.cap.4. text.7. pag.103. & in Pſalterio decem cordarum lib.2. cap. *De quindecim, & quindecim viris ſegregatis in myſterium ſæpè ſcriptum, & de duodecim intellectibus, qui procedunt de trino fonte litte-*

Idem ibid. c.37.

E *ra. pag.267. col.2.* & alibi ſæpè. Quod ad noſtri Ciſtercienſis Ordinis multiplicationem attinet, omnibus innoteſcit, vſque modò germinatas ex eo ſacras Vallis Caulium, Fulientium, & Abſtinentium Congregationes, & vltra ſeptem primos, ſeptem alios Militum Equitum Ordines Illuſtriſſimos Mundo exortos. Nempe Sancti Gregorij de Alfama Ordo, à Petro ſecundo Aragoniæ Rege apud Alfamam Arcem, in ora maris Balnearici, in principatu *Calatrauæ*, Diœceſis Berthunenſis, inſtitutus anno Domini 1201. Alcantara à Sancto Iuliano de Pereyro Ciſtercienſis Ordinis in Oppido, *Alcantara* nuncupato, ad Ripam fluminis Tagi, in Regno Caſtellæ, excitatus anno Domini 1218. Montisfranci, ſiue de

Chryſoſtom. Henriq. in notis ad Menol. ſub die 20. Auguſt. & alibi ſæpè, Aſcan. Tamb. de Iure Abbat. tom. 2. diſp. 24. quæſt.5. n.70.72. & ſeq. Sylueſt. Marul. in Mari Oceano Re-

Mon-

Monfranc, ità dictus à Castro *Monfranc*, in eodem Regno Castellæ, in A
quo fuit institutus anno Domini 1221. Truxillensis, in Hispania, ab Vr-
be *Truxello* ità dictus, in qua ortus anno Domini 1227. Montesiæ, in Ca-
stro *Montesia* à Iacobo secundo Aragoniæ Rege fundatus anno Domini
1316. Iesu Christi, in Castro Marino à Dionysio Perioca Portugalliæ Re-
ge exorsus circa annum Domini 1317. & Sancti Bernardi in Hispania, de
quo loquitur Ioannes Mariana in sua historia de rebus Hispaniæ, de Ordi-
ne Sancti Bernardi, illumque testatur vsque ad tempora Petri Regis Ca-
stellæ perseuerasse, qui eundem Ordinem contra omne ius diuinum, & hu-
manum impiè extinxit. Et agunt de his Ordinibus, omnes Auctores illi, B
qui agunt de cæteris Equitum Ordinibus sub Regula Sancti Benedicti, &
Sacri Cisterciensis Ordinis Constitutionibus militantibus ante nostri di-
uini Prophetæ Ioannis Ioachim allatum vaticinium. Videlicet de Ordine
Templariorum à Gallis Principibus, Hugone de Paganis, & Gaufrido à
Sancto Audomaro primò modo Regularium Canonicorum instituto an-
no Domini 1118. deinde anno 1128. in Trecensi Concilio iussu Hono-
rij Papæ secundi, Balduino Hierosolymorum Rege instante, sub regula à
S.P. Bernardo Abbate Clareuallensi illis data. De Ordine Auisiensi, siue
de Auis à Ferdinando Monteyro in Regno Lusitaniæ, & Vrbe Eboracẽsi
primò anno Domini 1147. sub S. Benedicti Regula, & Constitutionibus C
sibi à Beato Ioanne Cirita Monacho Cisterciensi, & à S.Ioanne de Taron-
ca Abbate traditis, deinde ad Castrum Auisium anno Domini 1181.
translato. De Ordine Equitum Calatrauæ à Sancto Raymundo ad Pisco-
riam S.Ordinis Cisterciensis Abbate sub auspicijs Sanctij tertij Castellæ,
& Ferdinandi Legionis, & Galiciæ Regum, in oppido Calatrauæ, iuxta
flumen Anam, anno Domini 1158. fundato. De Ordine Gladiferorum
Equitum militiæ in Regnis Liuoniæ in arce apud flumen Dunæ, & loco
dicto Kenkholm à Beato Maynardo Sibergensi Monacho Cisterciensi
anno Domini 1164. condito. De Ordine Sancti Michaelis, siue de Ala, ab
Alphonso Henriquez primo Lusitanorum Rege apud Cœnobium Alco- D
batiæ Cisterciense, & Cisterciensis Ordinis sub legibus anno Dom. 1166.
erecto. De Ordine Sancti Iuliani de Pereyro, à Gomezio Ferdinando sub
auspicijs Ferdinandi Castellæ, Galliciæ, & Legionis Regis in oppido San-
cti Iuliani de Pereyro, siue de Piro, vel Pirario, Diœcesis Ciuitatensis in
Regno Legionis sub hijsdem Cisterciensis Ordinis legibus anno Domini
1170. instituto. Et de Ordine Equitum Mõtis Gaudij in Regno Hieroso-
lymitano dum Christiani Duces in Syria decertabant anno Dom. 1180.
fundato. De quibus omnibus lege Auctores in margine citatos. Et insu-
per vltra sacrum Monialium Virginum Ordinem, à Sanctissima Humbe-
lina Matre nostra, & Melliflui Doctoris Clareuallensis sorore anno Do- E
mini 1122. institutum, alium Virginum Monialium Ordinem, immacu-
latæ Conceptionis nuncupatum, diramasse constat in Vrbe Toletana, in
qua à Beata Beatrice de Silua, sorore Beati Amadæi, & Iacobi à Silua pri-
mi Comitis Portalegrensis, anno Domini 1489. erectum, propagatum-
que, vt ex Bulla ad Innocentio Papa octauo desuper expedita eodem
anno Dom. 1489. sub datum Romæ apud S. Petrum pridie Kal. Maij, sui
Pontif. anno 5. incipiente, *Inter innumera*. Scripsere de eo Franciscus Bi-
uarius Nucalensis, Ioannes Marieta, Zamalloa Gariuay, Angelus Man-
rique, Antonius Vasconzelius, & alij citati ab Henriquez in Menologio,
apud quem diploma Innocentij octaui citatum, & multa alia; tacet tamen
Mo-

lig. lib. 3. Francisc. Menensus de orig. Ordin. Militar. Rades. de Andrada in Chronic. Calatrauæ, Paul. Morig. Iesuan. de orig. Relig. lib. 4. Petrus Matthæus in Summ. Constit. Pont. sub Pio 4. Martin. de Virsana in Chronic. Valent. 3. p. Sanforinus de orig. equit. lib. 2. Barnabas de Montalbo in Chron. Cist. tom. 1. lib. 12. Bernardus de Brito ibidem tom. 1. lib. 5. Hieronym. Roman. de Republ. Christ. lib. 3. Ioann. Pet. Guttierez de origin. milit. August. Barbosa de Iure Ecclesiast. lib. 1. cap. 41. Aderitus à Cunha in Comment. in 1. par. decreti dist. 54. Polydorus Virg. de inuẽtor. rer. lib. 7. Garibai lib. 32. Cassaneus in Cathalogo gloriæ Mundi par. 9. consid. 9. Carol. Tap. in Authent. ingressi, Verbo Monasteria, Aubert. Miræus de orig. Relig. Cist. lib. 2. Lobera in Vit. Sãcti Froilani, Gualter. in tabulis Chronograp. Martin. Carillo in Annalib. Chronolog. Gaspar Escolan. in hist. Valetiæ, Argote de Molina, lib. 1. suæ histor. Guillelm. Tyrius de bello Sacro lib. 12. c. 7. & alij innumeri apud ipsos.

Francisc. Biuar. Nucalen. lib. de Mulieribus Illustrib. Ord. Cist. Io: Marieta in histor. SS. Hisp. Zamalloa Garinai lib. 20. Compẽdij Historici cap. 13. Anton. Vasconzelius in descript. Regñ Lusitaniæ, Angel. Manrique Laurea Euangelica, Chrysost. Henriq. in Menolog. sub die 8. Octob. in notis.

A Monasteriorum numerum ad quem deuenit Monialium præfatus Ordo sub titulo Conceptionis B.Mariæ à Beatrice fundatus; certè Matris Humbelinæ Ordini nequit comparari. Nulla enim tàm remota est, aut abstrusa Prouincia, in qua Christiana fides floret, quæ Monasterijs eius nõ abundet, adeòq; se propagauerit, vt ad sex millia Monasteria creuerit, Sed latiùs de Sanctissimæ Matris Humbelinæ Ordinis propagatione, incremẽto, perfectione, & sanctitate Iacobus de Vitriaco Canonicus Regularis Archiepiscopus Aconensis, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, cuius animam Sanctissima Luthgarda Cisterciensis Ordinis Monialis in Brabantia, vitæ sanctitate præclarissima, dum fatigaret precibus Cœlum pri-
B die Kal. Maij anno Domini 1244. Romæ carnis nexibus absolutam, vidit Brabantiæ ad superos euolare, vt produnt Thomas Cantipatranus, & Antonius Sanderus, citati ab Vghello. *A principio autem Ordinis, fœminarum sexus fragilior* (inquit Iacobus de Vitriaco historiæ Occidentalis cap. 15.) *ad tantæ districtionis seueritatem, & perfectionis cacumen aspirare non audebat. Nam & viris fortioribus, nisi eos Dominus confortaret, tantum pondus valdè graue, & penè intolerabile videbatur. Postea verò Deo deuotæ Virgines, & sanctæ mulieres feruore spiritus, & desiderio, fœmineum animum exeuntes, euadentes mundi naufragium, ad tranquillum Cisterciensis Ordinis Portum, assumpto regulariter habitu, transierunt. Alijs enim Monialium Congrega-*
C *tionibus, propter nimiam vitæ dissolutionem, secure sese committere non audebant. Ad tantam enim corruptionem, & defectum Claustrales Mulieres vbique fere deuenerant, quod ad eas tutum refugium non habebant. Quam enim periculosum sit, & difficile inter impudicas castitatem seruare, nemo dubitat, qui talium mulierum mille artes, & maleficia non ignorat. Sed & passim, & publicè, pro miserabili Monasteriorum ingressu pecuniam exigebant, allegantes suam paupertatem, & de Simoniæ crimine pessimo non curantes, domum Orationis, in forum negotiationis conuertebant. Sed & proprium omnes ferè retinere non timebant cum Anania, & Saphyra à Domino reprobatæ. Postquam verò Premonstratensis Ordinis viri timorati, & religiosi sapienter attendentes,*
D *& familiari exemplo experti, quam graue sit, & periculosum ipsos custodes custodire, in domibus Ordinis sui, fœmineas iam de cætero non recipere decreuerunt: multiplicata est sicut stella Cœli, & excreuit in immensum Cisterciensis Ordinis Religio Sanctimonialium, benedicente Domino, & dicente eis, Crescite, & multiplicamini, & implete domum. Fundabantur Cœnobia, ædificantur Monasteria, replebantur Claustra, confluebant Virgines, currebant Viduæ, & Mulieres coniugatæ de consensu Maritorum suorum, carnale Matrimonium in spirituale commutabant. Ex alijs Monasterijs Moniales mutato habitu ad fructum melioris vitæ, & arctioris viæ adorabant. Matronæ nobiles, & potentes in sæculo, relictis hæredibus terrenis, & immensis possessionibus, prælige-*
E *bant abiectæ esse in Domo Domini, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Illustris prosapiæ Virgines oblata Matrimonia contemnentes, relictis ingenuis Parentibus, & blandientis sæculi delitijs, proiectis ornamentis, & vestibus pretiosis Christo Sponso Virginum iungebantur, in paupertate, & humilitate, & vitæ durioris asperitate Domino deuotissimè seruientes, temporales diuitias, & fallaces delitias pro spiritualibus sapienter permutantes. Vt enim de alijs huius Ordinis Monasterijs, quæ in locis alijs passim ædificabantur, taceamus, in vna Diœcesis Leodiensis regione, septem, & professionis Abbatias Monialium in tempore modico fundari, & construi vidimus, & sanctis Monialibus, tanquam lilijs, & violis exornari. Adeò autem sanctis, & deuotis Vir-*

Arnold. Vuion p. 1. Ligni Vitæ lib. 1. cap. 97. apud Iacob. Grecum in Chronol. Ioachim sect. 51.

Thom. Cantipatranus in lib. Apũ. Antonius Sanderus in Elogijs Card. Vghell. Abb. Ital. Sac. tom. 1. Verb. Tusculani Episcopi n. 17.

ginibus abundat prædicta Deo amabilis Prouincia, tanquam hortus liliorum, A *& Paradisus deliciarum, quod pro certo credimus, & in veritate comperimus, si triplo plures essent in partibus illis, huiusmodi non deessent lilia, sed prompto animo, & ardenti desiderio, in holocaustum pinguedinis, & odorem suauitatis sese offerrent piæ, & deuotæ Virgines Domino, Regnum Mundi, & omnē ornatum eius contemnentes, propter amorem Domini nostri Iesu Christi, vt trāquilla deuotione Domino seruientes, sæculi pereuntis euadentes incendia, ad tabernaculum fœderis confugerent, vt esset eis secundum Isaiæ verbum, in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem, & absconsionem à turbine, & à pluuia. Non solum autem in partibus Occidentis, sed & in Orientalibus Prouin-* B *cijs, in Constantinopoli, & Cypro, & Antiochia, & Tripoli, & Accon, nouis eiusdem ordinis constructis fœminarum Monasterijs, prædictæ Domini vineæ propagines benedictionis extendit.* Hactenus Iacobus Vitriacus de Sacri Cistercienſis Ordinis Monialibus à Sancta Humelina institutis. Cæterū Vallis Caulium Congregatio supradicta à Virardo, siue Viardo, erecta fuit Monacho Benedictino, sub Constitutionibus, & habitu Cistercienſis Ordinis anno Domini 1240. apud Diuionem Galliæ Vrbem in Ducatu Burgundiæ, & à Gregorio Papa Nono confirmata, dicitur. Scripsere de ea Chrysostomus Henriquez, Cassaneus, Athanasius de Louera, Iacobus de Vitriaco, Barnabas de Montalbo, Albertus Miræus, Claudius C Robertus, Ascanius Tamburinus, & alij. Fulientium autem Congregatio in Institutorem habuit Ioannem Barrerium, quem ex Bartholomæo Barrerio Viro conceptum, in Oppido Sancti Syri, Prouinciæ Carducensis, Leonarda de Amadon est enixa 3. Kal. Maij, & die Cistercienſis Ordinis Fundatori Sanctissimo Patri Roberto Abbati dicato, anno Domini 1544. Sumpsit exordium sub Pontificatu tertij decimi Gregorij, & Dominicæ Natiuitatis anno 1577. De dicta Congregatione, ac eius Institutione meminere Carolus Tapia, Henriquez, Augustinus Barbosa, Ascanius Tamburinus, & Pater Ludouicus à Sancto Malachia eiusdem Congregationis alumnus luculentiùs, qui sic in historia sui Ordinis. D *Congregatio B. Mariæ Fulienſis ex ordine Cistercienſi est, omnibusque priuilegijs eius Ordinis Summorum Pontificum concessis fruitur. Initium cœpta est anno Domini 1577. in Aquitania, nimirum in Diœcesi Riuensi prope Garumnam flumen, septem ferè ab Vrbe Tolosa passuum millibus. Fundator eius fuit D. Ioannes Barrerius: qui cum adolescens aliquot annos eius Abbatiæ Cōmendatarius Abbas fuisset, & annuos census ex ea perciperet sine residentia, tandem diuini Numinis afflatu vehementissimo concitatus anno 1583. ad eam se contulit, habitum Religiosum Ordinis Cistercienſis suscepit, Monachos Regulæ Sancti Benedicti, quam is Ordo profitetur, & disciplinæ regularis prauo more iam diu insolito contemptores, ad officium cohortatus est, post diuturni* E *temporis patientiam in suscepta dissolutione pertinaces, eum pro potestate vellet in ordinem cogere, & ipsi mallent Monasterium, quam vitiosam consuetudinem deserere, à se, quamquam inuitus, dimisit, & alios per multos religiosioris vitæ cupidos à sæculo asciuit. Asperitatem vitæ maximam, in qua præibat ipse, alijs exemplo, perpetua cruce corpus suum configens, induxit. In victu quidem perpetuam à carnibus, ouis, piscibus, vino, oleo, sale, abstinentiam, cum ieiunijs secundum Sancti Benedicti Regulam, ita sine intermissione, seuerèque continuatis, vt in eorum decursu neque dies Dominici, nec ipse Domini Natalis exciperentur, ac nihil prorsus vesperi, ne aquæ quidem stilla, sumeretur (quæ duo postrema patrocinium habebant à Regula) quin etiam subla-*

Isaias 25.

Henriq. in Menol. in notis ad 20. Augusti. Cassaneus in Cathal. glor. Mund. p. 4. consid. 58. Atanas. de Louera in vita Sancti Froylani, c. 19. Iacob. de Vitr. in Occid. hist. c. 17. Barnabas de Mont. in Chron Cisterc. lib. 2. c. 23. Aubert. Miræus de stat. Eccles. Cathol. lib. 2. cap. 24. Claudius Robert. in Gallia Christiana tit. de Abbat. lit. V. Ascanius Tāburinus de Iur. Abb. tom. 2. disp. 24. quæstiu 5. n. 41.

Carolus Tapia de Religiosis Reb. in Auchent. Ingressi. Verbo Monasteria c. 42. Hēriquez in Menolog. sub die 28. April. in notis, August. Barbosa de Iure Ecclesiast. lib. 1. c. 41. nu. 55. Ascan. Tamb. de Iur. Abbat. tom. 2. disp. 24. quæsit. 5. n. 60. Ludouic. à S. Malachia in historia sua Congregationis Fulienſis.

A *to mensurarum vsu, Fratribus humi sedentibus, quasi in perpetuam pœniten-*
tiam, pro mensa solum esset. In vestitu lanata, nulla intersecta subucula, cum
proximam, & perpetuam crurum, pedum, & capitis in Monasterio nudita-
tem. In cubitu nudam sine vllo stramento tabulam, aut ipsum solum, sine cæ-
mento incrustatum, sine coctis lateribus constratum. Ab ipso Cisterciensis Or-
dinis Generali, nascenti Reformationi totis viribus aduersante, acerrimè op-
pugnatus, ad fœlicis recordationis Sixtum Quintum, tunc Pontificem Maxi-
mum confugit, ab eoque ad perseuerandum in suscepta Reformationis propo-
sito per litteras confirmatus est. Opera pretium me facturum existimaui, si de
primorum huius Congregationis Monachorum mirifico ad carnem cum concupi-
B *scentijs crucifigendam animi ardore, atque impetu aliquid commemorem. In*
huius Congregationis exordio per aliquot annos tanto vitæ asperioris studio
flagrarunt eius Monachi, vt ad pœnitentia laboribus exercendum corpus, in-
credibilia penè facerent. Nam præter supradictas abstinentias, sanctè, perpe-
tuoque obseruabant, vt ieiunantes non circa meridiem, vt fieri solet, sed ho-
ra nona, hoc est tertia post meridiem, & æstate, quarta cibum caperent. Ab-
bas autem tota die ieiunus post Solis occasum corpus reficiebat, videlicet expe-
ctans hospites penè quotidie sub vesperum in Monasterium aduenientes, vt cũ
eis, quemadmodum iubet Regula Sancti Benedicti, communi mensa, at dis-
simillimis cibis, corpus curaret. Nam cum ille hospitibus, quos tanquam ho-
C *noratiores, quamuis interdum cerdones, operarios, aut agricolas, in summa*
mensa, quæ longissima erat, iubebat accumbere, lautos, non carnium quidem,
sed cæterarum rerum cibos liberaliter præberet, ipse post eos accumbens cum
aliquot fratribus, legumine, aut etiam pomis, vel baccis arborum cum frigi-
da aqua potu vescebatur. Extra autem hospitium perpetuum erat tum Abbati,
tum Monachis, vt in reficiendo corpore humi sedentes solum pro mensa habe-
rent, quod postea, vitæ ratione temperari cœpta, primum omnium dimissum
est. Sed quod genus panis illis apponebatur? Planè cibarius, & autopyrus pa-
nis, & sic ater, vt pastores in agris non facilè reperiantur, qui molossis ad pe-
coris custodiam adhiberi solitis magis atrum obyciant. Quodque magis mirum
D *est, cum is panis perparcè ad 18. unciarum pondus Fratribus viritim per sin-*
gulos dies daretur, ea parcitas, & durities multis eorum copia, mollitiesque
videbatur; itaque sæpè ab Abbate magnis precibus impetrabant, aut extorque-
bant potius, vt sibi per eum liceret, vel vnum diem, vel plures à pane prorsus
abstinere, & solis oleribus, & arborum fructibus vesci. Erant qui triduum,
aut quatriduum in hebdomada, diebus partim continuatis, partim interpola-
tis, nihil omninò cibi, nec potus degustarent, cum tamen labori minimè parce-
rent. Aliqui eorum etiam per idipsum tempus diebus Festis ad oppida quædam,
aut castella, quinis, aut senis passuum millibus à Monasterio disiuncta, sacras
conciones, vnam in vno oppido, alteram in altero habituri, excurrerent, nec
E *tamen quidquam cibi, aut potus, vel in via, vel in illis oppidis attingebant,*
sed integram famem, ad panis, & olerum cœnam aridam vespere, aut etiam
nocte reuersis in Monasterium apponendam, reseruabant. Iam vero quod dici-
tur à Græcis ξηροφαγία, hoc est siccus victus, in quo ad panem nihil cocti ad-
hibetur, fuit illis, præsertim Aduentus, & Quadragesima temporibus, vsita-
tissima. Per quæ tempora ab omni culinæ ministerio, præterquam si qui essent
ægroti, feriebatur Monasterium. Quin etiam per Quadragesimas aliquot, præ-
ter panem illum atrum, & aquam, maiori parti Fratrum nihil appositum est
in mensa, &c. Fuit autem sanctissima hæc Fulientium Congregatio Apo-
stolica authoritate confirmata à Sixto Papa Quinto sua constitutione in-

 cipiente,

cipiente, *Religiosos viros*. sub datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 5. Maij anno Domini 1586. sui Pontificatus anno secundo. At melius per aliam Bullam ad tertij Henrici Gallorum Regis, & Henrici de Retz Ducis instantiam expeditam, quæ incipit *Super speculæ militantis Ecclesiæ*. sub datum Romæ apud Sanctum Marcum anno Incarnationis Dominicæ 1587. Idibus Nouembris, sui Pontificatus anno tertio, & dedit ad verbum noster Henriquez Hortensis in sua Collectanea Priuilegiorum; qui etiam in suo Menologio Sanctorũ Cistercienfis Ordinis nonnullos prodit eiusdem Sanctissimæ Congregationis Fuliensis insignes sanctitate Patres. Non clauditur tãtùm Galliæ finibus Congregatio Fuliensis, sed longè, latèque se extendit. Verùm cum Itali Patres cum Gallis non conuenirent, & è contra, Vrbanus Papa Octauus duas ex vna congregationes instituit, vnam pro Gallis, sub vocabulo Sanctæ Mariæ Fuliensis, alteram pro Italis Monachorum Sancti Bernardi Reformatorum, vtramque à suo proprio Generali regendam; prout ex sua Constitutione incipiente, *Ad vberes, & suaues fructus*, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 22. Maij, anno Domini 1630. sui Pontificatus anno septimo. Cæterùm Ioannes de la Barriera Fuliensis Ordinis Institutor, Romæ anno Iubilæi 1600. die 28. Aprilis ex hac vita migrauit ad Christum, ætatis suæ anno quinquagesimo sexto, & mense vndecimo. Anno autem 1626. sub admodum Reuerendo Patre D. Ioanne à Sancto Francisco Superiore Generali corpus totum sub odeo retro post Altare Maius Monasterij Sancti Bernardi de Vrbe ad Thermas Diocletiani, vbi in depositum collocatum erat, vt prodit etiam Octauius Panciroli, in Ecclesiam translatum pro totius etiã populi satisfactione honorificentiùs in monumento marmoreo elegantissimè cõstructo repositũ est. Quo in tẽpore caput eiusdẽ sãctæ memoriæ Viri in Abbatiam Fuliensẽ, vbi cor theca argentea ab ipso obitu diligenter custodiebatur, pedes verò Parisijs, translatum est in Monasteriũ Sancti Bernardi. Ad eius Sarcophagum duo leguntur Epitaphia tenoris sequentis.

Octauius Panciroli in suo opere, cui titulus. Tesori nascosti dell'Alma Città di Roma. tit. de Monti Rione 2. cap. 63.

D. O. M.

Reuerendissimo in Christo P. D. Ioanni Barrerio, Abbati Fuliensi, nobili apud Cadurcenses genere in Gallijs ortundo, ac nobiliori Monasticæ disciplinæ Ord. Cist. diù collapsæ in suo Monasterio Restitutori, & inde Congregationis B. Mariæ Fuliensis, in aliquot Italiæ, Galliæque Prouincias Apostolicæ Sedis Auctoritate ab ipso propugnatæ, Fundatori meritissimo, mortalium quàm plurimorum saluti tum vitæ planè cœlestis exemplo, tum publicis concionibus, ac cohortationibus priuatis vigilantissimo consultori: ab omni sancto corporis, & animi labore semper inuicto, asperrimaque viuendi ratione semel susceptæ vsque ad extremum vitæ spiritum obseruatori tenacissimo; tandem sparso miræ sanctitatis, ac omnium virtutum per Vrbem, & Orbem odore, Romæ anno Iubilæi 1600. in Domino fœliciter obdormienti, Parenti optimo, & Institutori præclarissimo, deuotissimi in Christo filij posuere. Vixit annos 56. mens. 11. Obijt 4. Kal. Maij.

Aliud Epitaphium.

Cui virtus, studium, Pietas, amor, omnia Christus,
Pauperies gazæ, probra fuere decus:
Quem natura parens stupuit sua nocte dieque
Longa mactantem languida membra nece:
Albi Fuliadum cœtus Patremque Ducemque

Ioan-

A *Ioannem, hic magnum parua ſepulchra tegunt.*

Abſtinentium tandem, ſiue ſtrictioris obſeruantiæ Congregatio, or-
tum nuper habuit in Monaſterio Clareuallenſi, Lingonienſis Diœceſis
in Gallia circa annum Domini 1616. eam excitante Reuerendiſſimo P.
D. Dionyſio l'Argentier, ſanctæ memoriæ viro, eiuſdem Monaſterij
Abbate, qui videns ordinem Ciſtercienſem in Gallia excidiſſe à primæuo
ſuo ſplendore, & obſcruantia Regulari in qua fundatus fuerat. Ipſe iam
ſenior, & annis onuſtus, primæuum, & priſtinum Ordinis rigorem re-
ſumere cœpit, in ſuo Monaſterio eum reſuſcitans, multis nouitijs ad
hanc rediuiuam obſeruantiam admiſſis. Neque verò ſolam à carnibus
B abſtinentiam perpetuam ita reuocauit, ſed dictam ſuam reformationem
ad omnimodam vitæ auſteritatem, in Sancti Benedicti regulam compre-
henſam extendit, quam primi Ciſtercienſes cum tanto zelo fuerant pro-
feſſi, ſcilicet ieiunium continuum à feſto Sanctæ Crucis in Menſe Sep-
tembris vſque ad Paſcha, dormitionem cum veſtibus ſuper ſolam pa-
leam, veſtium ſimplicitatem abſque vllis lineis, manuum laborem, exa-
ctum ſilentium, vigilias, aliaque mortificationis exercitia ad præſcriptum
Regulæ. Mirum porrò eſt, huius tanti viri exemplum plus potuiſſe ad
Ordinis reformationem, quam Summorum Pontificum, & Regum au-
thoritatem, qui hactenus incaſſum pro ea tantopere ſolliciti fuerant: nã
C intra duorum, vel trium annorum ſpatium eadem obſeruantia à plurimis
Monaſterijs filiationis Claræuallis cum magna fidelium ædificatione, lau-
dante, & eam approbante Reuerendiſſimo Patre Domino Nicolao Bou-
cherat tunc Abbate Ciſtercij, fuit aſſumpta, ſcilicet ab Abbatijs Beatæ
Mariæ de Longo ponte, de Cuminione, de Caſtellione ſub Reuerendiſs.
Abbate Octauio Arnolphino viro ſapiẽtiæ, eruditione, & nobilitate cla-
riſſimo, de Valle clara, de Charmeia, de Præcibus, de Blancha, de Val-
libus Cernay, de Stella, de Columba, de Cadoino, de Argentea ſella
Monialium in Rhemenſi, de Monte Briſonio, item Monialium in Pariſiẽ-
ſi, de Perſenia, de Begario, de Sancto Mauritio, de Fulcardo Monte,
D & de Regali Monte. Scripſere de Abbate Dionyſio P. D. Chryſoſtomus
Henriquez in Menologio 25. Octobris, Angel. Manrique in Appendi-
ce ad tom. 1. Annal. Ciſtercienſium cum de ſerie Abbatum Clareuallẽ-
tium, & alij ab ijſdem citati. Ob recentem eius inſtitutionem, non ità ſe
extendit, vt cæteræ. Sunt in ea Monachi nonnulli ſanguinis nobilitate,
vitæ probitate, & ſcientiæ doctrina clariſſimi, & præſtantiſſimi, & ſi eo-
rum aliqui, in vno (quorundam inſtigatione) turbauerint ordinem vni-
uerſum. Si quidem cum ab anno 1635. tàm Ciſtercium, quàm eius Or-
do, vero Paſtore, & Patre careret, (inde iam Reuerendiſſimo Petro Ni-
uellio eius Abbate ad Epiſcopalem Lucionenſis Eccleſiæ ſedem aſſump-
E to) & Ciſtercij Filij (ad quos de iure, & antiquata conſuetudine Ab-
batis Generalis ſpectat electio) Claudium Vnauſſin in Corſain Patris eius
Oppido natum apud Montbar in Burgundia, nunc eiuſdem Claudij Vre-
rini fratris ditionis, olim autem Bernardi ex antiquorũ Burgundiæ Du-
cum generoſitate oriundi, immò Burgundiæ Ducis ſecundi geniti, Pa-
tris Sanctiſſimæ Matris Aleth, Doctoris Melliflui Genetricis, Monachũ
Clareuallenſem, S. T. Magiſtrum in facultate Pariſienſi, ne dum ſan-
guinis ſplendore, ſed animi candore, morum ſuauitate, vitæ integritate,
Religionis zelo, diuinarum, humanarumque rerum ſcientia admirabilem,
dignumque proinde tanto munere reputatum, & ſi abſentem, Archicœ-
nobij

Ioannes Eremita apud Chryſoſtomum, Henriquez Libero Ciſtercij tom. 1. lib. 2. diſt. 1. c. 1. Philippus à Sancto Ioãne Bapt. tiſta in vita Sancti Bernardi lib. 1. cap. 1. & lib. 3. c. 29. Breuiarium Eccleſia Fõtanẽſis lect. 1. & alij.

Decretalium lib. 3. tit. 35. cap. 7. in singulis. De statu Monachorum, & Canonichorum Regularium.

nobij Cistercij delegissent in Abbatem: ipsorum aliqui veluti degeneres A ab illo Cisterciensi Monachorum Ordine, qui in aliorum omnium Capitulis Ordinum Monachorum Canonicorumque Regularium, Electorum decreta correxit, aliorum extra ordinem fauore, auxilio, consilioque suffulti, pluribus arreptis, laicalique iudicio, tam sanctam electionem nixi sunt annullare; sed cum à Deo res processisset, & ad Vrbem per antiquiores Cistercij filios causa fuisset traducta, & ab Eminentissimis, & Reuerendissimis Dominis Cardinalibus Spada, & Cecchino, atque Illustrissimis Dominis Maraldo, & Pauluccio tunc S. Congregationis Cōcilij Secretario, nunc in Purpuratorum Collegio cooptato ventilata, me B quoq; cū P.D. Frācisco Gallo de Chemin Procuratore, totius Ordinis partes suscipiente, cum Oratoris Romæ agerē munus, & tandem Apostolici culminis allata iudicio, ab hoc confirmationis debitum, ac firmitatis robur exegit anno Domini 1645. & Pontificatus Innocentij Papæ Decimi fœlicis recordationis anno secundo, die vigesimo nono Mensis Nouembris, vt ex eiusdem Decimi Innocentij litteris Reuerendissimo Patri Don Claudio Vuaussin Abbati Cistercij, omni memoria digno, directis, plenius deprehenditur, suntque tenoris sequentis.

Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Claudio Vuaussin Abbati Monasterij Cistercij, Cabilonensis Diœcesis, in Sacra Theologia Magistro salutem, & Apostolicam benedictionem. Sollicitæ considerationis indagine, prout pastoralis officij cura requirit, circa statum Ecclesiarum, & Monasteriorum quorumlibet salubriter dirigendum, operosa diligentiæ studium libēter impendimus, vt Ecclesijs, & Monasterijs ipsis, ne longa vacationis exponantur incommodis, de celeris prouisionis remedio salubriter succurratur. Dudum, sicut accepimus, Monasterio Cistercij Cabilonensis Diœcesis, quod totius Ordinis Cisterciensis Caput existit, ex eo quod Ecclesiæ Lucionensi certo tunc expresso modo vacanti, de persona Venerabilis Fratris nostri Petri Niuelly, moderni Episcopi Lucionensis, tunc dicti Monasterij Abbatis, Apostolica auctoritate prouisum fuerat, ipseque Petrus Episcopus munus consecrationis susceperat, aut aliàs vacante, dilecti filij Conuentus dicti Monasterij, ad quos Abbatis ipsius Monasterij, dum pro tempore vacat, electio pertinet, pro futuri dicti Monasterij Abbatis electione celebranda, vocatis omnibus, qui voluerant, potuerant, & debuerant electioni huiusmodi interesse, die ad eligendum præfixa, vt moris est, conuenientes in vnum, te iuxta regularia instituta dicti Ordinis, ac Priuilegia, & Indulta Apostolica, eis desuper concessa, in eorum, & dicti Monasterij Abbatem elegerunt, licet super electione huiusmodi per oppositionem contra eam vti nullam pro parte dilectorum filiorum Monachorum strictioris obseruantiæ nuncupatorum eiusdem Ordinis in Romana Curia factam lis, seu controuersia coram nonnullis dilectis filijs nostris Sāctæ Ro- E manæ Ecclesiæ Cardinalibus, & dictæ Curiæ Prælatis ad hoc negotium terminādum specialiter à nobis deputatis, & forsan alibi extra dictam Curiam pendeat indecisa. Nos sperantes, quod tu, qui, vt etiam accepimus, Ordinem ipsum in Monasterio Beatæ Mariæ Claræuallis Lingonensis Diœcesis, cuius Monachus esse dignosceris, & expressè professus existis, primodicto Monasterio esse poteris plurimum vtilis, ac etiam fructuosus, ac quieti totius Ordinis præfati prouidere, & vlteriora litis, & controuersiæ huiusmodi inuolucra præscindere volentes, teque Presbyterū à quibusuis excōmunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsq; cēsuris Ecclesiasticis, si quibus forsā innodatus existis, ad effectū præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absoluentes, & absolutum fore

cen-

A *censentes, ad relationem dictorum Deputatorum nobis desuper factam,*
& attentato processu per dilectum filium Nuncium nostrum, & Sedis Apostolicæ
in Gallia commorantem super vita, moribus, & idoneitate, ac alijs qualitatibus
tuis formato, & ad nos transmisso: motu proprio, non ad tuam, vel alterius pro
te nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera nostra liberalitate ele-
ctionem prædictam Apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, &
confirmamus, omnesque, & singulos tam iuris, quam facti defectus etiam plu-
res tam formales, quam substantiales, si qui desuper quomodocumque, & quali-
tercunque, & quocumque capite interuenerint, quos omnes, & singulos, etiam si
speciali, specificaque mentione indigerent, pro expressis hic haberi volumus, per
B *easdem præsentes supplemus, ac super oppositione sic, vt præfertur, facta perpe-*
tuum silentium imponimus, nec non ita per quoscunque Iudices, sublata eis, &
eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctorita-
te, iudicari, & diffiniri debere, decernimus, & insuper Monasterio primodicto,
cuius fructus, redditus, & prouentus ad sexcentos florenos auri, in libris Ca-
meræ Apostolicæ taxati reperiuntur quomodo, & ex cuiuscunque persona, seù
per liberam cuiusuis cessionem de illius regimine, & administratione in Roma-
na Curia, vel extra eam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut
assecutionem alterius beneficij Ecclesiastici, quauis auctoritate collati vacet, etiã
si à tanto tempore vacauerit, quod eius prouisio iuxtà Lateranensis statuta Con-
C *cilij, aut alias Canonicas sanctiones ad Sedem Apostolicam legitimè deuoluta*
existat, & illa ex quauis causa ad Sedem eandem specialiter, vel generaliter per-
tineat, ac de illo concistorialiter disponi consueuerit, seù debeat, eique cura iuris-
dictionalis immineat, ac super eisdem regimine, & administratione inter ali-
quos lis, seù illorum possessorio, vel quauis molestia cuius statum præsentibus etiã
haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsen-
tium primodicto Monasterio de Abbate prouisum canonicè non existat, cum illi
forsan annexis, & omnibus iuribus, & pertinentijs suis de persona tua simili
auctoritate prouidemus, teque illi in Abbatem præficimus curã primodicti Mo-
nasterij, ac huiusmodi regimen, & administrationem tibi in spiritualibus, &
D *temporalibus committendo. Quocirca dilectis filijs Parisiensibus, & Cabilo-*
nensibus, ac Lingonensibus Officialibus per Apostolica scripta motu simili man-
damus, quatenus ipsi, vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seù alios tibi in
adipiscenda possessione, seù quasi regiminis, & administrationis prædictorum,
ac bonorum primodicti Monasterij auctoritate nostra assistentes facians tibi à
Conuentu prædicto obedientiam, & reuerentiam congruentes, ac à dilectis filijs
vassallis, & subditis prædictis primodicti Monasterij consueta seruitia, ac iura
tibi ab eis debita, integrè exhiberi. Contradictores auctoritate nostra prædicta,
appellatione postposita compescendo, non obstantibus præmissis, ac fælicis recor-
dationis Bonifacij Papæ octaui prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis Consti-
E *tutionibus, ac primodicti Monasterij, & Ordinis huiusmodi etiam iuramento, cõ-*
firmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudi-
nibus contrarijs quibuscunque, aut si Conuentui, vassallis, & subditis prædictis,
vel quibusuis alijs communiter, aut diuisim ab eadem sit sede indultum, quod
interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non
facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indultu huiusmodi
mentionem. Nos enim tibi, vt à quocunque malueris Catholico Antistite gra-
tiam, & communicationem dictæ sedis habente, munus benedictionis recipere
liberè valeas, ac eidem Antistiti, vt munus ipsum tibi impendere licitè possit,
facultatem concedimus per præsentes. Volumus, quod idem Antistes, qui tibi

munus

munus ipsum impendet, antequam illud tibi impendat, à te nostro, & Romanæ A
Ecclesiæ nomine, fidelitatis debitæ solitum recipiat iuramentum iuxtà formam,
quam sub Bulla nostra mittimus introclusam, ac formam iuramenti huiusmodi,
quod præstabis nobis de verbo ad verbum per tuas patentes litteras tuo sigillo
munitas per proprium Nuncium quantocius destinare procures. Datum Romæ
apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1645. 3. Kal. Decembris
Pontificatus nostri anno secundo.

Et ità nemine penitus reclamante, sed approbantibus, & applauden-
tibus cunctis, cum magna Deo gratiarum actione, Dominicæ Incarnatio-
nis anno 1646. Ianuarij die 15. Diuis Paulo primo Eremitæ, & Mauro B
Abbati, S. Benedicti Discipulo sacra, hora ante Meridiem circiter nona,
die Lunæ, per Reuerendum admodum Dominum Theobaldum Biccau-
det Presbyterum Canonicum, & Thesaurarium sæcularis, & Collegiatæ
Ecclesiæ Sancti Stephani Diuionensis, Lingonensis Diœcesis, ac publi-
cum Apostolica auctoritate Notarium Reuerendissimus Pater Don Clau-
dius Vuaussin sacræ Theologiæ in facultate Parisiensi Magister, & Doctor,
Archicœnobij Cistercij, & eius Ordinis Abbas Generalis, omnium, & sin-
gulorum, sibi tanquam tali competentium, realem, & actualem fuit in
possessionem immissus, præsentibus, & assistentibus Patre Don Ioanne
Droueth Abbate de Petris in sacra Theologia facultatis Parisiensis Do- C
ctore, tanquam Priore Archicœnobij Cisterciensis, eiusque tum antiquis,
tum modernis filijs Presbyteris, Fratribus, & Conuersis Cistercij repertis.
Venerabilibus scilicet P.P.D.D. Iacobo Menagot, Nicolao Duchine, Flo-
rentio Bruno, Benigno Beruehot, Dionysio Vuaucheroth, Iacobo Sano,
Ioanne Borgerot Baccalaureo Theologo, Ioãne Bonoguet Sacræ Theo-
logiæ Baccalaureo, (hic functione completa nomine antiquiorum filio-
rum Cistercij, elegantissimam, & facundissimam recitauit orationem, vt
etiam eorundem nomine recitauit lepidissimus cõcionator præfatus Ab-
bas de Petris) Ludouico Guarre, Francisco Gabillon, Antonio Arbale-
ste, Florello Brunet, Iacobo Bussuet, Germano Leprinte, Iacobo Scyrot, D
Petro Radot Baccalaureo Theologo, Carolo Patan, Ludouico Laipino
Procuratore Cistercij, Claudio de Reguelegne Baccalaureo Theologo,
Edmundo Souciliæ Baccalaureo Theologo, Ioanne Lucotte, Michaele
Bichot, Laurentio Giornet, Guillelmo Falquet, & Ioanne Guichardet,
Presbyteris antiquis Religiosis; necnon Venerabilibus P.P.D.D. Ludo-
uico Pepin, Simone Legros, Ioseph da Molin, Thoma Maussille, Franci-
sco Estard, Ioanne Roussel, Bernardo Martin, Viuantio Soucelier, Petro
Gautier, Ludouico Vairon etiam Presbyteris, Fratribus Claudio Guil-
lame, Petro Mari, Petro Regnaut, Ioanne L bert, Alberico Boguet, &
Ægidio . . . . . strictioris obseruantiæ Religiosis, cum horum Con- E
uerso Fratre Natali Geoffroilt, ac etiã cum Fratribus Nicolao Bauoillot,
Martino Risseiandot, Ioanne Sayet, Claudio Rolet, Guillelmo Tillic, Ni-
colao Meline, & Antonio Liebault Conuersis antiquorum Religiosorum,
cum Venerabilibus Dominis Benigno Pertriset Serenissimi DD. Princi-
pis Henrici de Bonobon Consiliario, Elemosinario, Canonico, & The-
saurario Cappellæ Regiæ Diuionensis, Laurentio Dauiquon Rectore
Parochialis Ecclesiæ Sancti Filiberti Diuionis Vrbis, Simone Alexandro
Presbytero, & Baccalaureo in vtroque iure, nobilibus Nicolao de Titan
iurium Doctore, Claudio du Bois, & Carólo Blauot iurium Licentiatis, &
in suprema Curia Burgundiæ Patronis, Diuione commorantibus, nec nõ

Vene-

A Venerabilibus Religiosis P.P. D.D. Stephano Moutaubin Priore Abbatiæ de Buxeria, & Claudio Gauthier Religioso Clareuallensis Monasterij,& in dicta Diuione Domus paruæ Clareuallis Gubernatore, & quamplurimis alijs testibus astantibus vocatis, rogatis, & requisitis,vt inde cōfectò patet ex instrumento acceptæ possessionis. Viuit enim adhuc massa hæc omnibus condita virtutibus,ac elimata, Claudius Vuaflin, & paterna cunctatione, & oculata cōniuentia ad pœnitentiam deuios compellit; graui trutina,& nunquam errante emeritos ad dignitates, ad officia vocat,æqua lance iustitiæ leges perscribit, pœnas imponit, publicæ paci litat,& commissum sibi gregem ad diuina pascua ducit, fouet, custoditque B vt pupillam oculi sui; eoque Pastore, Cistereius Ordo in dies reformari, & multiplicari speratur. Serus proinde in Cœlum redeat, diùque lætus intersit Cistercienfico Gregi, vt ex illustrium operarum feraci annorum mora, quo diuturnius, eo perfectius, absolutiusque virtutum omnium relinquatur exemplum, à cunctis semper imitandum, & celebrandum. Exageratas eius animi dotes, & res præclarè gestas pleniori calamo proculdubio referet nō inuidiosa posteritas, dū nos tanti Patris modestia viuentis deterrere videtur, quominus in eius laudibus longius progrediamur.

Copia est apud me.

C

QVAE DE REGNIS, PROVINCIISQVE, AC CIVITATIBVS expresſè ſit vaticinatus

D B. IOANNES IOACHIM ABBAS FLORENSIS.

CAP. LVI.

MAgnus, diuinusq; Domini Propheta noster Beatus Ioannes Ioachim, quasi in munitam positus Ciuitatem, & in columnam ferream,aut in murum æneum, quæ audierat à Domino Regibus, Principibus, Prælatisque, ac Sacerdotibus, nec non & Populo terræ adeò proca-E citer adapeuit,& intrepidè,vt Ezechielis illud: *Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamantem,& vt silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas à facie eorum. Fili hominis speculatorem dedi te Domui Israel, & audies de ore meo verbum,& annūciabis eis ex me:* videretur esse completum in ipso. Et pertimescens Dòmini sententiam dicentis: *si me dicente ad impium: Impie morte morieris, non fueris locutus,vt se custodiat impius à via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram:* non solum eo viuentibus tempore, quæ ei prædixerat Dominus, prædicauit; sed vt scirent etiam posteri quanta erant, nisi ad Dominum conuerterentur,

Ezechiel. cap. 3. n. 8. 17. & 18.

Ezechiel. c. 3. n. 18.

tur, præparata flagella, Opus de Oneribus sexti Temporis inscriptum, no- A
bis pro monumento reliquit. In quo antequam ad particulares prædi-
ctiones deueniret, generalia quædam præmisit. In primis de statibus sæ-
culi, incipiens ab Adam, & procedens vsque in finem sæculi, & quasdam
concordias, & significantia, & significata temporum diuersorum. Præ-
mittit, & mysterium Ecclesiæ, quod annuatim reuoluitur, in Dracone in-
sertum, ruinas, & tribulationes, & angustias, & prœlia præterita, & futura
significans; quia hæ Draconis insidijs in Dei populos sunt inflicta. Adiu-
toria item, & liberationes ex Dei misericordia in ipsa Draconis figura po-
nuntur, ac Resurrectionis, & Penthecostes, vt innotescat Deus adiutor, B
& liberator noster. Præmittit tempus ante legem, tempus sub lege,
& tempus gratiæ, eorumque Sacramenta, Tubam, & eius figuram, &
ipsius significatum, sigilla, & apertiones ipsorum. Præmittit Draconem
alterius figuræ à primo, capitum septem, designantem septem tribulatio-
nes, seù insidias, & pressuras, vniuersa scilicet mala contra Ecclesiam,
ac eius membra, & in præteritum, & præsens, & futurum vsque in fi-
nem, & sæpè dicto in opere facit de huiusmodi Dracone mentionem.
Septem quoque signat tempora, de quibus tractatum specialem in eo-
dem opere facit. Psalterium quoque decem cordarum, in quo instrui-
mur fugare, vincere, & superare Draconis insidias, atque pressuras, vt C
Reg. lib. 1. c. 18.
figuratū fuit in Dauid, qui psallens spiritū malū fugabat Saulē agitantē.
Mysterium Rotarum Ezechielis etiam præmittit, ac multa quædam alia:
quæ quia generaliter ab ipso dicta, & præscripta sunt, & non singulari-
ter, vt homines naturaliter scire discupiunt: ideò omissis ijs, tanquam
minus ab hominibus cupita, singularia tantùm quæ ipse determinatè
præscripsit, huc transcribam, vt magis declarata. Certum enim est, ho-
mines quam maximè contingentium futurorum cognitionem affectare:
cum tamen solius Dei sit talia scire, teste Isaia Propheta. *Annunciate quæ*
Isaias cap. 41. nu. 23.
ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dij estis vos, & illius etiam sit, cui
Ptolomeus in Centiloquio.
Dominus ea reuelauerit. *Soli* (inquit Ptolemeus) *numine afflati prædi-* D
Isaias cap. 61. nu. 1.
cunt particularia. Item de se inquit Isaias. *Spiritus Domini super me, eo quod*
vnxerit Dominus me: ad annunciandum mansuetis misit me. Multa quidem
diuino numine afflatus noster Ioachim annunciauit, tunc futura, nunc
præterita, ac euentu comprobata, vt hactenus vidimus, nec dubium
S. Gregorius in homi l. a de Aduentu.
(vt Sancti Gregorij verbis vtar) quin sequantur etiam quæ restant, quia
sequentium rerum certitudo est præsentium exhibitio. Et Sanctus Au-
S. Augustinus 12. de Ciuitate Dei cap. 10.
gustinus ait, vera se narrasse præterita ex his, quæ futura prænunciauit,
cum tanta veritate implentur, ostendit. Vt ergo Lectori meo gratum
præstem, quæ de Regnis, Prouincijsque, ac Ciuitatibus noster Pro-
pheta Ioachim præuidendo præscripsit, & Lazarus de Soardis Venetijs E
anno Domini 1517. typis impressit, inde huc exscribam, licèt sub Fri-
derico secundo, & aliorum tyrannide Principum, nonnulla cernantur
completa apud Auctores, qui temporum descripserunt historias accu-
ratè. Aduerte curiosissime, & perspicacissime Lector, quod quamuis Dei
Propheta de omnibus Vrbibus, Oppidis, Castris, Pagisque, ac locis
nominatim non loquatur, generaliter tamen omnes exprimit, de bono
enim, vel malo magis principali euenturo, minus principale necesse est
participare, ipso diuino Vate affirmante cum de Ostiensi, Portuensi, Al-
banensi, Prænestinensi, &c. sic. *Non curemus Villas, & Oppida scribere,*
sed tantummodò Ciuitates, sub quibus Castra sunt, et quasi cauerna serpentū
præ-

A *præ`dia pessimorum*. Verbi gratia sinistra prædicit Calabriæ Prouinciæ, omnes eiusdem Prouinciæ Vrbes, Oppida quoque, & Castra, eadem mala subierunt, vel subibunt. Loquitur de Diœcesi Cusentina expressè: tacitè etiam de ceteris eadem in Diœcesi existentibus Oppidis, Castris, Pagis, & Locis etiam verba facit, & sic de alijs. Vrbium nomina quorundam ex Laxari de Soardis incuria deprauata, Lectoris, qui germana Vrbium nomine callet, correctioni remitto. Sit ergo.

Regio Romana.

Legitur, quod Roma non habet à gentibus destrui, sed in se ipsa dissidijs, li-
B *tibusque marceri. Principium gentium Amalech ad exterminium ipsi proden tur. Amalechita Romanos Idolatras præfigurant, Num. 24. ideircò Roma primò ponitur, quia sicut illa caput est Orbis; ità et in ea fundamentum habuit Petri sedes. Notandum excidio Romanorum omnes sedes Vrbium deprimendas, ac si nouæ filias Babylonis, de qua multiplicabo, inquit, erumnas, et conceptus tuos parturitura filios in dolore, Genes. 3. Licet sub antiquis Principibus loca, quæ licet sint contrita, tamen sub Germanis Augustis diebus sequentibus fortius atterentur. Erit, inquit, talis tribulatio, qualis non fuit ab initio temporum, neque fiet, Marc. 13.*

Propheta Beatus Ioannes Ioachim de Oneribus sexto Temporis part. 1. cap. 13. à pag. 11. vsque ad 28.

Ostiensis, Portuensis, Albanensis, Prænestinensis, Sabinensis,
C Tuschulanensis, & Tyburtinensis.

Hos septem filios Summi Pontificis, ac si conniuantes Iob liberos, Iob 1. parens Ecclesia frequentibus gemet impulsibus quatiendos. Non curemus Villas, & Oppida scribere, sed tantummodo Ciuitates, sub quibus Castra sunt, & quasi cauerna serpentum præsidia pessimorum.

Campania.

Anagninensis, Signinus, Ferentinus, Alatrinus, Verulanus, Terracinensis, Sonninus, Fundanus, Gaetanus.

Quid nouetenus populus in Campania pati sub Regni Præsidibus iterum habeant, Ezechiel. 28. in figura totidem pretiosorum lapidum speciotenus repre-
D *sentat. Lapis, inquit, pretiosum operimentum tuum. Et Isaias cap. 14. in casu Luciferi operimentum tuum, erunt vermes solicitudinum, & dolorum.*

Marsia.

Furconensis, Marsitanus, Valuensis, Theatinus, Pennensis, Abusinensis.

Non leuis labor deprimet senarium Marsicanum, vbi in eos vngues aquila processu temporis acuentur. Quid Henricus Sextus Pater, & proauus Alemani in districtu Romano, Ligurum, & Regno Apuliæ fecerunt, adhuc Mater Ecclesia notam improperij gestat in frente.

Thuscia, vel Thuscana.

E *Nec immeritò si Thuscorum virolenta pernicies seruatur ad gladium, vbi quos furor communis implicat, vnius rabies cupiditatis enodat. Quo Romani Thuscos triuerunt bello superbos, templum bellicatione dedicant. Thuscia cum Gaza Palestinorum, Exod. 23. terra concordant respectibus mutuis, si Antichristi temporibus deferetur opprobrijs sempiternis. Generatio, inquit, peruersa est, & infideles filij, Deuteron. 32. Romani veteres, vt tradit historia, Thuscos pro rebellionis audacia contriuerunt: sed adhuc quanta de vicinis auguribus pestifera pocula expectentur, spiritus vertiginis indicabunt.*

Nepesinus, Sutrinus, Ciuitatensis, Ortanus, Balneoregis, Vrbeuetanus, Viterbiensis, Thuscanensis, Castrensis, Sanensis, Clusinus, Perusinus, Castellanus, Arethinus, Grossetanus, Vulteranus, Senensis, Lucensis, Pistoriensis.

Omnes isti tanquam filij Babylonis timorem Domini relinquentes, Matrem Ecclesiam vilipendent in suis pertinacijs, & simultatibus otiosis. A

Florentinus, Fesulanus, Lunensis.

Quid Merlinus scripsit de Aquila sicula, quod florem Æmiliæ dissipabit, videat militia Florentina, ne dum ad horam florem suæ fœlicitatis emiserit, à vicinis, & alijs sub aquilæ, pullisque temporibus effloreat totaliter, & arescat. Vnde, & dicitur. Veh coronæ ebrijs Effraym, & flori decidenti gloria exultationis eius. Isaia 28.

Sedes Pisana.

Massanensis, Alatensis, Alariensis. B

Quam pressura valida Pisanis immineat, contentio publicat confinium Ciuitatum: quia necesse est, vt qui pestilentes alios excitant, & ipsi per crebra dissidia ruinis, & prælijs infestentur.

Ducatus Spoleti.

Assisinus, Fulignianus, Nucerinus, Eugumbinus, Spoletanus, Reatinus, Tudertinus, Amelinus, Narnenensis, Intranensis.

Spoletanus ambitus in spolionibus reseruatus, quo feruentior erit ad spolia pauperum, eo in se prædonis vicini gladius acutior exeretur. In Ducatu isto similiter, & in territorio Hispano duo Ordines, ac si Stellæ lucidæ orientur ad prædicandum regni Euangelium iterato (vt Appone refert) saccis cilicinis amicti, contra quos Draco Diabolus inducet bestiam de terra surgentem sectã proculdubio patareni. C

Marchia.

Esculanus, Firmanus, Camerinensis, Auximanus, Humanus, Anconitanus, Escinas, Senegalliensis, Phanensis, Pensaurensis, Forosimpronensis, Callensis, Vrbinas.

De filijs impijs & si gemat Ecclesia, non tamen ad opprobrium sibi cederet, si eos arguere non foueret; quia futurum est, vt ipsa cum sobole lectum doloris subeat, & laboris tempore visitationis extrema. Ex Romani Senatus ignauia euenisse comperitur, vt insanus populus Marchianus duplicitatis vitio deseruiret, ac per hoc perfectorum nullus appositus potuit eos sic tenere, quin velut ydra resurgerent, & ex hoc in hoc amaritudinis calicem inclinarunt. Psal. 74. D

Rauennati, Ariminenses, Feretrarius.

Rauennates geminæ Ciuitates vicinis prementur incursibus, sed quo de vulnere minus curauerint, eo flagellum in se fundatius aggregabunt.

Flaminea.

Rauennas, Adriensis, Comaclensis, Ceruiensis, Forolouiensis, Foropopliensis, Cesennatensis, Sartinensis, Fauentinus, Imolensis, Mutinensis. E

Non expers erit incendij mundani Flaminea regio, cum Aquila Sicula ab Aquilonis olla progrediens vexilla leuauerit bellica contra illam; sed quia extrema gaudij gemitus occupant, Pou. 14. vnde vngues Aquila læserit, in diuersis euentibus obtundentur.

Bononiensis, Rheginensis, Parmensis.

Bononia causarum frequens legalium, & nutritia secularium studiorum, vallem filiorum Ennon, quam Hierem. cap. 7. nominat, respicit, sed quam pro suis adinuentionibus, & excessibus expectat iniuriam, pressura raptrix aquila propalibit.

A *Liguria.*

Ianuensis, Bobiensis, Aprimacensis, Maranensis, Albiganensis.

Porta Ligurum Ianua multis amodo patebit incommodis: est enim superni consilij ad terram detrahere omnes maris remiges in suis nauibus gloriantes. Facta est, inquit, tertia pars maris sanguis, & mortua est, & tertia pars nauium interyt. Apoc. 8. Ista sunt naues euntes in Ophyr, sed fractæ in Asyumgaber ob peccatum Regis Iosaphat præbentis auxilium inimico 3. Reg. 22. Quia Ligurum regio per consonantiam veterum in nouo respicit Philistea, Exod. 13. & si abundante malitia peruersorum de casis collidentium Principij B *quandoque tripudiet, de concursu tamen intimo vberius ingemiscet: quia necesse est, vt de regione nepharia locustis bellicis, Apoc. 9. adequata Belial vniuersus intereat, & si pecus occisionis adhuc in suis sordibus computrescat, Ligurum tenus bello quassabit, Legitur de Aquila quod medium caput Ligurum tenus bello quassabit. Hæresis paterna in Liguriæ terminis inualescens, adeò suos circumquaque surculos prauitatis ostendit, vt non minus sit infesta Catholicis, quam olim Prophetis Domini fuerit Athalia filia Iezabelis 4. Reg. 11. Ipsa quoq; est in spiritu Herodiadis filia, Marc. 6. Ipsa vxor Ægypty Sacerdotis, quæ tàm Ioannem, quàm Ioseph carceri tradiderunt. Gen. 39. Marc. 6. Pro aduentu diei dissoluentur manus fortium, & adensabitur regio Palestina.*

C Lombardia.

Mediolanensis, Bergomensis, Brixiẽsis, Cremonensis, Laudonensis, Nouariensis, Vercellensis, Hiportensis, Thaurinensis, Astensis, Aquensis; Albensis, Terodonensis, Sannensis, Albigensis, Vigintinilia, Placentinus, Papiensis.

Lombardorum gens impia, sibi contraria, Deo detestabilis, & proximis odiosa, crebris atteretur incursibus, quia quæ de fumo putei. Apoc. 9. doctrina scilicet sæculari hæreticos imbuit, & aerẽ Ecclesiasticæ puritatis infecit, æterna rũpheam vltionis necesse est, vt non euadat. Apprehensa est, inquit, bestia, & cũ ea Pseudopropheta, & missa est in lacum sulphuris exurentis Apoc. cap. 19.

D Ferrariensis.

Et si in plaustris ferreis proximos, Ferraria conteret, ipsa vice versatili fabrorum, aliàs facinorum malleis conteretur.

Dalmatia supra Mare.

Aquilegiensis, Mantuanensis, Cumanensis, Tridentinus.

Olim Aquilegiensis Prouincia collisa legitur à Romanis, & Francis precacibus, sed multò fortius allidenda cognoscitur prouincendis hæreticis, & scelestibus alijs conuictinis. Conteret (inquit Vates Isa. 1.) sceleftos peccatores Israel, & qui dereliquerunt Dominum, confundentur.

Veronensis.

E *Verona nutrix hæresis defensorum dirum deflebit excidium filiorum.*

Paduanensis, Vicentinus.

Padua velut cætus in palastribus recumbans in hamo piscantium ad interitum capietur.

Taruisinensis, Concordiensis, Cenetensis, Feltrensis, Belmiensis, Polanensis, Parentinus, Triestinus, Clamadensis, Caputhystriensis, Emonensis, Maranensis.

Iterata contritione terretur populus Taruisinus, tum propter inepta vanitatis insaniam, tum ob fœditatis hæreticæ corruptelam, & si de vicinorum visceribus volans regulus prædeat, qui semen rapacis volucris flatu pestiferæ persuasionis extinguet.

Histria supra Mare. A

Grandensis, Venetiæ Castellanensis, Torcellanensis, Esulanus, Capralensis, Elugiensis, Ciuitasnoua.

Duo filij Thamar, Zaram, & Phares. Gen. 38. ex Iuda prætendunt duos Patriarchiatus ortos Romana Ecclesia in Histria, & Dalmatia, Grandensem pariter, & Aquilegiensem, sed quia in partu parentis est diuisa maceria, innalescente vno, & altero tepescente, timendum est, ne tam in Græco, quam Latino populo scripturarum mysteria compleantur, & si pro bonis desistentia operis terrestris, & appetentia dignitatis, neuter eorum columba gladium irascentis euadat. In testamento veteri quoque primogenitum Domino debebatur. Exod. B *13. Sed quia primogeniti populorum, diuites scilicet, & illustres, pronsores ad malum scilicet, potiùs quàm ad bonum: diuino iudicio agitur, vt tam violatæ viduæ filius quàm, primogenitus Pharaonis. Exod. 11. flagellis interitus exponantur.*

Sedes Spalensis, Iadrensis, Signensis, Apsarensis, Voglensis, Arbonensis, Nouensis, Equalensis.

Spalensis, & Iadrensis populus cum multitudine Vrbium cæterarum dandi sunt faucibus fortiorum, pro eo quod fidem prauis operibus polluunt, & sub Romana lege dati quodammodo in exterius atrium minimè cohercentur. Apoc. 11.

Spalatensis, Traguriensis, Scardonensis, Eroatensis, Berbenensis, Tiniensis. C

Spalatensis item Sedes danda est incursibus Pyratarum, vt quæ à Seleuca Ciuitate non dissonat, 1. Machab. 4. iram pro meritis tyrannicæ prædationis incurrat,

Sclauonia.

Stagiensis, Bossonensis, Tribunensis, Bossensis, Buduensis, Caparmensis, Antistarensis, Dulchinensis, Suarinensis, Driuastensis, Polatensis, Scodriensis, Arbanensis, Scuratensis.

Hæc terra spectat ad Barum Apuliæ, sed pro contubernio peruersorum crebris inuasionibus conteretur. Omnis Sclauorum cogitatio porta filia multitudinis. Cant. 7. per concordiam adæquatur, quæ quia non ad plenum dominatorũ D *eius furoribus patuit, restat ad comprimẽdum prorsus sui superbiã, vt per Aquilæ posteros diebus nouissimis affligatur.*

Ragusinus.

Ragusinorum Ecclesia in medio posita perfida nationis, sicut quieta fore non patitur, sic & similiter necesse est in diluuio remotarum gentium conuoluatur.

Sardensis.

De hac in Apocalypsi legitur, & Angelo Sardis Ecclesiæ scribe. Apoc. 3. Notandum Ecclesiam Sardensem designare Monachos Casinenses, vtique suã carnalibus desiderijs inquinantes. Habent enim concordiam cum Ecclesia Tyathiræ. Apoc. 2. quæ vestimenta filiorum polluit nonnullorum, ex eis enim habuit collegium nigrorum originem: & ideircò extinctis carbonibus adæquati non sunt cogniti in plateis; à sæcularium enim habitudine nullatenus discernuntur. Duæ, inquit, filiæ matris vnius fornicatæ sunt in Ægypto, idest Francorum Imperio, & in Regno. Ezech. 22. E

Sardinia, Corsica.

Calaranus, Sulciranus, Sollenus, Dolisensis, Turritanus, Forrensis, Plauadensis, Ampuriensis, Gisardensis, Clanstrensis, Orbanensis, Rosanus, Artorensis, Vsellenensis, Sancta Iusta, Terra Alba, Ciuitatensis, Callurensis,

Habi-

A *Habitatio Insulæ Sardinensis à Suda filio Regum post diluuium produxit originem, qua licet, vt vetus tradit historia, Romanis, & Africanis insultibus pro mutua concertatione patuerit nautarum tamen futuris incursibus dãda erit, vt quam exterius fluctus equoris vapulat, interius tortiones viscerum comprehendat. Non immunis erit, & Corsica à flagello Sardiniæ, vt quæ trãsgressionis communis est particeps, non dispar habeatur, & pœnæ: Quid inter nautarum dissidia superborum Insulis finibus pati habeat Insula Sardinorum futurũ collisio edocebit; quia vt se cœlestis prætor de suis hostibus vendicet, ignominiosum finem similiter eos post, & ante caluitium, sine canum aquilæ senescentis adducet. Quia vt excrescentem nequitiam hominum barbarorum*

B *superni gladius arceat, pro eo quod tàm Cleri, quàm Populi nulla dissimilitudo distinguitur Episcopalium Sedium communis instat afflictio. Vt per Ligurum remiges, & Thuscorum scortæ consumpta, rubiginis insularis, vel in statum humilem redeunt, vel voraginem irreparabilis excommunicationis incurrant.*

Sicilia.

Agrigentinus, Mezariensis, Milenitanus, Mons Regalis, Syracusanus.

Omnis ædes, & Sedes Siciliæ diris erit afflicta doloribus, cum caput eorum regum suis erit crinibus decaluandum, ac si tugurium in cucumerario relinque-

C *tur. Ysa. 1. Siciliam Scylleis Phari fluctibus interruptam dolemus in suos, & alios resumpsisse tyrannidem: & idcirco pro suis aversionibus indesitanter eum aggreditur spiritus iudicij, & ardoris. Vt enim sileamus scissuras veteres, & ruinas, in quibus ipsa calicem furoris Domini exhauserit, ad mentem reducimus modernorum, quod per Henricum Sextum sustinuit, ac si rursum quod sic defecit in nobiles, & rebelles per totam aream regni eius, vt alios spargeret, alios mergeret, perimeret plurimos, nonnullos includeret, vreret reliquos, & residuos cæcitate feriret. Verum quia insularis miseriæ nullus cessabit iudicijs, rursus aquila plena plumis, quid acturæ sit in futurum instantia durissimæ vexationis exponet. Denique pullus Syrus, vel Italicus fratres deuorans, & ex*

D *ossans priusquam ortus habeat Antichristus, sequentibus signis ostendet. Quia necesse est, vt quidquid de capite septimo calubris crudelitatis exasserit, vrsus viridis colore (ni fallor) rectitudinis reparabit. Non leuia damna rerum, & corporum post Regis occubitum est Insula Sicula passura per diluuium Germanorum, donec vel nutrix Ecclesiæ miseris opem adijciat, vel pupilli vnguis inualeat in similitudinem aquilarum.*

Panormitanus.

Panormitana terra iacturam dolorabit euomitiuam in suis visceribus, quàm saui ob sæuitiam temporis per aquilam transferendi.

Cathaniensis;

E *Huius Vrbis vbera, quibus lactabitur aquila, nouus Quintianus abscindet.*

Messanensis, Cefalunensis, Pactensis, Sanctus Marcus, Militensis.

Singularem sub aquila, eiusque progenie Pharisica Sinagoga trigonam est subituræ pressuram præter illam communem infamiam, quam ferret vndique situs trinacrius, contra patris reliquias resupinus. Nec obstat si nidus tertius prostremos fratres, & prauos, vt volans regulus absorbebit, quia etsi terra regni eius erit funiculus, cauere tamen vix poterit à morsu viperæ carpinalis, vtique Curiæ sibilantis. Padere posset pariter, & pauere fati populus vertigosus, non minus ex Scylla latratibus, quàm Carybdis absortionibus cauernosis, &

qui-

quidem ad eos non frustra conijcitur hoc manare prodigium, dum & flammis A
Ethnalibus pateant, & procellarum spiritibus se exponant; quid enim furens aquila, & eius superstes posteritas eis importabilis ponderis imponere habeant experimenta in misericordiam operum declarabunt. Vniuersalis humus Siciliæ regionis, ut alumni tyrannidis, & erroris continuus plagis adijcitur, & idcircò tumidè gloriari non appetat, quia præsto erit vindex futuri sceleris, qui & proteruos humeros atterat, & versipelles, ac duplices rumphea furoris inuoluat.

Calabria.

Rheginus, Cassanensis, Neocastrensis, Ieracensis. B

Calabria regulorum cauerna volantium, & foramen sibilantium colubrorũ, quantum sit passura discriminis, virga proferret insuperabiliter exactoris, dum absque intermissionis remedio, nunc vni, nunc alij rurestres, & vilis subiecta conditio, iugum ab humeris decutere non poterit seruitutis.

Cutroniensis, Tropiensis; Oppitanus, Bouiensis, Geruntinus, Squillacensis, Militensis.

Regio Cutroniensis, quam præssura Regni circundabit, Thuscorum exponetur incursibus, sed processu temporis sub aquilæ sibilo tàm de sui, quàm de imbellico Siciliæ vniuersus miluus, & vlula proscribetur.

Cusentinus, Marturanus, Bisinianus, Rossanus, Sclus. C

Non Cusentinam, sed conscientiam habet vetus historia, pro eo quod Græcis non Romanis consilijs Guandalorum temporibus adhæserunt: & idcircò necesse erit, ut tàm ipsa, quàm cætera de circuitu sibi pœnis, & prædis pateant subsequentium tonsorum. Licet enim opprimi habeat in futurum Ecclesia Cusentina, quæ cum Iezrael Carmelo. 3. Reg. 18. vicina concordat in spiritu, post Henricum Germanicum à reliquijs Aquilonis, quæ situm Regni tàm in Sicilia, quàm in Leporea, Calabria, & Apulia concutient, & confundent: ad eam tamen, ac si alteram Bethleem Angelus sani Consilij dirigetur, qui & filios eius ad interiora solitudinis transferat, & seculares Ægyptios tyrannorum furijs
derelinquat. Futurum enim est, ut secundum genus non speciem in cunctis Re- D
gni finibus Herodes alter. Matth. 2. non solum abiectos exactionibus opprimat, sed & conterat malleationibus gloriosos, quemadmodum vetus Pharao, qui secum equitatibus dedit discrimen, & filios Israel supposuit lateritiæ seruituti. Exod. 1. ac per hoc quia interitus est numerus dierum tyrannidis Friderici propter posteros successores, qui miserorum concinibus iugum fortius superaddens, æquanimiter fuerit onus Babylonicum tolerandum. Esaiæ 13. donec tempus aduenīat. Apoc. 10. Angeli septimi, sub quo labor sexti temporis totaliter adimuetur.

Sanctus Marcus.

Ab Insula Rodo legitur colonos transijsse pristinos Rus infimum: sed ne de E
carnis achiua superbia inaniter finetenus glorietur, sub Francorum iugo nescitur atterendum.

Sancta Seuerina, Strõgelensis, Antiblacensis, Sãctus Leo, Gemertratensis, Nicoterensis, Germaentinus, Gesulensis.

Omnis hæc Græcorum collectio transibit in Coloniam Sedium Latinorum, etsi nonnullæ reliquiæ superesse habeant ad sarcinas seruitutis.

Consanus, Muranus, Satrianus, Mons Virlensis, Laquedonensis.

Consana Ecclesia quadricornis, ac si cauda Calabriæ in cunctis suis sedibus conijcitur præcedendi præ meritis, sed postmodum reparandi, ut eo flagellum grauius subeat, quo patientius interim ad fidei præmium expectatur. Et si sub

aquila

A *aquila terra hac insana consilys malis æstuantibus vndique concuti habeat; maiora tamen dispendia perferet, cum post illius occubitum leuari non poterit à ruina.*

Apulia.

Acheruntinus, Potentinus, Tricaricensis, Venusinus, Grauinensis, Anglonensis.

Apulia regio quæ fluctibus subycitur Adriaticis pro errorum sceleribus, tàm in montanis sedibus, quàm marinis, varijs est curuanda doloribus. Et vtinam sub eius præsidibus à prisca peruersitate meritoria nō persiret: sed ex quo populus
B *ceruicosus iugum conabitur abycere seruitutis, non video quod eripi possit a verbere, sed potius colligari, scriptura monente, seruo maliuolo compedes in tortura, Eccl. 33. Popularis hic cuneus ruinis proximus, & iacturis, calcaneum origet in terra præsidem tempore superbia Clericalis: & idcircò virga Ducis superstitis illius non tolletur ab humeris, quousque Sabatismus, Heb.4. quietis adueniat, in quo prorsus clipeus fortium per manum Angeli septimi repelletur. Apoc. 10.*

Tarentinus, Mutilensis, Castellanus.

Tarentum accipiens non à venenoso reptili, sed à fluuio Tara nomen, particeps erit cadis, & ponderis aliorum: est enim consily Domini, vt quiescat
C *populus pulueris ab homine, cuius spiritus in eius naribus, Isaia 2. perseuerat ad conflandum de argento rudi rubiginem, & maculam ex oculo repellendam,*

Brundusinus, Astanensis.

Olim Ciuitas Brundusina Romanis insultibus pressa fuit: sed quia eius est innouanda proteruia, vt à recuruis vnguibus aquila non euadat; non vesana mente recogitet, quid inter superbum, & humilem differat, cum vasa figuli probabuntur, Eccl. 27. inclinabo vexationis pariter, & furoris.

Idrontinus, Castrensis, Leucatensis, Gallipolanus, Vgentinus, Liciensis.

Idrontinus sinus grajs cultoribus deputatus, sicut nenys superstitiosis attollitur,
D *sic & futuris mœroribus reseruatur; & idcircò de pœna superuentura salubriter paueat, priusquam in sordibus amplius putrefiat. Quia Idrontum traxit nomen ab ydria idest aqua videat ipsa fluentis irrigua, nedum Brundusina vicinia sub Præside Italo ad Regni solium ascensuro in terrenis quæstibus arefiat.*

Barensis.

Bitontinus, Melfitanus, Iuuenaticensis, Rubensis, Salpensis, Cannensis, Bitetinus, Conuersanensis, Minerbiensis, Polimanensis, Catherinensis, Lauellinus.

Barisanæ sedis plebs multiplex, quam durus dolor tennit, & deiecit, futuris
E *afflictionibus signum dedit: vt eo celerius ab arcus facie fugiat, Psalm. 59. quanto ipsa velutì humus à gladio rediens in suis iniquitatibus relabetur. Et si olim Barisana nobilitas vsque montem Garganum saltum fecit, cautè tamen amodo torrentis effosi riuulos transeat exundantes, quia præsto erit bestia de Mari, Apoc. 13. Siciliæ saliens, quæ & beluinum in subditos aciet, & viros statura sublimes ad visum aquilæ plumescentis euertet. Licet enim successio ad Regni escam tempore contradictionis aspiret; tamen quia legitur Archelaum regnasse pro Herode Proselito, Matth. 2. & Iothan pro lepraso Rege solium tenuisse, 2. Paral. 26. & continuari debet tempus vtrumque, vt compleatur scriptura prophetica in populo Latinorum ceruicibus minabamur, & lassis non dabatur requies, Treno. 5.*

Tra-

Tranensis, Vigilensis. Sipontinus, Andrensis, Troianus, Vestanus, Monopolitanus. A

Troia, Tranum, & Andria virga vigilis non effugient disciplinam, Hierem. 1. cunctus enim situs Basilicas non leuibus patebit iniurijs, cum repugnare non poterit alterius imperijs Holofernis, Iudith. 2.

Melphiensis, Rampollensis.

Melphiensis Ecclesia velut ouis inter lupos posita vespertinos, sicut prosperis adfuit, sic afficietur aduersis; & idcirco sibi colonus quisque praecaueat, ne vetus error inuidas innouetur ad gladium, vbi terra mellisflua subitis assumetur obliuiantibus superborum. Ex tantis si quidem lapidibus fortium terra debiliū patebit iniurijs imbrium, & violentijs spirituum procellarum. Rampollensis collectio spelunca reptilium pro sceleris merito velut puluis montium rapitur à facie peruasoris. B

Beneuentanus;

Telesinus, Sancta Agatha, Alifiensis, Monsmoranus, Mons Coruinus.

Romani Duces exercitus Samnitarum rebelliam aggressores stragem exercuisse legimus triumphalē, sed processu tēporis sub Henrico Rege Tosila residua discrimina vesano populo fuit adiecta: denique & Zona Italica errorum sordibus expiata Vrbs ipsa cedens in propriam Romano Pontifici in refugium praescriptorum, quanto se vicinior damnis immiscuit, tanto in se ipsa impatientiam prouocauit. Adhuc quoque peiora prioribus inculcabuntur tempora praesulum, in quibus pro rixis, & fraudibus sub aquila furia erit, & tàm à statu superbiae corruat, quàm à dispersionis flatibus ingemiscat. C

Auellinus, Vicetanus, Arianus, Buianensis, Esculanus.

Ecce vt in tritura aestiua areae seruandus praenoscitur Arianus, sicut, & Auellinus, propter quod amborum obstinatio teneat, ne pallorum aquila ferreus aries tam dissoluta facta suffodiat, quam colligata mala dissoluat.

Lucerinus, Terribilensis, Dragonarius, Vulteranus, Alarinus, Ciuitanus, Terinolensis, Frequentinus, Tericentinus, Vimnensis, Guardiensis, Musannensis. D

Lucerinam Ecclesiam valida tempestate conuulsam ab effera bestia maris nō ambigimus occupandam; & idcirco mentis compos quisque pertimeat, ne ad effusionem corporis fidelium ferocius solito sub rabie praetoris insurgat; quamuis enim reliquiae beluales sub postremo aquila posterorum reduci habeant ad caulas Ecclesiasticae vnitatis, quasi in earum partibus tempore Cosdroa abstraxit perditus Mahometus: cauendum tamen erit cunctis, & singulis, ne istius modi vasa mortis armentur in opprobrium Romani Pontificis, & scandalum Italicae regionis. Ac per hoc datur intelligi, non posse aquilam, vel prolem praeposteram verā cum Petri vicario, sicut Ester. 3. nec Aman cū primario Mardocheo habere concordiam, nisi vel bestiam de Regni visceribus euomant, vel in sui dispendium terram redimant, vel affligant. E

Principatus.

Salernitanus, Acerrinus, Marsicensis, Policastrensis, Misquitanus, Sarnensis.

Post Beneuentanae sedis excidium, & caluitium improperabile subiectorum stilum ad populum sileris vertamus: Et quia ipsi necesse est vt calicem faecum nouae Babylonis exhauriant, Apoc. 16. quos Hipocratis, & Galeni indifferenter reddunt dogmata temulentos, dum sub colore medicinalis remedij, sicut sanos attenuant, sic & languidos exacerbant. Quia verò scientia phisicalis nimis

A *mis est defectibilis in seipsa, dum tàm improuidos, quàm peritos à suis passionibus non expurgat, ad nugantes, & imprudentes huiusmodi frustra recurritur, vbi quid eis dies crastina pariat, ignoratur, Prou. 17. Ecce coram ipsis terram ipsorum Henricus 6. ac si vorax vrsus, absorbuit, dum sic eos in omnem vëtum impulit, & dispersit, vt & modernis dares inditium, & experimentum posteris in exemplum. Adhuc quoque crescente malitia temporis reuertentur filij aquilonis, vt reliquas filaris ferant, & sic orbem famum omni versutia deceptionis inuoluant. Sed Regius vltrò Deus, qui nihil deseret incorreptum, ad gentem fallacem mittet Assyrium, orbis totius malleum, & baculum impiorum, Esaia 10. Principatus iste veterni doloris initium, signum habitatoribus*
B *suis dedit, vt ad petrarum fixuras se transferabit, donec furor afflictionis futura pertranseat, & terra laboribus dedita otijs superuenientibus requiescat.*

Caputaquensis.

Et si Caputaqueum tigrium receptaculum, & pardorum, ante extento collo processerit, arceri tamen similiter, & atteri flebili stilo pracinimus: quia furensis illius colubri suis extenterandi visceribus virus non effugere poterit, qua in multorum excidium inenasibilem laqueum praparabit.

Scalensis, Rauellensis, Amalfitanus, Capritanus, Minorensis, Litteranus.

Scalensis, & Rauellensis effeminati viribus, sed fraudibus infruniti operam
C *dabunt spolijs aliorum, sed accurret nimis dies illa velociter, in qua scelestos, & cupidos, ac si stipulam aridam flammei clibanus furoris inuoluet. Attercarum situs nouorum patebit incursibus Caldeorum.*

Surrentinus, Equensis, Labronensis, Castelli Maris, vel Scalensis.

Surrentinus Clerus, & populus possessores salsuginis, & horroris indistantibus hostibus dabuntur in pradam: propterea dum tempus habuerunt à facie tempestatis aufugiant, qua vndique terram regni pro malis insurgentibus occupabit.

Neapolitanus.

D Auersanus, Nolanus, Puteolanus, Curianus, Isclanus, Rubilianus Insula.

Neapolitanus, Virgilianam Neapolim, quam Parthenopem Gracorum veteres vocarunt, prater intrinsecam rabiem frequens constanti angustia, & adhue in eius versari medio non cernitur, vbi tàm à rostris aquila, quàm haredum stipendia recipiet meritorum fædus in eis siquidem error concretus est ex adipe rorem gratia cælestis excedet. Non ignoro quid meruit illa Pentapolis, Gen. 19. & ista quid pati debeat, euersionis sua iudicium pradicabit.

Capuanus, Thianiensis, Caluensis.

Capuanum collegium domesticorum amulum, ac nutricium exterorum la-
E *misrum mammas nudantium typum gerit, Tren. 4. propter quod ipsum pluraliter inuoluet angustia, cui non sufficit malitia singularis.*

Calinensis, Casertanus.

De Caleni agro, vt in Horosio legitur, vastissimum erupit incendium, indicij prasentis inditium, & futuri, ac per hoc circumiacens regio ab aquilonis olla se contegat, ne iterata conflationi pateat carnalis impietas modernorum.

Suessanus, Venefranus, Aquinatensis, Caracensis.

Suessa non à sue, sed à Romana obsidione vocata, crebris eum suis sodalibus excisionibus danda erit.

Hispania.

Gg Ter-

Turraconensis, Bancinonensis, Gerandensis, Ausonensis, Vrgellensis, Hilerdensis, Oxonensis, Tirasconus, Calargutanensis, Cæsaraugastanensis, Borgonensis, Pampilanensis. A

Hispaniam, partem Italiæ occupatam olim à Mahometis legimus, sed à Carolo Monarca imperij potenter ereptam, Vnde Ioann. Apoc. 13. Vidi, inquit, vnum de capitibus Bestiæ occisum quasi ad mortem, & plaga gladij eius curuata est, quia tantò fortius resurget ad gladium, quantò ignominiosius producet Catholicos abinde de prælijs altrinsecis vulnus feret. Verùm quia secta ipsa pestifera, quæ ab ortu Solis vsque ad columnas Herculis se diffudit, à decē cornibus venientibus de longinquo quassanda diebus aquilæ creditur, ac posteritatis extremæ: & si tria de cornibus euelli habeant in seipsis, fieri poterit, vt post trituram regionis, & parmæ, & ægyptiæ feritatis, tam Hispaniæ proceres, quàm cornua reliqua vtientur ad conterendam proximi nomine vbique superbiam sæuientium Soldanorum. Ausonam prouinciam non leuis iactura cōficiet, ex eo quod filios error inficiet Mahometicæ prauitatis. B

Marsiliensis.

Marsilia massa malitiæ multis adducetur miserijs, eum in ea Gallus vocalis irruerit in curribus alterius Pharaonis.

Mons Pessulanus.

Mons Pessulanus mures ex se dariet fruges, & vberes, ob studia naturalia fidem impugnantia corrosuros: licèt enim mortalibus ipsa scientia conferat vtcunque remedia; tamen quia imperitia Medicorum, qui inter theoricam, & practicam non distingunt, multitudo præmoritur infirmorum, tacendum potius video, quàm loquendum; quia præter commune iudicium singulare præmium reportabunt de scelere. Intrabunt, inquit Moyses Exod. 8. ranæ omnes ædes Ægypti, furnos, & reliquias ciborum, ac cubiculum Pharaonis, quibus Nilus ebulliat, terramque putrescat: ac per hoc pateant huiusmodi medicinæ virga pastoris leuitici populum iterato percutiat: & sic de riuis palustribus strepens omne reptile resipiscat. Apocalypsis etiam asserit tres spiritus in mundo in modum ranarum exituros de ore Draconis Bestiæ, pseudoque prophetæ ad orbem terrarum eludendum, Apoc. 16. Ecce de terra Regum Hispaniæ dira protulimus, & adhuc grauiora pericula scriberemus, nisi quia diuina consilia quotidianis impulsibus eis signorum, & operum euidentium proferant argumenta. C D

Toletanus.

Seguntinus, Exoniensis, Segobriensis, Concenensis, Secobienus, Palantinensis, Burgensis.

Ciuitas Concenensis hæc ab vsuris infecta, & luxurijs vsque ad prominentes ex tales in secretis natum feretur.

Compostellanus.

Abulensis, Placentinus, Salamantinensis, Elborenensis, Lamarensis, Ægyptamensis, Cathaloniæ. E

Prouincia Cathaloniæ, & Compostellana militia propter errores, & seditiones altrinsecas confusione duplici confundatur.

Nauarræ, Castellæ, Aragoniæ, Mauritaniæ, vel Portugalliæ.

Bracharensis, Portugallensis, Columbricensis, Viseriensis, Lamacensis, Lutensis, Auriensis, Astoricensis, Tuderiensis, Mirdumensis.

Nauarriæ, Castellæ, & Aragoniæ regiones, & si nutrices Mauritaniæ fuerunt, mutuis tamen dissidijs lubricabunt. Non Ægyptus ipsa localem tangit

vrbis

A *urbis regionem, quàm olim virga percussit Mosaica, & inuoluit in fluctibus Rubri maris exercitum Pharaonis, Exod. 14. sed secundum concordiam tunc Synagogam Iudaicam respicit, nunc Graciam, nunc Franciam, nunc Romanã Idololatriam, nunc sectam Mahumeticam, nunc orbis totius, nunc peccatorũ maculas animam tenebrosam, de quibus in libro de generationibus sæculi edito latius est disertum: ad presens enim promere de Franciæ latitudine sufficit, quæ ob imperij sui superbiam partes omnes finitimas propriæ superposuit ditioni. Vnde & legitur. Sub vmbraculo Pharaonis habitat cœtus gentium plurimarum, Exod. 31. Et quidem plures legimus Pharaones. Primus namque exaltauit genus Ioseph, Genes. 41. Secundus depressit, Exod. 1. Tertius est coniunctus*
B *affinitate Salomoni, 3. Reg. 3. Quartus fuit Necao, 4. Reg. 23. ob cuius amicitiam Iosias ruit sauciatus in bello, de quo in Ecclesiastico scribitur, cap. 48. memoria Iosiæ quasi pulueris pigmentarij opus in compositione odoris. Primus, inquam, illos Principes priuauit, quibus honorauerunt Ecclesiam. Secundus paganos in martyribus. Tertius significat Græcos adherentes fide Latinis. Quartus Francos Reges, Romanos Præsules diligentes. Hinc colligitur, quod propter regnum Franciæ, cui innititur Ecclesia, velut arundineo baculo confracto passa est pressuras, Esaia 36.*

Burgundia.

Treuerensis, Metensis, Villensis, Virdimensis, Gadimensis, Tyratafiensis,
C Augustensis, Bisuntinensis, Basiliensis, Lausanensis, Belicensis,
Ebredunensis, Dignensis, Nicensis, Antibolitanus,
Glandecensis, Senececensis, Vennensis.

Burgundienses in genere à veritatis tramite claudicantes taliter, quod labijs proferunt, operibus non attendunt; & idcircò nouus ad eos dirigetur exterminator Assyrius, qui & eorum malitias arceat, & fallacias comprehendat. Dies, inquit Ezechiel 30. nubis tempus gentium, vt veniet gladius in Ægyptum, & cessabit multitudo eius. Vnde Isaia c. 19. Ascendet Dominus nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & commouebit omnia simulacra eius, tàm sæculares nobiles, quàm Prælatos. Nubes leuis Religio, Bernardus est mons
D *moris, qui tàm in spiritu, quàm in littera subuertit Burgundiorum populum, & Francorum, Vnde legitur Isaia 19. Erunt quinque Ciuitates in terra Ægypti, loquentes lingua Canaam, filij itaque Ismaelis. Est enim prima Vrbs Cistercium, secunda Moris mons, tertia Pontiniacus, quarta Firmitas, quinta Claraualis, ac si altera domus Solis, habentes concordiam cum Vrbe Gad; Manaße, Effraim, & Iudam, Isai. 9. quæ respiciunt Hierosolymitanam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, & Romanam, Ecclesias generales.*

Aquensis, Aptensis, Regensis, Forquiliensis.

Aquensis Ecclesia cum caterua sedium subiectarum, quam diripuerunt flumina tempestatum, non leue denuò est passura naufragium, cum pro filiorum sceleribus dabitur faucibus crudelium Dominorum.
E

Vapiensis, Sistericensis.

Non silendum de Vapicensibus video, quia Dominum respuentes post Idolum auaritiæ abierunt, & idcircò tempus adueniat, in quo Dominus spernet eos.

Arelatensis, Marsiliensis, Auinionensis, Aurasicinensis, Vagionensis,
Cauellicensis, Trisanensis, Carpentoracensis, Tolonensis.

Arelati regio fœdis corrupta moribus, & exemplis, duris patebit incursibus signandorum; sed vinea Auinionis totius erronei dogmatis catholicis porrigẽs, non disparis pœnæ subibit iudicium, quem quid Gomorra soror Sodomæ, Liguria videlicet, reportauit.

Viennensis, Valentinensis, Viuariensis, Diennensis, Gramapolitanensis A
Marrianensis, Geberiensis.

Si plagam respicimus, quam à Gallis, & Theotonicus olim perpessa est Ciuitas Viennensis, longe comparietur inferior subsequente, quam Dominus super eam profundius innouabit.

Lugdunensis, Eduenensis, Masticonensis, Cabilonensis, Lingonensis.

In Lugdunensi sede plangimus enorme collodium, cum Romanus Pontifex illis adductus fuerit per Viscardum. Is enim Dux libertatem fregit Ecclesiæ generalis, dum de Regno Siculo, & Imperio tributum extorserit nefandissimæ seruitutis. Vnde & legitur, Princeps Prouinciarum facta est sub tributo, Tren. 1.

Francia. B

Senonensis, Parisiensis, Carnotenensis, Aurelianensis, Niuernensis, Antisiodorensis, Trecenensis, Meldenensis.

Franci, & Anglici de sanguine frigio descendentes a Romanis, & alijs, libertatis Lauream meruerunt, quam quia seruare cæteris respuerunt, dispergendi sunt in compitis omnium platearum. Tren. 2.

Remensis, Suasionensis, Catalimnensis, Cameracensis, Tornacensis, Morinensis, Arelatensis, Ambranensis, Nouimensis, Siluanetensis, Beluacensis, Laudunensis.

Remenses cum suis complicibus imperij Dominici transgressores, fœdus cum Inferno fecisse conycimus, Isai. 28. ac per hoc si eis vexatio temporis non præstiterit intellectum, flagellum vndecunque pertransiens non euadent. Remense C *Gymnasium latibulum insanentium sophistarum, quantum de fallacijs, & elenchi cõfusionis exhauriat, pudor Ecclesiasticus refrigat, & inculcat. Ac per hoc quia scire contendit, quod minus intelligit, præmium de suis adinuentionibus reportabit. Futura enim est, vt liberalium artium lucus omnis tam de templo fideliũ, quàm de Francorum medio in se currit, & à scictia succidatur, hoc est, in securi, & ascia succidatur. Non inquit Moyses, erit vobis nemus, & delubrum, Isai. 27. Studium scilicet scientiæ sæcularis. Vnde & legitur Oseæ 2. Tulerunt aurum meum, & fecerunt inde Baal, quia diuinæ eloquia nostri Doctores temporis abusu abhominabilis cupiditatis interquent. Quid dicam de summo Pontifice Aaron, qui modernos Præsules repræsentat ad instantiam populi, qui egressurus fuerat de Ægypto, vitulum conflauit, & sculptile, Exod. 32. quod totum ad* D *librum Decretalium, sine legum referendum est, in quo omnis dolus, & calumnia perseuerat: ac per hoc Curia Sedis Petri nullum pontificat, qui huius simulacra non adorat.*

Rothomagensis, Baiocensis, Ambionacensis, Ebroicensis, Sagiensis, Auxoniensis, Constantiensis, Thuronensis, Cenomanensis, Bedonensis, Andegauensis, Nanectenensis, Corisopitensis, Madamenus, Venetinus, Briecensis, Trecerensis, Leonensis, Dolensis.

Non negligimus Alemanos percussisse dudum aquilonicæ virgæ verberibus E *Ambianos: sed si sibi mala non præcauerint affatura, communiter cum matre Rothomaga teneant se, sine diffugio temporis à suis Regibus crudelius solito feriendos.*

Aluernia, Bituricensis, Claromontenus, Rucenensis, Cauircensis, Lemouicinensis, Miniatenenus, Albigenus, Anitienus, Podienus.

Vernalis mundi temperies ad cœlum fidei debent cogere Aluernates; sed quia in eis vox turturis non auditur, timeo ne super eos repentina putatio veniat, & sic flagella sterilia mare pertranseant, & pro odorum virtutibus, fœtores sordida carnalitatis incurrant.

Burde-

A Burdegalensis, Pictauiensis, Xantonensis, Engolisinensis, Peogoricensis, Ageriensis.

Burdegalensis Metropolis quinque plebanis sedibus præminens, eas totidem virginibus fatuis, Matth.25. adæquabit; ac per hoc attendat prudentius, ne quas filiæ Sapha ad sortem, Num.33. hæreditariam postulantes effugiant, deficientibus masculis in possessione succedant; quia præsto est domesticus Pharao casta consilia dissipans, qui Hebræorum Pueros in flumine tēporalium quæstuum obruet, & facta carnalia spiritualibus anteponet.

Guasconiensis, Auxitanus, Aquensis, Lectorensis, Conuentiatensis, Consuranensis, Vigorrensis, Baionensis, Tarinensis, Olorensis,

B Vasacensis, Lascurrensis, Adurensis.

Guasconia solum, & solium densorum non leuem à proximis perferet disciplinam; quia quæ iam in tribus flagellis despuit, in quarto, nec dubium, vt vas contumeliæ contabescet.

Narbonensis, Cartasonensis, Biterrensis, Neruinasensis, Agatensis, Lethanensis, Tolosanus, Melgaletensis, Vicicensis, Eluensis.

Narbonensem, & Tolosanam prouinciam flatibus circealibus agitatas meminerim; sed quia erroribus nouis se inserunt, timeo ne ad eorum insaniam dissoluendam vexillum crucis euidens eleuetur.

C Anglia.

Cartutriensis, Londoniensis, Rosenensis, Cirestrenensis, Conuetrenensis, Exomensis.

Anglicanus situs etsi pelago cingitur, violentus tamen prædo irruet super eum. olim enim in fluminis albi riperia Dux eius exercitus cecidit, & adhuc instat plaga profundior, quæ Normannia vndique non curetur. Transmarina Britannia sicut à foris quiescit à prælys, sic & inquietabitur ab ira de Cœlis introrsus. Quia vero finis malorum accelerat, necesse erit, vt præcurrat spiritus vertiginis inter eos, vt eo grauius Britannus quisque præcipitium subeat, quò licentiùs ad elationis ardua se distendet.

D Brittannia.

Viconensis, Bathornensis, Baligorensis, Lingolinensis, Landanensis, Saresberiensis, Vigorniensis, Herifordenensis, Heliensis, Noruicenensis, Meneuenensis, S. Asaph.

Britannia vastior cedens in terminum effugientium Frigiorum, secundum nos Scotos, & alios finitimos insulares includit, quæ quia terram Og Regis Besan, Num.21. concorditer respicit, sicut & Francia Amon, videtur in speculo vmbratilis visionis, quod tàm in carne, quàm in spiritu concuti habeant tempore visitationis eorum; ac per hoc quia repleta sunt sanguine aquæ Bibon, Isai.15. quas nec Ægyptus bibere potuit, sceleribus iure dato, vt veniant, & corruant

E Babylonici calicis potatores, Num. 51. ad torrentem salicum, Isai.15. deducētur. Non tamen idcirco factum perspicimus, sed restat post aquilam Anglicis vniendam, nec dubium faciendum, ac per hoc videat opulenta Britannia, vt cū Theotonicis Francorum æmulis fornicans, non tam camellorum diuitias effundat in vacuum, quam & gemat in posterum miserias rudientium filiorum, Isai.30. Inter hos populos duodenos multa versatur contentio diuinorum, & sic obscuratum insipiens cor eorum, Rom.1. fiat habitaculum Dæmonum, & pascua structionum. Isai.34.

Eboracensis, Dimelnensis, Cardecensis, Laphidenensis.

Quia Præsulatus Eboreus hipocritarum fictionibus adæquatus cœpit in lectis

ctis eburneis lasciuire Amos 6. membra cætera pertimescāt, ne de caluitio capitis serpigo restuat generalis. A

Dacia.

Lundenensis, Reschildensis, Othenienfis, Sleuicensis, Ripenensis, Vibergensis, Arcisinensis, Burganensis.

Non est absconditum ab oculis Domini, quod in occulto faciunt filij tenebrarum; & idcircò Lundensis Ecclesia timeat, ne minus debito officium virgæ vigilantis, Hierem. 1. exerceat, & sic vniuersa Dacia, ac filo, 1. Reg. 1. alteratū Clero, & Populo simul ruat.

Noruatia.

Nidrosinensis, Bergenensis, Stanangrenus, Amarensis, Hasionensis, Hortedonensis, Subtragenensis, Hametropensis. B

Noruatia vesanis euentibus dedita, prophanum præstolatur articulum; ac per hoc, quia quidquid de ipso fabularis opinio recitat, totum fuit fallacia Dæmonum, & insipientia perditorum; licet enim inhærentes animos sollicitet ad conflictus: tamen quia inde perfidia pullulat, vnde fides in diffidentiæ filijs refrigescit, non video quod viri carnis, & sanguinis gladium effugiant vltionis. Amarensis dudum euersio doloris absinthium sodalibus propinauit, dum inter tormenta dementia populus corruit, & adhuc de superstitionis erroribus non quieuit, sed quia de huius casibus animam suam dilatauit Infernus, Isa. 4. doleat vniuersus, & singulus, ne absorto fluuio Iordanis, quos influat in os eius, Iob 40. C

Suetia.

Salomon grossitudo luteris, vel Maris trium vnciarum erat, & labium eius quasi calicis, & folij reparandi lilij, 3. Reg. 7. In regionibus his munda metalla scaturiunt, ac per hoc dum velut ex opibus adipes malitiæ prodeunt, terra diuites in regia prædatione dolebunt.

Vbsalensis, Aginensis, Scarensis, Lingatorensis, Stragumensis.

Vbsalensis collectio, & Scarensis, furoris luteres, & fœtoris, tàm interiùs, quàm exteriùs ardoribus conseruantur, vt qui viuere piè refugiunt, iustè sub Prætore durissimo punientur. D

Scotia.

Sāctus Andreas, Gulsenensis, Candida casa, Catenensis, Dulcedenensis, Durambleмensis, Brechinensis, Abertonensis, Mutenensis, Moramensis, Bosinarchinensis, Dearegallensis.

Scotorum regio minor Britannia scribitur, in qua sicut accolæ somniant, illusoria monstra Dæmonum demonstrantur, quamobrem eos non video vitare posse futura pericula, vbi illusos, & illusores pariter vnus auernus includet. Scoti sicut fœditate sunt spurcidi, sic sunt à feritate superbi, & idcircò in vtraque mærebuntur opprobria, si vel in feritate cordis deficiant, vel impietate carnis ampliùs recrudescant. E

Hibernia.

Tonnerinensis, Deardagadensis.

Noua Vrbium peregrina, & à nostro labio aliena risum incutiunt, & confundunt mysticum intellectum, idcoque quis hæsitare non debeat, quin latinū, & barbarum, notum, & incognitum scrutans omnia comprehendat. Exrigeribus horribilis hyemis, & glacialis flatibus aquilonis parit Hibernia incolas furibundos: sed si sequentium temporum terrores prænoscerentur, & infernos impe-

A *impetus cogitarent, à facie Spiritus Domini ferreum pectus auerterent, & se à sempiternis opprobrijs liberarentur; sed ex quo in inuicem vertitur furor aspideus, & inuoluit tàm Clerum, quàm Populum par insultus, non video quod superna clementia vlterius differat, quin in eos exactissimum iudicium acuat, & in stuporem perpetuæ desolationis impellat.*

Armachenensis, Deduldaneglas, Ludugunensis, Midensis, Deconanensis, Deramboth, Deraliririg, Dedamiliag, Declarith, Drodrumorensis, Reuelenensis, Corenensis, Oluanardanensis, Concrenensis, Deuganicsis, Rathborthnensis Archacadonensis, Dublinensis, Glendelanensis, Caminensis, Rildarensis, Ozinensis, Liceliensis, Scrnensis, Glenensis,

B Darensis.

Omnes istos Populos cathreda Dublinensis astringit; sed Darentium enormis iniquitas totum defœdat ordinem charitatis: & ideò à planta, inquit, pedis vsque ad verticem non est in eis sanitas, Isaia 1: temporalibus molestijs repercussis.

Castellensis, Liuonensis, Linitiech, Deinsula, Cartax, Derelliunabrach, Deimlech, Doroscenensis, Veractesodenensis, Lismorenus, Decluanaman, Cortagonensis, Rosenensis, Dcaresertensis, Fimbarensis, Laudensis, Lubricensis, Ansodonensis, Tuamensis, Demagronensis, Detellelardensis, Detuluamfred, Deathaddensis, Deconatri, Decelmum-

C duach, Duacensis, Helsinensis, Eacdunnensis, Cluansenensis, Blandensis.

Reliquiæ regionis Hiberniæ plures ad litteram elefantinos nutrientem, in spiritu delapsos prænotant, & lasciuos: & vtinam pestis ipsa sit intra sua viscera, speret, vt non sedes alias implicaret; puto quod non seruaretur ad malleum, qui non reponetur amplius, sed appetientur, vt mysterium explicat reliquijs excussorum: licèt enim Occidentalis Ecclesia ob dissidiam Præsulum, qui luporum applaudunt insultibus, non occurrunt, ac si lapis tribulis, & verticis patarenis, gazaris, & alys scismaticis, in Tolosa, Liuonia, Auxonia, & Liguria, diuersisq; partibus per Italiam occupetur; tamen quia de fumo erroris eorum partes etiam

D *remotissima denigrantur; modici satis erunt, qui non velint potius in fece quiescere, quam in fidei gratia reuiuere. Vnde & dicitur. Multi leprosi erunt in Israel diebus Heliæ, & nullus eorũ mundatus est, nisi Naman Syrus. 4. Reg. 5.*

Alemañia.

Colocensis, Vlturfianus, Zagribrijannensis, [illegible]laradiensis, Cenadienensis, Lagribuannensis, Renesenensis, Bonicitislauienensis, Libicensis, Cuiauiensis, Procenensis, Cragouiensis, Pocuaniensis, Mazciuonensis, Pomeraniensis.

Alemano flumine Alemania dicta coniicitur, sed Isaias in spiritu alarum cimbalum ipsam nominat regionem, Isai. 18. Veh, inquit terra cimbalo alarum, quæ

E *est transflumen Ethiopiæ; sed notandum primum fuisse imperium Romanorum, secundum Græcorum, tertium Francorum, quartum Alemannorum, ac si alarum cimbalum, siue sonum. Secundum hoc primum fuit Regnum Assyriorum, secundum Caldeorum, tertium Persarum, quartum Macedonum; at qualitercunque se habeat ista varietas, non videtur amplius transferendum præsens Imperium, sed potius internis furoribus tabescendum. Nam sicut inuenit peccati radix Antiocus, 1. Machab. 1. finem Iudæicis dedit historijs: sic & in nono perditionis filius prælijs Germanorum. Vnde & legitur Isaias 18. Deferetur munus Domino à populo dilacerato, & terribili, post quem non est alius, cuius diripuerunt terram Iuda. Nullus enim populorum legitur ad tantam amaritudinem*

nem perduxisse Romanam Ecclesiam, sicut domesticus Alemanus: & idcirco A
inter dissentionum turbines irruentes, durum quisque praeuideat, ne post occubitum aquilæ, siue casum Theotonicum solium ad vota diuertens varia conquassetur, Vnde Isaias 47. Descende ab elato fastigio, sede in terra diuino prosternanda iudicio, quia non vocaberis vltra Domina Regnorum, vt non minus sit imperij lubricum, quam fuerit altitudo. Quantum inquit Apocalypsis glorificauit se, tantum date sibi tormentum, & luctum, Apoc.18.

Maguntinus.

Maguntina regio quid in diebus Caroli passa fuit, nequam spiritus indicat, qui pontem eius vastissimum sub hora permodica, ignea facie consumpsit illud, futurum prodigium indicans, quo fremitus Theotonicus frangi, vel reprimi debeat sub aquila temporibus posterorum. B

Pragensis, Marauiensis, Eiestenensis, Erbipolensis, Tonitantiensis, Crinensis, Argentinensis, Epirensis, Varraciensis, Vordenensis, Ildesemiensis, Alberstatetenensis, Paldebranensis, Pampebragensis, Augustenus.

In partibus istis non leuis tribulatio renascēda praescribitur inter Saxones, & Sueuos: sed & Romana Ecclesia cara in petram scandali, Isai.8. videat, si de acceptandis, & improbandis electionibus Principum confusionis maculam non incurrit. Qui tangit, inquit, picem, inquinatur ab ea, Eccl. 22. Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testa. Qui communicat superbo induet superbiam. Eccl.13. C

Coloniensis, Tracenensis, Monasterienus, Miridensis, Leodionensis, Ofcriburgensis.

Quanta bella per aquilam, Ezech.13. plumescentem, & Leonem Saxonium inter Colonienses, & Guarmatienses diuisa maceria, & inter Duces surgere habeant, finalis euentus posteris indicabit. Quia necesse est, vt Leonis absorta fiducia lentus volatus aquilæ recalescat. Quo in aquilonari folio fortior agonia noscitur, eo grauioribus periculis subiacebit. Apud Leodium summo deuncto Pontifice Paschasio à Viscardo libertas Ecclesiæ ancillatur, vnde furor olla aquilonaris, Hierem. 1. infremuit, vt Regnum Siculum, quasi vas perditum, Psalm. 30. in os rueret Germanorum. D

Bremensis, Bardiucenus, Solesuicensis, Raschebug, Zermensis, Libichenensis, Liuonensis.

Et si à Petri nauicula tolleratur pro tempore spiritus tempestatis, illud magis torquet Ecclesiam, quo inter viros Pralaticos, & potentes Liuonica puritas hæretica fœditate sordescet. Totum tempus posteritatis aquilæ decedentis vsque ad filij perditionis originem: qui erit vniuersalis iniquitas nomen præfinitionis includit. Super habitatores Ecclesiasticos versos in arcum prauum, Psalm. 77. ab aquilone Germania illa pandetur afflictio, qua non solum inuoluet reprobos, sed electos etiam afficiet temporibus præfinitis. E

Magdeburgensis, Albebergensis, Bragheburgensis, Misnenensis, Merseburgensis, Citensis, Vzeldiensis.

Omnes hi nouæ filij Babylonis, Apoc.18. Leuantes contra Dominum spiritum pestilentem, nec apponentes tempus reposita redimere vltionis, ad demoliendum eos è proximo ventilator rigidus inferetur, neque enim sibi quis resistere poterit, vbi viri prælij fuerint pauci, & ab afflictionis communis facie terga dabunt.

Salzeburgensis, Pactauiensis, Bansponensis, Trisigensis, Curtenensis, Brixinensis.

Et si ad subuertendum humilium pietatem furor istiusmodi Caldeorum ferocium

A *cium in odium Petri Sedis exeritur, tamen diebus aquila discurrentibus vndequaque fulminibus reprimetur, vt tàm in Citensibus, quam Salzeburgensibus ex Iuda omnis armatura depereat, vel persequendi materia retucescat. Quis putas terror snuadet tunc humiles, cum in die certaminis ruerint belli Duces: & si Friderici primi gladius noscitur apud eos intercedente morte repositus, tamen in Henrico, & posteris vsque ad Babylonis lubricum remanebit acutus.*

His Regionibus præsident Principes Germanorum.

Saxonia, Bohemia, Polonia, Zaringia, Austria, Tyringia, Brabantia, Morauia.

Dux Saxoniæ concordat cum Naburzadan, Hierem. 29. Dux Bohemiæ cum
B *Nabuchdonosor, 4. Reg. 24. Dux Poloniæ cum Sesach, Hier. 25. Dux Zaringiæ cum Rapsaces, Isai. 36. Dux Austriæ cum Beseleel, Exodi 31. Dux Tyringiæ cum Iezrael, Osea 1. Dux Brabantiæ cum Ismael, Gen. 16. Dux Morauiæ cũ Godolia, 4. Reg. 25. Hierem. 40.*

Reges Christiani.

Imperator Romanorum, Imperator Constantinopolitanus, Rex Francorum, Rex Anglorum.

Numerosus Regum cathalogus antiqui hostis inuidia dissoluendus, fidei naufragium præfigunt; sed in fine tàm violentus prædo, quàm inops inualidus, tàm schismaticus, quàm tepidus exponetur opprobrio, ac si structio terribilis in deser-
C *to. Vnde Iob 38. cum tempus fuerit, in altum alas erigit, deridet equum, & ascensorem eius.*

Hierosolymitanus, Compostellanus, Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Nauarriæ, Rex Siciliæ, Vngariæ, Russiæ, Armeniæ, Nortmanæ, Bohemiæ, Rex Danorum, Thesaloniæ, Hiberniæ, Catholicus Comicus, Reges Nuinannenses, Rex Vltoniæ, Rex Anneclatum, Rex Blancorum.

Omnis hæc Regum collectio, & si adornat Ecclesiam, fidem roborat, perfidiamque persequitur, & infirmat; tamen cum vertetur, & miscebitur spiritus vertiginis inter eos, nudam eam facient, & quasi Petri nauiculam in stagno
D *Genesaritico, Marc. 6. fluctibus, & flatibus variæ periclitationis exponet.*

Reginæ.

Sabbeorum, Amazonum, Æthyopum, Albanorum, Meronitarum.

Sub Regina Sabba, 3. Reg. 10. vt historia referunt, multa prophetissæ fuerunt, quorum præsagia mecum detulit de accolis Eremi Eneorum.

Vngaria, Strigonia, Vesprima, Agria, Nutria, Vagia, Iantia, Quinque Ecclesiæ.

Vngaria regio ab ortu Solis venientibus Regibus ferienda præscribitur, & si Dominum prouocare de fæditate vitæ præsumpserint torturam gentium infernalium rumphæam non euadet.

E Bulgaria, Thomoniensis, Valesbudiensis, Prostibulensis, Scopiensis, Pizrinerinensis, Budiensis, Lopudiensis.

Gens Bulgarica Ecclesiæ fuit mandatis exposita, sed processu temporis gentibus hæreticis, & moribus peruersis incumbens de sedibus proprijs pulsa fuit; & adhuc nox leuis restat afflictio, in qua tam claudus opere, quam fide aridus feritur. Inter regiones istas, & terras Assyrias longa concertatio fuisse describitur vsq; ad tempora Iulij, & Pompey, sed quia secura sunt parthica prælia prauijs, quid faciendum sit deinceps à gentibus Tartaricis contra eos, finalis exitus edocebit. Gentes autem ipsas, Apoc. 17. inuoluit sub cornibus bestiæ tripartitis in sectam Mahumeticam irruendis. Interfecta est, inquit, bestia, & perijt cor-

Hh pus

pus eius, & traditum est igni. Hinc tenendum, quod bestia ipsa cruorem sitiens A
Christianum, tàm corporali prælio, quàm ignito gladio consumetur. Vnde &
legitur Deut. 32. Ignis succensus, & ardebit vsque ad inferna nouissima, &
gladius meus deuorabit carnes, Iob quoque prænunciat in tabernaculo hypocri-
ta Mahumetis nec dubium sulfur aspergi. Et sequitur. Hæc est habitatio iniqui,
& locus eius qui ignorat Deum, Iob. 18.

Brinziberensis.

Imperium Romaniæ.

Romania Imperium nunc a Grays, nunc ab Hæreticis, nunc à Persis, nunc à
Latinis populis tritum fuit; quia nec dum ab erroris fæcibus requieuit, dum ve-
lut Onager sui desiderij ventum trahit, Hier. 2. dandum est in manu Dominorũ B
crudelium; qui & hircos fœtidos immolent, & vires distendere putridos non
retardent, Matth. 9. Græci enim cum Gabaonitis habent concordiam. 2. Reg. 21.
& idcirco de suis ferent eludijs immanem pro tempore disciplinam; Regnum
Samariæ, 3. Reg. 16. Imperium respicit Romaniæ, ac per hoc, quia in vtroque
est reperta peruersitas, non dissimilis euersio præstolanda est in Achiuis, & ibi
quidem fabricati sunt, 3. Reg. 12. duo vituli aurei, & hic in Christum alij in
spiritu Domini blasphemauerunt.

Constantinopolitanus.

Solubrienensis, Naturensis, Spicariensis, Panadenensis, Berrenensis, Cal-
cedonensis; Eradiensis, Bedestonensis, Peristasienensis, Gallipolen- C
sis, Dauenensis, Cioclitenensis, Arthadopolitanensis,
Mismenensis.

Moabitarum cornu. Num. 33. Constantinopolitanum sceptrum insinuat, cu-
ius interitus, & afflictio velociter nimis occurret.

Versienensis, Rusienensis, Aprenensis, Riptalensis.

Non sit in oculis Græcorum mirabile si Smirnearum regio danda prænosta-
tur fortibus Latinorum; quia &, Iudic. 1. Simeonis fortibus olim, sic reali Iuda
versus hostiles impetus animo vno, & humero decertarunt: sed quia Smirneo
Angelo, Apoc. 2. dicitur, quod missurus erat spiritus pestilenti aliquos ex suis in
carcerem, Apoc. 3. Latini nostri prouideant in futuris, ne resumptis ab hirco iu- D
gali Duce in Bizantium viribus, dux Christiani nominis decidat per ignauiam
in os eius.

Manditenensis, Traianopolitanus, Andronopolitanus, Amensis, Malle-
nensis, Messinopolitanus.

Andrenopolis regionis non vidimus dissimulare præsagium, quia & auxi-
liarijs remotis innititur; in posterum tamen Latinorum furijs humerum incur-
uabit; sed quia ceruicosus hircus ad modicum legitur ad solium, subactis Galli-
cis, in astutia reparandus, videat inutilis Andronopolis, ne dum ex hirci poten-
tia subita asseq̃ui putauerit otium, versis euentibus temporum, deducatur ad in-
quietitudinis incentiuum. E

Ephesiensis, Philippensis, Maromensis, Sanctienensis, Chrystopolitanus,
Draginensis, Crisopolitanus, Serrensis.

Ephesienses, & Philippenses Macedones nominati, Philipp. 1. & si secundũ
Apostolum in zelo fidei perilnerunt; tamen ob insaniam hæresis Arrianæ Græ-
ciæ latitudinem corrumpentis non sic columbæ gladium effugere valuerunt, quin
lapsum cum cæteris sub Persarum clade subirent; sed quia inueterata perfidia
peruersorum reliquiæ adhuc pullulant prauitatis Romanæ fidei reluctantes, in
ablutionem enormis sceleris dandæ sunt fancibus terram occupantium æmu-
lorum.

Thessa-

A Thessalonicensis, Citrensis, Verinensis.

Thessaliæ situs littoreus tàm in Macedonia, quàm in Achaia quantæ laudis fuerat a primæuo, Doctor gentium explicat, 1. Thessal. 1. sed quia in eius cultoribus fides refrigiut charitatis, dum plus litteræ, quàm spiritui famulentur, immunes esse non poterunt à pressuris, quæ superuenient vndique tàm Italicis, quàm Achiuis. Allidet, inquit Hierem. 48. Moab manum in vomitu suo, & erit in derisum etiam ipse.

Larissanus, Dimitriensis, Amitensis, Cardicensis, Gidenienensis, Nazarocensis, Dimicenensis.

Larisana sedes hinc à Gallis, inde à Danais occupanda prænoscitur; sed quia B *dies accelerat, vt tàm Latinus, quàm Danaus sub sexti temporis fine deficiat, non video quod vtrorumque peruasio moram pertrahere habeat longiorem. Erunt, inquit, capientes eos, qui se ceperant, & subijcient exactores suos, Isai. 14.*

Neupatrensis, Lauacensis, Carotoniensis, Thebanus, Castorienensis.

Quàm viros virtutis strenuæ Neupatra regio creuit, & Thebea Ecclesia prædicat Thyatira, Apoc. 1. quæ illarum opera plura prioribus ferè probant; sed quia in ipsis partibus sub habitu sanctitatis, mulieres aliquæ erudicelionis officium exercebant, data est ex incuria Præsulum in manus Arabum, & Persarum, vt quæ in fidei contumeliam fornicata clam fuerant, publica cum nouis Assyrijs mecharentur.

C Athenienfis, Termopolensis, Daualienensis, Salonensis, Nigropontenensis, Abclonensis, Neonensis, Megarenensis, Eguinensis.

Educto per Moysen populo ex Ægypto, Exod. 14. Cecrops Rex fūdauit Athenas in honorem Palladis, vel Mineruæ, vt Ouidius, & Historia fabulantur, idē n. Rex adinuenit Aras, & Imagines in Græcia fieri, quod Apostolus in Dionysio reprehendit, Act. 17. & hac inferimus, quia superstitio ipsa adeo in Academia, & Athenis inualuit, vt quæ Philosophorū doctrinis viguerant, in errore idolatriæ exararent. Vnde Isai. 19. calamus, & iuncus marcescent, Doctor scilicet, & Auditor scientiæ sæcularis. Religiosa conuersatio Græciæ carni simul, & sanguini seruiens non immunis erit à Iezabelis doloribus per Iheu, 4. Reg. 9. Latinos vti- D *que populis inferendis. Nimis erit amara potio languidis Nigroponti, cùm vel pyraticus Venetus, vel Gallus stipendiarius sternet eos.*

Chorinthiensis.

Chorinthiorum opera mundanis doloribus reseruata, & si terrorem cunctis incutient, tamen post fletus vesperos matutinis iubilis respirabunt.

Argiuensis, idem qui & Argolici, Patracensis, Mochoniensis, Coronensis, Anrielenensis.

Adhuc de præda consinium fumant altaria Argiuorum; & quia in eisdem superstitionibus olenses, & patrici perseuerant, omnes simul ruinoso lapsu subiacebunt.

E Colosenses.

Colosenses in Asiæ partibus constituti, sicut erroribus seruierunt, sic & Tyrannorum terroribus deprimentur.

Cepphaloniensis, Iacinthiensis.

Cephas, vel caput nequitiæ addicetur in proximo iactura pariter, & ruinæ.

Duracensis.

Duratium semper attritum legitur brachio Tyrannorum, & vt eius miseria non absistat, adhuc superuenientes alij gladium acuent super eam.

Cretensis.

Canticenensis, Arcanensis, Mipotannensis, Rirotonisiensis.

Cretarum Insula,& Samia semper ignauos habuit colonos, & gulosos;& idcircò de sua celeri afflictione pertimescant: ne repente, dum de tali laberintho euaserint, incursibus pateant excrescentium pyratarum, A

Corphienensis. Hic & Candida, alias Candia, Colocenensis.

Insula Corphinensis indifferenter patuit incursibus alienis, & quia nec dum habuit eius malitia terminum, velut spelunca Dæmonum dextruetur.

In Syria vltra Mare. In hac fuerunt Gigantes.

Hierosolymitanus, Lindensis, Ebronensis, Bethleem, Ascalonensis.

Hierosolymitana prouincia colonos habuiss. pristinos legitur Cananeos, deinde Hebræos, rursumque Babylonicos, quarto verò loco Romanos, quinto Mahometicos, sexto Francos. Vnde & Isaia 3. ruit Hierusalē, & Iudas concidit, Et alibi Iob 5. & in sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Quia si erumna sexti temporis, in qua sumus, geminari habeat afflictio Christiana, denuò danda prænoscitur infernalibus gentibus de abysſi fontibus erumpendis, quæ non solum Christianos afficiant, sed & opprimant Sarracenos. Vnde & Apoc. 17. decem cornua, quæ vidisti in Bestia, odient fornicariam, & desolatā illā sectā faciēt, vtique detestandam, in partibus Orientis: sed nec Ægyptus effugiet, vbi tàm Maurus Hispanus, quàm Africanus Barbarus destruetur, B

Fenicia, Tirdenus, vel Tyrus. C

Post Iudæos, quos terra promissionis euomuit tàm Feniciam, & Philisteam, quam Galileam, & Samariam afflictas noutmus ab Ægyptijs, & euersas, & lucēt resumere spiritum habeant insignandis, tamen in Soldanorum conflictibus pro complendo numero martyrum innocentum ruina corporum subiacebunt.

Hæc est Ptolemaida Acconensis, Synodiensis. Hæc est Cæsarea Philippi Matth. 16. (iuxta montem Libani. Beridenensis, Belinensis.

Cæsarea Palestina. Hæc est Gerarei iuxta montem Carmeli, Sebastenensis.

In terra Galileæ. Luc. 1. NAZARETH, Tiberiadensis, Terra Neptalim. D

Petracensis. Hæc est in Arabia. Mons vbi lex data est Moysi. Exod. 19. Synai.

Hæc in Oreb, vbi ad radicem eius est Abbatia Græcorum, quæ habet Episcopum.

Quia omnis Palestinorum terminus à superuenientibus impijs affligendus, videant Accomita, Tyrij, & Sidones, pariter cum Hospitalarijs, Templarijs, & negotiatoribus nautis Maris, ne de contentione mutua, vel sciſſura lubricum subuersionis incurrant.

Antiochia, quæ & Reblata, Laodicensis, Gabolenensis, Anteradenensis, Tripolitanus, Biblicnensis. Hæc est Licia. E

Temporibus Iulij Cæsaris, & Pompey bella campestria in partibus Antiochiæ sæuierunt, sed longe grauiora pericula à Turcomannis, & Turcibus Tartaris expectantur in ea temporibus affuturis. In terra Emath Rex Babylonis Sadechiæ oculos eruit Regis Iudæ filijs interfectis. 4. Reg. 25. & in Alemania sub Viscardo Duce capto Paschale Summo Pontifice Cardinales, & alios Præsules interemit primus Henricus germanicus.

Tarsonensis, Edessanus. Hæc est Valamia.

Tar-

A *Tarsus sita in Cilicia Act. 22. partibus, longo iam tempore suppositi soldanus Alapsa, nec excussit; sed futurum est, vt collum de sub iugo Mahometici horroris exeutiat, cum gens immunda de terra procul adueniens, caput, Esaia 19. & caudam vorauerit bestia multiformis. Apoc. 17.*

Apaeminensis. Hæc est regio Mediorum. Tulupenensis. Hæc est Helyopolis. Coricenius, Mamilteenensis.

Mederum regio Thob. 5. multis olim fuit vexata molestijs, cum inter sui Ducatus arietem, & hyreum Graciæ ceruicosum contritionis suæ damnanda excidium fleuit: sed re vera secundum vnam speciem intellectus aquilam, & leonem tangit illa concursio in partibus Theotonicis renascenda.

B Sedes prima Cæsarea Palestina, quæ habet Episcopatus decem, & nouem. Hanc reædificauit Herodes. Doras, Antipatrida, Iannia, Dacopolis, Oriens, Sorricis, Raphias, Regium Apatos, Regium Hierico, Regium Linas, Regium Labarem, Azotus, quæ & Assur, Parabas, Asor, Estomason, Etilion, Tricomias, Toxus, Constantinaquis.

Regio Palestina tangit Italiam, sed quia in quinque diuiditur Regulos, nunc Ligures, & Tuscos, nunc Romanos, & Apulos, & deindè Siculos sub vnius limite regionis inuoluit. Strathanica specula, quæ & Cæsarea fulta populis Palestinis, sicut Samaritis conterminis iniuriam intulit, sic & à soldanis Ægyptijs meritoriam cernitur incurrisse iacturam, vt non esset dispar conditio eius, qui

C *repetit, & pessimi debitoris. Regio quoque Tyria Syros concludit ad litteram, sed in spiritu Siculos repræsentat sub aquila, & posteris pars proteruia conterendos.*

Sedes secunda, sub qua sunt Episcopatus nouem, quæ est Scithopolis, vel Bethsary.

NAZARETH.

Capitoliados, Mirium, Iadanio, Petonuillus, Ypoples, Tertfomias, Elimagaulanis, Comanas, Tyberias.

Nazareth non in maritimam, sed in montanis posita Galileæ cum Calabria montuosa concordat, vt sicut ibi ad Virginem dirigitur Angelus, Luc. 1. sic

D *& hic ad Religionem Cisterciam doctor cælitus dirigitur. Vidi inquit Angelum fortem descendentem de cælo amictum nube. Apocal. 10.*

Sedes 3. in Arabia. In petra deserti. Hic & Alicreth Montis Regalis. Arabia Moabitis sub hoc sunt Episcopatus 12.

Augustopolis, A radis, Ararach, vel Bethinanon, Iarapolis, vel Bosra, Mēfidos, vel Riabo, Clucifzora, vel Cibon, Vireffera, vel Cariathiarim, Pentacornia, vel Carieth, Mamapson, vel Oronay, Mitroconias, vel Rabath, Salain, vel Bethgemul, Iaraticon, vel Hai, Hesebon.

Arabia primo fuit subdita Regibus Amorreis, secundo Israelitis, tertiò Moabitis, quarto Sarracenis, quinto loco danda est gentibus exinde post perdi-

E *tionis filium cultoribus Christianis.*

Sedes quarta Arabiæ, sub qua sunt Episcopatus triginti quinque. In Syria Sobal Oxoddera.

Adrason, Dias, Medaucron, Iarasson, Neui, Philadelphia, Iarapolis, Esuis, Neapolis, Filippolis, Fenastus, Dionysias, Constantionis, Pentonias, Triconias, Canosados, Seltim, Votaneos, Enoconias, Comogamas, Comegeres, Comostanis, Comismahdeies, Comocoreades, Comiscrapron, Comisniuanos, Comispigroon, Arethon, Comispateris, Comisaricon, Comisnemisacis, Comisusdacios, Comisariothos, Comistrathonos, Climanatolis.

Syria

Syria Sobal Iudith. 3. eadem est, quæ & Arabia in qua sunt vrbes triginti sex, quæ datæ sunt in possessionem Ruben Gad. Iud. 13. & dimidiæ tribus Manasse, quarum coloni fuerunt Amorrei. Vnde & legitur Esai. 21. in saltu dormiens ad vesperas in semitis Dodanim, qui fuit filius Iauan filij Iapheth, Gen. 10. Verum quia Israelitis famelicis cum aquis, & panibus, ac si victoribus occurrerunt, à Sarracenorum facie fugere sunt coacti in iudicium futurorum, in quibus necesse est, sub prædicatoribus veritatis erroneos multos imminui, & gloria Sagittariorum fortium infirmari, Si campestris terræ Moab, Num. 22. vbi sederunt filij Israel trans Iordanem diligenter inspicimus respectu solitudinis, & Ægypti, tempus designant Ecclesiæ in quo sumus marcentes signaua, & errantes, Psal. 106. in inuio, & non in via. Quadraginta, inquit Psalm. B
94. annis proximus fui generationi huic, &c. Verum quia nullus eorum, qui egressi sunt de Ægypto, terram promissionis intrarunt, duobus exceptis, Num. 14. quod in Christiano populo deploramus, vt in labore deficiat, & quietis otium non attingat. Videant nostri posteri, qui fluuium pertransibunt, quia maiora subibunt certamina à populis Cananeis, Exod. 3. in terra lactis, & mellis, quam sustinuerint in solitudine mortis imaginis, & horroris: & hæc dicimus, quia omnis Syria Sobal Iudith. 3. sicut corrumpenda erat erroribus, sic & Sarracenorum, ac si Ammorreorum vexationibus opprimenda. Num. 13.

Suffraganeorum prima quæ dicitur Lidda, Sanctus Georgius.

Ioppen, Ascalon, Gazer, Meymas, (est Sarona Pradinopolis Iezrael 3. Reg. 18.) Pradinopolis (hæc est Bersabeæ fons, vel puteus Isaac, Gen. 16.) Ebron, Bergeberin, Neapolis, vel Sichen, Sebasten, Hierico, Tyberias, Diocœsarea, Legum, Capitolium, Mauronensis, Medera, Nazareth, Thabor (hic transfiguratus est Dominus, Matth. 17.) Carata (hæc est Petra) Affra, Elenopolis, Mons Oreb, in quo lex data fuit Moysi, Exod. 19. C

Omnes Philisthym, Exod. 13. & cæteri aduersarij nomen Domini blasphemantes, quorum hic catalogus ponitur, futuro discrimini reseruantur: quemadmodum in Hierico factum legitur; quæ ad tubarum strepitum cum suis filijs simul ruit, Iosue 6. D

Hæc est ordinatio Antiochenæ Ecclesiæ.

Vlai terra Medorum, Any, quæ est Persida, Catholicus Orientis, Baldach, quæ est Erinopolis, Zarphath, quæ est Albania.

Sub Antiochena Ecclesia, Act. 11. vrbes, & Ecclesiæ plures in Syria perhibentur, & permanent in usque ammodo in præiudicium Hierosolymitani Capituli, & Pastoris: ac per hoc occasione Hierusalem, quæ danda est in scandalū, & ruinam omnes sedes: & oppida seruabantur Sarracenorum faucibus, & aliorum subsequentium gentium immundarum percutientium mysticam Babylonē, 1. Petr. 5. Regio Medorum, Daniel. 5. percussa fuit ab Assyrijs, & Caldeis, sed renouanda est plaga eius à Sarracenis, & Tartaris affuturis, ipsi sunt gentes illæ in decem cornibus Bestiæ, Apoc. 13. designata: quæ percutient Sedem Baldachiæ, Corsminiæ, & Mechiæ Mahomet Pseudoprophetæ præcedentis faciem Antichristi, & vt tenet scripturarum assertio, per eos totus Oriens ferietur. E

Sedes prima Antiochiæ, sub qua sunt Episcopatus tredecim.

Cayphas, Arcis, Ptolemaidis, Sydon, Sarepta, Gibelet, Brotos, vel Brebrion, Sarchayus, Ante Rados, idest Tortura, Paneas, quæ & Belina,

A Belina, Tripolis, Betutus, Obosia.

Tripolitana regio, velut Paradiſus Domini fluentibus temporalibus irrigata timorem incutit, & errorem, ne forſan ex adipe contra Deum ſuperbiens incurrat à Turcomannis, & alijs reprobis rerum diſpendium, & lubricum perſonarum.

Sedes ſecunda, Tarſus, ſub qua ſunt Epiſcopatus quinque.
Sabaſtis, Mellos, Thius, Caricos, Poderados.

Tarſus Ciliciæ, de qua Paulus traxit originem, Act. 22. longo tempore ſub propoſito fidei perdurauit: ſed primo dum à charitate Dei reſiguit, & Arabum perfidia paſſim hæſit, tradenda eſt crudelibus Dominis, qui non ſolum corpora B *filiorum dilacerent, ſed auxiliatorum oſſa conſtringantur.*

Sedes tertia, Edeſſa, & Rages, ſub qua ſunt Epiſcopatus vndecim.
Bazam, Ophir, Daſcon, Embzim, Roob, Yrſan, Garen, Phezol, Iasã, Caslon, Aulon.

Reges Medorum, Tob. 1. tigris influit, immanes belluas generat in præſagium futurorum, quo & per utiasur à gentibus, & tandem ſub Gog perſecutore nouiſſimo, Apoc. 20. ſubuertatur: vniuerſa enim agmina peruerſorum adducet in prælium contra terram inermem in pacis abundantia Eccleſiaſtici Sabatiſmi, Hebræor. 4.

C Sedes quarta Apamia, ſub qua ſunt Epiſcopatus ſeptem.
Azarib, Nezecep, Bethanam, Ethaym, Remau, Ierſon, Almozon.

Apamiam regionem ad quam venit Aſſirius Oloſernes, Iudith. 3. vt ſibi ſubijceret omnem terram datam Sarracenorum manibus deploramus, ſed adhuc tartareus gladius imminet, quo non ſolum ipſa, ſed & terra Moab, & Meſopotamia ferietur.

Sedes quinta, in terra Amorreorum Boſra, habens ſedes Epiſcopales decem, & nouem.
Arocr, Medabba, Eſebon, Dimon, Vemoth, Behelnicon, Maſſa, Baſan,
D Amanaym, Bethay, Aſerith, Faſga, Cethmoth, Bethoron, Galaad, Aſtaroth, Etdray, Ceemon, Elcale.

De Boſra, Eſaia 63. poſita in Moabitida regione proceſſit Iob Zareth, (Prologus Iob) filius, paſſionem Domini præfigurans ex vaticinio Eſai. 19. quàm licèt Hierem. 25. prænunciat ab Aſſirijs, & Babylonis affligendam; tamen ſecundum concordiam diebus ſequentibus aſperſis, & beſtiæ cornibus deprimetur, Apoc. 20. Spiritualiter tamen tangit Eccleſiaſticum ordinem à ſæcularibus Ducibus in temporalibus minuendum, & ſpecialiter ſub aquila nuper orta, eiuſque progenie in regno Siculo illi ſuppoſita faucibus officialium, & præfectis E *vrbium aſſumendum. Diebus noſtris, & ſequentibus vſque ad hominem perditum Antichriſtum, cuius excidium aquilæ genus includet, Baſan, & Galaad, Michea 7. multipliciter affligentur; ſed re vera ſpiritus tangit Antiochenos, Act. 11. & Burgundiones vbilibet Apoſtolorum hinc inde diluuio conuoluendos.*

Sedes ſexta, in Armenia Nauarzan, habens Epiſcopatus nouem inter quas eſt Alexandros, ideſt parua Alexandria.
Aditan, Labaoth, Thael, Azerſal, Bedabzon, Effraz, Zermal, Pharym, Talfraz.

In Armenia plures Vrbes abſque Colonis deſerta videntur incurſibus tyrannorum,

norum, sed adhuc ipsa subijcenda non solum gentibus multis praenoscitur, sed à Sarracenis Iconij, 1. Petr. 1. qui tàm Frigiam, Pontum, & Pamphiliam. Act. 2. continuata rabie occuparunt illam secundum concordiam dicimus atterendam. Vltima pars oppidorum Armeniae post Sarracenos Turcemannos, & Tartaros, quos Ezech. 27. nominat Tagormitas, est danda fidelibus diebus Angeli septimi, Apoc. 10. canituri buccina, Apoc. 12. contra Dragonis astutiã per eundem Prophetam, scilicet docentem mendacium diffundendas, Esai. 9. A

Sedes septima, Seleucia, sub qua sunt Episcopatus viginti quatuor.

Hi Alapretia.

Solet, Effeym, Lachan, Adithan, Tolen, Beozan, Araban, Napsan, Bethony, Assaraz, Tharcla, Eleph, Semmaa, Beton, Salmaath, Ietphaena, B Massil, Euadda, Cassot, Aalon, Gethom, Baalath, Masor, Iayron.

Seleuciam, & Alapiam iterato gladio gentium in cunctis suis terris, & sedibus decem cornua gentium occupabunt, Apoc. 20.

Sedes octaua, Damascus in Syria, habens decem Episcopatus.

Telmon, Achub, Gazem, Auan, Beretym, Bogald, Asmaneth, Gay, Neben, Rasizen.

Metropolis Syriae Ciuitas Damascena, vt Esai. 17. exprimit, à statu suae fortitudinis corruit, posita velut aceruus lapidum in ruina: sed concordiarum liber nunc Iudaeam, nunc Liguriam, immo totam Italiam haeresibus inquinatam tangit in spiritu, siue à veritatis Doctoribus, siue ab aquila, & eius sectatoribus feriendam. Nomina vrbium Syriae ferè mutata sunt à Sarracenis, & Arabibus, & idcirco spiritum sequimur non litteram, quae occidit, 1. Corinth. 3. cum omnem ipsam regionem frequenter datam legimus propter errores mentium gentibus alienis. C

Cyprus Insula Nicosiens.

Paphensis, Nimociensis, Famagustanus, Constantiensis. [Haec & Salamina, quae sicut Tyrus, & Sydon terremotibus est subuersa.]

Cyprus Insula crebris concussionibus quatitur, in futurum certè praesagium, quo ab alienis insultibus opprimetur. D

Reges Persarum.

Cirus, Cambises, Fratres Magi, Damus Iaspis, Xerses Demetrij, Artabanus, Artansenses, Xerses secundus, Sodiacus, Danus Noth, Artaxerses tertius, Ochus, Dacius Sarsami.

De Persarum Regibus scribit Daniel dicens, ecce tres Reges stabunt in perfido, & quartus ditabitur operibus nimijs super omnes praecedentes, Dan. 11. videlicet, & sequentes, & iterum perseuerauit Daniel vsque ad Regnum Darij Medi, Regnumque Cyri Regis Persarum, qui percusserunt imperium Caldeorũ. Quod Michael Arcangelus pugnauerit contra Regem Persarum, Dan. 10. resistentes 21. diebus, secundum allegoriam praetendit Diabolum hostem aduersus Christum, & eius Martyres dimicantem, sicut in Apoc. 12 legitur. Factum est inquit praelium magnum in Caelo Michael, & Angeli eius praeliabantur cũ Dracone, & Angelis eius, & vnus dies signat totidẽ generationes à Christo vsq; ad Syluestrum Papam duobus libri signati signaculis, Apoc. 9. iam decursis, sub quibus Apostoli, & Martyres contra Iudaeos, & Paganos Idolatras certauerũt. E

Reges Ægypti.

Ptolomaeus Lagi, Phyladelphus, Euergetes, Philopater, Epiphanes, Philometor, Euergetes secundus, Phiscon, Alexander, Dionysius, Cleopatra.

De

A *De Regibus Ægypti quid dicam, primus fuit bonus, Gen. 41. secundus malus, Exod. 1. tertius dedit filiam Salomoni, 3. Reg. 3. quartus fuit victus à Caldæis, sub quo Iosias Rex Iudæ vulneratus interyt, 4. Reg. 23. cæteri autem post Machabeos, & in eorum temporibus regnauerunt.*

Reges Syriæ.

Seleucus, Antiochus Sator, Antiochus Theos, Seleucus Gallericus, Seleucus Cerannos, Antiochus Magnus, Seleucus Philopattor, Antiochus Epiphanes, Antiochus Cupator, Demetrius Soter, Alexander Demetrius, Philippus.

Reges Syriæ Iudæos, & Imperium contrahentes Græcorum Præsides, & Præ- B *sules prænotant Latinos Pontifices ad amaritudinem pro fide Christi, & Arrÿ perfidiam pertrahentes: sed secundum tertÿ status exordiũ in quo sumus, Gallos, & Anglicos, Italos, & Germanos in aliquibus partibus infectos hæresi præfigurant. Inter Reges istos numeratur Antiochus peccati radix Græcorum stirpe descendens, 1. Machab. 1. quemadmodum, & Aman in Habreorum populum sæuientes, Hester. 2. hic quidem respicit in concordia Fridericum secundum cum sobole victura tempore longo; alter verò hominem perditum Antichristum: quorum intentio perfida contra Templum Ecclesiæ matris, & Mardochæum summum Pontificem, Hester. 2. vt biceps gladius exercetur.*

Affrica.

C Cartago, Thoniza, Gareb, Septa, Marrochium, Sybilia.

Affricana certamina, siue punica cum Romanis Lucanus, historiaque veteres recitant, sed secundum concordiam Guillelmi secundi Regis Siciliæ stolium, aliàs solium, ac Reges Hispanos, vrgent ad gladium contra Mauros.

Ægyptus.

Thaphnis, Memphis, Helyopolis, Rameſſes, Phytorum, Phyayron, Magdalus, Pelusium, Alexandriæ, Babylon etiam, & Cayros.

Ægyptiorum potentia, Romanorum, & Francorum, ac aliorum dominorum crudelium sæuitiam præfigurant, qui non solum Martyres, sed & pauperes spiri- D *tu subycium oneribus seruitutis. Omnes hi contra Israelitas ascendentes de mari rubro insurrexerunt in Eremo pugnaturi: sed secundum spiritum tangit Romanos idolatras, & gentes alias contra obedientes fidei per quatraginta generationes exceptis serpentibus, & regulis hæresum in Græcia, & Italia exarsuras. Decem vrbes Ægyptiæ significant Ecclesias sæculares corruptas moribus, & exemplis, nec ab eis ordo regularis excipitur, cum de ingratis super carbones vultibus non sit iam cognitus in plateis actionibus vtique laicorum.*

Mare Rubrum.

Amalech, Madian, Edom, Moab, Edray, Basan, Astaroth, Aran, Hus, Theman, Cartan, Babylon vetus, Ethiopia, Caldea, Sobal, Nubia, E Georgia, Corosinia, Parthia, Sabbea, Massagetia, Albania, Orozia, India, Choriza, Magogia, Thegormia, Amazonia, Tauria, Meotia, Listria, Yconya, Mesopotamia.

Vltra mare Rubrum sunt duodecim gentes per deserta dispersa, quæ de totidẽ Ducibus Ismahelis fily Agar originem deduxerunt, Genes. 25. De Babylone illa iam abolita, veterique Regni principium venatoris robustissimi Nembroth fuit, Genes. 10. peregrinum labium coercentes in non disparem eius filiam versam in non dominam, & Ægyptum stilum afflictionis ferreum acuamus, vt quæ diuini furoris calice temulentos reddidit Reges orbis, versa vice post eorum discrimina fæcem simul ebibat, & amarissimã potionem. Orientalem prouin-

ciam, erroribus multis implicitam, secundum genus, & speciem inspicimus af- A
fligendam, & idcirco de medio profugus lateat, ne eum diuini gladius furoris in-
uoluat. Futurum enim est, vt detestabilis natio de lateribus veniens aquilonis
in totam Assyriam irruat, & tàm Græcum, quàm Barbarum, tàm erroneũ, quàm
fidelem fornax ferrea constitutionis expurget. Non ambigimus omnes sæculi per
circuitum regiones propter malitiam sexti temporis, & ætatis, à gentibus infide-
libus feriendas; & idcirco quia cõmunis excessus est omnium vniuersalis erit &
transitus flagellorum. Vidi, Apoc. 19. inquit, bestiam, & reges terræ congrega-
tos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo. Zacharias quoque ait.
Egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die
certaminis, Zach. 14. Post exterminium harum omnium regionum succedet ele- B
ctis reliquijs pacis, & otij Sabbatismus, Hebræor. 4. vt eò liberius sub Angelo
septimo, Apoc. 16. in opulentia gratiæ sedeant, Esai. 32. quo laboriosius in tem-
poris huius ærumnosi malitia fluctuarunt.

In Ethyopia sunt prouinciæ 11.	In Orozia quatuor.
In Nubia nouem.	In Magogia viginti quatuor.
In Parthia septem.	In Tauria tres.
In Albania octo.	In Yconia septem.
In Coriza quindecim.	In Corismia, vel Corosmia duæ.
In Amazonia sexdecim.	In Massagetia viginti duæ.
In Listria quinque.	In India viginti septem. C
In Georgia quatuordecim.	In Togormia tredecim.
In Sabea quinque.	In Meozia sex.

Ecce in prouincijs istis totus Auster, & Oriens describuntur, quæ quia datæ
Apocal. 11. *sunt in atrium exterius, non quia in templum eas deserimus, sufficere poterit*
cuiquam, quid sub Aquilone, & Occasu continetur, agnoscere; in quibus Sancto-
rum Ecclesia militat contra generales filios Babylonis: ex quibus alij, ac si flu-
ctus præcipites in arcam exterius irruunt, nonnulli introrsus affligunt, reliqui
vndequaque simul, & sine intermissione discerpunt. Et primi sunt ex lege Sar-
raceni humanum sanguinem sitientes. Secundi Apostatantes hæretici Christia-
Iudicum 6. *næ fidei detrahentes. Tertij familiares cupidi terrenis quæstibus inhiantes.* D
Apoc. 2. *Contra primos ferreum gladium Ecclesia militans obijcit, vt Gedeon contra Me-*
Apoc. 8. *dos, eloquium spiritus exerit, vt Gog contra nouissimos graue iudicium, vt fecit*
Galat. 4. *Mago Symoni Symon Petrus: vnde quia sponsa Christi Ecclesia, ac si Hierusa-*
Genes. 11. *lem, quæ sursum est mater nostra, non vt Babel olim de coctis lateribus, sed lapi-*
dibus viuis extruitur, necesse est, vt donec in mundi versatur exilio inter pro-
cellas flatuum sic excrescat, vt & deorsum in fidei constantia maneat, & per
inconfusibilis spei fiduciam fructum lucis, & operis sursum ferat. Sed & Car-
dinales, & Præsules, Sacerdotes, & diuersi habitus regulares, (quam hodie per-
rari sint Christi pauperis sectatores) illi testimonium perferant, qui pro suis li-
bentius Ecclesiarum substantias in malum diripiunt. quam præmialiter corrigent E
Ioann. 16. *functionibus egenorum: & inde est quod mundani Principes ignominiam San-*
2. Paralip. 6. *ctuarij contemplantes ad prædam Ecclesiasticam manum mittunt, Deo se præ-*
Iohelis 2. *stare putantes obsequium, si quod post erucam locusta deserit, bruchus sæcularis,*
Abacuch. 1. *vel rubigo tempore dissensionis assumat. Certè si iustiorem se (vt vates loqui-*
Psal. 124. *tur) impius deuoraret, sicut de comedente Dominus cibum extraheret, sic nec*
Exodi. 5. *super iusti sortem virgam induci sineret peccatoris: sed ex quo impius agens*
impie præconem despicit, & irritat, iusto iudicio agitur, vt paleas temporalium
Exod. 32. *Pharao subtrahat, & aurum quodammodo vertat in idolum, quod sponte dudũ*
obtulerat mente reuertentibus in Ægyptum. Hoc si speculator fastigij clerica-
lis

A *lis (cui datum eſt iacentis abyſſi vultum inſpicere, & ſuſpicere altitudines firmamenti) æquo iudicio trutinaret, non tam leuiter ad labiorum ſtrepitus, & querellas apicum moueretur, vbi Græcos dentes, nec flagella corripiunt, nec exactorum onera ſubmurmurant.*

CAP. LVII.

Alia flagella Eccleſiæ præparata ad Sancti Cyrilli Presbyteri Carmelitæ inſtantiam explicat.

B

Vbi &

Quod fuerit verus Propheta Domini.

MAgnus Dominus noſter, & laudabilis ſemper in ſæculum, & in ſæculum ſæculi in omnibus, in hoc præcipuè, quod inueniens nos in terra deſerta, in loco horroris, & vaſtæ ſolitudinis, circumducit, docet, & cuſtodit veluti pupillam oculi ſui, nuncians nobis per ſeruos ſuos Pro-
C phetas, quæ facturus eſt in nobis, niſi imperijs ſuis obediuerimus, & toto corde noſtro coram ſe non ambulauerimus: nam ſicut lutum in manu figuli: ſic & nos in manu Dei ſumus, repentèque loquitur aduerſus gentem, & regnum, vt ſua eradicet potentia, deſtruatque, atque diſperdat. Sanè Dei ſummam hâc benignitatem Mundus expertus eſt eius ab exordio, nec minus & iudicia ſibi per ſuos Præcones fideliſſimos intimata, quorum inter innumeros extitere potiſſimi Beatus noſter Ioannes Ioachim Abbas Floris, & Sanctus Cyrillus Presbyter, Carmelitarum Prior, eximiæ ſanctitatis, & celeberrimi nominis vir, ex hoc præſertim quod nunc ſcripturi ſumus. Sanctus ſiquidem Cyrillus iſte cum in Carmelo
D Monte in Sancti Hilarionis honorem ſacroſanctum Deo offerret Miſſæ ſacrificium, Angelum miſit ei Dominus vultu virgineo, in vna manu lilium, & in altera duas tabulas argenteas habentem, græcis cœlitus ſcriptas caractheribus, qui reuerenter eas illi obtulit, & præſentauit, dicens. *Has tabulas argenteas Deus magnus tibi dirigit, tanquam familiari ſuo, & præconi fideliſſimo, vt ſtatim miſſam compleueris, tranſcribas; et demum conflato tabellarum argento, calicem, et thurribulum ad ſacrificandum Domino Deo efficies, vt ſuæ Diuinæ Maieſtati ſacrificare valeas.* Quibus dictis diſparuit. Cyrillus verò tabulas eximia cum humilitate, & gratiarum actione receptas, iuxta Angeli affatum, miſſæ completo ſacrificio, tranſcripſit, &
E tandem in calicem, & thurribulum redegit. Scriptum verò illud, capitibus vndecim diſtinctum, quod futurum erat poſt Cyrilli obitum in Eccleſia ab omnibus affirmatur continere. Eius exordium erat. *Tempore annorum Christi milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quarto.* Huius ſcripturæ ſenſum, quamuis Sanctus Cyrillus apprimè calleret, (non enim erat omninò prophetici ſpiritus expers) ac ſuis fratribus enodando prædicaret; vndique tamen humilitate redundans, vt in ſimili veritate ſecuriùs ſolidari poſſet, eam è Carmelo Monte ad Silæ Cuſentinam Syluam, & Floris Monaſterium tranſmiſit pro commentario, ad noſtrum Abbatem Ioachim ſcribens epiſtolam huiuſmodi ſub tenore.

Bartholomæus Piſanus in Conformitatib. Vitæ S. Franciſci ad Vitam Ieſu Chriſti, Petrus Thomas Saracenus Carmelita in Menol. Carmelitarum cum de Vita S. Cyrilli, & alij.

Cum Deus tibi velut secundo Euangelistæ Ioanni miram futura noscendi A
gratiam contulerit, humiliter quæso, Reuerende Pater, vt breuius prophetiã
hanc enucleare digneris, quo dilucidius diuini abyssum huius muneris penetra-
re valeamus, frange nubem, densa reuela; vt splendeat cunctis claritas cla-
rissimi Solis. Extat epistola cum operibus S. Abbatis Florensis in Biblio-
theca Vaticana, eamque referunt Iacob. de Voragine in vita S. Cyril-
li, Iacob. Græcus in Chronol. sect. 19. Syluester Marul. in Mari Oceano
Religionum in vita B. Ioannis Ioachim Abbatis Florensis, & alij. Cyril-
lo Abbas Ioachim humilitate non impari sub hac forma rescripsit.

Ioachim Abbas Florensis. Cyrillo Carmelitæ speculo paupertatis, & nor-
ma sanctitatis, qui ex Carmelo Mundum virtutibus exornat in vero saluta- B
ri salutem. Perlectis litteris tuis exultauit valdè spiritus meus: quis enim sen-
tiens tanta diuini muneris largitate percepta non tibi coniubilaret? A me ex-
petita, à te, cui à Domino exhibita expetenda erant. Verùm sicut Dominus
dederit, expostulatis parebo. Hæc ex vita Sancti Cyrilli, & Actibus B. Ioa-
chim Abbatis Florensis descriptis à Syluestro Marulo, Iacobo Græco,
& alijs.

Quanta autem cum sermonis profunditate super huiusmodi prophetiã
sua Ioachim ediderit commentaria, patet eius scripta legenti. Magna
etenim immò ineffabili ne dum intelligentiæ, sed & prophetiæ gratia do-
tatus erat; quamuis diuinarum scripturarum ignari negent illum fuisse C
Prophetam propter illa verba Domini apud Matthæum. *Omnes Prophetæ,*

Matthæus in Euang. cap. 11. num. 14.

& lex vsque ad Ioannem prophetauerunt. Quæ de veteris testamenti Pro-
phetis sunt intelligẽda, vt egregiè probant Hieronymus super Matthæũ,
& Amos, & Athanasius, & Chrysostomus in secundam epistolam Pau-
li ad Corinthios; & contra Faustum Augustinus. Nec est ambigendum
legis nouæ non paucos extitisse Prophetas; cum hoc ipsum apertissimè
ostendat Lucas in Apostolorum Actibus, dicens. *In his autem diebus su-*

Luc. in Actib. Apost. cap. 11. n. 27. & 28.

peruenerunt ab Ierosolymis Prophetæ Antiochiam: & surgens vnus ex eis no-
mine Agabus, significabat per spiritum famem futuram in vniuerso orbe ter-
rarum, & alibi. *Alia autem die profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes* D

Luc. in Actib. Apostol. cap. 21. nu. 8. 9. 10. 11.

domum Philippi Euangelistæ, qui erat vnus de septem, mansimus apud eum
Huic autem erant quatuor filiæ virgines prophetantes. Et cum moraremur per
dies aliquot, superuenit quidam à Iudea Propheta, nomine Agabus. Is cum ve-
nisset ad nos, tulit zonam Pauli, & alligans sibi pedes, & manus, dixit: Hæc
dicit Spiritus sanctus: Virum, cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem
Iudæi, & tradent in manus Gentium. Corinthij insuper, ac Apostoli ipsi
prophetauerunt, vt in Epistolis Pauli est videre. Et Sanctus Iustinus
Philosophus, & Martyr apud Eusebium Cæsariensem Ecclesiasticæ hi-
storiæ lib. 4. cap. 18. ad tempora vsque sua prophetiæ gratiam in Eccle-
sia floruisse demonstrat; quinimmò & Sanctus Iustinus ipse per Crescẽ- E
tij insidias sibi martyrium prædixit, vt eodem in loco Eusebius. At ad

Ioel. c. 2. n. 28. & 29.
Act. Apost. cap. 2. n. 16. 17. & 18.
Matth. in Euangel. cap. 23. num. 34.
Amos Propheta cap. 3. num. 7.

quid plura ex Sanctis Patribus in medium afferre; cum Propheta Ioel
Apostolos, aliosque in Dei Ecclesia prophetaturos prædixerit, vt inquit
Petrus in Apostolorum Actibus: Christus item, vt in Euangelio Mat-
thæi, se ad Iudæos, etiam Prophetas missurum, ac ab eis in Synagogis
suis occidendos, dixerit: & Amos tandẽ ipse veteris testamenti Prophe-
ta hoc inter cætera sua vaticinium registrauerit. *Non faciet Dominus ver-*
bum nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos Prophetas. Quare autem
Dominus Deus sui cordis arcana famulis suis aperit, & quare nõ est ne-

cesse

A cesse omnia fieri, quæ dicit, legat ista sciendi cupidus opera S. Hieronymi in Ionam, & in Ezechielem. Alij cum Sancto Thoma 4. sent. dist. 43. q. 1. art. 3. quæstiunc. 2. ad 3. dicunt nostrum Ioachim Floris Abbatē non prophetiæ gratia, sed humanæ mentis coniectura, quæ aliquando ad verum attingit, aliquando fallitur, futura nonnulla præsagisse. Sed in cōtrarium extat grauissimorum auctoritas Scriptorum, Vincentij Bellouacensis in speculo historiali lib. 29. cap. 40. Matthæi Palmerij Florentini in Chronicon Eusebij Cæsariensis ad ann. 1158. Sixti Senensis in Bibliotheca sacra lib. 4. Guillelmi Parisiensis in lib. de virtutibus §. scire debes, Ptolomei Luccensis in vita Lucij tertij versus finem, Thomæ Fazelli de B Rebus Siculis posterioris decadis lib. 7. c. 3. Antonij Posseuini in Apparatu sacro littera IO. & in verbo Cyrillus, Pandolphi Collenucij Neapolitanæ historiæ lib. 4. Sancti Antonini Archiepiscopi Florentini 2. p. hist. tit. 17. c. 1. §. 12. & 3. p. tit. vlt. Seraphini Firmani Canonici Regularis in cap. 9. Apocalyps. Magistri Humberti Ord. Prædicatorum in vitis Fratrum cap. 1. Caroli Sigonij de Regno Italiæ lib. 15. Nicolai Arspeldij Archidiaconi Cantuariensis in historia Anglicana Ecclesiastica, sæculo 12. cap. 10. Ioannis Nicolai Duglioni 3. p. sui compendij historici vniuersalis, Petri Rodulphij Tussianensis Episcopi lib. 1. historiarum Seraphicæ Religionis, Martini Poloni in Chronicon sub Eugenio tertio, C Ioannis Garzonij Bononiensis de viris Illustribus Ord Prædicator. lib. 1. in vit. Sancti Dominici, Laonici Chalcocondilæ lib. 6. rerum Turcicarum, Arnoldi de Vuion in Ligno vitæ 2. p. lib. 3. Ramo 9. cap. 86. Laurentij Surij in vita S. Dominici, Dantis Poetæ in 3. p. de Paradiso, cant. 12. Lucæ Vuadingo Hiberni in Annalib. Min. tom. 1. in præfat. §. 2. Thomæ Maluendæ Sabitani in Annalib. Prædicator. centuria 1. Supplementi Chronicorum, Chrysostomi Henriquez in Menologio Sanctorū Ord. Cistercien. sub. 14. kal. Iunij, Augustini Barbosæ in cap. Damnamus. Ascanij Tamburini de Iure Abbatum tom. 2. disp. 24. quæsito 5. num. 36. Angeli Manriquez in Annal. Cist. Ord. tom. 2. ad annum 1165. c. 3. n. 1. D & alibi, Bartholomæi Pisani in conformitatibus vitæ Sancti Francisci ad vitam Iesu Christi, Stephani de Salanacho in hist. Prædicatorum, Theodorici de Apoldia in vita S. Dominici, Vincentij Brandelli in commentario Constitutionum, Roberti de Licio Aquinensis Episcopi de excellentijs Sancti Francisci Assisinatis serm. 45. Simeonis à Spiritu sancto in opere Chronologico Carmelitanæ Religionis, Syluestri Meucij in Epistola ad Ægidium tit. Sancti Matthæi Præsbyterum Cardinalem, & in alia epist. ad Magistrum Anselmum de Vicentia, & ad Bernardinum Parentinum, Augustinianos, Anselmi Boehrurnij Vicentini in epist. responsiua ad Syluestrum Meucium, sub dat. Paduæ 10. Kal. April. 1516. Ioan- E nis Abbatis Trithemij lib. 2. de viris illustrib. S. Benedicti c. 117. Pauli Æmilij Sanctorij in hist. Carbonensis Monasterij, Henrichi de Vrimaria in tractatu de origine Ordinis Eremitarum S. Augustini, Ioseph Silos in sua historia Clericorum Regularium lib. 8. ad ann. 1555. §. celeberrimus, Thomæ Stapletonij in promptuario morali super Euangelium Dominicæ infra octauam Natalis Domini text. 1. Ioannis Francisci Spinæ de maximis coniunctionibus Saturni, & Iouis annorum 1603. & 1702. lib. 2. cap. 12. Leandri Bononiensis, Barnabæ de Montalbo, Paschalini Regiselmi, Ioannis Piccardi, & Francisci Biuarij. Sed omissis auctoritatibus tàm dictorum, quàm ab ipsis citatorum, ac innumerabilium aliorum testium

testium, vt ità dicam oculatorum, nàm quæ Ioachim in suis scriptis pro- A
pheticè registrauerat, ipsi legerunt, & euentu fuisse comprobata sunt
testati. Est auctoritas Sanctorum Patrum Ioannis Bonacij de spiritu
prophetiæ Sanctorum sui temporis, Lucij à Donato in opusculo de spi-
ritu prophetiæ Beati Ioannis Kalà, & Sancti Cyrilli Presbyteri, vt modo
vidimus, ex quibus nostrum Dei virum Ioachim intelligentiæ, & pro-
phetiæ rore perfusum fuisse ad satietatem vsque apertum extat, quorum
assertionibus, tanquam coætaneorum, & qui cum ipso sunt conuersati,
omni alia inquisitione semota, est indubitata fides adhibenda. At ad
omnem omninò ambiguitatem de medio tollendam, & vt ostendamus
illum non ex humanæ mentis coniectura, quæ aliquando fallitur: sed ex B
infusa diuinitùs gratia, quæ semper infallibilis est, futura prædixisse, eun-
demmet Dei virum Ioachim audiamus, sic in fine operis noui, ac vete-
ris testamenti Concordiæ de se scribentem. *Consumato verò hoc opusculo, comitante nos gratia Christi, hijs qui me præsumptorem, & non magis necessarium iudicant, per medicum respondere compellor, supernæ vtique charitatis intuitu, non humanæ gratiæ appetitu, sciens scriptum esse in Psalmorum volumine, Dominus dissipat ossa eorum, qui hominibus placent, quoniam Deus spreuit eos. Sciant ergo, & hoc oro, vt sciant, non ex præsumptione superba, sed nec alicuius pietatis securitate, hæc me attentare voluisse, aut meo hoc ingenio, vt ista mundo loquerer, inuenisse, sed quia tempus præfinitum adest. Is* C
qui per diuersa sæculorum tempora multiplicia operatur, & complet quo modo vult, & quando vult, mysteria secretorum suorum voluit in hoc opere necessariè magis, quàm curiosè, sermones diù significatos suis fidelibus aperire, non quod digniores simus, quia ista scimus: sed vt sciamus quanta sint nobis pro meritis præparata flagella: & si quis est ex domo Loth festinet elongari à finibus Sodomorum, si quis ex familia Noe recipiatur inter eos, qui saluantur in arca. Et cætera notatu dignissima, quæ sequuntur. Hanc ipsissimam ve-
ritatem multò post Dei famuli obitum reuelauit Nuncius Domini Beato
Theolosphoro Præsbytero Cusentinó, vitam ducenti eremiticam apud
Thebarum Vrbem in Prouincia Lucaniæ, ab Aonijs, ab Aone Rege, D
Neptuni filio, ita dictis, institutam, de qua Plinius lib. 3. cap. 11. Cato
in originibus, Carolus Sigonius de antiquo iure Italiæ lib. 1. cap. 11. &
alij apud ipsos. Siquidem factione pulso Aone Rege ab Vrbe Thebarū
Bœotiæ, à Cadmo Agenoris filio condita in Apûlia, Bacchi, & Hercu-
lis clarissima patria, & ab Alexandro magno tandem euersa annis 33. &
mensibus 4. ante Troiæ excidium: Aon Rex hanc ad illius æmulationem
extruxit, ac Thebarum Vrbi nomen ab illa desumptum indixit. Procul
erat milliarijs tribus cum dimidio ab Vrbe Lao, nunc *Layno* ab Oeno-
trijs, siue ab Auxonijs fundata, quam præterfluit eiusdem nominis am-
nis, qui Calabriam, à Lucania dirimit, de quibus commeminit Plinius E
lib. 3. cap. 5. Ptolomęus lib. 3. cap. 1. & Strabo etiam lib. 6. & millia-
rijs quattuor distabat ab Vrbe olim Nerulum, nunc *Rotundi* nuncupata,
de qua Titus Liuius lib. 9. Carolus Sigonius de antiquo iure Italiæ lib.
1. cap. 11. Ioannes Dominicus Scurrentus de rebus Calabris cap. *Litteralis, & Mediterranea Brettiorum vetus, & noua in medium veneris descriptio. §. Intrantibus nobis*. & alij. Thebarum hanc Ciuitatem suo fuisse tem-
pore formidabilem, ac celeberrimam testantur nummismata passim in
agris inuentà. Speciositatem eius, ac magnitudinem, certissimi humanæ
instabilitatis testes, ac inuidæ vetustatis, produnt monumenta, & vesti-
gia,

Ioachim Abbas in noui, ac veteris testamenti Concordiæ lib. vlt. cap. vltimo.

Plin. lib. 17. cap. 44. & lib. 34. cap. 8.

A gia, in quæ in dies agricolæ offendunt; nunc Thebarum nomine ferè pænitùs abolito, Castellucium appellatur, à parua, sed loci situ munitissima desolatæ eiusdem Vrbis Arcæ, vt autumo, nomine desumpto; Arcis huius adhuc consistentia vestigia, Arcis Sancti Elmi Neapolitanæ Vrbis procul inspicientibus imaginem repræsentant: Marchionalis titulo dignitatis decoratur & ditionis est Illustrissimæ, nobilissimæque pariter familiæ Piscara de Diano dictæ, de qua familia eruditè pariter, ac honorificè scripsit D. Ferdinandus della Marra Guardiæ Dux & ab ista summa iustititia, ac pietate regitur, & gubernatur: faxit Deus, vt sit vsque ad Mundi terminum duratura. Hac occasione pauca hæc breuiter
B de Thebarum Vrbe diximus, ne nostri natiui soli omninò videremur immemores. Beati Theolosphori præfati, verba Angeli Domini referentis, attestatio est tenoris sequentis.

Ferdinandus della Marra in suo opere Neapoli impresso apud Octauium Beltranum anno 1641. est eius titulus. Discorsi delle famiglie estinte, forastiere, ò non comprese ne seggi di Napoli, imparentate colla Casa della Marra. In peculiari discursu familia de Diano. pag. 142. 143. & 144.

Vniuersis, & singulis fidelibus personis Ecclesiasticis, & sæcularibus. Humilis Frater Theolosphorus de Cusentia pauper Presbyter, & Eremita propè Thebas humiliauit se sub diuina potentia Maiestatis, & ipsius gratia, & gloria. Cum tristis, & dolens de malis instantis futuri scismatis Ecclesiæ occurrentibus, & verisimiliter occursuris, mansuetissimum Dominum cum magna ieiuniorum, & lacrymarum copia sæpiùs humiliter exorassem, quatenus instātis scismatis causā, & quis ipso scismate durante, asserentium se summos Pon-
C *tifices, verus Pontifex sit, & quis Pseudopontifex existeret, ipsiusque scismatis qualem finem habebit, & quomodo finito scismate Dei Ecclesia regeretur, ipse Dominus mihi seruo suo ostendere dignaretur. Anno à natiuitate Domini 1386. circa auroram diei Resurrectionis præfati Domini nostri mihi dormienti leuissimè, & quasi ex hoc stupenti, vnum videre extitit Angelum Domini virginei vultus, & altitudinis cubitorum duorum, ornatum duabus alis valdè nitentibus, alba, læta, & talari veste amictum, mihique dulciter alloquentem hæc verba. Dominus exaudiuit praces tuas, dicens. Quod seruis suis dilectis Cyrillo Presbytero, & Eremitæ in Monte Carmelo, Ioachim Abbati, & multis alijs seruis suis instans scisma futurum, & eius causas, & quis*
D *esset eorum Pontifex, & quis Pseudopontifex, finemque ipsius, & post ipsum scisma futurum Ecclesiæ regimen, per Spiritum sanctum, & Angelum iam diù indicauit, & aperuit. Quæras igitur prædictorum libros, & scripturas, & tunc tua erit satisfactum voluntati. Et quid in ipsis libris reperies scriptum, & alijs pro tua, & ipsorum salute indica, & reuela. Quibus dictis, & auditis illicò Angelus disparuit. Ego autem timidus à somno surgens, vocaui socium meum carissimum Eusebium Vercellensem, cui omnia supradicta patefeci. Cuius consilio ipse, & ego cum maxima diligentia in Ciuitate Thebarum, & Cusentiæ, vbi ortus est præfatus Ioachim Sanctus Propheta, & in alijs locis vicinis ipsis Ciuitatibus prædictorum virorum libros quæsiuimus, & tandē*
E *inuenimus Cyrilli librum, qui incipit. Domini totius, &c. Cuius libri verba Angelus Domini in duabus tabulis argenteis continentia futura magna negotia, incipiendo ab anno Natiuitatis Domini 1264. ipsi Cyrillo nunciauit, & dedit. Item reperuimus libros omnes præfati magni Prophetæ Ioachim, & maximè ipsius singulares libros missos Henrico de Sueuia Imperatori sexto, & alium singularem librum ipsius, intitulatum, liber de Flore de summis Pontificibus, ab Innocentio quarto vsque ad Antichristum, qui incipit Tēpore Colubri Leenæ filij*, & post pauca. *Quibus omnibus, & singulis per me fratrem Theolosphorum vigilantissimo studio perlectis, ac orationibus, & lacrymis Domino sæpè effusis, vt veritatem prædictorum mihi ostendere dignaretur. Valdè gauisus*

Schisma hoc incœpit sub Pontificatu Vrbani sexti, qui ad Pontificatus apicē ascendit ann. Dom. 1378. & durauit vsque ad ann. 1415. Vrbano sexto tribus interim verìs Pōtificibus suffectis, Bonifatio scilicet nono, Innocentio septimo, & Gregorio duodecimo, & duobus Pseudopontificibus septimo nempè Clemente, & Benedicto decimo tertio, vt notarunt Platina, Onufrius, Ciacconius, & alij.

fui,

fui, tanquā clarificatus de eis, quæ scire desideraueram diu. Per quos libros claré cognoui instans scisma, eiusq; causas, prædictis viris sanctis fuisse monstrata, & reuelata. Hactenus B. Theolosphorus in suo opere de magnis tribulationibus, & statu Ecclesiæ, quod mandato Angelico cōposuit, & Venetijs Bernardinus Benalius typis dedit. Cōstat igitur ex dictis euidentissimè nō humanæ mētis coniectura, vt S.Thomas loco supra citato scripsit, sed veri prophetici spiritus impulsu nostrum Beatissimum Abbatem Ioachim semper futura prædixisse prout futura erant. Siquidem Sancti Prophetæ Domini, quæ à Deo audiunt, proferunt, & si aliquando aliter dixerint, aut in errorem aliquem lapsi fuerint, à Deo statim corriguntur, vt egregiè more suo probat doctissimus Magister Dominicus Grauina Prædicatorum Ordinis in suo Cherubin Paradisi lib.4. cap. 4. decima veritas. n.2. ex eodem S.Thoma 2.2. q.171. art.5. & ex Sancto Gregorio homel.1. in Ezechiele, istius verba sunt. *Aliquando Prophetæ Sancti dum consuluntur, ex magno vsu prophetandi quædam ex suo spiritu proferunt, sed se ex spiritu prophetiæ dicere suspicantur; sed quia Sancti sunt, per Spiritum sanctum citius correcti, ab eo, quæ vera sunt, audiunt, & semetipsos quod falsa dixerint, reprehendunt.* Hæc Sanctus Gregorius apud Grauinam loco citato. Tādem verum Prophetam Domini Ioachim Abbatem extitisse patet ex euētu nonnullorum, quæ prædixit, quorum partem nos supra retulimus, infinita alia euentu comprobanda supersunt, quorum veritatem in pulpitis nostrorum lingua prædicabit posterorum. Qui autem vsque adhuc eum vt Pseudoprophetam sunt insectari, nullius sunt probationis, cum ea Ioachimo impinxerint, ascripserintque, quæ nunquam scripsit, & nos suis locis fusè refellimus.

Dominicus Grauina in Cherubim Paradisi.

A B C

CAP. LVIII.

Beatum Ioannem Kalà aliam Eremum colere ambientem, in prima solitudine firmat.

Vbi &

De mirabilibus inde secutis.

D

SAnctarum mentium semper extitit mortalium euitare colloquia, & vt quietiùs diuinæ contemplationi incessanter insisterent, horridas, & tetras inhabitare solitudines. Beatus vtique Ioannes Kalà, cuius supra fecimus mentionem, & si similem ob causam Eremum incoleret supra descriptam; quia tamen iuxta institutum propter nimiam confluentium frequentiam populorum, qui tàm sanctitatis, quàm prophetici sui spiritus fama vocati, ad ipsum vndique conuolabant, sanctæ studio contemplationis operam nauare nequibat: ideò estuans spiritus feruore concepto (ad instar nostri Dei famuli Ioachim, qui Curatij Monasterium derelinquens, Petram olei secundò, & tandem Floris Eremum actu inhabitabat) inde secedere, & ad illam se conferre solitudinem peroptabat, in qua degustauerat diuina primò colloquia, & dulcissimum vulnerati lateris lac ebibēs, sapientiæ, intellectusque, ac prophetiæ spiritum conceperat. Verumenim verò quia ineffabilem cum nostro Sancto Abbate Ioachim contraxerat

Sup. c.44. pag. 138. pag. 142. A.

E

A xerat amicitiæ necessitudinem, formidans Domini voluntatem, antequam
inde recederet, cum Dei viro Ioachim rem volutare fategit, & tandem
humiliter ab eodem in re tanti momenti per suas litteras, (quæ deside-
rantur,) consultationem expetijt. Cui denique Ioachim, qui sicut Ioan-
nem Kalà Sacerdotij dignitate, ita humilitatis, sapientiæ, intellectusque,
ac prophetiæ plenitudine præcurrebat, in hæc formalia verba rescripsit.

Deuote, sancteque vir, quem vocauit Dominus, & segregauit speciali, gra-
tuitaque desuper tradita gratia à malignantium conuentu. Accepi ex litteris
tuis, quod nimium exoptas Castrum, quod primò elegisti in die conuersionis tuæ
derelinquere, vt ab hominum assiduo separatus consortio, sola dulcissimi ani-
B *mæ tuæ sponsi Iesu mellita gustares colloquia. In hoc clare respondeo tibi Pater*
carissime, quod idem Dominus, & Redemptor mihi oranti pro te respondit. Io-
annes degat vsque ad mortalis consumptionem cursus in monte, quem primò si-
bi elegit, quemque prædestinauimus ad humani generis salutem, & refrigerium.
Hæc mihi peccatorum omnium pessimo dixit omnipotens, vt voluntas eius ma-
nifestetur tibi. Nec facessit, quod mihi sæpè obiecisti. Tu, inquis, ò Ioachim cum
Dei donum accepisti, Domum Curatij sanctam liquisti, & ad solitudinem abire
gauisus es. Possem equidem respondere vias Domini multiplices esse, quodque
vni expedit, alteri non expedire. Sed hoc feci iussu Romani Pontificis, qui eli-
gens me peccatorum omnium indignissimum ad onus interpretandi scripturam
C *sacram, expediens sanè putauit me soluere ex tot Monachorũ gubernio, & ex tot*
facultatum administratione molesta. Tu contra in solitudine degens, quid ma-
iorem affectas solitudinem ò Ioannes? Non tibi, non tibi tradidit Deus spiri-
tum sapientia, intellectus, & prophetia, vt syluas, & bruta conuertas, sed homi-
nes. Mane igitur in loco, in quo vocauit te Deus ad laudem, & gloriam nomi-
nis sui. Vale vir sancte, & me peccatorem commenda Domino. Hactenus
Epistola Ioachim Abbatis Florensis apud Lucium de Donato in tractatu
de spiritu prophetiæ Beati Ioannis Kalà, ex quo hîc transcripta.

Lucius à Donato in tractatu de Spiritu prophetia B. Ioannis Kalà.

Viso, perlectoque magni, diuinique nostri Vatis rescripto, Eremita
Ioannes talem esse Domini voluntatem agnoscens, in eadem Eremo
D Collis Sancti Ioannis ad extremum vsque permansit. Ad describendum
autem quanta deinde ibidem Beatus Kalà in dies pro humani generis sa-
lute patrauerit, alterius esset opportuna facundia, & alterius claritas in-
tellectus; sed prout Deus dederit, pro vaticinij veritate, ex Martino
Schener, & Angelo Primo supra citatis, aliqua in medium producemus.
Antonius Brunus, vnus ex prædictis B. Ioannis Eremitæ Contubernali-
bus, consanguineum habebat, Fortunatum de Bruno dictum, vitã agen-
tem infœlicissimam: quippe qui aliquando equitans, dum nil de equi of-
fensione timeret, equo collapso, brachium, tibiamque sibi confregerat,
& ità ex Medicorum incuria remanserant membra illa contracta, retorta-
E que, vt miser omninò illorum vsu careret. Hunc cum ad se ductum vidis-
set seruus Dei Kalà, hoc sanum ei tradidit pro pristina obtinenda sanita-
te consilium. *Aperi fili*, inquit, *peccata tua verè contritus Sacerdoti, & dabit*
tibi Deus sanitatem, quam perdidisti; propter enim peccata veniunt aduersa.
Tanti Patris consilio acquiescens Fortunatus, ex infœlici verè fortuna-
tus euasit: nam post patratorum scelerum confessionem, corporis, & ani-
mæ sanitate percepta, recepti beneficij non immemor, Mundo vale di-
xit, sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti habitũ induit, & anno sequen-
ti plenus meritis ad superos euolauit. Riccardus Manfredus vir doctis-
simus, & cunctis propter eximiam corporis formam admirabilis, contra

Supra ibid. cap. 44. pag. 138. D. E.

Martin. Schener in processu vit. eius.

Idem loc. cit.

Dei legem, lasciuo captus amore, extra modum muliérculam adamauit, A
at non impunè. Nam cum tandem aliquando infidelem illam comperijsset, talem inde dolorem assumpsit, vt phrenesi,& amentia correptus, ferè brutus euaserat. Brutorum siquidem more incedebat, in luto se volutabat, hominum consortia abhorrebat, suis clamoribus omnes inquietabat, syluas incolebat, feras dilaniabat, dilaniatarum crudas carnes comedebat, & vt vnico verbo omnia complectar, cordibus intuentium cum non nisi pietatem maximam ingerebat. Quapropter pietatis ardore succensi conciues, ac eius consanguinei, qui præ cæteris pristinam Riccardo salutem discupiebant, vi eum cœperunt,& captum coram Eremita sancto traduxerunt. Fleuit homo Dei, viso Riccardo, & in conspectu omnium in hæc verba prorupit. *Discat humana conditio: ecce quomodo hominum errat intellectus. Caducissimis pulchritudinis floribus oblectatus Riccardus noster, totam, quàm laboribus acquisierat, sapientiam deperdens, cum brutis commemorari potest. Accedat nunc humana virtus, eum pristino reddat homini: Dominus solum nomen potest à tenebris, quibus obscuratur, eripere creaturam suam. Iesus Christus eum benedicat, sicut ego indignissima, ac vilissima creatura, eius nomine benedico.* Quibus ore præssis frontem signauit phrenetici viuificæ Crucis signo. At ò mirabile dictu. Extemplò fugata fuit insania, & qui diù,& brutaliter bacchabatur, factus mentis compos, mansuetus euasit. Riccardus deinde perpessæ insaniæ causam agnoscens, alterum mutatus in virum, in posterum cautiùs, & deuotiùs Domino Deo deseruiens, nusquam à corde, nunquam ab ore receptum beneficium recedebat, in sanctum suum diù laudauit Dominum, qui non tantùm ab ipso amentiam depulerat, sed & saniorem,& deuotiorem ei mentem concesserat. Flauius de Petronis Cusentinus Henrici sexti miles, cernens virginem quandam iuxta viam, non satis procul ab Eremitæ Ioannis Oratorio, spicas colligentem, à lasciuiente spiritu inflammatus, equo, quem præmebat, relicto, stupri cum illa peccatum committere totis viribus nitebatur. In reluctantis Virginis adiutorium rusticorum, agricolarumque turma cucurrit, & eam de manu lasciuientis eripuerunt intemeratam. Rediit delusus miles ad equum, & dum ad illum insedendum se adaptabat, equus, quasi rationalitate prædirus,& patrati sceleris vindex, ac æquæ Dei iustitiæ merus executor, posteriora contra herum vertens, tali impetu dedit in Flauij pectore calces, quod eum in terra iacentem, per latè patentem agrum fugiens, semimortuum dereliquit. Ioannes orans,& hæc in spiritu videns, statim ab oratione cessans, morienti militi præsto fuit, & dixit illi. *Fili, vindex Dominus ecce quomodo peccatum tuum punire incipit. Puella castitatem violare sentasti, tuæ mansuetudinis,& obedientiæ equus violauit tibi. Dominus verò non vult mortem peccatoris. Surge, & vade in pace,& recognosce à diuina clementia salutem corporis, quam tibi restituit, vt animæ vitam cures.* Et formato in pectore semimortui signo Redemptionis nostræ, surrexit illicò Flauius. Qui pro recepto beneficio Deo gratias egit, & coram B. Patre Kali, suisque Contubernalibus se semper in castitate victurum,& Virginum honestatem defensurum vouit,& tandem ab vno Sacerdotum antedicti Monasterij Sancti Benedicti à peccatis omnibus absolutus, deinde in antea sicut vouerat, vixit. In nocte Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, anno eiusdem millesimo ducentesimo, exthasim passus, & quasi suæ Basiliculæ tectum tangens, indignatum Dominum pro humani generis salute sic est deprecatus. *Media nocte, Domine*

Marginal notes: Idem. (beside "nium in hæc verba prorupit", B); Idem Martin. (beside "cesserat. Flauius"); C (beside "terum mutatus"); D (beside "turma cucurrit"); Idem. (beside "in spiritu videns"); E (beside "pace,& recognosce"); Idem. (beside "minum pro humani generis")

A *ne, nasci dignatus es, lumen, pacemque humano generi ferens; & ingratus homo spinas, & clauos peccatorum tibi prabes in lectum. Ideò Domine iacula praparas? Dracones ad eum lamandum, ignem ad comburendum mittis? Iam super homines, iam cadit ira sauissima, heù, heù infælix homo. At ò mitissime Iesu recordare miserationum tuarum. Parce Domine, parce populo tuo, quem sanguine redemisti; non sit vana pro illo passio, & flagella tua. Illumina oculos peccatorum, ne amplius obdormiant in morte. Clementia Domine, Clementia. Iam misertus est Dominus.* Quibus ex verbis idem Martinus Schener, qui hæc ipsissima refert, & qui sic eum depræcantem audiuit, inferebat, quod dum ipse raptus, & sic exthaticus existebat, iratum Dominum, &
B grauia flagella peccatoribus vibraturum intuebatur, & suis humillimis præcibus irati Domini Iesu Christi manus alligabat. Innumerabiles, suas mentis, & corporis afflictiones cum ipso conferentes, depurgatos, consolatosque dimisit ad propria. Tot cœcis, claudis, ac corpore læsis, ex vtraque Sicilia ad ipsum turmatim concurrentibus, solo sanctæ Crucis signo sanitatem restituit, vt ex illorum furcillis ingentem congeriem prope suæ Basiliculæ ostium erectam fuisse, testatur Angelus Primus. Infirmis nonnullis pristinam restituit sanitatem. Omninò demortuos etiam reduxit ad vitam. Flauius de Cicala natione Siculus, filium habebat nomine Syluestrum, qui cum Patre Calabriam inhabitabat. Hic subitanea, & improui- *Martin. Schener in proœm. Vit. Ioannis Kalà.*
C sa morte innasus, exanimis prope Dei famuli Collem repentè in terram cecidit. Quefiere eius socij nonnullis naturalibus remedijs illum ad vitam reuocare, sed frustra; nam re vera è viuis excesserat. Duo tandem ex eius socijs petiere Sanctissimæ Trinitatis Oratorij Colonos pro illo sepeliendo. Hos cum vidisset Sanctus Anachoreta Kalà, ait illis. *Eamus ad mortuum vestrum filij, & suscitabit eum Dominus propter Patris sui erga pauperes pietatem.* Accessit itaque cum suis Contubernalibus ad demortui locum: vbi genuflexus, lacrymans orauit Deum pro eo, & deinde apprehensis illius manibus, inquit. *In nomine Domini, Syluester fili, surge, & ambula in pace.* Et surrexit, sicut dixerat, & ambulauit per rectas iusti- *Idem loc. cit.*
D tiæ vias. Quædam mulier, Liuia nuncupata, suum natum, secum in lecto cubantem, noctu oppresserat incautè. Non tantùm suam ignauiam, quam filij perditionem ingemiscens inconsolabiliter, exanimem Liuia puerum obtulit B. Patri Kalà, qui solo sanctæ Crucis signo in extincti fronte facto, eum reduxit ad vitam. Franciscum de Ascanio, qui fructus fortasse colle- *Martinus Schener supra cit.*
cturus peraltam arborem ascensus, inde in terram præceps decidens, è viuis excesserat. Anachoreta Sanctus, proximi dilectione compunctus, viuum restituit vxori suæ. Vincentium de Bono, qui flumen dum tranatare, ac eius rapiditatem superare totis viribus conabatur, raptus, & suffocatus interierat: oratione Dominica super eius cadauer, ad fluminis ri- *Idem ibidem.*
E pam repertum, recitata, reuocauit ad vitam. Martinus Schener, vnus ex Contubernalibus suis, vt diximus, meritis eius, ac præcibus vitã, quam amiserat, acquisiuit. Baculo tangens equum cuiusdam pauperis demortuum, viuum, & sanum misello lacrymanti Domino restituit. Cumque multa alia signa perpatrasset, sui transitus diem suis discipulis prænunciauit. Et in extremis in die à se prædicto positus, antequam obdormiret in Domino, Martino Schener vitæ suæ historiam contexendi in mandatis dedit, dicens. *Scribe quod fecimus Martine, nam erit tempus, in quo mirabilis Deus pro nostra memoria laudabitur. Eritque sanguinis nostri germen in senectute parentum, intercessione Beati Florum candidorum ertum habens, qui la-* *Angelus Primus in Vit. B. Ioan. Kalà. Mart. Schener loc. cit.* *Idem versus principium opusculi.*

 bores

Idem vers ſuſ finem. *bores ſcripturæ tuæ elucidabit omnino*. Præcipuè eidem à ſe ſcribenda, & A
cuſtodiēda præcepit hæc verba. *In tempore, quo me videbis rurſus Apollo, ſplendeſcet cœleſte ſydus ſtans in mōtibus ſanctis, quorū planta infidelia quaſſabunt, fulmina, eijciet tamen Armiger Iouis, ſui abitq; Ionias, & Eccleſia exterminiū in maius robur firmabitur.* Et ſubiunxit. *Poſtquā, Martine, Stella declinabit à montibus, Sol apparebit totum illuminans orbem, noſtraque terrea aliquantulum luceſcere faciet, donec Solis ſolium tenens Leo rugitu nominibus noſtris implebit orbem*. His dictis, manibus in modum Crucis ſupra pectus compoſitis, oculis in Cœlum directis, magnam illis lacrymarum copiā emittentibus, Pſalmum *Miſerere mei Deus,* quinquageſimum recitare incœpit. Et dicens ineffabili cum deuotione verſiculum, *Ne proijcias me à* B
facie tua: & Spiritum ſanctum tuum ne auferas à me: oculos claudens animam reddidit Creatori ſuo Dominicæ Natiuitatis anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto, ſuæ ætatis octogeſimo octauo, ſuæ vitæ eremiticæ anno ſexageſimo quarto, Pōtificatus Alexandri Papæ quarti anno primo, Guillelmo Romanis imperante. *Idem ibid.* Ex eius ſacro corpore ſtatim tanta, & talis ſuauiſſimi odoris fragrantia manauit, vt per ſexaginta circiter paſſus ſe extendens, ſenſibiliter ab omnibus ſentiretur. Sepultus fuit à ſuis Diſcipulis in eodem ſuo Oratorio, milliario vno à Caſtrouillarum Vrbe diſſito, prope Altare ſanctiſſimæ Trinitatis, Idibus Aprilis eiuſdem anni Domini 1255. Poſt mortem etiam prodigijs, & miraculis C
multis effulſit. Martino tandem, nocte quadam prope eius ſepulturam oranti, tanquam viuus apparuit, & dixit ei. *Idem ibid.* *Nunc ceſſabunt opera mea, donec ſapiens talis occurret, curans clara haberi veritas ſepulta, lucebitque vmbrarum nocturnarum argentum*. Cæterum non me latet, quid alij dicant de numero annorum ætatis huius Beatiſſimi Viri, argumento deſumpto ex quadam epitome ab eodem Martino ſcripta, & ſui Didaſcoli capiti ſuppoſita, quod ſcilicet anno Domini 1184. ſub Pontificatu Lucij Papæ tertij ortum habuerit, ad annum vſque ſeptuageſimum primum vitam traxerit, & in prædicto Dominicæ Natiuitatis anno 1255. vitam finierit. Sed ſciendum eſt, Martinum Schener, dictæ epitomes Auctorem, & præſentaneam tunc ſui Didaſcoli perditionem lacrymantem, eo in compendiolo D
ſcribendo, præ nimio mœrore, atque triſtitia, breuique temporis interuallo, non aduertiſſe, ſiue vt melius dicam, aduertere non potuiſſe ad verum, & rectum Magiſtri ſui natiuitatis annum, ac ætatis eius annorum numerum, & conſequenter erraſſe. Hncque errorem recognouiſſe, & retractaſſe in præcitato opere ſuo, Tifer tandem impreſſo anno Domini 1473. in quo omnia geſta Domini, & Magiſtri ſui ab anno Dom. 1191. in quo Eremitam induit, vſque ad annum 1255. in quo ad ſuperos euolauit, ab omni mœſtitia, mœroreque, atque triſtitia abſolutus, accuratè, & diligentiſſimè adnotauit, ac verſus finem, eiuſdem epitomes mentionem E
fecit in hæc formalia. *Foueam prope Altare noſtri Oratorij fecimus, corpuſq; ibi cōpoſuimus. Nomen, epitomeq; ſuæ vitæ in carta, quam mirabiliter inuiſibilis manus mihi porrexit, ſcripſi, atque ſubſcripſi, illamq; ſub capite ſuo in plumbea pallula incluſam ob futuram memoriam depoſitaui, &c.* Et ne in aliquo, quod ad rem faciat, mancus videar, hæc ipſiſſima ſunt dictæ epitomes verba.

In nomine Domini.

Anno Reparatæ ſalutis CIƆ CLXXXIV.

Sub Pontificatu Sanctiſſimi Patris Lucij Tertij, & Imperatoris inuictiſſimi Cæſaris Federici primi, ortus eſt Gandaui Beatus Ioannes Kalà, ex ſtirpe Brittanno-

A *tannorum Regum, & Imperatori prædicto affinitate coniunctus, qui prouecta ætate vnà cum Fratribus suis ad Siculum Regnum conquirendum fortiter dimicauit, & Arcem Castronillaris obtinuit; vbi maturis deinde in annis, Mundum contempsit, erecto ibidem, cum paucis contubernalibus humiliter Heremitico Cœnobio, miraculis, raptibus, ac cœlestibus visionibus claruit; spiritum habuit propheticum. Quamobrem non modo fœlicissimi Imperatoris Henrici VI. ditionem ampliauit in iuuentutis flore; sed Imperium orationibus firmauit, recedente ætate; vt testatur Abbas Florensis in eius epistolis, ad Imperatricem. Obijt tandem signis, & prodigijs clarus, ætatis eius anno LXXI. & Dominica Incarnationis CIↃCCLV. sepultus est in hoc suo Oratorio Idibus Aprilis.*

B *Frater Martinus Schener Contubernalis Patri dulcissimo mæstissimus posuit.*

Ad nostrum. Nos non alium auctorem, quam eumdem Martinum Schener, sed ab omni mœstitia, animique perturbatione, & offuscatione liberum, secuti, diximus, Beatum Ioannem Kalà in lucem editum anno Domini millesimo centesimo sexagesimo septimo. Siquidem Martinus, postquam descripsisset vitam, quam duxerat, & gesta, quæ fecerat Magister eius ab anno 1191. in quo vitam elegit eremiticam, vsque ad annum 1255. in quo è viuis excessit, in eodem supra citato opere, Tiser impresso, subiunxit, & ait. *Talem vitam post eius vocationem duxit noster Ioannes,* C *omnium Anachoretarum asperum viuendi modum, vt ità dicam, superans. Taliaque fuerunt ab Anno MCXCI. vsque ad annum MCCLV. successiuè facta. Postquam vero LXXXVIII. annum suæ ætatis expleuit, finem mortali vitæ dedit, vt æternam inciperet vitam.* Deducantur igitur modò à numero annorum Dominicæ Natiuitatis 1255. in quo Beatus Kalà obijt, vt Angelus Primus etiam astipulatur, anni octoginta octo ætatis eiusdem Beati Viri, quos vixisse tradit idem Martinus Schener citato in opere, accuratissimè composito, remanebit numerus annorum Christi 1167. in quo necessitate calculi coacti, asserere cogimur, Ioannem ex Iolantæ vtero in lucem editum, sub Pontificatu Alexandri Papæ tertij, nostri Cistercien-
D sis Ordinis, & Imperio Friderici primi, aliàs Ænobarbi; cuius primogenitus Henricus sextus, cum quo adoleuit, vt Lucius à Donato prodit, Ioannem Kalà biennio tantummodò superabat. Iterum si ex eodem numero annorum Domini 1255. in quo ad superos deuolauit, subtrahantur anni Domini 1191. in quo tandem prouecta ætate, vt eiusdem Martini in data epitome verbis vtar, ad Siculum Regnum conquirendum Calabriam deuentus, ex terreni Regis milite, Regum omnium Regis miles effectus, eremiticam vitam delegit, restabunt anni sexaginta quatuor, quos in Eremo asperrimè vixit, & in quibus tanta mirabilia fecit, quanta citato in opere Martinus ipse describit, & Angelus Primus in sua vita confirmat.
E Tandem si ex numero annorum Christi 1191. in quo Beatus Dei famulus Kalà Eremitam induit, detrahatur numerus annorum Domini 1167. in quo Gandaui ortus est, habebitur matura ætas, nempe annorum viginti quatuor, quos duxerat in sæculo, Henrico sexto assistens, & in quo strenuissimus Militum Dux existens, alia facinora fecerat, quæ idem Martinus Schener suo Oualdo fratri se descripturum pollicetur etiam in opere præcitato in hæc verba. *Oualde Frater hæc omnia, quæ scripsi, me vidisse, ac audiuisse fere, vt te rogaui. Scribam postea, quæ dum militia mundanæ Heros erat, facinora fecit.* Insuper ex eadem epitome patet bonis historiographis error Martini: siquidem omnes, quotquot extant, historiographi

graphi, ac annalistæ vno ore astipulantur, & Schener ipse affirmat ad Siculum Regnum conquirendum deuenisse Henricum sextum cum Vxore sua Constantia anno Domini 1191. vt nos latè supra diximus, ab anno autem 1184. in quo ortum Ioannem inquit Martinus in epitope, vsque ad annum prædictum 1191. prædicti aduentus sexti Henrici, non aliud intermediat annorum spatium, quam septem annorum; & consequenter eo anno 1191. Ioannes Kalà, vtpotè septennis, nedū non erat prouectæ ætatis, vt asserit in epitome Martinus, sed nec venire poterat cum suis Fratribus ad Siculum Regnum conquirendum, & multò minus pro Henrico sexto fortiter dimicare, & eius ditionem ampliare, vt notauit in data epitome Auctor. Patet igitur Martinum Schener in describendo anno ortus, & ætatis sui Magistri in dicta epitome incautè errasse; ex vno enim falso posito principio, inquit Philosophus, multa sequuntur absurda. In alio verò suo opere, inscripto. *Processus vitæ Ioannis* Kalà, *&c.* rectè, & diligentissimè omnia registrasse, & nos cum ipso.

CAP. LIX.

Ioannes Curatij Abbas, illius monita contemnens, grauiter punitur.

DEus vltionū Dominus pro famulo suo Ioanne Ioàchim Floris Abbate iustè, & condignè in Ioannem Curatij Abbatem vindicatus est. Hic Ioannes adhuc Monachus sub Magisterio Sancti Patris fuerat secundum Regulam Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti, & Constitutionum sacri Cisterciensis Ordinis; & sicut Pater vnicum amat filium, sic Ioachim hunc Ioannem diligebat. Curatij deinde idem effectus Abbas, quodam tempore accidit, vt à sui Didascoli instructione absisteret; vnde rebus pro condignis Ioachim ad suum dilectissimum Ioannem epistolas mittere necesse fuit. Quas admonitus ab admonente ægreferens, illis sua posteriora detersit, & postea epistolas in Monasterij necessaria communia deiecit. Dominus autem vindictarum, impatientis temerarium ausum digna vltione redarguit. Percussit equidem eundem Ioannem in posteriora, cuius opprobrij morbo, vt ipsemet fatebatur, vsque ad mortem laborauit; idque dignè perpeti fatebatur: malens cum rubore suum propalare peccatum; quàm tanti Patris merita occultari; & quem vt pium Patrem attendere recusauit, vt verberantem Magistrum fuit venerari coactus. Dignissimū monumentū nullo auro cōparabile reliquit subditis suis Abbas sanctus in expositione Apocal. ad id maximè conferens, quod eximium Religionum omnium iudicatur fundamentum, quod tale est; *Neque vera esse potest charitas subditi si careat radice humilitatis, nec esse aliud iudicatur huiuscemodi amor, quàm superba libertas. Non enim par est causa in subdito, & Prælato, in amico, & non amico: & ideò sufficit Prælato diligere subditum, non autem sufficit subdito amare Prælatum, non quasi maiorem, sed quasi comparem, & æqualem; quia talis amor non de virtute, sed quasi de natura procedit. Vnde & plerumque à maiore spernitur, & iusto indicio reprobatur. Virtus itaque amoris in subditis illa est, quæ flagellati præ amore, non murmurant, iniuriati iniurias non rependunt. Et hoc quare? Profectò quia cognoscunt*

Syllan. mirab. 15.

Ioachim Abb. in exposit. Apoc. part. 1. c. 3. text. 3. pag. 80. col. 2.

A *grescunt iudicium, & diligunt aequitatem, Est autem verum iudicium, esse seruum subditum Domino, & filium Patri suo, amare disciplinam, & agnoscere culpam*. Non curauit hæc ipsa seruare Ioannes Curatij Abbas, & ideò percussus in posteriora, agnouit Deum iratum, & dicentem, quæ Ioachim loco citato subiunxit. *Non tu seruus meus, & ego nec Deus tuus, pro eo quod non cognouisti tempus visitationis tuæ*.

CAP. LX.

B

Permagna aquarum inundatio Viri Dei Ioachim concione sedatur.

Hoc præ cæteris admirandum de Viro Dei Ioachim vltra non est reticendum. Cum die quadam seruum Dei Ioachim, Petro, & Bonacio Monachis comitantibus, Longobuccum, Oppidum argenti vena, & hominum acumine memorandum, versus Mare Adriaticum in Calabria, conficiendorum gratia calicum (effodiebatur enim tunc in illa Terra argenti fodina) pro Aqueuiuæ sui Florensis Ordinis Monasterio, deuenire contigeret, die qua peruentum est illuc, ità Cœli cataractæ C apertæ sunt, ingenti aquarum inundatione subsequente, vt nulli de Oppidanis è Terra illa egredi concederetur. Neq; in hoc tantùm firmatum est. Per septem namque dies inundatio aquarum ità præualuit, vt in ipsa Terra tres domus diruerentur, in quarum vna, veluti filij Iob, septem homines demersi, & in flumine personæ decem, & octo necatæ sint. Hinc omnes proximam, ac euidentem necem expectantes, pariter ad humilem Dei famulum confugiebant, & ex pectoris imo confitentes peccata sua dolentes, misericordiam expostulabant. Seruus autem Dei Ioachim, vt eorum contritio fructuosiùs, ac magis augeretur, eos quodammodo recipere dissimulabat. Septimo tandē die de inextinguibili Dei pietate confi- D dens, consequente eum omni populo ad Ecclesiam fuit deuentum, in qua Sanctus Abbas ad eundem populum concionem habens, acriter, & durè illorū non commemorāda crimina incusans, timorem pariter, & dolorem in ossibus incutiebat eorum. Promittentibus verò eis de cætero emendationem etiam iuramento vallandam, vt non tantùm de criminibus non patrandis; sed neque ad loca facinorosa accederent, immo vitia pullulantia inter illos præ viribus extirparent. Factum est adhuc concione durante, vt quidam ab Ecclesia egrediens, diem clarescentem aspiceret, & tenebras pluuiarum serenitate adueniente desistere; vnde præ gaudio exclamare auditus est. *Ecce Dies clarescit, Ecce dies clarescit*. Et ità intran- E do clamans, fecit Ecclesiam personare. Abbas denique, prædicatione completa, hymnum intonuit, *Veni Creator Spiritus*. Quo Clericis subsequentibus persoluto, septem Collectas pro gratiarum actione decantauit Altissimo. Exeuntes ergo diem serenum sole irradiente potiri meruerunt. Cæterum decurrentibus adhuc aquarum inundationibus, die illa Sanctus Abbas, & Comites eius illinc abire non valuerunt; eoq; magis, quia viæ iam omnes aquarum impetu dissipatæ erant, atque abruptæ. Pusilli etiam ex altera parte cum magnis, senes, cum iunioribus, timentes ne inundatio rediret, vt cum eis, Dei amore, aliquot dies manere dignaretur, non desistebant supplicare. At Ioachim Dei misericordia certus, tutos

Gabriel Barrius de antiq. & sit. Calab. lib. 5.

Syllan. admirab. 9.

tutos permansuros illos affirmauit. Et sic die octauo ab inundationis initio innumeris prætereuntibus, & viam præparantibus, deuentum est ad Monasterium Floris cum actione gratiarum. A

CAP. LXI.

Intellectus illuminationem cuidam Religioso mirabiliter impetrat.

Non tantùm Dominus Deus, à quo bona cuncta procedunt, in elementis, & hominum corporibus per humilem seruum suum Ioannem Ioachim mira operari dignatus est; verum etiam in animarum potentijs: quemadmodum factum est in Religioso ætate grandeuo, moribus, & vita venerando Beatissimum virum pro Floris Monasterij rebus ab illo egressum comitante. Hic in itinere & animo, & vultu mœstus cernebatur, ac tristis. Cui B.Ioachim inquit. *Frater quare sic tristis incedis?* At ille. *Psalteriolum oblitus sum, & psalmos memoriter nescio.* (Tum nouitate conuersionis, tum etiam ætate longinqua, multoties memoria hebetante, de omnium consensu Psalteriolum penes se detinebat, cum cæteri Psalteriolum totum memoriæ mandabant, more Ordinis, ante professionem.) Et adiunxit. *Te in officio persoluendo, & in matutinis vigilijs adiuare nequibo.* Et Pater Sanctus ait. *Esto hilari fronte, corde, & animo, nam Dominus prouidebit.* Sed quid dicam? Per merita, & intercessionem Beati Ioachim ita frater ille cum Dei viro Psalmos, atque officium memoriter recitauit, vt nunquam in ipso codice aliàs se persoluisse recoleret. Ita deuotus, & gaudens cogitabat, qualiter manus Domini erat cum illo; & demum astando, tremens, tanto Viro, & Deo gratias retulit. Qui Dominus cum sit lumen indeficiens, illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundum, lumen eidem intellectus præstitit, & memoriam eius ad sui laudem, & gloriam roborauit. Vnde de cætero intellectu illustratus, memoria roboratus, voluntate inflammatus, propensius opus Dei explēs, in diuinis laudibus perseuerauit vsque in finem.

Idem citatus Auctor admirab. 10.

B C D

CAP. LXII.

Opera à seruo Dei Ioanne Ioachim Abbate composita enumerantur.

His enarratis, & ad finē instituti operis inclinātibus nobis, opera sub tanto meditationis æstu à Dei Viro Ioachim composita, maioris causæ scientiæ enumeranda, nominandaque fore putamus, vt quisque possit in dubijs ad illa habere recursum, quinimmò & Auctoris supernaturalem intelligentiæ, & prophetiæ spiritum ādmirari, & quanta eum Dominus gratia in suis benedictionibus præuenerit, aduertere, ac diuinam eius in componendo elegantiam perscrutari. Verum vnum valdè notabile viros probos, ac integros nullatenus latere discupio. Et est, quod nostro hoc etiam sæculo, adeò quorundam temeritas præualuit, vt sicut sunt litteris leniter tincti, sic Mundo quædam curiosa dispensent. Quidam enim E

A enim aliqua à se conficta, sub nomine nostri magni Prophetæ Ioachim Abbatis imprimenda student. Et alij quædam in Dei famuli operibus cõtenta, sub signorum, figuratum, characterumque inuolucris excusa hominibus exhibent: & sic propriam dementiam isti nugiuenduli sub Abbatis Florensis nomine opponunt aliorum obtutibus. Quod peroptimè, more suo, aduertit, insinuauitque Antonius Posseuinus in suo Apparatu sacro scribens de nostro Beatissimo Viro. *Cæterum*, inquit Posseuinus, *Quidquid huius rei sit, illud constat, & plures mendaciter eius dicta fuisse interpretatos, quin & Lutheranos ad propugnandos errores suos ea detorsisse: alios autem ad carpendum Pontificum Maximorum vitam auertisse, ac licet specie*
B *quadam de his honorificè locutos fuisse; iconesque cum Ioachim verbis edidisse, fallaciter tamen, atque dolosè virus, quod latebat in eorum cordibus euomisse.* Et hinc est, vt quidam veræ huius assertionis ignari, Magnum, Diuinumque Prophetam Ioachim, tanquam Pseudoprophetam, & vaticinandi arte callidum, insectantur: immo quod peius est, omnia eius opera: iam in Lateranensi examinata Concilio sub Innocentio tertio, & per Ecclesiam approbata, eo libello tantùm excepto, vt tradunt Pisanus, & alij, qui ab ipso editus dicitur contra Magistrum sententiarum Petrum Lombardum, de quo infra, damnata, vel expurganda impiè, & temerè dicunt. At veh Domini nostri sentient, dicentis. *Veh vobis dicentibus bonum malum, &*
C *malum bonum; ponentibus tenebras lucem, & lucem tenebras, amarum in dulce, & dulce in amarum.* Opera itaque Magni, diuinique Prophetæ B. Ioannis Ioachim Abbatis Florensis per Ecclesiam approbata, ac proinde Venetijs apud Lazarum de Soardis, Bernardinum Benalium, Franciscum Bindonum, Maffeum Pasinum, Simeonem de Luere, nec non Coloniæ apud Ludouicum Alectorium, & Ferrariæ apud Victorinum Baldinium pluries, & pluries impressa, de quibus lege Posseuinum loco citato, ista sunt.

Opus Concordiæ noui, & veteris testamenti. In quinque libros diuisum.

Expositio Apocalypsis. Exhortantibus Lucio tertio, Vrbano tertio, &
D Clemente tertio Romanis Pontificibus.

Psalterium decem cordarum. Tribus libris distinctum, in quibus agit.

De contemplatione Sanctissimæ Trinitatis.

De numero Psalmorum, & de perfectione, vel significatione ipsius numeri.

De tribus generalibus Ordinibus electorum, & quod ad eos pertineant quindecim gradus, & numerus centum quinquaginta Psalmorum.

Quare non singulis trium Ordinum adscribitur singulus denarius; sed potius primo denarius, secundo vicenarius, tertio tricenarius.

Quod ordo Laicorum assimilandus sit Pueris, Clericorum Iuuenibus, & Monachorum Senibus.

E *De similitudine trium Ordinum, & de perfectione numeri suprascripti, seu etiam de quinario, & septenario numero.*

Quod secundum perfectionem numeri supradicti ædificata sit cœlestis Hierusalem.

Quare quinquies repetatur mysterium Trinitatis.

De proprietatibus donorum, quæ collata sunt ad aliquid singulis ordinibus.

De illis Laicis, seu Clericis, qui non habent voluntatem relinquendi omnia, & sequi Christum.

De differentia meritorum.

Quod ea, quæ dicta sunt de tribus Ordinibus in Leuitico mysticè designantur.

Ant. Posseuin. in suo Apparat. sac. littera IO.

Barthol. Pisanus in Conformit. Vitæ S. Francisci ad vit. Ies. Christi par. 2. 1. fructus, & conformitatis. Trithem. de viris Illustrib. Ordin. Sancti Benedicti lib. 1. c. 1117. Frater Franciscus Longus Capuccinus à Coriolano in Compendio de Concilijs generalib. vbi de Concilio Lateranensi 4. pag. 259. Ægidius Roman. in capite Damnamus. de Summa Trinit. & fid. Cat. p. 2. in fin. Dominicus Thuscus Card. tom. 1. litt. A. concl. 3. n. 24. Augustinus Triumphus, aliàs de Ancona de Potestate Ecclesiast. qu. 10. art. 5. Blasius Viegas in Apocalypsis c. 3. sect. 3. Augustinus Barbosa in Collectanea Doctorum in lib. 1. Decretalium de Summa Trinit. & Fide Catholica tit. 1. cap. 2. Damnamus. & alij, qui Dei Viri Ioach. Abbatis scripta sequuntur, aut citant, & hi sunt in magno numero quos longum nimis, ac molestum esset recensere.

 Quod

Quid differat inter eos, qui conuertuntur à pueritia ad seruitium Dei, & eos qui differunt vsque ad senectutem. A

De Canticis graduum qualiter pertineant ad Ordines Electorum.

Quod Ordo ipse Monachorum, qui & corde, & opere relinquit sæculum, vt sequatur Christum in tribus speciebus consistat.

Item de tribus Ordinibus sæpè scriptis.

De tribus exercitijs, quorum singulum pertinet ad singulum trium Ordinum.

Quod tantæ perfectionis sit quindenarius numerus, vt sub ipso contineatur omnis perfectio mysteriorum Dei. Et quod idem numerus in ternarium, quinarium, & septenarium distinguatur, & quod ipse sit causa tantæ perfectionis.

De Mysterio Trinitatis. B

De quinque relationibus Personarum.

De differentia quinque temporum.

Quibus modis dicantur ad se Personæ Deitatis, siue singulæ, siue duæ pariter, siue tres simul.

De plenitudine intelligentiarum, quæ in numero ternario, quinario, & septenario continentur.

De decem intelligentijs, quæ pertinent ad decem corda Psalterij.

De Tropologica intelligentia.

De Contemplatiua.

De Anagogica. C

De septem speciebus intelligentiæ typicæ.

De quindecim, & quindecim Viris segregatis in mysterium sæpe scriptum, & de duodecim intellectibus, qui procedunt de trino fonte litteræ.

De significatione Sarræ, Rebeccæ, & Rachelis.

De centum quinquaginta proportionibus spiritualium intelligentiarum.

De septem intellectibus spiritualibus.

Quod secundum mysterium Psalterij dinumerandæ, & assignandæ sint generationes sæculorum.

Et *de Institutione Psallentium.*

Interpretatio in Ieremiam Prophetam. Ad præces Henrici sexti Imperatoris, nec non D

In Erytream, & Merlinum. Eodem Henrico instante.

De oneribus sexti temporis.

Super Isaiam, Naum, Abacuch, Zachariam, & Malachiam Prophetas.

In Danielem Prophetam. Liber vnus.

Ad Henricum sextum. Liber alter.

In reuelationem Sancti Cyrilli Presbyteri, & Eremitæ in Carmelo monte. Ipso requirente.

Contra Iudæos, & alios sanctæ Fidei aduersarios.

Liber de Flore, siue de summis Pontificibus. E

Volumen egregium sententiarum.

In Euangelium Ioannis. Liber vnus.

Liber de Consolatione.

Liber Epistolarum ad Constantiam Imperatricem, & ad diuersos alios.

Hymnus de Patria Cœlesti. Et incipit. *O fœlix Regnum Patriæ supernæ.* Estque impressus in fine Psalterij decem cordarum.

Carmina de gloria Paradisi. Et incipiunt. *Visionem admirandæ ordiar historiæ.* Suntque impressa in fine eiusdem Psalterij decem cordarum.

Liber Apologeticus ad Innocentium Papam.

De

A *De quindecim Pontificibus.*
In Bibliotheca Vaticana ad primum ingressum Aulæ. VZ. 125. eidem Abbati Ioachim hæc pariter adscribuntur.
Ioachim de Vita solitaria.
Item eiusdem de vita solitaria.
De virtutibus.
Super Regula Sancti Benedicti.
De vltimis tribulationibus.
De Articulis fidei.

Multa alia opera, & opuscula descripsit, quæ aut interijsse suspican- B tur, aut eorum partem iudicamus extare in prænominatis libris. Puta de septem sigillis in Expositione super Apocalypsim Ioannis, & alijs. Cæterum libellus contra Petrum Lombardum hic non memoratur, licèt fortasse in assertis in eo Dei famulus Ioachim culpa caruerit, vt infra dicetur. *Infra cap. 67.*

CAP. LXIII.

Sua scripta deprauanda fore descripsit.

C HVmillimus Dei seruus Ioannes Florensis Abbas; quia in suo præuiderat prophetico spiritu, quæ post eius mortem contra ea, quæ ipse catholicè senserat, & scripserat, erant euentura; ad magis, ac magis catholicum, & diuini verbi præconem fuisse fidelissimum se declarandum, & ne veri defensores aliquem in errorem delaberentur, singula prædicendo, sicut istis pro veræ doctrinæ suæ discretione heraclium lapidem, sic contra futuros veritatis suæ subuersores, ac deprauatores propriam impietatem obiecit in hæc verba. *Cæterum* (inquit Ioachim in fine Apocalypsis) *si in aliquibus locis aliqua minus habent, ac per hoc tra-* D *hi possunt ab æmulis ad illicitum intellectum, quærat diligenter defensor veri in alijs locis opusculorum nostrorum, & inueniet sufficienter in alio loco lucidum, quod in alio forte loco fecit breuitas tenebrosum. Si enim non defuerunt viri iniqui, qui deprauarent, teste Petro, epistolas Pauli, & si Iamnes, & Mambres, homines impij, restiterunt Moysi; quanto magis necesse est, vt compleatur id, quod futurum esse testatur Apostolus de subuersoribus veritatis, maximè cum videamus instare tempora illa periculosa, in quibus hæc ipsa, & multa alia futura esse præscripsit? Verum in omnibus his fiduciam bonam habemus ad Deum, scientes, quod sicut verum est, quod prædixit de impugnatione veritatis, ità verum esse necesse est id, quod subiunxit: Sed vltra non* E *proficient: insipientia enim eorum nota erit omnibus, sicut & illorum fuit.* Hactenus Ioachim loco citato. Admodum notanda sunt verba illa: *Quærat diligenter defensor veri in alijs locis opusculorum nostrorum.* Nam & si Beatus Abbas Ioachim post Concordiæ opus, à se, vt diximus, Apostolico culmini præsentatum, dictam Apocalypsis expositionem perfecerit, nihilominus tamen antequam hanc absoluisset, alia etiam opuscula ipse perfecerat, Psalterium decem cordarum præsertim: & proindè verba illa, *Opusculorum nostrorum*, ad alia sua opuscula se extendunt, præcipuè verò ad Psalterium decem cordarum, tanquam illud, quod post Concordiæ, & Apocalypsis expositionem, ab ipso immediatè fuit incœp-

S. Paul. epist. 2. ad Timoth. cap. 3. n. 8. Exod. c. 7. nu. 11. & 22. & cap. 8. num. 7.

tum, vt ex eiusdem ad Psalterium Præfatione, quam ad verbum dabi- A
mus infra. Alioqui ly, *opusculorum nostrorum*, ad solum Concordiæ opus,
Infra cap. 67. ante prædictam Apocalypsis Expositionem compositum, referri non
posset, cum verba prædicta, *opusculorum nostrorum*, operum, siue opu-
sculorum à se iam compositorum pluralitatem importent, connotētque,
quod in vno tantùm opere saluari nequit, vt est notum lumine naturæ.
Itaque dicendum, post aliorum opusculorum compositionem in fine di-
ctæ Expositionis fuisse adiecta à Dei viro verba prædicta. Quodque etiā
patet alijs ex verbis eodem loco citato Apocalypsis à Sancto Abbate
positis, & à nobis capite sequenti adducendis. Nec video cur ad om-
nia alia sua opuscula extendi nequeant: cum eiusdem sancti viri mos fue- B
rit, quædam essentialia, & scitu dignissima persæpe repetere, & sub ijs-
dem, aut similibus verbis in cæteris suis operibus apponere, de quo ali-
Infra eodē nuper cit. cap. quanto latiùs infra; & prout etiam, vt modo retulimus, ipsemet suorum
operum lectorem, & veri defensorem aduertit, dicens in fine suæ Apo-
calypsis. *Cæterum si in aliquibus locis aliqua minus habent, ac per hoc trahi possunt ab æmulis ad illicitum intellectum, quærat diligenter defensor veri in alijs locis opusculorum nostrorum, & inueniet sufficienter in alio loco lucidum, quod in alio forte loco fecit breuitas tenebrosum.* &c. Arrige aures quæso
Lector deuotissime ad prædicta Dei famuli verba, & illa, ac si pro testa-
mento in tuo pectore serua. In dubijs claritatem inter eius folia percō- C
tari memento, & iuxtà suam promissionem inuenies clarum, & apertum,
Antonius Possetinus in Apparatu sacro littera IO. quod primò tibi videbatur obscurum, & clausum. Multi namque ani-
maduersionis huius ignari in Sanctum Dei aperuerunt os suum. Et non
pauci non valentes penetrare aliquorum dictorum eius profunditatem,
ad illicitum intellectum traxerunt illa, & deprauauerunt, falsificauerunt-
que catholicum, verum, & fidelem scripturæ suæ sensum, vt talium igna-
uorum, ac impiorum pariter libri testantur, & Hæreticorum præcipuè,
quorum perfidia, & mos est, sanctis tribuere, quæ nec somniauerunt, &
si quæ senserunt in Auctorem eleuare, vt sic per delusiones, fallacias, at-
que præstigia, vt rectè sentire videantur, insipientes fallant; & tandem D
per rimas duriorum verborum, vel non rectarum sententiarum aliqua-
rum, totum opus infament cum Auctore, vt totum diruant, atque pro-
sternent. De his elegantissimè Sanctus Vincentius Lerinensis. *Captant*
S. Vincent. Lerinen libro contra prophanas vocum nouitates cap. 10. (inquit) *Hæretici plerumque veteris cuiuspiam Viri scripta paulò inuolutius edita, quæ pro ipsa sui obscuritate dogmati suo quasi congruant, vt illud nescio quid, quodcunque proferunt, neque primi, neque soli sentire videantur. Quorum ego nequitiam duplici odio dignam iudico, vel eo quod hæresum venena propinare alijs non pertimescunt; vel eo etiam, quod sancti cuiusque viri memoriam, tanquam sopitos iam cineres, prophana manu ventilant; & quæ silentio sepelire oportebat, rediuiua opinione diffamant; sequentes omninò vesti-* E
gia auctoris sui Cham, qui nuditatem venerandi Noe non modò cooperire neglexit: verum quoque irridendam cæteris enunciauit. Vnde tantam læsæ pietatis meruit offensam, vt etiam posteri ipsi peccati sui maledictis obligarentur; beatis illis fratribus longe dissimilibus, qui nuditatem ipsam Reuerendi Patris, neque suis temerare oculis, neque alienis patere voluerunt, sed auersi, vt scribitur, texerunt eum; atque idcircò beata in posteros benedictione donati sunt.
Anacletus Papa epistola 7. Ad idem propositum collimauit Anacletus Papa, dicens. *Sententia quoque Cham filij Noe damnantur, qui suorum Pastorum, vel Doctorum nęuos prodiunt, seu Cham quia Patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit.*

A *frauit*. Et Clemens item Papa. *Si Cham, inquit, Filius Noe vidisset nudum Patrem suum, quoniam non operuit Patris corporalis nuditatẽ, sed egressus nunciauit eam fratribus, & illi vestimento eum cooperuerunt; ipse quidem Cham, & hy, qui ex eo nati sunt, sub maledicto facti sunt: qui autem cooperuerunt, benedictionem meruerunt, multò magis maiore, & ampliore condemnatione digni sunt, qui Patribus obuiare, aut contra eos insurgere nituntur, aut iniuriam, aut contumeliam eis inferre moliuntur, quoniam qui eis resistit, Deo resistit, &c.* *Clemens Papa epistola 1.*

B

CAP. LXIV.

Suæ Conscientię consulit.

ET si Beatus Ioannes Ioachim noster suis in scriptis nihil habere in conscientia cognosceret, vt ipse testatur in verbis mox adducendis, formidans tamen se aliter scripsisse, quàm Deus illi inspirauerat; in nullo enim errare facultatem hominis excedit, vt demonstrat Sanctus Augustinus, quinimmo diuina etiam prouidentia aliquos neuos, & lapsus permittit ad humiliationem, cum errantes admoniti sententiam corrigunt, exemplo Petri Apostolorum Principis, qui Pauli correctionem humiliter admisit. Certè Sanctus fuit, qui Anabaptismum Hæreticorum asseruit. Sanctus etiam, qui gloriam Animæ Beatis distulit vsque in diem iudicij, & multa alia exempla, & paradigmata in aliquorum Sanctorum opusculis legimus. Quod etiam fit diuina disponente prouidentia, vt sola Ecclesia infallibilis regula dignoscatur. Ideò antequam ex hac vita migraret, tanquam fidelissimus Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ deditus, propriæ conscientiæ cõsulendo, se, & sua opuscula omnia sacrosanctæ Apostolicæ Sedis correctioni submisit, & fidei confessionem descripsit. Et quidem in fine Expositionis super Apocalypsim sic. *S. Augustinus epist. 7. & epist. 48.*

C

D *Sed & nos referamus ei gratias, qui nos, decursis tantis pelagis, perduxit ad portum: orantes, vt si in aliquibus locis aliter locuti sumus, quàm ipse voluit, præstet indulgentiam delinquenti, qui scit, quod timor eius, & amor coegit me præsumere, quod præsumpsi: ne quando diceretur mihi ab ipso, qui dicturus est seruo malo, & pigro, qui abscondit pecuniam, quam accepit. Serue male, & piger, sciebas, quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi; oportuit ergo te committere pecuniam meam nummularijs, vt & ego veniens, recepissem vtique quod meum est cum vsuris. Super quo obsecro vos ô Fideles, vt sicut ego pro vestra salute laborem tanti operis assumpsi, cupiens dare vobis significationem, vt fugiatis à facie arcus; ità & vos mihi manũ porrigatis, quatenus si in hoc ipso, aut in alijs opusculis meis, in aliquibus erraui sicut homo, quod licèt non habeam in conscientia, tamen nec abnuo, nec excuso, ipse, qui bonus est, indulgeat clementia sua, sciens ipse humilitatem meam; quod si est, qui piè corrigat, dum adiuuo, paratus sum suscipere correptionem, imitans humiliter eum, qui dixit: Corripiet me iustus in misericordia, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Quod si me celer vocatio Domini subtraxerit ex hac luce, Romana Ecclesia, cui datum est vniuersale magisterium, & cuius mandato, & licentia scripsi hæc, in præsentia culminis sui iubeat præsentari, & si eis, quæ digna sunt, authoritatem iubeat, & si qua tamen indigna esse perspexerit, dignetur obsecro emendare. Si enim ille summus Apostolus*

E

stolus attulit scripta sua ad antecessores suos Apostolos, ne fortè in vanum curreret, aut cucurrisset, quanto magis ego, qui nihil sum, nolo esse Index mei ipsius, sed magis Summus Pontifex, qui iudicat omnes, & ipse à nemine iudicatur? Caterum si in aliquibus locis. Et cætera in capite præcedenti relata. Fidei verò eius confessio est tenoris sequentis. A

Præfixa legitur in B. Abb. Floren. operib. & refertur à Nicolao Eymerico in Directorio Inquisit. & ab alijs.

Vniuersis, quibus litteræ istæ ostensæ fuerint, Frater Ioachim dictus Abbas de Flore æternam in Domino salutem. Sicut ex litteris Domini Papæ quondam Clementis, quæ apud nos sunt, percipi potest, ex mandato Domini Papæ Lucij, & Domini Papæ Vrbani, visus sum aliqua scriptitasse, & hucusque, & quod occurret ad gloriam Dei, & vtilitatem legentium scriptitare non desino: denique librum Concordiæ quinque voluminibus incisum, expositionem Apocalypsis octo partium titulis insignitam, Psalterium decem cordarum tribus voluminibus cõprehensum, prout Deus inspirauit, & facultas adfuit ingenij ad consumationem perduxi, præter alia, quæ in paruis libellis, seu contra Iudæos, seu contra Catholicæ fidei Aduersarios comprehendi, & si aliud, dum sum in hoc corpore posse datur ad ædificationem fidelium Christi, & maximè Monachorum dare operam non postpono. Quia verò præ angustia temporum non potui hucusque opuscula ipsa, præter librum Concordiæ Apostolico arbitrio præsentare, vt ab eo corrigerentur, si qua ibi, quod non abnuo, & si mihi conscius non sum, occurrerit corrigenda, & incertus est homini numerus dierum suorum. Si me contigerit prius egredi ex hac luce, quàm ea possim, secundum quod accepi in mandatis, siquidem ea conditione suscepi dictanda, vt omnes quidem libros ei, cui datum est omnimodè magisterium præsentarem. Rogo ex parte Dei Omnipotentis Coabbates meos, & Priores, & cæteros Fratres metuentes Deum, & ea, quæ posse videtur, authoritate præcipio, quatenus præsens scriptum, aut exemplar habentes secum, ac si pro testamento, opuscula, quæ hactenus confecisse videntur, & si quid de nouo vsque ad diem obitus mei contigerit scriptitare, quàm citius potuerint, collecta omnia, relictis in salua custodia exemplaribus, Apostolico examini repræsentent, recipientes ab eadem sede vice mea correctionem, & exponentes ei meam circa ipsã deuotionem, & fidem, & quod ea semper paratus sim, quæ ipsa statuit, vel statuerit, obseruare. Nullamque meam opinionem contra eius defendere sanctam fidem. Credens ad integrum, quæ ipsa credit, & tàm in moribus, quàm in doctrina eius suscipiens correctionem, abijciens quos ipsa abijcit, & suscipiens quos suscipit ipsa; credensque firmiter non posse portas inferi præualere aduersus eam, & si ad horam turbari, & procellis agitari contingat, nõ deficere fidem eius vsq; ad consummationem sæculi. Hoc scriptum feci ego Ioachim Abbas, & propria manu roboraui anno Dominicæ *Incarnationis millesimo, ducentesimo, & sic me tenere confiteor, sicut in eo continetur.* B C D

Ego Frater Ioachim Abbas Floris.

CAP. LXV. E

Quid de ineffabili Sanctissimæ Trinitatis Mysterio senserit.

HOc in puncto cautiùs est agendum, tùm præ rei dignitate, tum pro veræ Auctoris sententiæ ambiguitate. Duas siquidem opiniones inter se oppositas scripsisse reperio, quarum vna fidelissima, & Catholica; altera verò hæretica, & damnata. Hæc continetur in cap. *Damnamus.* de

Summa

A Summa Trinitate, & Fide Catholica, desumpta ex libello, quem edidisse
dicitur contra Magistrum Petrum Lombardum. Illa autem registrata
reperitur in omnibus ferè suis opusculis, præsertim in expositione Apo-
calypsis par. 1. cap. 1. text. 11. explicans verba illa. *Ego sum Alpha, &
Omega*. Sed latiùs, clariùs, diffusiùsque in Psalterio decem cordarum,
quod opus ipse Abbas Sanctissimæ Trinitati dicauit. Hoc in capite Ca-
tholicam, & fidelem; in sequenti verò hæreticam referemus; & inferius
sub sanctæ Matris Ecclesiæ correctione, pro Sancti Viri nostri defentione,
aliqua fundamenta proponemus, vt inde cuiusnam sententiæ fuerit re-
ctè dijudicari valeat. Ait itaque Sanctus Abbas in Psalterio decem cor-
B darum dist. 1. inter cætera notatu dignissima verba hæc.

*Quis est enim Catholicorum omnium, nisi frustra sibi nomen Orthodoxum
ascribat? Qui hoc die, noctuque non clamet? Qui Deum omnipotentem non
vnum confiteatur, & trinum? Omnes hoc vna voce, vna confessione fatentur.
Est enim Deus vnus sine confusione personarum, trinus in personis, sine diuisione
substantiæ. Semper est id, quod est: nec vnquam potest esse nisi trinus, & vnus.
Non potest immutari: non potest diuidi: non pati: non minui: non augeri: sed
sicut scriptum est. Apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obum-
bratio. Non maior est in tribus personis, quàm in singulis: quia nec maior po-
tentia: sapientia: charitas esse potest: qua potest: sapit: & amat Filius: nec
C maior qua potest: sapit, & amat Spiritus Sanctus. Hæc substantia, quæ Deus
est: vna est: & summè vna, & supra quam dici possit simplex est: & vna na-
tura. Nec negamus Trinitatem in vnius confessione substantiæ: sed partium
scissiones: quas carnalis sibi fingit intellectus horremus. Veracissime enim tres
personas hoc vnū, & hoc vnū tres personas pie, ac fideliter confitemur: Patrem à
nullo: Filium à Patre: ab vtroq; Paraclitū. Nasci solū Filium à solo Patre: Spi-
ritum vero Sanctū ab vtroq; procedere. Tres itaq; vnum sunt: & vnū tres: non
diuisi natura: vt terra, aqua, & ignis: nō personarū disiunctione: vt tres homines
eiusdē naturæ: non situ locorū, vt stagnum, & fluuius deriuatus ab ipso: sed nec
omninò, vt omnia, quæ creata sunt: quia non potest opus opifici: aut factura coæ-
D quari factori suo: nec potest figmentum in eum, qui se finxit, operatione substol-
li. Quia tamen inuisibilia eius, quæ exuperant omnem sensum: non potest in-
firmitas captiuitatis nostræ, nisi per res visibiles contemplari, studeat saltem
seipsum homo: cum de illa maiestate loqui cupit: ad creaturas nobiliores con-
templandas extendere, vt est in rebus visibilibus lux: & in inuisibilibus pro-
pria, quæ hoc cogitat, anima, & si seipsum homo cōprehendere potest: inueniet
in seipso similitudinem Dei. Si etiam semetipsum comprehendere nequit: stu-
deat incunctanter credere spiritualibus viris, quibus datus est Spiritus scrutans
omnia, & etiam profunda Dei, & suam imprudentiam ab hac temeritate com-
pescat. Iniquum est enim incircumscriptum lumen corruptibilibus coæquare
E corporibus: quibus stultum est vel animam, aut Angelum comparare: & satis
est infidelis, & improbus, qui seipsum discutere nesciens, Deum, qui supra se est:
(sicut verè est) comprehendere se posse ratione confidit. Non igitur diuinam
substantiam, aut vnum Deum: quem trinum esse audis: sic in tres personas di-
uisam putes: vt tria diuisa arbitreris, sicut oliua, mirtum, & palmam: quæ di-
uersæ sunt natura, & genere: sed nec vt tres oliuas, quæ vnius sunt naturæ: sed
tamen corporum proprietate disiunctæ: neque vt tres ramos vni radici infixos:
vt substantiam radicem, & tres ramos hipostases arbitreris, iuxta aliquorum
perfidiam: quod est inducere quaternitatem: sed si coactis aliqua necessitate: fi-
gura visibilis accipienda est, saltem quod nobilius est in rebus ratione carentibus.*

Lucem

Lucem istam accipiamus, quam constat illius vera lucis habere qualemcunque A
imaginem: qua non tam oculos exteriores reproborum hominum, quam corda illuminat electorum, & ex qua manat semper illa lux, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: & procedit ille calor, qui viuificat omnia. Siquidem ex luce illa, qua vocatur Sol, & radius indesinenter nascitur, & calor indefessè procedit: qui etiam sic ad terram perueniunt: vt ex fonte, quo prodeunt, non recedant: haud dubium, quod in typo Filij, qui nos illuminare descendit, non recedens ab eo, qui se miserat Pater: & in typo Spiritus Sancti, qui cũ eo nobis pariter donatus est, vt nemo gelu pellens desidit, sua nos igne charitatis accendere ad amandum: quatenus & in luce, qua Christus est, videamus quid sit agendum: & in calore Spiritus Sancti operari valeamus, quod nescimus. B
Habes ergo in vno Sole mysterium Trinitatis, habes multo melius, quàm in corporibus tribus: & tamen à puritate illa, quam Creator solus ostendit, cum dicit. Pater in me est, & ego in Patre, & qui diligit me: sermonem meum seruat: & Pater meus diliget eum: & ad eum veniemus: & mansionem apud eum faciemus: amplius longe es, quàm ortus distet ab Occidente: quia Sol eum suo radio venire nequit: venit autem Pater cum Filio: haud dubium quod in Spiritu Sãcto. Non enim potest vbilibet esse sine Filio Pater, aut quoquam sine Patre nec Filius, aut Spiritus Sanctus: quia vbique Pater est, vbique Spiritus Sanctus: & totus in Patre Filius est, & in Filio Pater: totus in vtroque Spiritus Sanctus: & in eo Pater, & Filius, quia vnum sunt. Vnde & simpliciter esse dicitur C
vnus: qui est veraciter trinus Deus: quia sic sunt veraciter tres personæ, vt alia sit in alijs: & nulla vnquam ab alijs queat esse diuisa. Quia si radius, & calor Solis sic veraciter duo sunt: vt tamen nullo possint ratione partiri; quanta cæcitatis est, non posse credere trinum Deum, nisi vnitatis veritas elongetur in fide? Inter calorem, & splendorem scissionem facere nequis: & tamen eos non dubitas esse duos, & diuinam vis substantiam scindere, vt trinum Deum credere possis? Item quod his nequius est: nescio qua tria præter substantiam noua adinuentio assignare præsumpsit: vt in altero vnitas: in altero Trinitas demonstretur: quasi cum substantiam illam igneam, qua in Cælo est: & radium, qui ex ea nascitur: & calorem vnum Solem esse dicimus: quartum aliquod Solis nomine assignamus: & non potius hoc dicentes scissionem fugimus illorum: D
tamen, & vnitatem in qua manent indiuisè monstramus. Quid enim vidisti in Sole nisi illa tria? Aut quid ibi aliud ostendere possumus dicentes ea esse vnum Solem: aut vnam substantiam: nisi hoc tantum quod esset, illa tria ostendimus indiuisa? O humana temeritas, quam cæca semper. O inimica semper humanæ pietati præsumptio. Si sic extimasti simplicem diuinam substantiam, vt seorsum à personis cogitares illam. Sabellium sub Arrio palliasti. Si seorsum à substãtia tres personas. Arrium sub Sabellij palliatione excusas. Non hoc sancta animalia clamant: non hoc cantat Dauid in decacordo Psalterio: non vtique Seraphim, quem vidit Esaias: sed sensus animalis sibi ista composuit. Sancti vero animalia quid canient audiuimus: sed iterum, atque iterum audire non pigeat, quod semper electos Dei dicere, & audire delectat. Sanctus: Sanctus: E
Sanctus: Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est; & qui venturus est. Hoc fidei testimonium plus est contemplari animo, quàm ore proferre. Si discuti quæritur, hebetatur sensus, & non sufficit egena capacitas puritatem verbi huius in discussione seruare. Sabellius enarrare voluit: allisa est nauis eius in siccum. Arrius vitare quærens: deiectus est in limum profundi. Sabellius enim dixit vnam Deum esse personam: pro suo velle: esse Patrem: esse Filium: & esse Spiritum Sanctum. Arrius hoc detestans tres personas fatetur esse: quod nefas

est

A *est dicere: distinctas essentia, & maiestate: in laudare ergo Deum nixi sunt: sed
exciderunt: quia cum sanctis Animalibus nihil erat illis commune: de proprijs
loquebantur: & ideò exciderunt à fide; sicut per seipsam veritas dicit. Cum
loquitur mendacium: de proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius: quia
contra sancta animalia clamant Deum trinum, & vnum: laudant eum in Psal-
terio, & cythara: sicut audierunt in Psalmis. Confitemini Domino in cythara:
in Psalterio decem cordarum psallite illi. Cantate ei canticum nouum, bene psal-
lite ei in vociferatione, quia rectum &c.* & post pauca sequitur. *Nec mirum si
tanta prærogatiua mysterij in Psalterio manet: quia per ipsum paratur iter Pa-
racliti veniendi ad nos, & ipse Spiritus: vt testatur Apostolus: scrutatur omnia:*
B *etiam profunda Dei. Diximus autem superius, quod & sæpe dicendum est: quod
simplici illi naturæ, quæ Deus est: cuius; vt ait Psalmista: sapientiæ non est nu-
merus: cuius magnitudinis non est finis: non potest humanis verbis certa simi-
litudo aptari: quia necesse est, vt cedat quantitas illi magnitudini: quæ quanti-
tatem non habet: & visibilis forma inuisibili naturæ: & comprehensibile corpus
incomprehensibili Dettati. Si enim tantus est, vt eius immensitas capi nequeat:
si tam subtilis, & inuisibilis: vt eius species videri non possit: quænam potest
esse figura, quæ illi congruè possit aptari? Quid igitur? Censemus his omninò
supersedendum, ne aliter sermo accipiatur? si sic expedit: frustra iam fateamur
esse scripta: frustra in diuinis libris tam veteris testamenti, quam noui: ad si-*
C *gnificandum reposita. At si cibus diligenter excoctus: ne noceat stomacho per-
timescitur: multo magis timendum est, ne crudus appositus magis obsit. Nequa-
quam, vt opinor, Trinitatem abnegaret Sabellius, si sanè intelligeret verbum ve-
ritatis dicentis. Ego, & Pater vnum sumus. Et audi Israel. Deus tuus vnus
est. Nequaquam vnitatis fidem laceraret Arrius, si substantiam Trinitatis
vnius esse naturæ: sentiret. Sic sic qui malè intelligit quod ait Dominus. Ego
& Pater vnum sumus: de facili potest lædi in errorem Sabellij. Et qui malè in-
telligit, quod ait Ioannes: Tres sunt, qui testimonium dant in terra: spiritus:
sanguis, & aqua: & tres sunt, qui testimonium dant in Cælo: Pater: verbum:
& Spiritus Sanctus: de facili coniungitur tertio: quorum alius Trinitatem:*
D *alius vt diximus, vnitatem negauit. Nos autem opitulante Deo: & per San-
ctorum Orthodoxorum Patrum gradientes itinera: in quorum explicatione:
plures sustinuerunt labores. Confiteamur Deum vnum: & summe vnum. Con-
fiteamur trinum, & veraciter trinum: Patrem à nullo: Filium à Patre: non fa-
ctum: non creatum: sed genitum: Spiritum Sanctum ab vtroque non factum:
non creatum: non genitum: sed præcedentem. Confiteamur eum sic procedere à
Filio, vt tamen hoc ipsum Filius à Patre habeat à quo est: non donatione gra-
tiæ: sed simplicis vnitate naturæ. Ostendit hoc Filius vbi dicit. Cum venerit
Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre. A Patre inquit: quia sicut ipse est
à Patre: ita & Spiritum Sanctum habet à Patre: quia sicut Pater nunquam esse*
E *potuit: nisi quod est: ità nec Filius: nec Spiritus Sanctus. Neque enim quia Fi-
lium à Patre esse dicimus, & à Patre, & Filio Spiritum Sanctum: idcirco ali-
quid prius: vel posteriùs: vt in Trinitate esse fatemur: sed confitemur totas
tres personas cæternas sibi esse: & coæquales: Psallemus super hoc in decacordo
Psalterio fide potius, & intellectu: quam voce. Possumus enim aliquid intelli-
gere: non vt iam possimus scire quomodo est: sed vt credere possimus, quod est.
Diximus superius nullam esse similitudinem: quæ tantæ maiestati possit suffi-
cienter aptari: & tamen plura esse mysteria: quæ ad se inuestigandum consti-
tuit secundum illud supra memoratum, quod per Ioannem dicitur. Tres sunt:
qui testimonium dant in terra: Spiritus: aqua: & sanguis. Et faciamus homi-*

nem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et multa alia quorum ad præsens mentionem facere non est locus. Inter cætera ergo opera Domini: quæ mysteriũ exhibens Trinitatis, magnum tenet locum decacordorum Psalterium. Est enim, vt diximus: vas vnum musicum: quod & si diuidi per partes potest, quia corpus est, non tamen vt esse possit decacordorum Psalterium: quandiu ergo Psalterium est, indiuisum est. Si diuiditur in partes: mox esse desinit id, quod erat. Igitur vas ipsum vnum est: sed tamen triangulatum: sed tamen in tribus cornibus miro modo consistens. Adeò enim tria cornua ipsa vnitas possidet indiuisa: vt & tria videantur esse vnum: & vnum tria: quod melius in ipsa figura cerni potest: quam verbis competentibus explanari. Non enim aliquod trium si totaliter horum quodlibet contemplari volueris: (hoc est) pro quantitate duarum lin- B
nearum, quæ conueniunt in angulo vno distinctè ibi occupat partem suam, & aliquid sursum: à duabus attingit: sed ipsa indiuisa similitudo substantia mirabiliter sufficit ad ipsa tria; ità vt in vno quolibet duo necessariè accipiantur. Si ergo ad contemplandam illius summæ essentiæ vnitatem, quæ non est corpus, sed spiritus: aliquid vestigium similitudinis res attrectabilis habere potest: quam sit hoc multis alijs præferendum facilè intelliget vir peritus: quamuis non corpus ipsum: tanto huic deseruiat Sacramento: sed forma. Neque enim in hoc cœlesti organo de tribus dissimilibus rebus agitur: vt sunt panis: vinum: & oleum: vt sunt aqua: sanguis, & spiritus: & his similia: in quibus secundum quid inuenitur mysterium Trinitatis: sed de forma ipsa, quæ trina est: sed tamen simplex, C
& indiuisa: de figura ipsa, vel arce, quæ vocatur Psalterium. Qui hoc minus intelligit: nescio vtrum sane valeat intelligere, quæ sequuntur. Nauis vnum est vas: nec tamen ex vno ligno: sed ex multa lignorum materia: manu artificis diligenter exructum. Significari autem in naui orthodoxam Ecclesiã nulli sane sapienti dubium esse potest. Quæro vbi sit hæc figura. Respondebis: in naui. Formam mihi credo, non lignorum syluam ostendes. Non enim ligna ipsa, de quibus composita est nauis: naturaliter nauis sunt: sicut naturaliter ligna sunt: sed illud vas dicitur esse nauis: quod ex eis constat esse compositum. Sicut nec lapides, aut cæmentum simpliciter murus sunt, quomodo id quod sunt, sed quod ex eis est compositum murus est. Possumus mille talia exhibere exempla: sed D
tamen fideli pauca, infideli nec multa sufficiunt. Sic sic cœleste organum discretè considera: & mirum illud quod quærimus, speculari valebis. Accipienda sunt ergo tria cornua in trium similitudine personarum: nec confusè, vt quod vel referas ad Patrem: quod velis ad Filium: vel ad Spiritum Sanctum: sed distinctè prout res expostulat: vnumquodque in mysterio proprietatis suæ: vniuersum vero vas ipsum in similitudine diuinæ substantiæ, quæ vna est trium, non in partes diuisa: sed tota simul nimirum, quia in Patre est Filius, & Spiritus Sanctus: in Filio Pater, & Spiritus Sanctus: in Spiritu Sancto Pater, & Filius: quia vnum sunt. Neque enim audemus dicere vnus sunt: sed vnum: nisi quando additur Deus. Cum enim dicimus vnum sunt: substantiam vnam trium E
accipimus in hoc vno: sicut & veritas ipsa dicit. Ego & Pater vnum sumus. Sic igitur tria cornua Trinitatem designari, integritas Psalterij vnitatem. Et hoc quàm mirabiliter diligenter attende: aliud sonat vnus: aliud sonat vnitas. Vnus enim absolutè dici nequit: nisi de vna persona. Vnitas verò propriè dici non potest, nisi de duobus ad minus. Neque enim cum iubemur consistere in vnitate ad singularem personam referri posse credendum est; licèt ad populum ad conuentum: ad plebem. Cum enim dicitur absolutè, vnus est hic, aut illic: non est in loco illo nisi vnus: personam incunctanter intelligo: cum verò dicitur: vnitas est in loco illo: profectò nihil aliud intelligimus: quam multorum

cor

A *cor vnum, & animam vnam: hoc est vnam voluntatem, & vnum consensum.
Si vero sic dicitur: vnus est in loco illo: vt protinus addatur quasi: potest vnus
accipi de collectione multorum: & vnus populus: vna plebs. Sic igitur cum di-
cimus: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: non audemus dicere vnus sunt: nisi
consequenter addatur Deus. Si ergo dicimus, tres personæ vnum sunt: catholi-
ca confessio est. Qui autem dicit, Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus vnus sũt:
Sabellianæ hæreseos assuerator efficitur. Constat igitur, quod neque Trinitas,
neque vnitas de vna persona simpliciter dici potest. Sed Trinitas dicitur de
tribus personis, vnitas de substantia vna: non vnius personæ: sed ipsarum triũ
personarum. Qua in re notandum est, quod neque in hoc verbo, quod est, Tri-*
B *nitas, personas ipsas: neque in hoc nomine, quod est vnitas, substantiam simpli-
citer intelligimus: quasi eo ipso intelligamus esse personas, quo intelligimus esse
tres, aut eo ipso intelligimus esse substantiam, quo intelligimus esse vnam: quia
possumus aliqua tria intelligere, quæ non sunt personæ: & aliquod vnum, quod
non sit substantia: vt tres horas noctis: & vnam noctem: cum vero adduntur
illa, ad quæ dicta sunt tria, vel vnum: tunc intelligimus, quæ sint illa tria, &
quid sit illud vnum: tres scilicet personæ, & vna essentia: quamuis à diuinis elo-
quijs vtriusque testamenti nomen personæ, vel substantiæ peregrinum sit: nec
queat inueniri aliquod nomen in Prophetis, & Apostolis, quo vna Trinitatis es-
sentia demonstretur, nisi Deus, & Dominus, & aliquid simile: & illud quod di-*
C *ctum est à Domino Moysi, qui est misit me ad vos: nec aliquod nomen, quo intel-
ligantur tres personæ, nisi in hoc, quod Deus, Deus, Deus: Sanctus, Sanctus, San-
ctus, & si quod simile. Neque enim propterea dicuntur personæ: quia tres: nec
ideò dicitur substantia: quia vna trium. Dicerentur enim personæ etiam si tres
non essent: & diceretur substantia etiam si vna non esset. Cum ergo quæritur.
Quot sunt ipsæ personæ? Respondemus tres: ne vna tantum persona Pater cum
Filio, & Spiritu Sancto esse putetur, & singularitas personarum: quod falsum
est, & non magis pluralitas prædicetur. Et cum quæritur de substantia diuina:
dicimus eam esse vnam: ne quis ipsas tres personas inæquales extimet, aut di-
uisas, ignorans verbum Domini dicentis. Ego & Pater vnum sumus. Ad ali-*
D *quid ergo dicta est Trinitas: ad aliquid vnitas. Trinitas ad vitandam singu-
laritatem personæ. Vnitas ad cauendam vnius diuisionem substantiæ. Aliud
enim portat vnitas: aliud singularitas: aliud pluralitas. Trinitas, vt iam dixi,
de communione plurium dicta est: non de vna tantum persona: quia nisi singu-
laritas est: vnitas esse non potest. Singularitas autem dicitur de vna aliqua
persona: quæ sola est: pluralitas de duabus, & supra, & vti iam dixi: non vbi
singularitas: sed vbi pluralitas ibi vnitas est. Quia igitur tres personæ ibi sũt:
non vna tantum: & ipsæ insecessibiles à seipsis: rectè ibi inesse vnitas, & in ipsa
vnitate pluralitas: non singularitas prædicatur. Credimus ergo hanc substan-
tiam, quæ vna est, esse tres personas, non vna tantum: ne singularitas, sicut acci-*
E *dit Sabellio, occurrat pro vnitate: & tres personas vnam substantiam: ne ipsis
tribus personis diuisio inesse putetur. Credimus vnam personam vocari Patrẽ:
quia habet Filium: aliam vocari Filium: quia habet Patrem: aliam voca-
ri Spiritum Sanctum: quia ab vtroque spiratur: hoc est: quia ab vtroq; proce-
dit, & ab vtroque donatur: aut si quid dignius posse creditur huic sancto nomi-
ni conueniuntur aptari. Nomen ergo Trinitatis à Sanctis, & Catholicis Patri-
bus nobis traditum est: vt per hoc nomen vnum Deum esse tres personas vera-
citer intelligamus. Nomen vnitatis: vt vnius esse substantiæ illas tres personas
veraciter intelligamus. Nomen vnitatis: vt vnius esse substantiæ illas tres per-
sonas consiteamur: hoc est: vt credamus illas ediuusas, & insecessibiles à seipsis:*

ita ut sint summe unum, & ueraciter tres. Cum autem dicimus Deum esse sapientiam: vitam: charitatem: iustitiam: veritatem: & his similia; secundum substantiam accipiendum est, similiter & nomen personæ secundum substantiam accipiendum est: ita tamen, vt quomodo dicimus Deum Patrem: Deum Filium: Deum Spiritum Sanctum: nec tamen tres Deos: sed vnum Deum: ita dicamus personam Patris esse substantiam: personam Filij esse substantiam: personā Spiritus Sancti esse substantiam: nec tamen tres substantias, sed vnam substantiam: Et post nonnulla subtilissima, & scitu dignissima, ad quæ legenda curiosum, & deuotum remittimus Lectorem, terminat Sanctus Abbas distinctionem primam, & in distinctione secunda, in qua disputat, & inuestigat, quomodo totus Pater intelligatur esse in Filio, inter cætera hæc habet. *Quo circa: quia ipse in vnitate trinus est; quæsiuit semper, & quæret, quomodo plures homines, & diuersi populi conuenirent in vnum: sciens quod nulla possit esse fœlicitas vbi scissio, & diuersitas est. Omne enim regnum in seipsum diuisum desolabitur. Inde est quod Filius orat pro electis suis, vt sint vnum ad sua, & Patris sui similitudinem vnitatis: dicens sic. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut & nos. Et hoc quidem de Apostolis. Deinde post pauca quæ retulit: adiecit, & ait. Non pro his rogo tantum: sed & pro eis, qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint: sicut tu Pater in me: & ego in te: vt & ipsi in nobis vnum sint. Et paulo post. Ego claritatem, quam dedisti mihi dedi eis, vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Certè audiuimus ex verbo veritatis quomodo nos velit Filius esse vnum ad imaginem, & similitudinem illius vnitatis: qua ipse & Pater vnum sunt. Est autem vnitas ista in spiritu: secundum illud, quod scriptum est in Actibus Apostolorum. Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna. Secundum hunc modum vnitatis accipiendum est illud, quod Apostolus ait. Qui adheret Domino vnus spiritus est. Hac similitudine vsus est Augustinus in assignatione vnitatis inter Patrem, & Filium dicens. Sic dicatur Deus de Deo: vt singulis hoc nomen: Deus: conueniat. Sed quare dicens illud Augustinus addidit istud: nisi quia sicut multum differt inter diuortium, & coniunctionem: ita multum interest inter coniunctionem diuersarum naturarum: & naturalem vnitatem illarum rerum: quæ nec naturam habent diuersam: nec substantiam: vel essentiam partium scissione diuersam. Quocirca si de diuisione ipsa agitur in primo loco, de coniunctione in secundo: de simplici vnitate in tertio: liquet quod scissio diuisionem facit: coniunctio vnitatem quidem: nec tamen ita simplicem in vna re, quomodo in alia: nec ita in corporalibus rebus, quomodo in spiritualibus. Quis enim posset ita coniungere corpus alicuius hominis corpori alterius: quomodo coniungitur ignis igni: vt quandiu ita manet coniunctus: nulla ibi diuisio inesse videatur? Quanto magis autem sic adheret spiritus spiritui: vt vnus spiritus sit? Quanto ineffabilius vna substantia sunt, & vnus spiritus: siquidem Deus spiritus est: tres personæ Deitatis: quæ non ex tempore sunt coniunctæ: sed semper in ea vnitate in qua sunt: manent simul totæ, & indiuisæ. Ergo quia ineffabilis vnitas in Trinitate est: ita ut in Patre sit Filius, & in Filio Pater: & in eis illorum compar spiritus ab vtroque procedens: ad ipsius beatitudinem pertinet unitatis: ut quidquid ibi dicitur secundum substantiam: idest quidquid ibi dicitur, quod substantiam alicuius personæ demonstret: totum dicatur esse: uel in Patre, uel in Filio: uel in Spiritu Sancto: dicente Augustino. In Dei substātia quidquid excogitari potest substantia est: & nihil est in Deo, quod non sit Deus. Est enim substantia genita: in ingenita, & è conuerso: & nihilominus*

prece-

A *procedens ſubſtantia ingenita: & in ingenita: & è conuerſo: ita tamen, vt propter ſummam vnitatem: ſic alia perſona dicatur, & ſit ſubſtantia ingenita: alia ſubgenita: alia procedens: vt tamen ſimul tres perſonæ non ſint tres ſubſtantiæ, ſed vna ſubſtantia. Pſallamus ſuper hoc in vaſe cæleſti: & quid in eo ſit repoſitum: de tanto myſterio videamus. Pſalterium (vt ſapè diximus) vnum eſt inſtrumentum: & tamen in ipſo tria cornua ſunt, non vnum. Non autem ita ſunt tria cornua inſerta, ſiue ſculpta in ipſo, vt aliud ſit Pſalterium: & aliud tria cornua eius: ſed illud idem: quomodo illud idem? quia totum Pſalterium: tota tria cornua: & tota tria cornua totum Pſalterium: & tantum continet vnum cornu: quantum ſimul tria. Verum & ſi ſic vna eſt in tribus ſub-*
B *ſtantia ipſa: qua uocatur Pſalterium: vt tamen ſingulum cornuum habeat ſecundum aliquid proprietatem ſuam: nec vnitas tamen ſingularitatem infert: nec ſingularitas cuiuſcunque trium unitatem excludit. Quare? quia meta, & diſtinctio uniuſcuiuſque cornu non poteſt inueniri niſi in plenitudine aliorum. Quocirca danda eſt unitas uniuerſitate Pſalterij: cuiuslibet autem perſona: ſingularitas alicuius trium. Singularitas autem dico, non (quod abſit) ut aliqua perſona intelligatur ibi eſſe ſingularis: cum hoc ſit ibi omnium: quod unius (dicente Domino) & tua Pater mea ſunt: & mea tua ſunt: ſed ad differentiam unitatis (hoc eſt) unius ſubſtantiæ trium perſonarum, ne quis (quod abſit) ſic accipiat unum trium perſonarum eſſentiam, quomodo eſſentiam cuiuſcunque per-*
C *ſonæ: cum ibi nomine eſſentiæ intelligamus ſimul ingenitum: & genitum: & procedentem: hic aut ſolum Patrem: aut ſolum Filium: aut ſolum Spiritũ Sanctum: cum enim dico unam ſubſtantiam: tota ſimul tria cornua complector in uno uaſe: ac ſi unum Pſalterium, unam ſubſtantiam nominarem. Cum autem dico tres perſonas: non quia tres perſonas nomino, ſciſsionem facio unitatis: ſed diſtinguo quod pertineat ad ſingulam perſonam.* Et cætera quæ ſequuntur. Ex his ſatis liquido conſtat, quam profundè, quam catholicè, & fideliter ſenſerit de ſacroſancto, & ineffabili Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio his in locis Beatiſſimus Ioachim Abbas Floris. Pro alia ſententia ſit.

D

CAP. LXVI.

De altera eius ſententia à Generaliſſimo Lateranenſi Concilio damnata.

TRedecim à Viri Dei obitu poſt annos, & menſes octo, ſub Innocentio tertio sãctiſſimæ memoriæ ann. Dominicæ Natiuitatis 1215. Menſe Nouembri, ſacroſanctum fuit celebratum Lateranenſe Concilium, in quo conuenere plus mille ducenti, & octoginta Patres, quorum inter
E cæteros ſeptuaginta erant Archiepiſcopi, duodecim Abbates, octingenti Priores conuentuales, & præter Legatos Summi Romani Pontificis, interfuere Rodulphus Patriarcha Hieroſolymitanus, & N. Patriarcha Conſtantinopolitanus, pro Patriarcha vero Alexandrino, qui ne adeſſet opprimebatur à Turchis, aduenit Germanus Alexandrinæ Eccleſiæ Decanus, & pro Patriarcha Antiocheno, qui detinebatur à morbo, Epiſcopus Antiſiodorenſis. Adfuere etiam Legati Imperatorum Orientis, & Occidentis. Oratores item Regum Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, Hieruſalem, & Cypri. Præſto itidem fuit Beatus Arnaldus huius nominis ſecundus Ciſtercij Abbas, & cum eo Beatus Alanus eiuſdẽ Monaſterij Ciſtercij Conuerſus,

uerſus,

uerſus, qui in eodem generaliſſimo Concilio ſuperauit,& confutauit impium Almaricum, ſiue primum diſcipulum Almarici, qui circa annũ Domini 1204. multos diſſeminare cœperat errores, de quo fusè Matthias Bonhome, & alij. Superuixit Alanus poſt Concilium annis ſeptuaginta nouem,& cùm decimum ſextum poſt centeſimum annum attingeret obdormiuit in Domino. Sepultus iacet in Clauſtro Ciſtercij iuxta Oſtium Eccleſiæ, in cuius tumulo ad præſentem vſque diem carmina leguntur inſraſcripta. A

Matthias Bonhome, Ioannes Abbas in Cathalogo Sanctorũ Ciſtercij, Angelus Manriq. Laurea Euangelica, Barnabas de Mõtalbo in Chronicis Ord. Ciſt. Aubertus Mireus, Trithemius in Cathalogo Illuſtrium Virorũ Germaniæ, Calẽdarium Ciſterc. die 30. Ianuarij, Miſſale uetus Ciſtercienſe impreſsũ Pariſijs apud Hieronym. de Marnef, Chryſoſtom. Hẽriquez in Menolog. ſub die 30. Ianuarij, & omnes recẽtiores.

Alanum breuis hora breui tumulo ſepeliuit;
Qui duo, qui ſeptem, qui totum ſcibile ſciuit.
Labentis ſæcli contemptis rebus egens fit: B
Mille ducenteno nonageno quoque quarto
Chriſto deuotus mortales exuit artus.

Florenſes Patres hanc nacti occaſionem, Oecumenicum Lateranenſe Concilium appulſi, ſecundum quod à Dei Viro Ioachim eorum Didaſcolo in mandatis acceperant, omnia, & ſingula eius opuſcula, etiam epiſtolam, quam propria manu ſubſcripſerat, Apoſtolico culmini præſentarunt rogantes, vt corrigenda corrigere, & approbanda approbare dignaretur. Nulla enim vnquam etiam ab ipſius Eccleſiæ incunabulis doctrina aliqua pro orthodoxa haberi potuit, niſi à Ieſu Chriſti Vicario fuiſſet approbata. Sanctus Paulus in primis à Domino noſtro factus Apoſtolus, & diuina ſapientia inſtructus ſcribens ad Galatas inquit. *Veni Hieroſolymam videre Petrum, & manſi apud eum diebus quindecim.* Et infra. *Deinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Hieroſolymam cum Barnabâ aſſumpto,& Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem,& contuli cum illis Euangelium, quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem ijs qui videbantur aliquid eſſe: ne forte in vanum currerem, aut cucurriſſem.* Vbi Sanctus Hieronymus inquit. *Aſcendit iterum Hieroſolymam, & contulit Euangelium cũ Petro,& qui cum eo erant,& videbantur columnæ eſſe: aſcendi, ait, ſecundum reuelationem, & expoſui eis Euangelium, quod prædico in Gentibus, oſtendens non habuiſſe ſecuritatem Euangelij prædicandi, niſi Petri,& qui cum eo erant, ſententia roboratus fuiſſet, ſtatimque ſequitur: ſeorſum autem his, qui erant aliquid eſſe, ne forte in vanum currerem, aut cucurriſſem.* Sed ante Hieronymum Tertullianus ſic ponderauit. *Siquidem propterea Hieroſolymam aſcendit ad cognoſcendos Apoſtolos, & conſultandos, ne forte in vacuum cucurriſſet, id eſt, ne ſecundum illos credidiſſet, & non ſecundum illos euangelizaret. Deniq; vt cum Auctoribus contulit, & conuenit de fidei regula, dexteras miſcuere, & exinde officia prædicandi diſtinxerunt.* Et S. Theodoretus ait. *Si Paulus prædicator ueritatis Spiritus Sancti buccina ad Petrum accurrit, vt qui Antiochiæ de uiuendo ſecundum legem Moyſi diſceptabant, quæſtionem expeditam,& ſolutam ab eo ferrent; multò magis nos, qui puſilli ſumus, ad ſolium Apoſtolicum accurrimus, ut à uobis medicinam vulneribus noſtris feramus.* Et de approbatione Euangelij Sancti Marci loquens Sanctus Hieronymus inquit. *Marcus Diſcipulus,& Interpres Petri, iuxta quod Petrum audierat referentem, rogatur Romæ à Fratribus, breue ſcripſit Euangelium, quod cum Petrus legiſſet, approbauit, & Eccleſijs legendum ſua auctoritate tradidit.* Hoc etiam obſeruatum eſſe à Sancto Baſilio, & alijs Sanctis Patribus eorumdem librorum fatentur,& vt de cæteris ſileam, Mellifluus Doctor noſter Bernardus Abbas in quæſtione de Conceptione Beatiſſimæ Virginis epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes ait. *Quæ autem dixi, abſque præiudicio ſanè dicta ſint,*

C D E

S. Paulus Apoſt. in epiſt. ad Gal. cap. 1. n. 12. & n. 18.

Idem ad Galat. c. 2. n. 1. 2. & 3.

S. Hieron. in epiſt. ad Aug. quæ incipit. Semiliter epiſtolas.

Tertull. 4. contra Marcionem cap. 2.

S. Theodoretus in epiſtola ad Leonem Papam.

S. Hieronym. lib. de Viris Illuſtrib. c. 8.

S. Baſilius in epiſt. ad Sabinum Diaconum de Papa, Auguſtinus lib. 2. contra duas epiſtolas Pelagianorum, Hieron.

iunius

A *ſanius ſapientis, Romanæ præſertim Eccleſiæ authoritati, atque examini totum hæc, ſicut & cætera, quæ eiuſmodi ſunt, vniuerſa reſeruo, ipſius ſi quid aliter ſapio, paratus iudicio emendare.* Et Sanctus Bonifacius Martyr ad Stephanum Papam. *Vt familiaritatem, & vnitatem ſanctæ Sedis Apoſtolicæ à veſtra clementia habere merear, & in diſcipulatu pietatis veſtræ, Sedi Apoſtolicæ aſſentiendo, ſeruus veſter fidelis, & deuotus permanere poſſim; ſi minus peritè aliquid, aut iniuſtum à me factum, vel dictum reperitur, iudicio Romanæ Eccleſiæ prompta voluntate, & humilitate emendaturum me ſpondeo.* Et hoc quidem etiam ſi in doctrina Theologica ſit doctior ille, cuius opera probantur, quàm ſit doctrina probatoris; cum in probatione opera non mentiā-
B tur ex ingenio, ſed auctoritate, & poteſtate. Duplex enim alicuius doctrinæ diſcuſſio fieri poteſt ex Turrecremata, vno modo inquiſitiuè, ſiue per modum diſputationis, perquirendo ſcilicet, quis ſit intellectus alicuius doctrinæ, vel ſcripturæ; altero modo auctoritatiuè, ſiue per modum determinationis, vt talis doctrina recipiatur conſona fidei, vel vt habeatur in regula fidei, vel probetur in genere tanquam ſana doctrina, & vt conducens ad fidei defentionem. Primo modo poteſt eſſe exceſſus in Doctore, qui probatur, & in Eccleſia recipitur; at ſecundo modo nequaquam: omnis enim Doctor, qui probationem accipit, & recognoſcit in doctrina firmitatem, & robur, ſcriptorum, ſiue operum ſuorum faſces pro-
C batori ſubmittit. Sic Sancti Athanaſij Symbolum, & Sancti Leonis Papæ epiſtola ad Flauianum Conſtantinopolitanum Epiſcopum, & Doctores illi recepti à Gelaſio Papa in *cap. 3. Sancta Romana Eccleſia diſt.* 15. vbi etiā multi alij reprobati leguntur. Innocentio igitur tertio Summo Romano Pontifici, Oecumenici Lateranenſis Concilij Cathedram conſcenſo, inter Dei famuli noſtri Ioachim pro auctoritate, vel correctione opera præſentata, vnum compertum fuit opuſculum omninò hæreticam continens doctrinam, & illi, quam capite præcedenti retulimus, penitùs contrariam. Aſſerebat enim in eo contra Magiſtrum ſententiarum Petrum Lombardum, qui ſepultus dicitur in Monaſterio Sambucinæ noſtri Ordinis, & la-
D pis eius veterrimus ad præſentem vſque diem hoc item edocet, vt retulimus ſupra: quod nulla res eſt, quæ ſit Pater, & Filius, & Spiritus Sāctus, nec eſſentia, nec ſubſtantia, nec natura; dicebat tamen quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus ſunt vna eſſentia, vna ſubſtantia, & vna natura; iſtam verò vnitatem non dicebat eſſe veram, & propriam; ſed quaſi ſimilitudinariam, & collectiuam, prout multi homines ſunt vnus populus, & multi fideles vna Eccleſia. Quapropter meritò huiuſmodi libelli folia, tanquam Inferni quiſquiliæ, in medio Concilij fuerunt igni ad deuorandum tradita, & tanquam hæretica opinio condemnata, & qui illam defenderint, aut approbare præſumpſerint, veluti hæretici haberentur, prout
E in cap. *Damnamus.* de ſumma Trinitate, & Fide Catholica, in codē Concilio ſuper hoc à tertio Innocentio promulgato. Quod pro rei notitia clariori damus ad verbum, et eſt tenoris ſequentis.

[Damnamus ergo, & reprobamus libellum, ſeù tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate, ſeù eſſentia Trinitatis, appellans ipſum hæreticum, & inſanū, pro eo quod in ſuis dixit ſententijs, quoniam quædam ſumma res eſt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, & illa non eſt generans, neque genita, neq; procedens: vnde aſſerit quod ille non tam Trinitatem, quam Quaternitatem adſtruebat in Deo, videlicet tres Perſonas, & illam communem eſſentiam quaſi quar-

ad Damaſum Papā in expoſit. Symboli, & refertur 24. qu. 1. Hæc eſt fides. Anſelmus Cātuarienſis in epiſt. ad Vrbanum 2. Thomas Aquinas in epiſtola catbena aurea ad Vrbanum 4. Bonifacius Martyr ad Stephanum Papā apud Nauclerum generat. 26. & alij.

Turrecremata lib. 2. de Eccleſ. c. 107. Dominicus Grauina catholicarū præſcript. aduerſus noſtri temporis hæreticos tom. 3. par. 1. qu. 2. art. 2. ad 4.

Supra cap. 10. pag. 18. C.

quartam, manifestè protestans, quod nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec natura, quãuis concedat, quod Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus sunt vna essentia, vna substantia, & vna natura: verum vnitatem huiusmodi non veram, & propriam, sed quasi collectiuam, & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines vnus populus, & multi fideles vna Ecclesia: iuxta illud, Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Et, Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum illo. Item, Qui plantat, & qui rigat, vnum sunt, & omnes vnum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus vnum sunt. Ad hanc autem suam sententiam adstruendam illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Euangelio: Volo Pater vt sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: vt sint consumati in vnum. Non enim (vt ait) fideles Christi sunt vnum, idest quædam vna res, quæ communis sit omnibus: sed hoc modo sunt vnum, idest vna Ecclesia, propter Catholicæ fidei vnitatem, & tandem vnum Regnum propter vnionem indissolubilis charitatis, quemadmodum in Canonica Ioannis Apostoli epistola legitur: Quia tres sunt, qui testimoniũ dant in Cœlo: Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum sunt. Statimque subiungitur. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra, Spiritus, Aqua, & Sanguis, & hi tres vnum sunt: sicut in quibusdam codicibus inuenitur. A B C

Nos autem sacro approbante Concilio credimus, & confitemur cum Petro, quod vna quædam summa res est incomprehensibilis quidem, & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: tres simul personæ, ac sigillatim quælibet earundem. Et ideò in Deo solummodo Trinitas est, non Quaternitas, quia quælibet trium personarum est illa res videlicet substantia, essentia, seù natura diuina, quæ sola est vniuersorum principium, præter quod aliud inueniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater, qui generat, & Filius, qui gignitur, & Spiritus Sanctus qui procedit; vt distinctiones sint in personis, & vnitas in natura. Licèt igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus Sanctus: non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus Sanctus, idem omninò: vt secundum Orthodoxam, & Catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filiũ generando, suam substantiam ei dedit; iuxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi maius omnibus est. At dici non potest, quod partem substantiæ suæ illi dederit, & partim ipse sibi retinuerit: cum substantia Patris indiuisibilis sit, vtpote simplex omnino. Sed nec dici potest, quod Pater in Filium transtulerit suam substantiam generando, quasi sic dederit eam Filio, quod non retinuerit ipsam sibi; alioquin desijsset esse substantia. Patet ergo quod sine vlla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit: & ita Pater, & Filius habent eandem substantiam: & sic eadem res est Pater, & Filius, nec non & Spiritus Sanctus ab vtroque procedens. Cum ergo veritas pro fidelibus suis orat ad Patrem: Volo (inquiens) vt ipsi sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus: hoc nomen vnum pro fidelibus quidem accipitur, vt intelligatur vnio charitatis in gratia: pro personis vero diuinis, vt attendatur identitatis vnitas in natura, quemadmodum alibi veritas ait: Estote perfecti, sicut et Pater vester cœlestis perfectus est. Ac si diceret manifestius: Estote perfecti perfectione gratiæ; sicut Pater vester cœlestis perfectus est perfectione D E

natu-

A naturæ: vtraq; videlicet suo modo: quia inter Creatorem, et creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda. Si quis igitur sententiam, vel doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus euitetur. In nullo tamen propter hoc Florensi Monasterio (cuius ipse Ioachim extitit Institutor) volumus derogari: quoniam ibi & regularis est institutio, & obseruantia salutaris: maximè cum ipse Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauit Apostolicæ Sedis iudicio approbanda, seù etiam corrigenda, dictans epistolam, quam propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Roma-
B na tenet Ecclesia, quæ (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est, & magistra.] Hactenus Innocentij decretale lib. 1. tit. 1. cap. 2. Magistri Petri Lombardi sententiam sunt secuti Scholastici omnes, nemine contradicente, Albertus, Alexander, & alij.

Albert. 1. par. q. 30. memb. 3. art. 1. Alexand. 1. p. q. 42. mēb. 3. art. 1. & quæst. 49. mēb. 1. ar. 4. & q. 68. mēb. 5. a. 5. S. Thom. 1. p. & lib. 1. sent. dist. 5. q. 1. art. 1. & 2. & opusc. 1. c. 4. S. Bona. 1. sent. dist. 5. a. 1. q. 1. & 3. & art. 2. q. 1. vbi Riccardus art. vnico qu. 1. & 2. Scot. qu. 1. Durād. q. 1. Carthus. q. 1. Greg. q. 1. Argētina qu. 1. similiter Ocham, & Gabriel q. 1. Marsilius lib. 1. sent. q. 9. Henric. in sūma p. 2. a. 54. q. 3. ad 3. fusius autem ad 7. siue ad 9. vbi differit an ex nihilo genuerit etc. Capreolus 1. sent. dist. 5. q. 1. art. 1. concl. 3. et dum respondet ad argum. contra illam, Caiet. Canariens. Molina, Vasquez, & alij expositores S. Thom. ad art. 5. Valent. 1. p. q. 13. de Trinit. pūct. 3. à princip. Suarez lib. 6. de Trinit. c. 7. nu. 10. & sequentib. Bellarm. tom. 1. lib. 2. de Christo c. 7. Genebrard. lib. 1. de Trin. paulo post med. ad 1. argum. Autotheanorum, & alij omnes.

CAP. LXVII.

Relatæ modo sententiæ Dei Virum Ioachim non fuisse triplici fundamento defenditur.

C

VT fine offentione curramus, sciendum est, aliud esse, defendere sententiam proscriptam, & nostræ Orthodoxæ, catholicæq; fidei contrariam, quæ Ioachim Abbatis Florensis fuisse dicitur; & aliud esse, defendere Ioachim Floris Abbatem nō fuisse huiusmodi proscriptæ sententiæ. Primum enim & mihi, & Ecclesiæ præiudicium inferret: secundum verò nequaquam. Dicente egregiè more suo Dominico Grauina viro doctissimo, quod aliud est, posse errare Concilia generalia in iure, damnando scilicet sentētiam, quæ nullam meretur damnationem: & quod aliud est posse errare in facto, an scilicet hæc vel illa sententia, siue propositio sit
D asserta, vel non asserta ab hac, vel illa persona. Si deciperentur Concilia generalia in facto, talis error nullum præiudicium afferret Ecclesiæ. At si erraret in iure, & damnaret sententiam aliquam, siue propositionem, quæ nullā meretur damnationem, non leue, sed grauissimum Dei Ecclesiæ inferret præiudicium. Nos enim non intendimus defendere sententiam de Summa Trinitate, & Fide Catholica Ioachim Floris Abbati tributam, & in præcedenti capite relatam. Nec asserere præsumimus Oecumenicū Lateranense Concilium errasse in iure, cum illud ipsum à nobis credatur firmiter, & defendatur, quod sacrosancta Romana docet Ecclesia, & præcipuè quod in eodem cap. *Damnamus.* continetur. Benè tamen intendi-
E mus Ioachimi innocentiam defendere, & eum à tali labe, & ignominia vindicare; dum omnes, relati cap. *Damnamus.* auctoritati innixi, vno ore asserant, prædicentque Abbatem nostrum modò relatam edidisse sententiam. Licèt etiam si edidisset, tanti Dei famuli sanctitati non derogaret. Sicuti non derogauit sanctitati Papiæ Hieropolitani Episcopi, & Sancti Ioannis Apostoli, & Euangelistæ Discipuli, sententia de Millenario, quam refert Eusebius Cæsariensis Episcopus, Ecclesiasticæ historiæ lib. 3. Nec Sancto Irenæo Lugdunentium Episcopo, & Martyri, Sancto Victorino Pictauientium Episcopo, & Martyri, & Sancto Iustino Philosopho, & Martyri, qui cum nonnullis alijs viris sanctis, ac eruditis eandem Sancti Pa-

Magister Dominicus Grauina Ordinis Prædic. in suo Cherubin Paradisi lib. 1. cap. 5. num. 6.

Sup. cap. 66.

Eusebius Cæsariēsis Episcop. Ecclesiast. histor. lib. 3. c. 39.

Nn piæ

S. Hieronymus de Scriptorib. Ecclesiasticis in Papia, & super Ezechiel. lib. 11. c. 36. & in proemio lib. 18. in Isaiam, & in Hierem. cap. 19. lib. 4.

Dominicus Grauina Catholic. praescript. aduersus nostri temporis haereticos tom. 3. 1. 2. q. 2. artic. 8. §. Illustriorum Patrum tituli, & Encomia. pag. 127.

piæ sententiam sunt secuti, prout testatur Sanctus Hieronymus de scriptoribus Ecclesiasticis, & alij. Nec crimini data est Sancto Ruffino contra arbitrij libertatem sententia, vt legitur in dist. 15. *Sancta Romana*, aut Sancto Cypriano Martyri, & octoginta alijs Episcopis, qui Hæreticorum Baptisma, Diaboli lauacrum appellarunt, vt dist. 32. § *Verum*. Et de Cōsecratione dist. 4. cap. 41. *Quomodo exaudit*, quominus inter Sanctos, & Ecclesiasticos Viros scriberentur, & ab alijs Sanctis Patribus multis exornarentur encomijs, quæ collegit, refertque Grauina supra citatus. Immò, & ipse sententiarũ Magister Petrus Lombardus, Simonis Petri disciplinā non euasit; nam accusatus in Lateranensi Concilio sub nostro tertio Alexandro celebrato ann. Domini 1179. teste Baronio ad hunc annum quod malè sensisset de Christi humanitate, & in alijs articulis fidei ab Ecclesia Catholica declinasset, in censorem expertus est Guillelmum Archiepiscopum Senonensem ab eodem Alexandro delegatum. En verba delegationis. *Alexander Episcopus seruus seruorum Dei. Vuillelmo Senonensi Archiepiscopo salutem. Cum in nostra olim esses præsentia constitutus: tibi viua voce iniunximus, vt suffraganeis tuis Parisijs tibi adsistis, ad abrogationem prauæ doctrinæ Petri quondam Parisiensis Episcopi, qua dicitur: Quod Christus, secundum quod est homo non est aliquid: omninò intenderes, & efficacem operam adhiberes. Inde siquidem est, quod fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus quod tibi cum præsens esses, præcepimus. Suffraganeos tuos Parisios conuoces, & vnà cum illis, & alijs Viris Religiosis, & prudentibus præscriptam doctrinam studeas penitus abrogare, & à Magistris scholaribus ibidem in Theologia studentibus Christum sicut perfectum Deum, sic perfectum hominem, & verum hominem ex anima, & corpore consistentem præcipias edoceri, vniuersis firmiter, & districtè iniungens, quod doctrinam illam de cætero nequaquam docere præsumant, sed ipsam penitus detestentur.* Dedere epistolam Baronius loco citato, Matthæus Paris in historia Anglicana ad eundem ann. 1179. & ex eo Seuerinus Binius in notis ad Concilium Lateranense, & alij. Licèt (inquam) Ioachim noster huiusmodi sententiam diuulgasset, eius sanctitati tamen non detraheret. Cum ad Sanctæ Matris Ecclesiæ magisterium spectet, Auctorum omnium, etiam Sanctorum, sententias expolire, & collimare; quinimmò et eliminare, atque proscribere, vt nuper ex Sanctis Patribus præcedenti capite demonstrauimus. Dicimus ergo damnatam de Trinitate sententiam fuisse suppositiam, & nostro Florensi Abbati ascriptam. Non quod re vera ità de Trinitate ipse senserit, quomodo de eodem vulgariter, & communiter prædicatur. Tribus ad hoc probandum concurrentibus fundamentis, desumptis quidem non ex damnato libello, qui fuit, sed non est in rerum natura, dum in Concilij Lateranensis medio fuerit combustus, vt diximus: sed ex alijs eiusdem Dei famuli operibus ab Ecclesia permissis, & approbatis; argumento præsertim eiusdem capitis. *Damnamus*, ex dicti enim libelli errorem continentis reprobatione, cæterorum librorum, tanquam errores non continentium insurrexit approbatio, & vt approbati ab omnibus sunt recepti, vt optimè aduertit Augustinus Barbosa I.V.D. Lusitanus Prothonotarius Apostolicus, & S. Congregationis Indicis Consultor in sua Collectanea Doctorũ tom. 1. cum de eodem cap. *Damnamus*. pag. 8. col. 2. postremæ editionis Lugdunen. de ann. 1647. ad verbum. *Quem Abbas Ioachim edidit, &c.* cuius verba sunt. *Aduerte, quod libellus solus Ioachimi de vnitate, seu essentia Trinitatis, quem edidit contra Magistrum sen-*

ten-

A *tentiarum damnatus fuit à Concilio Lateranensi sub Innocentio ann.* 1215. *non ipse Auctor, nec alia eius opera, maximè cum idem Abbas Ioachim omnia scripta sua Papa assignari mandauerit, Apostolicæ Sedis iudicio approbanda, seù etiã corrigenda, ità Fr. Franc. Longus à Curiolano Capuccinus in Compendio de Cõcilys generalibus, vbi de Concilio Lateranẽsi 4. pag.* 259. *Ægid. Roman. super hunc text. par. 2. in fine, Card. Tusch. tom. 1. lit. A. concl. 3. num. 24. Augnst. Triumph. de potest. Ecclesiast. quæst. 10. art. 5. Anton. Possenin. in Apparatu sacro, tom. 2. verbo Ioachimus, Blasius Vregas in Apocalyp. cap. 3. sect. 3.* Quibus addi possunt Bartholomæus Pisanus in conformitatibus vitæ Sancti Francisci ad Vit. Iesu Christi par. 2. 1. *fructus, & conformitatis*, Trithemius de B Viris Illustribus Ord. Sancti Benedicti lib. 1. cap. 1117. Sixtus Senensis in Bibliotheca sacra lib. 4. Magister Mauritius de Gregorio Ord. Prædicator. in Apparatu, seù Proemialibus suæ expositionis Laconicæ paraphrasticæ omnium Bullarii ad sensum Proemij, capite *de scriptoribus non Apochryphis* Reuerendissimus P. D. Ioannes Bona è Monte Regale Congregationis Reformatæ S. Bernardi Ord. Cistercienis Abbas in sua Psallentis Ecclesiæ Harmonia, Romæ impressa ann. 1653. in notitia Auctorum, & librorum, verbo *Ioachimus Abbas*, ac omnes alij Catholici Scriptores, qui tàm sanctum, & Catholicum Doctorem suis in operibus citant, quos longum nimis esset recensere.

C Sit igitur primum fundamentum desumptum ex Præfatione sua in Psalterium decem cordarum, vbi ostendit se de incomprehensibili, & ineffabili Sanctissimæ Trinitatis mysterio perfectissimam, & specialissimam à diuina largitate obtinuisse reuelationem in die sanctissimo Penthecosten, orans in Ecclesia Venerabilis Monasterij Casemarij post à se institutum Florense Cœnobium. Hoc sanè significant verba illa mox referenda. *Vt rursum Ecclesia cura rei familiaris cogeret implicari negotÿs Monasterÿ*. Nam Pontificia auctoritate ab onere Curatij Monasterij absolutus, Floris Abbatiam, à se à fundamentis extructam, gubernandam assumpserat, vt suos in Christo filios optimè regeret in spiritu, & disciplina Hæc sunt ger-D mana verba nostri Beatissimi Abbatis Ioachim, atq; Præfatio eiusdem in Psalterium decem cordarum.

Antiqua Patrum traditione perlatum est vsque ad modernos, magni esse præmÿ psalmodiam: & ad ipsam pertinere illud Psalmi quadragesimi noni. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et multi quidem desiderantes sapientiam: dederunt studium lectioni: insistierunt doctrinæ: nec tamen ad ipsius medullam peruenire permissi sunt: quia nõ sunt arbitrati intrandum esse per gratiam: sed magis per arbitrium liberum: quod non profuit ab initio innitentibus super eo. Non enim inuenerunt clauem Dauid: nec eum, qui aperit diligentibus eam: & idcirco palpantes in circuitu: in-E uenire additum nequiuerunt: iuxta illud Apostoli. Tota die addiscentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Hoc sicut audiuimus: sic & vidimus: probauimus vtrumque: & ni fallor: experimento didicimus. Eram aliquando ego ipse anxius ad verba Dei, & quærebam per exercitium lectionis ad veritatis notitiam peruenire. Cumque ad eam per legendi studium properare flagrarem: assumens sibi pennas velut Aquilæ: longius quàm erant, recedebat à me. Cum autem positus in feruore nouissimo: cœpi Dei causa diligere psalmodiam: multa mibi in scriptura diuina psallenti sub silentio reserari cœperũt: quæ antea legendo vestigare nequiueram. Non solùm autem: sed & iam tunc sentire incipiebam: quid illud sit: quod in alio psalmo scriptum est. Beati, qui ha-

bitant in domo tua Domine: in saecula saeculorum laudabunt te. Sed cum mihi A
qui (ut iam videbatur) cogitatione, & audita illius superna Ciuitatis habi-
tator effectus fruebar secundum interiorem hominem non modica visione pacis:
accidere illud, quod sibi multi (& si frustra) accidisse queruntur, ut rursum Ec-
clesia cura rei familiaris cogeret implicari negotiis Monasterii: quae secundum
cuiusdam coloris sui speciem, aut verè saecularia sunt: aut pene saecularia iudi-
canda; compulsus sum iterum cum cordis gemitu non sine formidine exclamare.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus ce-
dar: multum incola fuit anima mea. Et illud. Praecisa est velut à texente vita
mea: dum adhuc ordirer succidit me. Cum ergo huiuscemodi gemitus versare-
tur in mente mea: accidit post annos aliquot: cum essem apud Cœnobium Case B
maris (supple anno 1196. Romam iturus pro Apostolica sui noui Floren-
Sup. cap. pag. 99. sis Ordinis confirmatione, de quo supra) *detinentibus me ibi: viro vene-*
rabili Geraldo Abbate ipsius domus, & Fratribus eius: & colligantibus me sibi
insolubili vinculo charitatis: diem adesse solemnem: in quo dona Sancti Spiri-
tus super sanctos Apostolos effusa sunt, & oleo illo spirituali infusa, quo unctus
est unigenitus Dei prae consortibus suis. Quia vero non omnino eram expers ab
intellectu olei sancti: sed & sciebam, quod ad hoc ipsum pertineret sacrificium
laudis: dolens quod tam diuturno tempore tanti beneficii gratia expers eram;
statui apud me die illo dicere mihi aliquot Psalmos ad honorem Sancti Spiritus
ob tanta reuerentiam, & solemnitatem diei: sperans donari mihi aliquid in C
die ipso ab eo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Interea cum in-
grederer Oratorium, & adorarem Omnipotentem Deum coram sancto Altari:
accidit in me velut haesitatio (Nota lector piissime ly, *velut haesitatio*, nam non
denotat quod ante haesitauerit de mysterio Trinitatis, sed quod tunc tūc
incœperit haesitare) *quaedam de fide Trinitatis: ac si difficile esset intellectu,*
vel fide: etiam omnes personas unum Deum: & unum Deum omnes personas.
Quod cum accideret graui valde: & conterritus vehementer compulsus sum
inuocare Spiritum Sanctum: cuius sacra solemnitas praesens erat: ut ipse mihi
dignaretur ostendere sacrum mysterium Trinitatis: in quo nobis promissa est à
Domino omnis notitia veritatis. Haec dicens cœpi psallere: ut ad propositum D
numerum peruenirem. Nec mora occurrit animo modo forma Psalterii deca-
chordi: & in ipsa tam lucidum, & apertum sacrae mysterium Trinitatis: ut
protinus compellerer clamare. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es
Deus, qui facis mirabilia. Et illud. Magnus Dominus Deus noster: & magna
virtus eius: & sapientia eius non est numerus. Igitur (donante ipso) mox sub-
scripti operis librum primum in ipso Monasterio positus incoaui, & experte per-
feci. Secundum vero & tertium: non ibi tunc: nec eodem tempore: sed quasi
post duos annos (Supple, hoc est, anno Dominicae Natiuitatis millesimo
centesimo nonagesimo octauo, & Pontificatus Innocentii tertii anno pri-
mo. Nam anno praedicto Dominicae Natiuitatis 1196. primo dicti Psalte- E
rii libro à se in Casamarii Cœnobio composito, inde discedens, Romam
adiuit pro confirmatione, ut diximus, sui Florensis Ordinis; & die 25. Au-
gusti eiusdem anni 1196. & Pontificatus Celestini tertii anno sexto, in-
stitutis, siue Constitutionibus, à se pro suo Florensi cōditis Ordine, Apo-
stolica auctoritate vallatis; post nonnullos grauissimarum rerum tracta-
tus, qui illum etiam in Siciliae Insulam vocauerant, ad Henrici sexti Ro-
manorum Augusti praeces scribēs super Ieremiam Prophetam, Erytream,
& Merlinum multum temporis spatium consumpserat: & quidem Iere-
miam exposuerat anno Domini 1197. ut patet ex cap. 24. eiusdem ope-
ris;

A ris; ideoque Augusti præcibus, rerumque vrgentia alligatus, non statim, vt opus Psalterij expostulabat, sed quasi post duos annos compleuit) *Siquidem in tribus libris distinctum est opus istud: secundum quod tres sunt personæ Deitatis: in quibus fidei nostræ pulchritudo consistit. Et quamuis post opus Concordiæ, quod incœpimus primo. Et expositionem Apolypsis quæ (ignorante me) omnimodis exitum rei; nescio qua Dei prouidentia ex eodem primo opere nascendo: processit Spiritui Sancto: qui & donat, quod exhibemus hoc tertium opusculum: dedicare decreuerim: quia tamen nihil est in rebus creatis: quod sic attribuatur vni personæ: vt alienum sit à regno, & operatione duarum: non inconuenienter in hoc ipso: mysterium rutilat Trinitatis: dum primus liber, in*
B *quo agitur de vase musico: proprietate alti mysterij attribuitur Patri, à quo omnia. Secundus in quo agitur de numero Psalmorum: sapientiæ diuinæ: per quam omnia. Tertius in quo agitur de modo Psalmodiæ, & Institutione Psallentium eidem sanctæ vnctioni: in qua omnia: quæ cum sit gaudium, & exultatio summi Dei: eos quos sacris replet muneribus: lætos efficit, & iucundos.* Hactenus Florensis Abbatis Præfatio in Psalterium decem cordarum.

Modo sic. Vel relatum errorem de Summa Trinitate, & Fide Catholica scripserat Abbas Ioachim ante prædictam de Sanctissimæ Trinitatis mysterio reuelationem: vel post obtentam reuelationem. Si dicatur primum. Contra est, nam mendam sic enormem statim post habitam reue-
C lationem emendasset, & Petrum Lombardum non hæreticum, & insanum; sed Catholicum, & sapientissimum nuncupasset, summèque commendasset; nec suum errorem in propatulo reliquisset, at statim illum retractasset, tanquam is, cuius animum nulla torpedo obrepebat, & ad verba Dei solicitus, illa extemplò apprimè registrabat, vt eius scripta fatentur. Nec secundum fari potest, siquidem quomodo credibile, ne dum verisimile reddi potest, quod tam sanctus, humilis, deuotus, & fidelis, inque cunctis illuminatus, contra reuelationem habitam scribere voluisset? Immò, & quomodo Deus ipse, qui ne aliqualem fidelissimus eius famulus circa Sanctissimæ Trinitatis mysterium perpetiretur hæsitationem, statim in for-
D ma Psalterij totum aperuerat illi mysterium Trinitatis, ac patefecerat: ita eundem post datam reuelationem permisisset errare? Vel saltem nec fecisset ei potestatem tanta etiam post mortem operandi mirabilia si infidelem illum præsensisset. Patet ergo illum in cunctis fuisse fidelem, nec in similem errorem fuisse delapsum, Deique verba semper fuisse locutum, & in tractatu incomprehensibilis sanctissimæ Trinitatis mysterij præsertim, omnes Ecclesiæ Doctores excelluisse ob specialem diuinitus desuper illi traditam gratiam, vt ex data eius Præfatione constat.

Dices. Poterat B. Ioachim errare, & non corrigere. Ergo errauit, & non correxit. Respondeo ijsdem verbis, quibus ab hac infamia te ab-
E solueres. Poteras tu hesterna die furtum facere, & non restituere. Ergo tu hesterna die furtum fecisti, & non restituisti. Concedo itaque quod *David psalmo 50.*
homo possit semper peccare, nam etiam in peccatis concepit eum mater sua. Nego tamen quod semper peccet, cum de potentia ad actum (vt inquit Philosophus) non valeat argumentatio. Et eadem ratione concedo, quod Abbas Ioachim potuerit errare, nego tamen, quod errauerit de facto circa mysterium ineffabile Sanctissimæ Trinitatis. Instabis. Sunt Sancti Patres, atque Doctores grauissimi, qui dicunt eum errasse de facto, reprehendendo scilicet Magistrum sententiarum. Ergo de facto errauit, & non correxit. Respondeo Sanctos Patres, atque Doctores omnes

ſes quotquot extant, qui de Abbate Florenſi in tractatu de Trinitate tã- A
quam errante mentionem fecere, ſecutos eſſe rubricam Lateranenſis Cõ-
cilij, quod ſuppoſuit pro vero id quod ab Aduerſarijs fuerat contra eum
inſinuatum, oppoſitumque, nempè Ioachim Abbatem Florenſem fuiſſe
illius hæreſis auctorem iam defunctum; de cuius obitu Romanus ipſe Põ-
tifex Innocentius tertius plenè erat informatus, vt patet ex ſententia
eiuſdem Pontificis contra Curacenſes ad fauorem Abbatis, & Conuen-
tus Florenſis data apud Criptam ferratam 2. Kal. Septembris Pontifica-
tus ſui anno quartodecimo, quàm nos ſupra retulimus; ex quo poteſt de-
ſignari annus Domini, nempè 1212. & in anno 1215. Menſe Nouembris

Supra cap. 11. pag. 22.

fuit Lateranenſe Concilium celebratum. O vtinam fuiſſet ad hunc vſque B
annum, & menſem ſuperſtes: nam vtique ſuam conſcientiam depuraſ-
ſet, & anſam non habuiſſent quidã ſcioli eum villicandi diuerſimodè. Si-
cut ergo Concilium Lateranenſe declarauit hæreticam ſententiam illam
non reduplicatiuè, prout erat Abbatis Ioachim, ſed prout reuera con-
tinebat prorſus hæretica, & Orthodoxæ fidei contraria: & de Ioachim
Abbate non curauit niſi materialiter, quia viuens anno Domini 1200.
Sanctæ Romanæ Eccleſiæ omnia ſcripta ſua cenſuræ ſubmiſerat. Ità etiam
Sancti Patres illius ſæculi, atque Doctores eandem Concilij ſententiam
ſũt imitati. Et vt cõiectari fas eſt, & ſi reliqua Ioachim opera fuerint à Cõ-
cilio approbata, ꝙ Florenſes Patres ea diuturno tẽpore poſt Conciliũ de- C
tinuerunt in abſcondito, timentes Aduerſariorum induſtriam, & omninò
deperirent. Coniecturæ huius fundamentum eſt infamia eodem ſæculo
SS. Thomæ, & Bonauenturæ Monachis totius Ordinis Florenſis data, &
vix per Sedem Apoſtolicam extincta, vt infra patebit ex Honorij Papæ

Infra cap. 100.

3. litteris: atque adeò non valuerunt SS. PP. præfati, famuli Dei Ioachim
propriam ſententiam deuulgare, ne dum pro eo Apologiam compone-
re, cum ipſius opera catholicis propoſitionibus ſint plena. Et addimus
quod neque tempus aſſignari poteſt in quo ità Ioachim de Trinitate ſẽ-
ſerit. Vrgebis. Bernardus Lutzengurbus Ord. Prædicatorum in Catha-
logo hæreticorum lib. 2. litt. I teſtatur, *Abbatis Ioachim hæreſim fuiſſe ann.* D
1172. ſub Friderico primo, & Alexandro Papa tertio. Et Matthæus Paris,
ſiuè potiùs Pariſienſis, Monachus S. Albani in Anglia, qui ſub tertio
Henrico Rege Anglorum ſcripſit hiſtoriam Anglicanam ab anno 1067.
vſque ad annum 1250. in quo obijt, ad annum 1179. agens de libello
ſcripto in Petrum Lombardum ab Abbate Florenſi Ioachim, dicit eam
controuerſiam fuiſſe excitatam ſub Pontificatu Alexandri Papæ 3. & nec
terminatam niſi vſque ad Innocentium 3. Demus Auctoris verba. *Scrip-*
ſit etiam (inquit Paris) *eiuſdem* (Alexandri nempè) *Papæ diebus contra eũ-*
dem Petrum Lombardum Abbas Ioachim Florenſis Cœnobij libellum, vocans
eum hæreticum, & inſanum, eo quod in libello ſententiarum, quem compoſue- E
rat idem Petrus de Vnitate, ſiuè de Eſſentia Trinitatis, dixit: quoniam quædã
ſumma res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans,
neque genita, neque procedens. Contra hanc aſſertionem oppoſuit Abbas præ-
fatus, quod non tàm Trinitatem aſtruebat in Deo, quàm Quaternitatem, tres
videlicet Perſonas, & illam communem eſſentiam, &c. Et paulò infra ſub-
iungens ait: *Stetit autem hæc indeterminata altercatio à diebus Alexandri*
Papæ vſque in tempora Innocentij Papæ per annos multos, ſedentibus inter eos
in Cathedra Romana Lucio, Gregorio, Clemente, & Celeſtino Pontificibus Ro-
manis. Quibus ſuccedens Innocentius tertius anno Domini 1215. Romæ gene-
rale

Bern. Lutzenburgus in Cathalogo hæret.

Matthæus Paris in Annal. Anglicis ad ann. 1179.

A *tale Concilium celebrans libellum Abbatis Ioachim, quem contra Petrum, & Articulum ediderat praedictum his verbis damnauit. Nos sacro, &c.* prout habetur supra. Et hanc eandem Matthaei Paris historiam secuti sunt Seuerinus Binius, & Odericus Raynaldus. Ergo errauit de facto sub Alexandri 3. Pontificatu, & non correxit sub Pontificatu Celestini post habitam reuelationem ineffabilis mysterij Sanctissimae Trinitatis. Respondeo. Non esse verum id quod Bernardus Lutzenburgus Ioachim Abbati impingit; sicut non est verum, quod Abbas in eodem Concilio, vt videtur ipse supponere, *postea fuit paratus se corrigi*. nam ipse iàm è viuis excesserat ann. 5. Pontificatus Innocentij 3. & Dominicae Incarnat. ann.
B 1202. vt infra probabitur. Ad id quod ex Matthaeo Paris astruunt Seuerinus, & Odericus respondeo, quod Matthęi Paris historia fuit adulterata ab Haereticis Zigeuinis tàm in corpore, quam in notis marginalibus, vt optimè obseruauit Bellarminus Cardinalis in opusculo de Scriptoribus Ecclesiasticis, cum de Matthaeo Parisiensi. Et si hoc tempore Ioachim errasset, libellum non sibi tanquam Florensi, sed tanquam Curacensi Abbati ascripsisset (hoc enim tempore erat ipse Abbas Curacensis Monasterij, vt patet ex sibi concesso priuilegio ann. Dom. 1178. à nobis supra relato, & vulgauit etiam Iacobus Graecus in sua Chronologia sect. 11. licèt amanuensis, aut typographi inaduertentia annum 1170.
C posuerit pro anno 1178.) vt veritatis ordo requirebat. Praeterea interdictum erat primi saeculi Cistercensibus Patribus sine Generalis Capituli, aut Romani Pontificis licentia nouas librorum expositiones facere: & cum ipse non nisi à Lucio 3. Romano Pontifice nouos libros componendi licentiam impetrauerit, nullo modo poterat sub Pōtificatu 3. Alexandri Abbas Curatij Ioachim contra Petrum Lombardum calamum suum exercere, & à se composita diuulgare. Suppono nihilominus pro vero id quod fama per manus ducta prodit in Calabria, Petrum scilicet Lombardum Dei Viri Ioachim allectum praeconijs, dum Curacensis Monasterij clauum tenebat, Alexandro 3. Pontifice, circa ann. Domini
D 1163. Curatium accessisse, & secum disputasse de articulis fidei, in quibus Lombardus ab Ecclesia declinabat. Vnde in recessu apud Monasterium Sambucinae eiusdem Cistercensis Ordinis in Calabria, & agro oppidi Lutiorum, vt tradit Barrius, perculsus morbo, vitam excedit; vbi & sepultus iacet, vt docet lapis veterrimus, muro Ecclesiae ad sinistram maioris Altaris Deiparae Assumptioni dicati, fabricatus, quem ipse vidi, eiusque inscriptionem ex Iacobo Graeco vulgauit Maurique, cuius verba nos supra dedimus. Disputare enim de articulis fidei cum suspectis de fide non erat interdictum Cistercensibus, vt erat libros componere, & nouas expositiones facere; dum hoc laboris genus veros Monachos ab
E otio contemplationis auertebat, & auertit. Vnde legimus, Cistercienses primos hostes fuisse, qui viriliter Albigensibus resisterent, & primos, qui Inquisitoris officium exercerent, indeque ad Praedicatorum Ordinis Patres dimanasse. Bernardum Parentem Clareuallis insudasse apud nolentes parere Christi in terris Vicario Innocentio 2. Gilibertum Porretanum Pictauientium Episcopum errantem biduana predicatione ad Ecclesiae sinum reportasse, de quo etiam meminit, vt tradit Turrianus, serm. 80. *in Cantica*, & lib. 5: *de consideratione ad Eugenium*. Et Ioachim ipse contra Iudaeos de mysterio Trinitatis disputasse testatur in Expositione Apocalypsis cap. 1. text. 11. pag. 36. col. 4. vbi agens de nomine, *Adonay*,

Seuerinus Binius in notis ad Concil. Later. Coloniae Agrippinae impressis ann. 1618. tom. 8. part. 2. pag. 698. Odericus Raynald. continuator Annal. Baronij ad ann. 1215. nu. 8.

Super cap. 13. pag. 30. C.

Gabriel. Barr. Frãciscanus de antiq. & sit. Calab. lib. 5. pag. 398.

Supra cap. 10. pag. 18. C.

Luisius Turrianus tō. vnic. diuersor. opusculor. opusculo 7. disput. 1. dub. 2. §. Ex his.

Ioachim.Abb.in Expos.Apoc.

Franciscus Longus à Corsolano Capucin. in Breu.Chronologico Pontif. & Concilior. ad hunc ann.

Francisc. Pegna in Directorio Inquisit. comment. 1. pri. part. cap. 2. quē citat Caietanus 3.1. Summæ S.Thom.q.39. ar.5. Nicol.Eymeric. in direct.Inquisit.part. 1.cap.2.

nay, inquit. *A quodam peritissimo Hebræo de virtute huius nominis sciscitati sumus, & quoniam aliquotiens de fide nostra, & sua ad disputationem venimus, ex assidua collocutione nobis familiaris effectus, & maximè quia detectum deprehendit in nobis, quod confessores indiuiduæ Trinitatis ignorare putabat, ità se rem habere, &c.* At concesso etiam pro vero (quod exprefsè negatur) quod Ioachim scripserit sub Pontificatu Alexandri tertij anno Domini 1172. vt astruit Lutzenburgus: vtique de Ioachini errore tanquam de re seria ipsemet Alex. 3. verba fecisset in generali Lateranensi Concilio anno Domini 1179. celebrato à 300. numero Episcopis, vt de Petri Lombardi erroribus fecerat, aut saltem cæteri successores eius in alijs Concilijs subsecutis, nempè Parisiensi sub Vrbano 3. Anglicano, & Parisiensi sub Clemente 3. & Diuionensi sub Cælestino 3. Ex his etiam habetur responsio ad id quod scripsere in Directorio Inquisitorum Franciscus Pegna, & Nicolaus Eymericus, dum aiunt Florensem Abbatem errasse circa ann. 1195. cum Celestinus 3. post hunc annum per Legatum suum Concilium celebrauerit anno Domini 1197. Vrgebis iterum. Abbas ipse fatetur in data præfatione ad Psalterium decem cordarum se de mysterio Trinitatis hæsitationem habuisse. Ergo de facto errauit, & eius hæresis fuit excitata in eo tempore, quod attestarunt Lutzenburgus, & Paris, aut in eo alio anno quem assignarūt Pegna, & Eymericus, & tandem decisa sub Pontificatu Innoc.3. Respōdeo. Transeat antecedens, & nego consequentiam. Aliud enim est hæsitare, aliud errare, & errata registrare. Hæsitare enim nihil aliud importat, quàm non habere intelligentiam terminorum promptam, & expeditam à perplexitatum inuolucris, vnde non potest formare intellectus syllogismum. Errare verò hoc non importat, sed plenum, & perfectum discursum: & qui errat, quibusdam nititur fundamentis, quæ putabat vera: at deindè cognita falsitate, vel sui ipsius, aut sapientiorum iudicio futilia, vana, immò & falsa iudicantur. Dixi, transeat antecedens, quia hæsitatio, quàm Ioachim sibi accidisse inquit, non fuit vera, & propria hæsitatio, sed *velut hæsitatio*, seù principium hæsitationis, & durauit breuissimo temporis spatio, pro eo nempè tempore, quo genuflexus Vir Sanctus præces effundabat Altissimo. Repetamus eius verba, vt magis omnibus veritas elucescat. En verba Florensis Abbatis. *Interea cum ingrederer Oratorium, & adorarem Omnipotentem Deum coram sancto Altari, accidit in me velut hæsitatio quædam de fide Trinitatis, ac si difficile esset intellectu, vel fide esse* (*etiam* legitur ex typographi, aut amanuensis errore) *omnes personas vnum Deum, & vnum Deum omnes personas, quod cum accideret orani valdè, & conterritus vehementer compulsus sum inuocare Spiritum sanctum, cuius sacræ solemnitas præsens erat, vt ipse mihi dignaretur ostendere sacrum mysterium Trinitatis, in quo nobis promissa est à Domino omnis notitia veritatis. Hæc dicens cœpi psallere, vt ad propositum numerū peruenirem. Nec mora occurrit animo modo forma Psalterij decachordi, & in ipsa tàm lucidum, & apertum sacræ mysterium Trinitatis, vt statim compellerer clamare. Quis Deus magnus sicut Deus noster? Tu es Deus qui facis mirabilia. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, & sapientiæ eius nō est numerus, &c.* Vrgebis. Non est credibile quod tantæ auctoritatis scriptores impingere voluerint Abbati Ioachim talem errorem, si non errasset ipse de facto, & consequenter me gratis negare id quod communiter conceditur. Respondeo, Scriptores non proprio ingenio, & industria alcrip-

A ascripserunt Abbati Sancto, quod ipse non scripserat: sed sunt imitati rubricam Lateranensis Concilij, in quo, post eius mortem, sui nominis aduersarijs sugerentibus, fuit de huiusmodi errore inficiatus, vt diximus. Ad consequentiam dico, me non gratis negare Ioachim talia scripsisse; sed nixus viribus appositi argumenti, scilicet, quod si Abbas Sanctus errasset, errorem suum emendasset post habitam reuelationem. Et addo, quod si B. Ioachim fuisset aliquo modo de fide suspectus, ne dum per ipsum tot Deus non operatus fuisset mirabilia; sed nec Romani Pontifices adeò eum magnifecissent, vt eum etiam impellerent ad noui, & veteris testamenti Concordiam, & Apocalypsis Expositionem

B perficiendam, vt testatur epistola Clementis tertij ad ipsam data Laterani 6. Idus Iunij Pontif. sui ann. 1. quam supra dedimus. Sed vt omninò reprobentur à lectoribus meis dicta à Bernardo Lutzenburgo, Matthæo Parisiensi, Francisco Pegna, Nicolao Eymerico, & alijs asserentibus, Dei virum nostrum malè sensisse de ineffabili mysterio Trinitatis antequam illud ei patefaceret Dominus in Ecclesia Casemarij in forma Psalterij decacordi, referenda sunt nobis aliqua, quæ idemmet S. Abbas registrauit in Concordia noui, & vet. testam. ac Apocalypsis Expositione, quas ipse non dum Monachus, sed Peregrinus incœperat in Thabor monte, licèt antequam ad perfectum duceret expositionem *Sup. cap. 24. pag. 65. A.*

C Apocalypsis sub Pontif. Clementis 3. quædam alia opuscula composuerit, vt alibi obseruauimus. Ait itaque in Concordia nou. & vet. testam. quam diximus præsentatam Vrbano 3. licèt alij prædecessori eius, scilicet Lucio 3. præsentatã scripserint. Et quidẽ lib. 2. tract. 1. cap. 2. inquit *Sunt enim si sanè sapimus duo significantia vnum significatum ostendentia nobis, qui credimus in Deum vnum, vnum esse Patrem ad quem specialiter pertinet vetus testamentum; vnum Dei filium, ad quem specialiter pertinet nouum; vnum Spiritum sanctum, qui ab vtroque procedit, ad quem specialiter pertinet mysticus intellectus, qui sicut dictum est à duobus procedit*. Et caput sextum sic exorditur. *Quod autem tres generationes pro vno principio* *Supra cap. 63. pag. 267.* *Ioachim Abb. in Conc. noui, & veter. testam. lib. 2 tract. 1. cap. 2. pag. 7. col. 3.* *Idem ibidem cap. 6. pag. 8. col. 4.*

D *accipiendas esse dicimus, non discordat à sacro mysterio sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Si enim Pater, & Filius, & Spiritus sanctus non sunt tria principia, sed vnum principium, non est absque causa mysterij, vt tres viri iusti qui typum retinent Trinitatis pro vno principio accipiantur, ità vt quilibet eorum accipiatur pro principio, & ipsi tres pro vno principio, &c.* & cap. 8. versus finem post alia de Trinitate sequitur. *Quia verò vnus est Pater, à quo procedunt Filius, & Spiritus sanctus, vnus scilicet qui à Patre procedit, & Filio, duo qui procedunt ab vno Patre: rectè primus status ascribitur Patri, secundus soli Filio, tertius communis Filio, & Spiritui sancto. Nec istud tamen dico, vt (quod à cordibus absit fidelium) diuisum esse credatur regnum, aut* *Idem ibid. c. 8. pag. 9. col. 4.*

E *operatio vnius personæ à regno, aut operatione duarum: sed hoc planè accipiẽdum est proprietate mysterij. Sicut enim tres personæ sunt, & vnus Deus, ità plerumque in his quæ communia sunt tribus inueniuntur distincta significationes ad similitudinem personarum secundum quid.* Plura possemus alia ex eadem Concordia desumere; at aperiamus Apocalypsim, quia hæc clariora nobis tribuet argumenta. Et in primis videamus quid ipse scriptum reliquerit in libro Introductorio ad Expositionem Apocalypsis, agens *de alio intellectu*, ait enim. *Quod si horum quoque intellectuum requiritur scientia fructus, ille est, quem à Sanctis Patribus obseruare firmiter docti sumus, credere scilicet, & inconcussè tenere esse in Patre Filium, & Spiritum* *Ioachim Abb. in lib. Introd. in Exposit. Apoc. cap. 11. pag. 12. col. 3.*

sanctum, esse in Filio Patrem, & Spiritum sanctum, esse in Spiritu sancto Pa- A
Idē ib. pag. 12. col. 4.
trem, & Filium, & quod hi tres simul unus Deus sunt: & dum capite se-
quenti nempè 12, agit, *de duplici intelligentia distinctionis*, inquit. *Liquet*
omnibus Christianis, qui fidem Catholicam firmiter tenent, quod duæ personæ
sunt in Trinitate, quæ Deus est, quarum una ingenita est altera genita, atque
una earum à nullo est, altera verò à solo Patre. Est verò & alia persona, quæ à
Patre, Filioque procedit, quæ sicut Filius cooperatur Patri, ità ipsa quoque pa-
tri cooperatur, & Filio. Tanta quippe est identitas inter Patrem, & Filium,
ut eum se dicat mittere Filius, quem dicit ipse mittere Patrem, & eum dicat
à Patre procedere, qui procedit à se. &c. & cap. 13. tali titulo insignito. *No-*
Idē ib. pag. 13. col. 2.
ta pulchrum mysterium, dicit, *Arguunt nos illa dicere, qui Sabellianum virus* B
occultans in pectoribus suis metuentes in scriptura divina aliquid proferre, quod
distinctè referatur ad personas singulas, ne videantur scissionem facere Deitatis:
non attendentes, quod sicut verè in personis proprietas est, & in essentia uni-
tas: ità quædā sint, quæ propter proprietatē personarū propriè ascribantur Patri,
quædā quæ propriè ascribātur Filio, quædā quæ propriè Spiritui sācto, & quæ prop-
ter unitatē essētiæ, ipsamet cōmuniter referātur ad oēs, Quoniā quidem sic verè
sūt tres personæ Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ut tū in Patre sit Filius, &
Spiritus sanctus, in Filio Pater, & Spiritus sanctus, & in Spiritu sancto Pater
& Filius. Sicut ergo vox illa quæ dictum est: Tu es Filius meus dilectus, per-
tinuit ad solum Patrem, & caro ipsius Filij ad solum Filium, & Columba ad C
solum Spiritum sanctum: & tamen hæc tria tota simul Trinitas operata est.
Ità primum statum proprietate mysterij dicimus ascribendum Patri, secundum
Filio, tertium spiritui sancto: & tamen tres simul tribus personis communes
sunt. Quia nihil habet Pater, quod non sit Filij, & Spiritus sancti, nihil Fi-
lius, quod non sit Patris, & Spiritus sancti, & nihil Spiritus sanctus, quod non
sit Patris, & Filij; Ea propter si verbum illud pensamus, quo ait Dominus.
Pater meus usque modo operatur, & ego operor. Quod videtur propriè distin-
ctionem facere inter personam Patris, & personam Filij, ac si solus tunc ope-
ratus sit Pater, & solus tunc operatus sit Filius. Et illud quod generaliter scrip-
tum est de verbo Patris. Omnia per ipsum facta sunt. Et illud quod idem Fi- D
lius testatur de Patre dicens. Pater in me manens, ipse facit opera. Ità miro
modo Sabellij, Arrijque venenum, donante ipso, de quo & loquimur devitare suf-
ficimus, ut per hoc quod invenimus aliqua propriè ascripta Patri, propriè Fi-
lio, propriè Spiritui sancto, dicamus intelligere proprietatem personarum. Et
per hoc quod invenimus omnia pertinere ad omnes, discamus piè sentire unita-
tem essentiæ, &c. Audiuimus quæ dixerit in ipso limine Apocalypsis, au-
Ioachim Abb. in Exposit. Apoc. part. 1, cap. 1. text. 11. pag. 34. col. 1. 2. & 3.
diamus modò eundem S. Abbatem, primum Apocalypsis caput expo-
nentem. Ait itaque text. 11. *Non enim sufficit Mundo scire Patrem solùm,*
nisi sciat filium, & Spiritum sanctum. Nec sufficit ei scire omnes tres perso-
nas, nisi etiam credit aliam earum esse ingenitam, aliam genitam, aliam pro- E
cedentem. Nisi credat singulam esse verum Deum. Nisi credit tres personas
esse sibi ipsis coæternas, & coæquales. Nisi credit Filium esse genitum à solo
Patre, Spiritum verò sanctum à Patre, & Filio procedere. Igitur præcedenti-
bus occultis, quæ pertinent ad notitiam personarum Patris, scilicet, Filij, &
Spiritus sancti, sequitur unum in quo finis est fidei, in quo consumatio verita-
tis, notitia videlicet unius essentiæ, hoc est, ut tres personas unum Deum es-
se intelligamus. Ubi enim est finis, ibi & consumatio, quæ videlicet consuma-
tio idcircò in adventu Spiritus sancti posita est, quia est communio Patris, &
Filij, ipse est vinculum unitatis: & ideò qui noscit illum à Patre, Filioque pro-
cedere,

A *cedere, intelligit personarum trium summam, & ineffabilem vnitatem. Nul-*
lo enim modo posset vnus ipse ab vtroque procedere, nisi vnum esset Pater, &
Filius: nec posset vnus ipse ab eisdem sine fine procedere si non esset vnus cum
eis, à quibus indesinenter procedit. Si ergo credimus principium Patrem, prin-
cipium Filium, principium Spiritum sanctum, perfectum Deum Patrem, per-
fectum Filium, perfectum Spiritum sanctum, quod littera illa triangulata,
(scilicet A) *designare mostratur, quid restat, nisi vt tres ipsos vnum Deum es-*
se intelligamus, quod scilicet Sacramentum fidei designatur in O rotundo, quo-
niam quidem, vt elemento triangulato Trinitas, ità elemento rotundo, quod
est O vnitas designatur, hæc est enim finis fidei ad salutem omni credenti. Si
B *enim non prius intelligimus esse tres, quomodo tres ipsos simul possemus intelli-*
gere esse vnum? Alioquin qui sic accipiunt vnum, quod trium essentiam perso-
narum, vt aliquod vnum distinctum, & proprium esse dicant, sic inquam ali-
quod vnum singulare, quomodo cum credimus, Deus Pater vnus est, Deus fi-
lius vnus est, Deus Spiritus sanctus vnus est, quasi quartũ aliquod sit diuina
substantia, Idolum adorant, non Deum, quoniam quidem quartum aliquod nõ
recipit fides nostra, sed tantùm tres personas, quæ significantur in A. Quod si
ità est, quid pertinuit ad mysterium fidei, vt dicto. Ego sum A. Adderetur &
O. nisi quia non sufficit nobis credere esse veraciter Deum trinum, nisi eum quẽ
credimus esse trinum, credimus nihilominus esse vnum, & summè vnũ. Non
C *enim aliud est qui dicit. Ego sum A. & aliud qui dicit. Ego sum O. Sed ipse qui*
est vnus Deus dixit. Ego sum A. ipse qui est trinus dicit. Ego sum O. ipse in-
quam trinus, & vnus Deus dicit simul vtrumque. Ipse qui dicit. Ego sum
Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, ipse dicit. Ego sum, qui sum. Et
hæc dices filijs Israel. Qui est misit me ad vos. Nec aliud est dicere. Ego sum
A. quàm ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Nec aliud
est dicere Ego sum O quàm. Ego sum qui sum. Et hæc dices filijs Israel. Qui
est misit me ad vos. Verumtamen multi dicunt quod dicimus, confitentur, quod
confitemur, & tamen tenentes verba solùm in quibus est veritas verborum, in-
tellectum ignorant, nec mirum tamen, dicit se namque Deus ipse, de quo &
D *loquimur, apparuisse Abraam, Isaac, & Iacob in Deo omnipotente, sed nomen*
meum Adonay non reuelaui eis. Quare hoc? quia magnum est, & archanum
mysterium Trinitatis, & Vnitatis non posse vllo modo animalibus hominibus
aperiri. &c. Hæc & alia multa scripsit Ioachim in expositione Apoc. cõ-
cernentia ad Sanctissimæ mysterium Trinitatis, & Vnitatis simplicissimæ
diuinæ essentiæ; quæ cum omninò catholica sint, atque catholicæ fidei
prorsus consona, ab eoque scripta tàm antequam Monachum indueret
in Monasterio Curatij, quàm ante, & post à se institutum Ordinem Flo-
rensem sub Pontificatu Clementis 3. ann. Dom. 1189. & confirmatum *Sup. c.36. pag. 100.*
deindè, vt supra probauimus ann. 6. Pontificatus Celestini etiam tertij; *D.*
E procul dubio fictitia censeri debent, quæ Lutzenburgus, Paris, Pegna,
& alij scripserunt in suis operibus. Facit quoque ad confirmandum no-
strum argumentum, quod scilicet neque ante, neque post habitam reue-
lationem Ioachim errauerit in eo, in quo pulchritudo nostræ fidei consi-
stit, in mysterio nempè Trinitatis, id quod Florensibus suis fratribus ob-
seruandum indixit per suas Constitutiones à Celestino 3. confirmatas. *A*
Kalendis ergo (mandat B. Abbas Ioachim Florensis Ordinis Institutor)
Octobris vsque ad Pascha primam synaxim persoluant à prima hora vigiliarum
vsque ad tertiam: secundam à tertia vsque ad nonam: tertiam à nona vsque
ad Completorium: nam quia & principium operis refertur ad Patrem, & per-

ſeuerantia paſſionum ad Filium, & otium ſiue requies ad Spiritum ſanctum: à A
Paſcha vſque ad Kalendas Octobris primam Veſpere, ſecundam mane, tertiā meridie, & hic quidem ad reuerentiam Trinitatis, vt ſingulis perſonis offeratur ex æquo ſacrificium laudum. Cæterum ſi primam, & ſecundam voluerint dicere ſimul, licebit: quia Pater, & Filius vnus Deus ſunt, à quibus procedit Spiritus ſanctus: ſi ſecundam, & tertiam ſimul, licebit, quia Filius, & Spiritus ſanctus vnus Deus ſunt, & ambo ab vno Patre: ſi ſimul tres, licebit, quia ipſæ tres perſonæ vnus Deus ſunt. Hæc ex libello pro Eccleſiaſtico officio, perſoluendo in Florenſi Archicœnobio, exarauit Iacobus Græcus Florentium Prior, & vulgauit in Chronologia Ioachim ſectione 46. pag. mihi 177. & 178. Et cum ipſe Ioachim ſe fecerit vnum de Florentibus, vt B patet ex Bulla ſupra citata Celeſtini 3. eoſque ſanctiſſimis moribus, ac mira in omnibus obſeruantia informauerit vſque dum fuit in humanis; dubio procul non poterat non firmiter credere, & firmiter credendo aliter ſcribere, vel prædicare quā quod in ſuis Inſtitutionibus regiſtrauerat, & regiſtratū Apoſtolica auctoritate vallari procurauerat. Et cōſequēter, ſtantibus his adductis, redditur incredibile, quod ante, vel poſt habitā reuelationem voluerit errare circa myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis ineffabile. Tranſeamus ad ſecundum fundamentum.

Iacobus Græcus in Chronol. Ioachim.

Supra cap. 63. pag. 267. D.

Ioachim Abbas in fine Expoſitionis ſuper Apocalypſis.

Secundum fundamentum deſumitur ex monumento à Dei Viro veri defenſoribus relicto, à nobis ſupra relato, quod quia in omnes partes multum refert, illud iterum ſi hic tranſcribamus non erit inutile. *Cæterum*, C (inquit Ioachim) *ſi in aliquibus locis aliqua minus habent, ac per hoc trahi poſſunt ab æmulis ad illicitum intellectum, quærat diligenter defenſor veri in alijs locis opuſculorum noſtrorum, & inueniet ſufficienter in alio loco lucidum, quod in alio forte loco fecit breuitas tenebroſum. Si enim non defuerunt viri iniqui, qui deprauarent, teſte Petro, epiſtolas Pauli, & ſi Iamnes, & Mambres homines impij reſtiterunt Moyſi, quanto magis neceſſe eſt, vt compleatur id, quod futurum eſſe teſtatur Apoſtolus de ſubuerſoribus veritatis, maximè cum videamus inſtare tempora illa periculoſa, in quibus hæc ipſa, & multa alia futura eſſe præſcripſit? Verum in omnibus his fiduciam bonam habemus ad Deum, ſciē-* D *tes, quod ſicut verum eſt, quod prædixit de impugnatione veritatis, ita verum eſſe neceſſe eſt id, quod ſubiunxit: ſed vltra non proficient: inſipientia enim eorum nota erit omnibus, ſicut & illorum fuit.* Vt hæc, quibus noſter Ioachim ſuam Apocalypſis expoſitionem abſoluit, pleniùs intelligantur, ſciendum, Dei virum ob ſupremum, & ſupernaturalem intelligentiæ, & prophetiæ ſpiritum ſibi concreditum, profundiſſimos, ſed perobſcuros ſuos edidiſſe tractatus. Quamobrem alij non eodem ſpiritu illuminati, veluti cœcutientes, eius foliorum prata diſcurrentes, vix aliquos inde flores carpere quiuerunt. Alij, velut talpæ, eximiam ſcriptorum eius profunditatem peragrantes, non valentes nec quidem arcanorum penetrare E ſuperficiem, tanquam impij, & inſipientes corde, fideliſſima, & catholica eius affata eucitentes, tanquam glebas, in hæretica, ac impia deprauarunt; ſubuerteruntque, ſemper fideliſſimo Præconi detrahendo diuerſimodè. Et alij tandem nodoſa quædam, & obſcura eius dicta enodare, & dilucidare exoptantes, ad illicitum illa traxerunt intellectum; nec alia attentè legendo percurrerunt eius opuſcula: nam iuxta eius promiſſum, in alio loco vtique lucidum inueniſſent, quod in alio tenebroſum inuenerant. Siquidem diuinæ voluntatis interpres Abbas Ioachim quaſi pro lege habuit, vt eſſentialia quædam, & ſcitu digniſſima non ſæpiuſcule, ſed

ſæpè

A ſæpè ſæpius ſuis in opuſculis apponeret,atq; repeteret. Et ideo ſuper hoc
veri Defenſorem voluit admonitum, dicens. *Si in aliquibus locis aliqua*
minus habent,ac per hoc trahi poſſunt ab æmulis ad illicitum intellectum,quæ-
rat diligenter defenſor veri in alijs locis opuſculorum noſtrorum,& inueniet ſuf-
ficienter in alio loco lucidum, quod in alio forte loco fecit breuitas tenebroſum.
Huiuſmodi generis ſunt ea, quæ dixit de multiplici intelligentia, hiſtori-
ca ſcilicet, morali, tropologica, contemplatiua,& anagogica,quibus om-
nis fere ſermo, & compoſitio eius innititur, adeò quod libellus poteſt re-
periri nullus,in quo de his nõ fecerit mentionem; licèt hæc ob breuitatẽ
videatur obſcura: de his autem ad ſatietatem vſq; in ſecundo libro Pſal-
B terij decem cordarum locutus eſt. De Mendicantium Ordinibus ſatis
apertè vaticinatus eſt Ieremiam,& Iſaiam exponens; perobſcurè autem
in noui,& veteris teſtamenti Concordia, in Apocalypſis expoſitione,& in
Pſalterio. De Henrico ſexto, & Friderico ſecundo in Ieremiam ſatis cla-
re, & in Iſaiam ſatis tenebroſè. De incomprehenſibili Sanctiſſimæ Tri-
nitatis myſterio in Concordia vtriuſque Teſtamenti, in libro Introdu-
ctorio ad expoſitionem ſuper Apocalypſim, ac in cæteris omnibus ſuis
opuſculis,quàm breuiſſimè,& proinde admodum obſcurè; in ipſa tamen
expoſitione Apocalypſis, ac in Pſalterio decem cordarum adeò apertè
ſubtiliter,& profundè diſſeruit, vt aliorum vidi neminem,qui ei poſſit cõ-
C parari. Sic etiam de nonnullis alijs, quæ breuitatis gratia omitto. His
præmiſſis, ſic argumentor. Si Ioachim noſter illius fuiſſet ſententiæ, quæ
continetur in nuper relato capite *Damnamus*. ſuo more de ea, tanquam
de re ſeria, & ad catholicam fidem maximè pertinente, non in damnato
tantùm libello, ſed in alijs etiam ſuis opuſculis ſaltem breuiter,& obſcurè
tractaſſet: ſed de ea non tractauit; non enim ſuis in operibus,& opuſcu-
lis reperiri poteſt locus aliquis etiam obſcuriſſimus,ac vndequaque tene-
bris coopertus, qui hæreticam huiuſmodi ſententiam aſtruat; alioquin
omnia alia eius ſcripta eandem ſententiam continentia, damnata fuiſsẽt
ab Innocentio tertio: immò apertiſſimè conſtat oppoſitum,nempe illum
D tenuiſſe,& ſcripſiſſe eam ſententiam inuariatam, quam de fide tenendam
deinde indixit Innocentius in Lateranenſi Concilio, vt videri poteſt ex
verbis,quæ ex eius Pſalterio ſupra tranſcripſimus. Ergo Ioachim non fuit
illius hæreticæ ſententiæ,quæ in citato cap. *Damnamus*. continetur. Ergo
à ſubuerſoribus veritatis illa ſententia, Dei Viro, & Præconi fideliſſimo
non aſcribenda,fuit aſcripta; ſiue ab æmulis catholica eius ſcripta,vt præ-
dixerat, fuerunt deprauata. At ad quid alia verba facere, ſi in ſpe-
cie hoc tibi euenturum prædixit? Audiatur fundamentum tertium.

Tertium fundamentum,& vltimum deſumitur ex ſua expoſitione ſuper
Ieremiam Prophetam ad inſtantiam Henrici ſexti Romanorum Auguſti
E & Siciliæ Regis ann. Domini. 1197. vt aliàs diximus, elaborata ſub Pon-
tificatu Celeſtini Papæ tertij, in qua hanc ſibi afflictionem futuram præ-
oſtendit pluribus in locis. Primò ad verba illa cap. 11. *Venite mittamus*
lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius
non memoretur amplius. Inquit. *In ſanam doctrinam,& fidelem lignum ſcã-*
dali ponent, vt eam extinguant, & nomen Doctoris cui reuelabitur ſententia
Danielis euertant. (Sciunt omnes Ioachim Prophetam noſtrum, ſuper
Danielem Prophetam ſcripſiſſe librum vnum, præter nonnulla alia Da-
nielis, quæ exponens Apocalypſim enucleauit.) Et ſubdit. *Futurum eſt*
enim, vt . . . Summus Pontifex veritatem inſinuet,vt vnus damnetur,ideſt,
morta-

Ioachim Abb. ſuper cap. 11. Hieremiæ pag. mihi 23. col. 1.

moriatur Doctor pro populo, vt non tota gens pereat in errore. Sic Sedechias A
contra Ieremiam insurgit: damnat librum (supple ab alijs deprauatum, vi-
tiatumque) scindit Trinitatem, ab Vnitate (expressit Vates titulum depra-
uati libelli) Scalpello sententiam scriba Doctoris. Nescio autem, Deus scit,
vtrum in nobis (idest ipso viuente) complenda sint vel in secuturo ordine
(idest eo mortuo, & aduersarijs suis magis præualentibus) consumanda. Et
post pauca sequitur. Designat . . . . Summum Pontificem post Celestinum
Item ibidem col. 2.
futurum, quicunque sit ille: (hic fuit Innocentius tertius, qui Celestino 3.
6. Idus Ianuarij ann. 1198. in Lateranensi Basilica sepulto, nullo interre-
Supra cap. 40. pag. 111. B. Infra cap. 71.
gno secuto successit, vt aliàs diximus) à quo quia Stella disparuit (idest
quia Auctore libri anno Domini vt infra probabitur, 1202. è viuis su- B
blato, claritas, sensus, & veritas scripturæ suæ disparuit) Spiritualis in-
telligentia extinguetur in dolo, & per inuidiam tredetur, & perimere cogita-
bit. Quod autem congregauerunt Pontifices Ecclesiarum, & Pharisæi, scilicet
Abbates, Priores, Religiosi Cistercienses Concilium forsitan generale inuiden-
tes Christo (idest Sacerdoti Abbati Ioachim, ex eo quod nouam refor-
mationem induxerat in Cisterciensem Ordinem tunc mira obseruantia
celeberrimum, Florensem nuncupatam.) totum ad illum Doctorem referē-
dum est, quem sextus describit Angelus, immò sub quo in manu alterius An-
geli liber demonstratur veritatis apertus. Sed multò clariora certissimè red-
duntur hæc ipsa ex his quæ immediatè subiungit, dum exponit verba il- C
la. Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam
tuam, & dicunt: Non prophetabis in nomine Domini, & morieris in manibus
nostris: Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego visitabo super eos:
iuuenes morientur gladio, filij eorum, & filiæ in fame, & reliquiæ non erunt
ex eis; inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.
Exponens inquam hæc verba, hæc formalia verba registrauit: sequitur.
[Ad viros Anathoth qui quærunt animam tuam.] A quibusdam Cistercien-
tium egredietur iniquitas hæc (nempè deprauatio catholicæ sententiæ) vt Do-
ctor ille non prophetet in nomine Domini, & in eorum [manibus] idest operi-
bus, & Concilijs [moriatur] scilicet reprobatur. (Ipsis siquidem agentibus, D
Franciscus Biuarius in Apologetico pro Lucio Dextro. §. 6. & habetur in Calca Commentar. eiusdē Biuarij super Chronicon omnimodæ historia Fl. Lucij Dextri Barchinonensis, pag. 467.
vt testatur doctissimus Franciscus Biuarius Mantuæ Carpetanus eiusdem
nostri Ordinis, in Concilio generali damnatus fuit liber.) Sed quid inde
sequitur. Iuuenes eorum morientur gladio, filij eorum, & filiæ in fame, & re-
liquiæ non erunt ex eis [Iuuenes] sunt priores: [Filij] Monachi: [Filiæ] Mo-
nasteria (quæ per filiationes erant distributa) vel obedientiæ (idest Gran-
ciæ) eorum Primi (supple, cadent) in gladio Reipublicæ; (vt verum verò
consonet, prædicit lamentabilem casum Cistercientium in manus Com-
mendatariorum, de quo nos latè supra) secundi in fame doctrinæ Catholi-
Supra cap. 54. pag. 207. C.
cæ deficient (quia dum non erant Commendatariorum oues propriæ, mi-
nimè curabantus de infirmitatibus, & multò minus prouidebantur de E
necessarijs ad cognitionem Theologicæ doctrinæ quam discupiebant, at-
que adeò deficiebant) in fame doctrinæ Catholicæ (idest decedebant in
desiderio addiscendi Theologicam facultatem) [Reliquiæ] potestates sci-
licet Ordinis in defectum regularis obseruantiæ. [Inducam enim malum super
viros Anathoth] scilicet super Prælatos maiores Cistercētium [annum visita-
tionis eorum] scilicet tribulationis immissa. Prælati autem maiores Cister-
Sup. cap. 54. pag. 207. B.
cientium sunt Abbas Archicœnobij Cistercij, & Abbates Firmitatis, Pō-
tiniaci, Clareuallis, & Morimundi, qui vt eiusdē Dei famuli verbis vtar
supra adductis, in omnibus alijs primatum tenent, & quasi quidem Pa-
triar-

A triarchæ aliarum Abbatiarum omnium facti sunt vnusquisque in linea suæ filiationis. Quam autem tribulationem ipsi pertulerint sub infausto Commendæ vocabulo, scit mundus vniuersus, atque adeò pessundatis multis, & multis celeberrimis Abbatijs Commendatariorum culpa, potestas Prælatorum maiorum Cisterciensis Ordinis hodie (proh dolor) nō adeò latè patet, vt ante quàm Commendæ excogitarentur; & maximè in Regno Neapolitano, vbi ortus Ioachim, & in Sicilia, quibus in Regnis nōnullorum tunc celeberrimorum Monasteriorum neque vestigia cernuntur, & non pauca ab alijs Ordinibus sunt occupata; quinimmò, & Monasterium ipsum famosissimum de Curatio à Monacis Cisterciensibus
B omninò destitutum legitur apud Buffolatum supra adductum. Quare autem Cistercienses Ioachim tàm grauiter insimulauerint apud Romanum Pontificem, & Lateranense Concilium historiam narrat Biuarius supra citatus inquiens. *Professus Ordinem Cisterciensem Ioachimus in Monasterio Curaty, quod est in Calabria Diœcesis Marturana: nihilominus Florense Cœnobium extruens, reformationem nouam in Ordinem Cisterciensem induxit, qua Florensis à capite dicta est: Hinc effectum fuit, vt quorundam Cisterciensium odium incurrerit, qui eius vaticinia deridebant, & scripta curiosè admodum scrutabantur, occasionem accusandi illum solicitè perquirentes. Crediderim eos, aut plures eorum bono animo ipsum zelasse, nec aliter inter vtros-*
C *que contentionem processisse, quàm olim inter Chrysostomum, & Epiphanium. Vt vt sit, in libro Ioachimi De substantia, seu vnitate Trinitatis, inuenerunt, quo illum duro iudicio Ecclesiæ supponerent: quod nimirum vnitatem Trinitatis ad eum modum exponeret, quo dilectores suos vnum cum Deo fieri, Christus per Ioannem asserit: seu ad eum quo Tribus Iuda, & Tribus Beniamin, & Tribus Leui vnus simul populus dictæ sunt: & quod adderet non posse cogitari simplicem diuinam substantiam seorsum à personis (vti Petrus Lombardus visus est fecisse in 1. sententiarum dist. 3.) iusitum Sabellio, & Arrio sentiendo. Detulerunt igitur causam eiusmodi ad Concilium, à quo in eo sensu, quem verba eius prætendere videbantur, liber præfatus ann. Dom. 1215. sententiā*
D *damnationis accepit*. Hactenus Biuarius, qui supposuit, vt apertis verbis se explicat inferius §. *Vt ergo*, quod ex scriptis à Ioachimo in Psalterio decem cordarum argumentum desumpserint sui nominis Aduersarij Abbates Cistercienses, vt Florensis Ordinis Auctorem insimularent de nota hæreticæ prauitatis apud Oecumenicum Concilium, & Pontificem. At tanti doctissimi viri pace semper salua: non ex credibile quod in consessu ferè innumerabilium Orthodoxorum Patrum Lateranensis Concilij non fuerint, qui sensum verborum Ioachimi callerent, & quod stare tātùm voluerint dictis Abbatum Cisterciensium, maximè tunc Libelli Auctoris fama florente, & de catholica doctrina optimè sentiente in cœte-
E ris omnibus suis opusculis. Crediderim potiùs, Ioachim post institutum Florensem Ordinem scripsisse quidem libellum contra Magistrum sententiarum, sed circa ea tantùm in quibus ab Ecclesia declinabat, & de quibus cum eo disputauerat dum Curacenses ipse regebat, & de quibus idem Magister sententiarum Petrus Lombardus fuerat accusatus in Lateranensi Concilio sub Alexandro tertio celebrato, vt aliàs diximus: & Curacenses, qui ad 28. lapidem distabant à Florensi Archicœnobio, tùm causæ nouæ reformationis inductæ à Ioachino in Cisterciensem Ordinem, tùm causa habitæ contentionis, & litis cum Florensibus super Monasterio Græcorum Calabro Mariæ per Innocentium tertium tandē termi-

Supra cap. 11. pag. 21.D.

terminatæ anno Domini 1212. omnem induſtriam poſuiſſe, vt libellus A
ille taliter deprauatus eſſet, antequã Concilio generali præſentaretur, ad hoc vt Floreñſis Ordinis Inſtitutor apud omnes nationes malè de fide ſẽtiret, & coram Lateranenſis Concilij Patribus Sanctæ Sedis Apoſtolicæ ſuſciperet diſciplinam. Ante me hoc item ſuſpicatus eſt Auctor Chronologiæ Ioachim, dicens. *An verò aliquid fuiſſet appoſitum in opere illo, antequam Concilio præſentaretur Dei iudicio examinandum relinquatur. Nam hoc ipſum apertiſſimè eundem Ioachim prædixiſſe videtur in cap. 11. Super Ierem. in verba illa, Ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam.* Cæterum dati vaticinij ſenſus clarus eſt; ſcilicet fore vt filij Anathoth, nempè Ciſtercienſes, doctrinam Ioachim Doctoris deprauarent, & taliter de- B
prauatam prædicarent eam fuiſſe Abbatis Ioachim, & hoc ſcandalum poſitum in ſanam doctrinam, & fidelem, referrent coram cœtu Patrum Oecumenici Concilij, quod ſcandalum vt ſedaret, Pontificem pronunciaturum oportere, vt libellus ille vnus damnaretur, cuius cauſa ortum nuper erat ſcandalum in conſeſſu Patrum; eum verò Pontificem non aliũ futurum eſſe, quàm eum qui Celeſtino ſuccederet. Et hic fuit Innocentius 3. qui Concilium generale indixit, & Laterani celebrauit in quo conuenere inter cæteros duodecim Abbates, & octingenti Priores Cõuentuales magna ex parte Ciſtercienſis Ordinis, & in quo Libellum Ioachimi quem ediderat contra Magiſtrum ſententiarum ab alijs depra- C
uatum, quibuſdam Abbatibus Ciſtercienſibus etiam ſuggerentibus cõdemnauit. Secundò hoc itidem innuiſſe videtur exponens cap. 36. eiuſdem Ieremiæ, dum dicit; *Principes populi, Pontifices, atque Scribæ*, ideſt Patroni Ciſtercientium, Abbates, atque Secretarij eorum, *velut vtres veteres non valentes capere eloquia noua vitæ*, ideſt conſtitutiones nouæ reformationis Florenſis nuncupatæ, *ad deſtruendum volumen* (ſupple contra Petri Lombardi errores à ſe compoſitum ad illud deprauandum) *totis fraudibus conuertuntur, & quaſi non plenè de Trinitate edisſerant, ſed potiùs quantitate confundant: & ſcalpello Scribæ ſententiam alicuius Doctoris in oculis ſuis Setoli vilipendendo reſcindant.* & ſequitur immediatè verba Iere- D
miæ dicentis ibidem. *Rex autem ſedebat in domo hyemali in menſe nono, & poſita erat arula coram eo plena prunis. Cumque legiſſet Iudi tres pagellas, vel quatuor, ſcindit illud ſcalpello Scribæ, & proiecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in arula.* & dicit. *Locus hic cum completus fuerit, tunc melius exponetur. Quia futurum eſt, vt Petrus, Summus Pontifex ad prunas ſedeat propter frigus hyemis imminentis, &c.* Hæc etiã alibi, quæ breuitatis gratia omitto. Pauca enim fideli, & pio: infideli verò, ac impio nec multa ſunt ſatis. Patet ergo Dei virum præuidiſſe, quod hij, qui altiſſima eius eloquia capere non poterant, eius volumen totis fraudibus erant deſtructuri; & qui quantitate Trini- E
tatem confundebant, ſcalpello ſcribæ fidelem, & catholicam ſuam ſententiam erant reſciſſuri; & tandem à Pontifice ſedente ad prunas propter frigus hyemis imminentis in menſe nono libellus ſententiam Auctoris continens deprauatam erat reprobandus. Quod totum fuit euentu comprobatum. In menſe enim Nouembrio anno Domini 1215. & à dato vaticinio anno decimo, & menſibus ad minus quinque, Innocentius tertius, qui ad Petri Sedem immediatè poſt Celeſtinum, ſub cuius Pontificatu modò relata ſcripſit Ioachim, fuerat euectus, vt ſupra diximus, in medio Lateranenſis Concilij, libellum à Dei famulo catholicè com-

Iacobus Græcus in Chronol. Ioachim. ſect. 22. pag. 98.

Ioachim Abb. in c. 36. Ierem. pag. mihi 59, col. 1.

A compositum, & ab alijs hæreticè deprauatum damnauit, reprobauitque, ac igne comburendum indixit, vt notauit Posseuinus, & secundum libelli inscriptionem damnatæ, hæreticæque sententiæ Floris Abbatem declarauit in Auctorem. At si Abbas Ioachim eo tempore inter viuos reperuisset, vtiq; cū cæteris eiusdē Ord. Abbatibus ad idē Lateranense Concil. aduolasset; intrepidè, sed humiliter Aduersarios, & sacra doctrina leuiter tinctos, redarguisset, obscura, si quæ fortasse erāt in eo libello cōtenta, edisseriffet, explanassetq; & suam tandem in medio Concilij sententiam in profunda spiritus humilitate, sed alta, ac intelligibili voce tanquā tubicen, & fidelissimus præco Dei edixisset; & quæ cæteris præsētanda præscripserat, *Anton. Posseuin. litt. IO. in Apparat. sacro tom. 2.*
B summo Romano Pontifici personaliter, propriaque manu præsentasset. Cæterum ipse, cuius germana verba supra retulimus, non docuit, diuinā essentiam esse generantem, & genitam, ac procedentem; sed optimè, & catholicè docuit, Patrem generare Filium, Filium gigni à Patre, sed nec fieri, & nec creari à Patre, & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, sed nec fieri, nec creari, nec gigni à Patre, & Filio. Omnes tres personas diuinas, & harum quamlibet esse Deum, & vnum Deum summè vnum, & supra quàm dici potest vnum: ad illam excludendam vnitatem, quæ ex plurium habetur collectione, vel similitudine; quæ deinde fuit illi ascripta, vt ex relato capite *Damnamus*. Addens in Patre esse Filium, &
C Spiritum Sanctum: in Filio Patrem, & Spiritum Sanctum, & in Spiritu Sancto Patrem, & Filium esse; & hoc ea ratione, quia sunt vna Deitas, vna substantia, vna Diuinitas, & vna Natura. Quod sanè de vnitate, quæ habetur ex collectione plurium, vel ex similitudine pluriū nefas est prædicari; cum omnium collectorum, vel similium natura, non sit vna; sed tot sunt naturæ, quot sunt homines collecti, vel similes. Ideoq; adiunxit. *Sunt autem vnum vnitate Spiritus, vel Charitatis, vel alterius similis*. Et explicans illud Euāgelicum Ioannis. *Fac vt isti sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus*. Inquit. *Noluit veritas significare, illos esse vnum vnitate natura in tribus personis diuinis; sed esse vnum vnitate Spiritus in tribus personis* *Ioann. cap. 17.*
D *diuinis*. A quibus natura diuina vllo pacto intrinsecam diuisionem recipere potest. Nam tot essent Dij, quot personæ diuinæ naturam diuinam intrinsecè diuidentes: sicuti tot sunt homines, quot hæcceitates naturam humanam diuidentes intrinsecè. Quod esset contra Orthodoxam, & Catholicam fidem, quæ docet esse vnum Deum. Nam ipsa diuina Natura, Deitas, substantia, siuè Essentia diuina identificata est, ac inbibita in tribus personis diuinis: adeò vt ipsæ tres personæ diuinæ sint eadem diuina Essentia, Substantia, Deitas, ac Natura diuina: & ipsa Natura diuina, Essentia, Substantia, siue Deitas, est Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, & harum quælibet; & tam de singulis, quam de omnibus tribus personis diui-
E nis simul sumptis potest diuina prædicari Natura. Et adeò Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum esse vnum Deum, vt nullibi possit esse Pater sine Filio, & Spiritu Sancto; nullibi Filius sine Patre, & Spiritu Sancto; & nullibi Spiritus Sanctus sine Patre, & Filio. Quia vbique est Pater, vbiq; Filius, vbique Spiritus Sanctus. Et hoc etiam eadem ratione, quia sunt vnus Deus, vna Natura, vna Essentia, vna Substantia, & vna Deitas. Et ità hoc nomen, *Deus*, prædicatur de Patre, de Filio, & Spiritu Sancto, vt illos tres Deos esse non significet; sed vnus Deus. Tres enim personæ diuinæ vnum sunt, & non vnus; nisi ità dicendo nomen, *Deus*, apponatur. Masculinum enim genus personam, neutrum verò genus substantiam, siue trium

diuinarum perſonarum Naturam ſignificat, vt cum Sancto Auguſtino Sã- A
ctus Doctor Ioachim docuit, & nos cum ipſis anno Domini 1646. in hoc Sagittarienſi Collegio in Logicis ſatis fusè tractauimus cum alijs Scholaſticis. Indicibili cum attentione omnia Sancti Abbatis opera, quæ ad noſtras deuenerunt manus perluſtrauimus, perlegimus, explorauimus, ac ſpeculati ſumus pluries, plurieſque, & in locis etiam obſcuriſſimis, vnquã ne dum in ſermonem, ſed nec in verbum aliquod offendimus, ex quo inferri potuiſſet, ipſum Dei virum illius fuiſſe ſententiæ, quæ in cap. *Damnamus*. continetur. Verùm poſtquam exeruiſſet calamum, Catholicæ tanquam fidei propugnator acerrimus, contra Iudæos, & alios Eccleſiæ Aduerſarios, præcipuè aduerſus Sabellium hæreticũ, alterius hæretici, Noe- B
ti nomine, diſcipulum, & ab impio præceptore ſuo diſſidentem in hoc, quod Noetus docuerat, Chriſtum eundem eſſe & Patrem, & Spiritum Sanctum, & ipſam Sanctiſſimam Trinitatem in officiorum nominibus, non in perſonis acceperat, & prædicauerat Patrem paſſum: vnde Patripaſſiana eius ſecta dicta fuit. Sabellius verò diſcipulus eius, perſonarum diuinarum Trinitatem etiam denegans, affirmauit vnam perſonam eſſe Patris & Filij, & Spiritus Sancti. Et contra Arium Alexandrinum Presbyterum, qui affirmauerat quidem in diuinis tres eſſe perſonas; eas tamen aſtruxerat Natura, & Subſtantia diuerſas; & nec agnouerat Filium eſſe Patri coæternum; immo Patrem maiorem, Filium minorem, & Spiritum Sanctum creaturam eſſe diſſeminauerat. Nonnulloſque aduerſus alios Hæreſiar- C
chas, Seduceos etiã, ac Phariſæos, & veterum illorum omnium hæreſum filum abrupiſſet; extemplò à ſe innominatum quendam ſui temporis Theologum viriliter adortum fuiſſe comperimus, quem fuiſſe auctumo Gilibertum Porretanũ iàm à Bernardo noſtro correptũ in publico Rhemenſi Concilio ſub item noſtro Eugenio tertio anno 1148. celebrato, vt notarunt, Prateolus, & Coriolanus, & ante eos Otho Friſigenſis. Hic ſiquidem, vt ſaluaret perſonarum diuinarum Trinitatem, & Naturæ, ſiue Subſtantiæ, ſiue Eſſentiæ vnitatem; Subſtantiam diuinam, ſiue Eſſentiam, realiter à perſonis diſtinctam eſſe dicebat; vt ipſe diuini verbi declamator D
egregius pluribus in locis innuit, ſed latiuſculè in ſupra adductis, in hiſce formalibus. *Item, quod his nequius eſt, neſcio quæ tria præter Subſtantiam noua adinuentio aſsignare præſumpſit, vt in altero vnitas, & in altero Trinitas demonſtretur.* Et cætera, quæ ſequuntur. Tria autem, quæ Gilibertus Porretanus Pictauienſium Epiſcopus ponebat præter ſubſtantiam diuinam, erant proprietates perſonarum, nempe paternitas, filiatio, & ſpiratio, quas ipſe in diuinis ponebat affixas extrinſecus, vt teſtantur S. Thomas 1. par. quæſt. 39. art. 6. Alexand. 1. p. quæſt. 68. memb. 5. art. 6. §. 3. Albertus 1. p. quæſt. 39 memb. 2. artic. 1. propè finem, dum ſoluit argumentum 1. in contrarium, S. Bonauentura 1. ſent. diſt. 33. art. 1. quæſt. 1. corpor. & E
quæſt. 2. corp. Henricus quodlib. 5. quæſt. 7. ſub initio, & cõmuniter Scholaſtici 1. ſentent. diſt. 33. qui Gilibertum impugnant, quod totum tacito Giliberti nomine, atque ſectatorum eius, innuit Magiſter ſententiarum Giliberti coætaneus 1. ſent. diſt. 33. cap. *Hoc autem.* dum ait, quoſdam negaſſe identitatem proprietatis cum perſona, & cum natura diuina *dicentes* (verba ſunt Magiſtri ſententiarum) *quidem proprietates in perſonis eſſe, ſed non eſſe perſonas ipſas: quia ità dicunt eſſe in perſonis, vel in eſſentia diuina, vt non ſint interius: ſicut ea ſunt, quæ ſecundum ſubſtantiam dicuntur de Deo, vt bonitas, iuſtitia: ſed extrinſecus affixæ ſunt, atque ità eſſe rationibus* pro-

S. Thom. 1. p. qu. 31. art. 2. ad 4. & in 1. diſt. 9. quæſt. 1. art. 1. corp. & ad 2. Albertus 1. p. q. 40. memb. 1. corp. & ad argum. S. Bonauent. 1. ſent. diſt. 4. art. 1. q. 2. præſertim in fine, Riccardus diſt. 9. art. 1. q. 2. corp. Carthuſianus eadẽ diſt. 9. q. 1. col. 2. & 3. & ex profeſſo Molina qu. 31. art. 2. poſt medium. Sanctus Iſidorus Ethimologiorum lib. 8. cap. 5.

Gabriel Prateol. lib. 7. Elenchi Hæreſum, Franciſcus Longus à Coriolano Capuccinus in Breuiar. Chronol. ad ann. 1147. & 1148. Otho Friſigen. de geſtis Friderici lib. 1. c. 56. & 57. & habetur tom. 3. Concilior. p. 2. pag. 1333. in editione Coloniæ.

Supra cap. 65.

A *probare contendunt.* Innuit quoque apertis verbis Doctor noster Ioachim Abbas, sed suppresso Giliberti nomine, in verbis supra relatis Psalterij, cũ dicit. *Non igitur diuinam substantiam, aut vnum Deum, quem trinum esse audis, sic in tres personas diuisam putes, vt tres ramos vni radici infixos, vt substantiam radicem, & tres ramos hipostases arbitreris, iuxta aliquorum perfidiam, quod est inducere Quaternitatem.* Et videtur accepisse ex Mellifluo Doctore Bernardo Abbate Clareuallensi Gilibertum redarguente lib. 5. de consideratione ab Eugenium prope medium hisce verbis. *Nisi omnia vnum in Deo, & cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum.* Et iterum. *Quaternitas orbem disterminat, non signat Deitatem. Deus Trinitas est, Deus B trium singula personarum, si quartam adijcere placet, quæ Deus non est, persuasi mihi minimè adorandam.* Ratio Giliberti, vt tradit Lucius Turrianus tom. vnico diuersorum opusculorum, opusc. 7. disp. 1. dub. 1. hæc erat: *Si eadẽ res est essentia, & persona. Ergo sicut persona filij est incarnata, & mortua, ità diuinitas: & sicut persona filij est genita, & persona patris generans: eadem res, scilicet essentia, diceretur generans, & genita.* Quare Bernardus Abbas post medium eiusdem libri subiungit. *Si diuidere quis conetur vel personas à substantia, vel proprietates à personis; nescio quomodo Trinitatis se profiteri cultorem possit, qui in tantam rerum numerositatem excesserit.* Et post Bernardum etiam serm. 80. in Cantic. & sententiarum Magistrum, qui per C totam dist. 33. lib. 1. hunc errorem refellit, hæc inter alia intrepidus, & impauidus Catholicæ fidei præco noster Abbas Ioachim in supra adductis verbis. *O humana temeritas, quàm cæca semper. O inimica semper humanæ pietati præsumptio. Si sic existimasti simplicem diuinam substantiam, vt seorsum à personis cogitaueris illam, Sabellium sub Ario palliasti; si seorsum à substantia tres personas, Arium sub Sabellij palliatione excusas &c.* Aiebat enim ipse tres personas non esse præter Substantiam diuinam, siue extra Substantiam diuinam, siue quod idem est, distinctas à Substantia, siue Essentia, & Natura diuina, vt illi astruebant, quos ipse Quaternarios vocabat: sed dicebat, illas esse identificatas cum Essentia, siue Substantia, si-D ue Natura diuina. Quod totum magna vtriusq; Testamenti, Sanctorumq; Orthodoxorum. Patrum munimentorum congerie stipauit. Adeò quod si maledici contulissent ea, quæ tradidit Innocentius tertius in adducto cap. *Damnamus* cum ijs, quæ decem, & octo annis, & quinque ad minus mensibus ante Lateranense Concilium scripserat Ioachim in citato Psalterij decem cordarum libro, non posuissent vtique os eorum in Cœlo, verbi Dei præconi optimo, ac fidelissimo detrahendo, & calumnias inferendo; sed dijudicassent sanè Innocentium tertium verba illa in dicto capite pro fide Catholica posita, ex dicto eius Psalterio præsertim fecernendo excerpsisse. Ipse namque in eo, vt supra retulimus, inquit. *Verа-E cissimè enim tres personas hoc vnum, & hoc vnum tres personas piè, & fideliter confitemur: Patrem à nullo: Filium à Patre: ab vtroque Paraclitum: nasci solum Filium à solo Patre: Spiritum vero Sanctum ab vtroq; procedere. Confitemur Spiritum Sanctum sic procedere à Filio, vt tamen hoc ipsum Filius à Patre habeat, à quo est, non donatione gratiæ, sed simplicis vnitate naturæ. Tres itaque vnum sunt, & vnum tres, non diuisi natura, vt Terra, Aqua, & Ignis: non personarum disunctione, vt tres homines eiusdem naturæ: non situ locorum, vt stagnum, & fluuius deriuatus ab ipso.* Et sequitur post pauca. *Non igitur diuinam substantiam, aut vnum Deum, quem trinum esse audis, sic in tres personas diuisam putes, vt tria diuisa arbitreris, sicut oliuam, myrtum, &*

palmam, quæ diuerſæ ſunt natura, & genere: ſed nec vt tres oliuæ, quæ vnius A
ſunt natura, ſed tamen corporum proprietate diſiunctæ: neque vt tres ramos vni trunci infixos, vt ſubſtantiam radicem, & tres ramos hypoſtaſes arbitreris iuxta aliquorum perfidiam, quod eſt inducere Quaternitatem: ſed nec omninò, vt omnia, quæ creata ſunt, quia non poteſt opus opifici, aut factura coæquari factori ſuo, nec poteſt figmentum in eum, qui ſe finxit, operatione ſuſtolli. Et multa alia catholica ſanctiſſimorum antiquorum Orthodoxorum præmendo veſtigia Patrum, ad rem tanti ponderis conferentia, in qua fidei catholicæ pulchritudo conſiſtit, eo in opere regiſtrata leguntur. Quare cum omnia, quæ à nobis in hoc capite pro noſtri ſancti Viri defenſione ſcripta ſunt, vera ſint, ac vltrò conuincentia; non eſt opus vlterius laborare, B
vt Dei homo Abbas Ioachim à vellicantibus vindicetur. Conſtat enim ex dictis, ac ad ſatietatem vſque oſtenſum eſt, Ioachim, tanquam à Deo ſpecialiter dilectum, incomprehenſibile, ac ineffabile Sanctiſſimæ Trinitatis myſterium ſpecialiſſimo priuilegio, & gratia ſupernaturaliter illi data; iuxta Dei mentem ei patefactam, in forma Pſalterij, enodaſſe, catholica proinde de Summa Trinitate deſcripſiſſe, eademque conſtanter, ac firmiter credidiſſe, & præfatum libellum ab impijs, & inſipientibus Aduerſarijs fuiſſe deprauatum, vt prædixerat, ſententiamque tandem ab Innocentio damnatam, fuiſſe ſuppoſititiam, ac à deprauatoribus noſtri Beati Viri Aduerſarijs illi aſcriptam. Nec mirum ſi innocens Ioachim Abbas C
Florenſis ſuos paſſus ſit Aduerſarios; cum etiam Moyſes, & Prophetæ Domini quondam ſuos proprios habuerint. Hoc ipſum Apoſtolorum Princeps in ſua epiſtola admonet, dicens. *Fuerunt Pſeudoprophetæ in populo, ſicut & in nobis erunt Magiſtri mendaces.* Contradictores enim, ac mẽdaces Magiſtri non tantùm reſiſtunt perſonæ veritatem prædicanti, quam veritati illi, quam ea perſona prædicat; & proinde contra Deum, quo reuelante, & ſuggerente prædicatur. Vnde & Moyſes murmuranti populo
Exodi. cap. 16. n. 8. dicebat. *Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.*

CAP. LXVIII. D

Qualis fuit Beatus Ioannes Ioachim in vtroque homine.

DEcentiſſimum exiſtimamus, antequam vlterius progrediamur, de Beati Viri noſtri Ioannis Ioachim qualitate ad Dei laudem, & Lectorum inſtructionem pauca quædam in medium afferre. Erat itaq; primus Florenſis Abbas ſtatura moderatæ proceritatis, pulcher, & deuotiſſimus facie, vt teſtatur eius effigies in eleganti, ſed vetertimo eius inſculpta Cœnotaphio, erecto ſecus antiquiſſimum, ac ſumptuoſum Altare E
Beatiſſimæ Deiparæ Florenſis Eccleſiæ, quæ paſtoralẽ baculum dextra, & libellum ſiniſtra manu retinere conſpicitur. Oculorum aſpectu effigies adhùc ſentitur & alia varijs expreſſa coloribus, vetuſtatem plurimã præ ſe ferens cum radijs, ſiue laureolis, & ſui nominis expreſſione ſic *BEATVS IOACHIM ABBAS FLORIS*. Quæ ſub Cuculla alba Dei famulum magnæ abſtractionis virum fuiſſe commemorat. Extat effigies modò dicta eiuſdem Florenſis Eccleſiæ parieti depicta, ad dexteram ingredientis Eccleſiam, ſubtus aquam luſtralem, non ſatis procul à cornu Euangelij ſu-

A ſublimis Sacelli ſpectabili ſtructura à Venerabili, & in vtraque vita probatiſſimo viro Patre Don Paulo Pozella, Sacerdote Ciſtercienſi, Patria Oppidi Sancti Ioannis in Flore nuper conſtructi, & glorioſiſſimæ Virgini Montis Carmeli dicati; vbi ſucceſſiuè Sanctorum etiã Benedicti,& Bernardi Abbatum, S. Ioannis Euangeliſtæ, Deiparæ Virginis cum eius nato, atque Sanctiſſimi Crucifixi ſpecies pariter antiquiſſimæ picturatæ cernuntur, viſitanturque. In habitu albo ità incedebat, vt in nullo leuitatis intuentes offenderentur; immò ipſe in exteriorum eius approbatione ſuam humilitatem eximiam inſpicientes ædificaret. Interius verò quãuis ſolus Deus aſpiciat; ipſo tamen docente didicimus. *Nequit arbor bona* Matthæus c.7. n.18.
B *malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere*. Ex fructibus ergo arbores, & ex moribus homines in agro dominico diſcernuntur. Fructus ergo noſtri Dei famuli in eius operationibus inſpicientes, dicimus. Quod iſte Sanctus dignè in memoriam vertitur hominum; quia in hac peregrinatione ſolo corpore conſtitutus, cogitatione, & auiditate in illa ſuperna Patria conuerſatus eſt. Nam quotidiè inceſſanter aut ſcribebat, aut legebat, aut orabat, aut meditans Dei contemplabatur arcana. Græcus in Chronol. ſect.32. & alij.
Et quia ardens erat cor eius, in Miſſæ præparatione ſæpiſſimè lacrymabatur, & Miſſam celebrans, vultum habens alacrem, inque verbis Angelum ſonans, præ cæteris Sacerdotibus hoſtiam benedicebat eminen-
C tiùs. Quando verò Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti legebatur in Miſſa, ruminando diuinæ effectum charitatis, & noſtræ remedium ſalutis, non ſe capiebat propter dulcedinem. Et dominico ergaſtulo compatiens de talium dierum breuitate querebatur; nam tunc quaſi de hoc Mundo exibat, & transformabatur in agonem Domini. Id etiam admirandum non parum in eo, tempore ſuo non habens æqualem in opere, & ſermone potentẽ. Tàm in ſuo, quã in alijs Monaſterijs ſermocinans in Capitulo, verbum Dei ex corde eructabat, & ſic intuebantur vultum eius, quaſi in vultum Angeli præſidentis. Quoniam ſermone incipiens humiliore, ſpiritus flamma accenſus, velut tuba de Cælo deſcendens, audientium
D corda accendebat charitate, & tremore ſtringebat, verbum Domini maieſtate quadam, & poteſtate eorum mentibus imprimens. Adeoque in loquendo erat dulciſonus, vt nunquam in loquendo moleſtè auditus ſit: immò de nouitate delitiarum oris eius vix poterat nunquam vnuſquiſque ſatiari. Seruus Dei frequenter in oratione pernoctabat; ſicut & in ſcribendo; & nihilominus ad Monaſterij vigilias feſtinans accingebatur, viriliter cum Fratribus in Choro horas decantabat, nec vnquam in Choro dormire, aut ſomnolenter pſallere viſus fuit. In plurima ſobrietate qualitatem, ſiuè quantitatem cibi, & potus non curabat; ità, vt alter Bernardus, aquam ſibi erroris cauſa pro vino appoſitam non diſcer-
E neret; & ità contentus nec cibum, nec potum curabat. Inſuper alieniſſimus erat ab omni ſimulationis labe. In oratione ſic erat intentus, vt manibus, oculiſque ad Cœlum directis, flexis genibus Chriſtum Ieſum facie ad faciem alloqui videretur. In ieiunijs tantam gratiam acceperat à Domino, vt quantum vellet, tantum abſtineret; & eo fortior euadebat, quo magis abſtinebat. Extra Monaſterium neceſſitate aliqua coactus exiens, Apoſtolorum ſequax decenter comedebat appoſita, nõ ſuæ Regulæ, vel ſtomachi qualitatem aggrauando. Ferè ſemper Miſſæ ſacrificium Domino celebrabat, cum Monachis erat vigilans, & compatiens, cum Hoſpitibus benignus, & manſuetus, cum pueris temperatus, cum

ſeni-

ſenibus mitis, ſuis ſemper cariſſimus erat, & exteris deſideratiſſimus: ita A vt in ea poteſtate, & gratia, quam à Domino acceperat, & maxima deuotione, & reuerentia ab ignotis, & cognitis extimatus erat, atque detentus.

CAP. LXIX.

De eiuſdem in Deum Optimum Maximum deuotionē, deque animi, & Corporis fortitudine.

B

QVantus Beatus Ioannes Ioachim mitis, & humilis corde fuerit, quis vnquam deſcribere poterit? Prout Deus dederit, dicamus aliqua. Manens Curatij Abbas, quem Dominus ob eximiam præcipuè cordis eius humilitatem, ſapientiæ, intelligentiæ, & prophetiæ gratia repleuerat, manibus proprijs totum Infirmitorium expurgabat. Adeò compatiebatur Infirmis, vt illorùm calamitates, agoneſque quaſi in proprio corde perpeti videretur: Cum equitabat, adeò pedeſtri famulo cō- *Græcus ſect. 33.* miſerebatur, vt ab equo deſcendens, renuentem illum æquitare etiam præcepto mandaret; & donec famulum commodè ſe reſtauraſſe conſpiceret, cum pedeſter ſequebatur. Quid de eius in pauperes miſericordia C dicam? Vnum in aliorum exemplum adducam. Anno quodam in vtraque Sicilia validiſſima fame dominante, ità vt plurimi tali calamitate perirent; itinerans ipſe adeò egenis ſubuenit, vt omnibus datis indumentis, etiam cuculla, & pallio, cum tunica tantùm, & ſcapulari habitu Cuſentia pertranſire ab omnibus ſit compertus; vbi vt ſibi facerent de mammona iniquitatis amicos, locupletes omnes inflammauit concione ſolēni. Pauperes in Floris Monaſterio ad ipſum concurrentes in eius menſa conuiuebant, & ſummæ veritatis percallens affatum. *Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis*, eos tanquā Dām Ieſū Chriſtū venerabatur. *Matth. cap. 25. n. 40.* Deuotio eius ineffabilis erat, & ſignanter in Miſſa, quam ferè quotidie D pro cunctorum ſalute celebrabat. Per octauas Paſchæ, & Penthecoſtē de Monaſterio fortaſse exiturus, calicem ſecum, & cætera omnia, ad Miſſæ ſacrificium neceſsaria, afferebat, ratione hac conuictus, & deuotione accenſus, quod ſicut veritas à figura, ſic Chriſtiani à Iudæis, ſeptem diebus azima comedentibus, nullatenus ſuperari deberent. Officij diuini tanta erat ſolicitudo, vt etiam extra Monaſterium in Montibus Silæ inuentus, Sanctæ Crucis erecto vexillo, & hinc inde flammeſcentibus candelis appoſitis, ac ſi feſtiuitas eſset, cum ſuis ſocijs diuina decantabat. Altaris munditiam, atque ornatum vbicunque erat, diligentiſſimè curabat; aiebatque damnabilis opinionis eſse, nec penitus ſuſtinendos, E qui immundis vaſis, cæteriſque opportunis mundo corde Domino ſacrificia munda offerre ſe iactant; dicebat inſuper, Chriſti miniſtros mundiores etiam in extrinſecis, & officioſiores in ſacrificio eſse debere, quàm *3. Regum c. 10. nu. 8.* Salomonicæ olim menſæ inſeruientes, quos beatos proindè vocauit Regina Saba. Conſanguineos ſuos vix videre poterat, illos velut ignotos reſpiciebat, nec vnquam etiam rogatus à Monachis, de Monaſterij rebus aliquid vel minimum tribuebat, nè fortè in ſanguine ædificare videretur. In labore manuum fortis erat, & ſæpius conuentualiter delectabatur in eo, magis verò in ſcribendo detinebatur proprijs manibus, vt

yix

A vix alter fecisse visus sit: opera quæ scripsit supra retulimus. Parum de calore, & frigore, sicut de fame, & siti curabat, quoniam spiritualis virtus erat in eo. Apud homines Mundi huius tantum valebat, vt præsente eo, nullus quidquam loqui auderet etiam in publicis actionibus: nam erat & in consulendo prouidus, & in deliberando maturus, & præ cæteris pietate, & auctoritate pollebat. Mundana omnia calcabat, & tanquam bellator inclitus de Mundo, Carne, & Dœmone gloriosissimè triumphabat. In iugi huiusmodi Dei, et Proximi obsequio dilectus à Deo, et hominibus, iugiter cursum vitæ perducens, senio confectus, multaque perpessus, ad brauium aduentauerat. *Supra cap. 62. pag. 264.*

B

CAP. LXX.

De Transitu Viri Dei Ioannis Ioachim Florensis Abbatis.

Piè, pariter, & deuotè credendum est, plurima, ac innumerabilia alia per suum humillimum seruum in vita Dominum signa demon-
C strasse, quæ non sunt scripta, & si adnotata ad nostram non deuenere notitiam; quæ ergo tempus edax rerum, ac inuidiosa vetustas auferre non potuit, ex priscorum fragmentis, quæ non perierunt, Domino dãte, ad eius laudem, & gloriam ordine supra posito registrauimus. Volẽs tandem Dominus noster Iesus Christus eius famulum in modico fidelem super omnia bona sua constituere Principem omnis possessionis suæ, in vocatione præuenit eum in loco Sancti Martini de Ioue, aliàs de Canale, millia passum quatuor ab Vrbe Cusentina distito, & à Castro Petrafittæ, virorum solertia memorando, milliario vnico, quem partim ab Andræa Archiepiscopo Cusentino, Bonhomini suffecto, obtinuerat *Florense in Archiuium.*
D anno Domini 1201. & partim proprijs expensis construxerat. Locum hunc non Granciam vt modò communiter appellatur, sed Monasterium nuncupat Matthæus Guerra, Fundanus, & deindè Sancti Marci Episcopus in notulis à se factis in fine Psalterij decem cordarum libri Ioachim, existentis in Bibliotheca RR. PP. Sancti Francisci Capuccinorum Conuentus Cusentini, vbi hæc manuscripta leguntur. *Ego Matthæus Guerra scripsi. Abbas Ioachim compatriota meus Cœlici natus, locus distat à Ciuitate Consentina quatuor milliaribus, Monachus Cistercienfis, Institutor Ordinis Florensis, in vita, & morte, & post mortem miraculis coruscans, obijt in Monasterio Sancti Martini de Canale supra Petrafictam Consentinæ Diœcesis, post* *Ex Bibliotheca RR. PP. Capuccinorum Vrbis Cusentiæ.*
E *ab Abbatibus sui Ordinis eius corpus translatum in principalem Abbatiam Sancti Ioãnis de Flore, in Sylua Consentina posita est.* & cætera, quæ sequũtur eodẽ etiã Monasterij nomine vtitur Marafiota, cũ de Viri Dei obitu agit. At siue Grancia Monasterij Floris, siue Florensis Ordinis Monasterium extiterit, licèt hodiè immundorum animalium receptaculum conspiciatur à cunctis, qui illuc pedem ponunt, suo tamen tempore semper fuit in maxima deuotione, & reuerentia detentus, & ab Apostolica Sede specialibus priuilegijs præmunitus vsque ad Pontificatum Pauli tertij, qui indulgentiarum elargitione eius locupletauit Ecclesiam sequenti Diplomate dato per Guidonem Ascanium Sfortiam, ex Constantia Pauli *Hieronym. Maraf. de antiq. Calab. lib. 4. cap. 14.*

Ciacc. in vit. Paul. 3. li Papa tertij filia, & Bosio S. Floræ comite, Romanum, Diaconum Cardinalem tit. S. Eustachij, Parmensis Ecclesiæ administratorem, Bononiæ, Flaminięque Legatum, ac S. R. E. Camerarium. A

Guido Ascanius Sfortia Sancti Eustachij Diaconus Cardinalis de Sancta Flora Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarius, Vniuersis, & singulis præsentes nostras litteras inspecturis, lecturis, & auditturis salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Vniuersitati vestræ, & cuilibet vestrum tenore præsentium attestamur, & fidem indubiam facimus, quod nuper Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Paulus diuina prouidentia Papa tertius de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisus, omnibus, & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus verè pœnitentibus, & confessis, seu statutis temporibus confitendi propositum habentibus, qui Ecclesiam Sancti Martini de Canale Ordinis Sancti Benedicti Cusentinensis Diœcesis à primis Vesperis festiuitatis eiusdem Sancti Martini, vsque ad occasum Solis dicti diei festiuitatis immediatè sequentis humiliter, & deuotè visitauerint, ac in ea orauerint, plenariam omnium peccatorum remissionem in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Domino concessit, & elargitus est. Contrarijs, &c. In quorum fidem præsentes litteras manu nostra subscriptas, sigillique nostri appensione munitas fecimus, & per secretarium nostrum infrascriptum expediri. Datū Romæ in Ædibus nostris die 30. Augusti 1544. Pontificatus Sanctissimi Domini nostri D. Pauli diuina prouidentia Papæ tertij anno decimo. B C

Guido Ascanius Cardinalis Camerarius,

Figl. Figliuccius,

Locus Sigilli pendentis.

Inibi ergo Sanctissimus Ioannes Abbas Florensis infirmari contingit, diem Domini solemnitatis, & lætitiæ expectans, ornauit sponsam à Cœlesti viro capessendam, præparatam, ac candido coopertam. Sancta itaque eius anima, tota flagrans, expectabat sponsum de Libano ornatum corona, vt eam adornaret monilibus suis. Certissimus ergo Pater Sanctus de eius transitu, expectabat Dominum suum à nuptijs redeuntem, confestim pulsanti aperiturus; ideoque magis, ac magis in spiritus feruore eleuabatur, & intuens in Cœlum præstolabatur Dominum, & Saluatorem suum Christum Iesum tunc animam, sed olim corpus humilitatis suæ reformaturum, & conformaturum corpori claritatis suæ: proindè ante mortem pugnaturus videbatur de ipsa omnino triumphare; sicut enim ei viuere Christus erat, sic mori lucrum expectabat. Mors sanè eius proxima præciosa in conspectu Domini illum non angebat; immò per eum astantibus deuotionem præstabat, & potius ei spiritus ardorem, quàm corporis afflictionem adducebat; quoniam ità erat vultu alacris, vt verissimum de illa capessenda cœlorum corona signum omnibus adaperiret. Conuocatis ergo Fratribus, exemplo dominico edoctus, super omnia illis humilitatem, & ad inuicem charitatem prædicabat dicens. *Hoc vobis memorandum relinquo, vt diligatis inuicem, sicut Dominus dilexit nos*. Concurrentibus autem ad illum Curatij, Sambucinæ, & Sancti Spiritus Abbatibus, & Monachis pariter in magna multitudine astantibus, deque imminente tanti dilectissimi Patris dissolutione inconsolabiliter mœrentibus, ac tristè languentibus, Florensis sui Ordinis exinanitionem prædixit; & ideò magis, ac magis ad inuicem eis dilectionem commendabat, prædicabatque. Curacensibus primò tanquam primis Filijs, & de- D E

Gracus in Chronologia sect. 36.

A & deindè Florensibus benedictis, ad cœlestem cœnam inuitatus, cœlestes epulas aspirans, de sui transitu conquerentes Fratres eloquio mulcebat quasi diuino. Ad summum sanctorum Sacramentorum munimine refectus, & refectione munitus, lætissimus inter Filiorum vndique astātium brachia vultum gerens Angelicum leui, & suaui agone, habita hostium palma, inter circumsistentium præces, & dulces Angelorum concentus, Ioannes Ioachim Abbas Floris spiritum Deo reddidit, & ad Dominum qui fecit illum fœlicissimè remeauit sub die trigesimo mēsis Martij, suæ ætatis ad minus nonagesimo primo, Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi millesimo ducentesimo secundo, Pontificatus Sanctissimi in B Christo Patris Innocentij Papæ tertij anno quinto, Imperij Philippi secundi anno quinto, & Regni Siciliæ Friderici secundi etiā anno quinto.

CAP. LXXI.

Aliquorum Historiographorum, de Sancti Viri obitus anno variè sentientium, corriguntur affata.

C QVoniam Historiographorum vidi neminem, quin eorum in operibus errauerit in anno obitus nostri Dei Viri Abbatis Ioachim. Siquidem al'j cum Mutio de Matera de familijs extinctis Cusētinis in anno 1100. Al j cum Ludouico Contarino in suo Viridario de Viris Illustribus fol. mihi 457. inclitum fuisse scripserūt in anno Domini. 1156. Alij cum supplemento Chronicorum in anno 1158. Alij cum Trithemio Abbate de Viris Illustribus Ordinis Sancti Benedicti lib. 2. cap. 1117. in anno 1170. Alij cum Francisco Pegna in Directorio Inquisitorum Comment. 1. primæ partis, temporibus Lucij Papæ tertij, qui obijt Veronæ anno 1185. Alij cum Matthæo Palmerio Florentino in Chronicon Eusebij Cæsariensis in anno 1186. Alij cum Sixto Senensi in Bibliotheca sa-D cra lib. 4. Antonio Posseuino in Apparatu Sacro littera IO. anno 1200. Alij cum Hieronymo Henriquez in Menologio sub 14. Kal. Iunij anno 1201. Alij cum Iacobo Græco Syllaneo in sua Chronologia, sectione 36. anno 1214. Et alij tandem aliter, prout eorum opera produnt. Ideò ne in traditorum aliquo videamur claudicare, nostrum affatum necessarium duximus fulcimento valido comprobare; vt indè malè à cæteris tradita, tinniente possint rationabiliter exputare. Et primò quidem Dei virum non migrasse ad Christum die 19. Maij anno Domini 1201. vt in suo Menologio tradidit noster Pater Don Hieronymus Henriquez, Aubertum Miræum in Actuario ad annum 1201. fortasse secutus, patet ex ir-E refragabili donationis, & oblationis testimonio, de consilio, & voluntate Riccardi Tropæensis Ecclesiæ Episcopi facto ab Illustrissimis Dominis Simeone de Mamistra Domino Oppidi Fluminis Frigidi propè Mare Mediterraneum, & à Caytegrima eius vxore, pro fundando Florensis Ordinis Monasterio in eorum ditione, & propriè in loco, vbi nunc Fontis Laureati Monasterium situm, & positum est: quod sanè instrumentum adhuc Ioannem Ioachim Floris Monasterij Abbatem mense Septembris anno Domini 1201. ne dum viuentem: sed in dicto Oppido Fluminis Frigidi ad dicti Domini Simeonis præces commorantem declarat, & consequenter in optima valitudine. Quod si referatur, gratum fore nostris

posteris arbitramur, & nec ab instituto nostro prorsus videbitur alienũ A
Sic enim se habet.

Ex Archiuio Monasterij Fontis Laureati.

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Amen. Anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo primo, mense Septembris, quintæ Indictionis, Regni verò Domini nostri Friderici Regis Siciliæ, Ducatus Apuleæ, & Principatus Capuæ anno quarto, feliciter. Amen. Nos Simeon de Mamistra Dominus Fluminis Frigidi considerantes, quod vniuersa, quæ fiunt intuitu præsentis vitæ transitoria sunt: quæ autem fiunt respectu supremæ patriæ æternam habent in Cælis remunerationem: Proposuimus annuente Deo, à quo bona cuncta procedunt, ædificare domum Religionis intra fines Terræ nostræ Fluminis Frigidi ad laudem, & gloriam Omnipotentis Dei, & salutem animarum nostrarum: B *quia verò multa loca eadem intentione inchoata, pro eo quod non habuerunt Rectores, & Ordinatores vidimus ad desolationem venire: cupientes ipsum Deo dicatum opus perpetua stabilitate firmare, cum consilio, & voluntate Domini Riccardi Tropaensis Episcopi, vocauimus vos Domine Ioachim venerabilis Abbas Floris rogantes vos omni deuotione, quatenus tàm ordinationem ipsius Monasterij, quàm ipsum Monasterium acciperetis in manus vestras, & successorum vestrorum, ordinare de Prælatis, & Monachis, qui pro tempore fuerint statuendi, aut deponendi secundum Ordinem vestrum omni nostra, & successorum nostrorum intromissione, aut impeditione remota. Vos autem quos per gratiam Dei non tàm quæ vestra sunt, quàm quæ Iesu Christi* C *quærere cognoscimus, nostris precibus inclinati venientes ad nos, & nostrum in hac parte propositum commendantes quæsistis nobiscum, & nos vobiscum locum aptum, in quo posset opus perficere spirituale. Inuenimus fundum, & locum aptum, & congruum ad ipsum opus vltra alueum fluminis, qui egreditur de loco, qui dicitur Abyssus, & iungitur alteri fluuio, qui dicitur Flumen Frigidum, subtus fontem aquæ, quæ egreditur à latere dextro in Sanctam Dominicam, in qua scilicet Ecclesia tempore prædecessorum nostrorum Monachi iam fuerunt, & tenimentum deputatum, infra quod locus ipse situs est. Sanè nos ipsi loco, & Monasterio, quod ibi Deo construendum est, designauimus certum terminum, quod contiguum sit tenimento ipsius Ecclesiæ, & totum pariter redigatur in vnum,* D *cuius isti sunt fines: A fronte fluminis, qui egreditur de loco, qui dicitur Abyssus, & ascendit terminus per ipsam cauam vsque ad locum, qui dicitur Picca pane, & vadit rectè vsque ad viam, & per ipsam viam vsque ad vallonem, qui dicitur de Pistachella, & descendit vsque ad flumen, & descendit fluuius vsque ad vineam de Caputo, vbi est via publica, deindè ascendit terminus per viam veterem, & per caput vallonis iuxta serram de acumeris, & per limitem culturæ, quæ dicitur de Barbaro, & includens ipsam culturam vadit terminus per aquam de Nichisoro, & transiens inde per eundem limitem ipsius culturæ vsque ad viam publicam, & ascendit ipsa via vsque ad vallonem siccum, & vadit indè per fines Mendicinensium, & descendit vsque* E *ad alueum Fluminis frigidi, & transiens per ipsum flumẽ vsque ad fontẽ Abyssi concludit in priori fine. Infra istos fines, & confines totum contulimus ipsi Monasterio, quod construendum est in præfato loco, qui est subtus fontem aquæ, quæ egreditur à latere dextro fluminis, offerentes illud vobis, & sancto ordini vestro de Flore in perpetuum, vt sit tam Monasterium ipsum, quam tenimẽtum ipsi deputauimus Prælatis, & Monachis ipsius Monasterij in vestra, & successorum vestrorum ordinatione secundum statuta Ordinis vestri, nihil nobis, aut successoribus nostris reseruantes, nisi tantum vt simus, vbi indigueritis, coadiutores, & defensores contra omnes homines, qui voluerint ipsum Monaste-*

rium

A *rium temere perturbare, aut eius possessionem auferre, aut aliquibus vexationibus fatigare, & ab ipso Monasterio, aut Pralato, & Fratribus nihil exigentes, nisi tantum Fraternitatem, & Orationes pro viuis. & mortuis, & retributionem vitam aeternam. Praeterea si qui de francis hominibus Terra nostra Fluminis Frigidi voluerint res suas eidem Monasterio offerre, exceptis illis rebus, qua de feudo sunt, quorum nulli liceat ea offerre, licitum sit eis nulla nostra, vel successorum nostrorum contrarietate; vel molestia obstare, sed ratum omni tempore habere, & firmum. Statuentes, vt ipsum Monasterium sit liberum ab omni exactione, ab omni tributo, & censu, & vt omnia animalia Monasterij habeat libera pascua per totam Terram Fluminis Frigidi, & infra*
B *tenimentum ipsi Monasterio deputatum liceat Fratribus liberè adificare molendina, & fullos, & liberè omnia, qua ibi adificauerint, & habuerint possidere, Insuper etiam concedimus ipsis Fratribus, & hominibus, & mercenarijs eorum liberam potestatem cadendi, & accipiendi ligna liberè de syluis ad omnes vsus necessarios, & habere liberè vasa in Mari adiacente Terra nostra tā ad piscandum, quàm ad onera ferenda, nec non & palumbaria, qua sunt infra tenimentum ipsi Monasterio deputatum. Domos quoque illas, qua de Domina Flandina fuerunt, quas in Castro nostro Fluminis Frigidi habemus vobis damus, & concedimus. Praeterea concedimus ipsis Fratribus, & hominibus Monasterij, vt liceat eis libere vendere, & emere tàm in terra, quā in Mari omni*
C *ni nostra, nostrorumque successorum, atque Baiulorum Terra nostra exactione remota. Ad huius autem nostra oblationis, atque concessionis memoriam, atque inuiolabile firmamentum prasens scriptum per manus Petri Notarij nostri fieri fecimus, per manus nostras, & Vxoris nostra Domina Caytegrima signatum, & sigillo nostro pendenti corroboratum, & iussu nostro subscriptis testibus confirmatum.*

✠ *Nos Simeon de Mamistra supradicta confirmamus.*

✠ *Ego Caytegrima Vxor ipsius Domini Simeonis supradicta confirmo.*

✠ *Ego Carodon Tropaa Canonicus.*

✠ *Signum manus Camilli Militis filij Rogerij Militis de Amantea.* Sunt &
D alij octo testes subscripti.

Patet igitur apertè adducto ex monumento, Virum Dei Ioachim in Mense Septembrio anno Domini 1201, vnà cum Domino Simeone de Mamistra, inquisiuisse, & inuenisse in territorio Oppidi Fluminis Frigidi solitudinem, pro nouo Monasterio sui Florensis Ordinis fundando, expetitam: non ergo fato cesserat die 19. Maij eiusdem anni 1201. vt prodit Henriquez in Menologio, & multò minus ante eundem annum, vt cæteri mendaciter scripsere. Et quod non fuerit vita functus anno Domini 1214. vt Græcus in sua Chronologia tradidit, constat ex omnibus priuilegijs, quæ ab anno 1202. vsque ad annū 1214. Florensi Monasterio
E à Siciliæ Rege, & Regina, alijsque Principibus Ecclesiasticis, sæcularibusque concessa leguntur, in quibus vel nulla mentio nominis dicti Monasterij Abbatis, vel si extat, Matthæi eiusdem Monasterij Abbatis nomen exprimitur: quorum præter adductum supra cap. 45. non pauca possent in medium adduci, quæ non adducuntur, dum, in eodem sistendo proposito, ex alio Fontis Laureati Monasterij priuilegio totum clariùs elucescit. Siquidem Sanctissimi Abbatis Ioachim anima ad superos delata, Florenses Fratres ne Acephali existerent, Matthæum Virū Sanctissimum, qui ob vitæ meritum Geruntinæ Ecclesiæ postmodum euasit Episcopus, Dei Viro Ioanni Ioachim suffecere. Hic itaque Matthæus

Sup. cap. 45. pag. 153. D.

Monasterij Floris effectus Abbas, non minus quam Ioachim ad Floren- A
tia solicitus, designatum à suo Didasculo Fontis Laureati Monasterium
instituere zelans, Mari Tyrrheno incumbentem Vrbem antiquissimam,
Tropæam nomine, quam *Postropæam* Stephanus Bizantius appellauit, ad-
uolatus, Riccardo Tropæentium Episcopo animi sui desiderium expo-
suit, & præces suas humillimè præsentauit, & ab eodem pro futuro Mo-
nasterio tres Ecclesias, nempè Sanctæ Dominicæ, S. Petri, & Sanctæ
Barbaræ, cum eorum possessionibus, & tenimentis impetrauit in
mense Iunij anno Domini millesimo ducentesimo secundo, vt ex con-
cessione, & priuilegio inde secuto, & ab Innocentio tertio confirmato
sub datum Anagniæ duodecimo Kalendas Februarij sui Pontificatus an- B
no sexto, totidem continente.

*Innocentius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filijs Priori, & Fratri-
bus Sanctæ Dominicæ salutem, & Apostolicam benedictionem. Licèt neque
qui plantat, neque qui rigat sit aliquid, sed qui dat Dominus incrementum,
sacra tamen Religionis palmites plantare debemus, & eius propagines propa-
gare, ac rigare solicitè, quod propagatum fuerit, vel plantatum, ne non pro-
ficiat, sed deficiat. nona planta & non crescat, sed arescat potius nouus palmes,
si priusquam in terra trunctus eorum fuerit radicatus, Sol, aut vllus æstus ca-
leat super eos. Cum igitur in Monasterio vestro de Sancta Dominica de nouo
sacra Religionis obseruantia sit plantata Monasterio Floris ad eam suos palmi-* C
*tes extendente, ut planta huiusmodi Apostolica etiam manu rigetur, & per
nos post Deum recipiat incrementum, Monasterium de Sancta Dominica, in
quo diuino estis obsequio mancipati, sub Beati Petri, & nostra protectione su-
scipimus, & præsentis scripti patrocinio communiuimus. Statuentes, vt Ordo
Monasticus, qui secundum Deum, & Beati Benedicti Regulam, atque Insti-
tutionem Florensium Fratrum in eodem loco institutus esse dignoscitur, perpe-
tuis ibidem temporibus inuiolabiliter obseruetur. Præterea quascunque posses-
siones, quæcunque bona idem Monasterium in præsentiarum rationabiliter pos-
sidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Princi-
pum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis, præstante Domino poterit adi-* D
*pisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant. Speciali-
ter autem Ecclesiam ipsam Sanctæ Dominicæ, & Ecclesiam Sancti Petri, &
Sanctæ Barbaræ cum vniuersis possessionibus, & pertinentijs suis, quas Ve-
nerabilis Frater noster Riccardus Tropaensis Episcopus cum consensu Capituli
sui, retento sibi solummodo censu trium librarum ceræ Tropensi Ecclesiæ pro
illarum possessionibus annis singulis exhibendis, pia vobis intentione concessit,
sicut eas iustè, & pacificè possidetis, vobis, & per vos successoribus vestris Mo-
nasticum Ordinem seruaturis, auctoritate Apostolica confirmamus. Districtius
inhibentes, ne dictus Episcopus, vel successores ipsius, aut Tropaenses Cano-
nici aliud, vel amplius à vobis, & à Monasterio vestro exigere, vel extorque-* E
*re præsumant, quàm in concessione sua idem Episcopus Tropaensi Ecclesiæ re-
seruauit, cuius concessionis tenorem nobis sub venerabilis Fratris nostri .....
Archiepiscopi, & dilectorum Filiorum ..., Decani, & ..... Cantoris Cusen-
tinentium sigillis dilecti Filij Matthæi Florensis Abbatis manibus præsenta-
tum, & roboratum tàm subscriptionibus prædictorum, quàm dilecti Filij ....
Thesaurarij Cusentini ad maiorem cautelam de verbo ad verbum præsenti pa-
ginæ duximus inserendum. Hic est autem tenor ipsius.*

*In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Nos Riccardus Tropaensis Epi-
scopus Venerabili Fratri Matthæo de Flore Abbati, & Fratribus eius, eorumq;*

succes-

A *successoribus in perpetuum. Quoniã ad hoc sumus, donante Deo, in Pontificatus*
culmine constituti, vt non tantũ coram Deo, verũ etiam corã omnibus homini-
bus bona faciẽtes exemplũ piorum operũ nostris subditis præbeamus, & iniuncto
nobis officio cogimur tam Clero nostro, quam populo, vbicumque res exigit, gene-
raliter adesse, sed specialiter Religiosorum Ordini, quo tota, Deo auctore, Eccle-
sia & extemplis instruitur, & oratione munitur. Cum enim dicat Apostolus.
Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesti-
cos fidei. Illis potius Christi pauperibus tenemur charitatiue prouidere, qui in-
tuitu diuinæ speculationis sæculum relinquentes, diurnis die, noctuque famula-
tibus insistunt. Inde est, quod nos attendentes praces tuas Domine Matthæe Ve-
B *nerabilis Abbas Florensis Ecclesiæ de communi voluntate, & assensu nostro,*
Fratrumque nostrorum Venerabilis Tropaensis Capituli concedimus vobis, &
successoribus, & prædictæ Ecclesiæ vestræ Floris tres Ecclesias nostras, quæ sunt
infra fines Terræ Fluminis frigidi, videlicet Ecclesiam Sanctæ Dominicæ, San-
cti Petri, & Sanctæ Barbaræ cum iustis possessionibus, tenimentisque earum in
perpetuum omni exactione, aut redditu liberas, & absolutas, saluo tamen censu
trium librarum ceræ, quas pro earum possessionibus Ecclesiæ nostræ annis singu-
lis persoluetis. Monasterium verò, quod (annuente Deo) fundaturi estis in te-
nimento prædictæ Ecclesiæ Sanctæ Dominicæ secundum Beati Benedicti Regu-
lam, & vestri Ordinis Instituta, volumus ab omni nostra, & successorum nostro-
C *rum exactione fore semper immune. Abbates tamen ipsius Monasterij per nos,*
vel successores nostros canonicè constitutos sine omni exactione, aut grauamine
prædicti Monasterij ad praces vestras, & successorum vestrorum debeat bene-
dici. De Prælatis, & Monachis in ipso Monasterio statuendis, aut amouendis
secundum voluntatem, & ordinationem vestram, vestrique Ordinis Instituta
procedatis omni nostra, nostrorumque successorum intromissione, aut impeditio-
ne remota. Volumus etiam vt tenimentum, quod Dominus Simeon de Mamistra
Dominus Terræ Fluminis frigidi dilectus in Christo filius Venerabili quondã
Abbati Ioachim, & Ecclesiæ vestræ Floris, vnà cum Vxore sua pro remedio
animæ suæ concessit, liberè, & sine exactione aliqua pacificè in perpetuum te-
D *neatis. Oblationes quoque tàm mobilium, quàm stabilium, quas homines eiusdẽ*
Terræ Fluminis frigidi eidem Monasterio vestro fecerint, vos integrè perci-
pere volumus, & sine nostra, nostrorumque successorum molestia liberè posside-
re. Si qui vero de Canonicis, vel Clericis prædictæ Ecclesiæ nostræ Tropæensis
ad Regulam, & Ordinem vestrum se conferre voluerit, liceat eis cum omnibus
rebus mobilibus se cõferre. Si verò prædictæ Ecclesiæ nostræ Canonici, vel Cle-
rici in vltimo vitæ eorum elogio res suas prædicto Monasterio offerre voluerit,
vsque ad tertiam partem rerum suarum eis sit licitum elargiri. Vt autem hæc
nostra donatio, & concessio vobis, & successoribus vestris firma semper, & illi-
bata permaneat, præsens scriptum inde fieri fecimus, sigilli nostri, & Ecclesiæ
E *nostræ munitum impressione, nec non & Venerabilium Fratrum Canonicorum*
nostrorum subscriptionibus roboratum. Anno Dominicæ Incarnationis millesi-
mo ducentesimo secundo, Mense Iunij, quinta Indictionis, Pontificatus vero
nostri anno quarto fæliciter. Amen.

Decernimus ergo, vt nulli omninò hominum liceat hanc paginã nostræ con-
firmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc at-
tentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, *& Beatorum Petri, &*
Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Anagniæ duodecimo Kal.
Februarij Pontificatus nostri anno sexto.

Alijs ergo non indigemus monimentis ad ostendendum Virum Dei
Ioa-

Ioachim vsque ad annum 1214. vitam non protendisse suam, vt Græcus A
regiſtrauit loco citato. Ex adductis enim non ſolum apertiſſimè conſtat Dei famulum Ioachim Floris Abbatem hominem exuiſſe ante menſem Iunij anno Domini 1202. ſed etiam Matthæum eius in Floris Abbatiali dignitate ſucceſſorem in anno, & menſe notatis à Riccardo Tropæentiū Epiſcopo relatum priuilegium impetraſſe, & anno ſequenti 1203. die vigeſimo primo menſis Ianuarij eiuſdem priuilegij confirmationem à Romano Pontifice Innocentio tertio, huius Pontificatus anno ſexto, in perſonam prioris, & Monachorum Monaſterij Sanctæ Dominicæ obtinuiſſe in dicti Fontis Laureati Monaſterij inſtitutionis initio. Quod poſtquam breuiſſimo temporis interuallo munificentiſſimè, ac larga fidelium B
liberalitate, in loco à Beato Ioachim priùs deſignato, fuiſſet à primo lapide extructum, & à tranſmiſſa à Matthæo Floris Antiſtite maiori Monachorum Colonia excultum, Monaſterium Sanctæ Dominicæ appellari deſijt, & Monaſterium Beatæ Mariæ Fontis Laureati cœpit denominari, vt produnt monimenta antiquiſſima, in eiuſdem Monaſterij tabulario aſſeruata, de quibus hic nulla mentio, cum ad inſtitutam prouinciam nō attineant. Hoc vnum autem ad ſuppreſſæ denominationis excitandam memoriam ſuggerendum putamus, nempe dictam Sanctæ Dominicæ Eccleſiam fuiſſe antiquiſſimam, & vt ex à Gualterio traditis opinari fas eſt, imperante Diocletiano extructam. Siquidem Sancta Dominica circa an- C
no Domini 260. ex Torotheo, & Arſenia in quodā Pago Tropæenſis ſata, & in fide catholica optimè enutrita, proinde cum Sanctis Genitoribus in Campaniam ad Diocletianum traducta, à quo, poſtquam illa ſimplici ſputo perfregiſſet Idola, ad meretrices, ad ignem, ad beſtias, & ad rotam damnata, & vnquam in aliquo læſa, & tandem capite obtruncata; cuius corpus ad natale ſolum ab Angelis tranſlatum ſumma veneratione recolitur; tale ſuæ ſanctitatis præbuerat experimentum, & fidelium pectoribus deuotionem ingeſſerat, vt etiam Chriſticolæ illi, qui vt eiuſdem Diocletiani tyrannidem euaderent, ad latifugia ſe receperant, Eccleſias erexerint, ac eius nomini dicauerint circa annos Domini 302. eodem Ty- D
ranno imperante; vt illius memoria excitati, ſecuri peruenirent conſummato agone ad ſupernæ Ciuitatis gaudia. Quarum ſecundam puto fuiſſe iſtam, de qua eſt ſermo, vtpote in eadem Tropæenſi Diœceſi, & prædicta ſolitudine extructam. Apud quam deinde à confugientibus fidelibus prædictum Monaſterium fuit erectum. Vbi ijdem, & alij ſine certo inſtituto (nulla enim tunc erat, nec Sancti Baſilij, nec Sancti Benedicti Regulæ) ſed prout Spiritus Sanctus quemlibet edocebat, arctiſſimè tamen, & proprijs manibus victum ſibi quæritantes, diù Deo ſeruierunt; poſt autem Benedicti Patriarchæ ſanctiſſimi aduentum, eius ſibi Regulam præpoſuerunt obſeruandam, & poſſeſſiones obtinuerunt. Horum demum E
Monachorum charitate refrigiſcente, Diabolique verſutia, ac Mundi lenocinio præualente, paulatin ab ea ſubtractus fuit cultus antiquus, & omnino tandem deſtitutus, vt teſtatur fama per manus ducta, quin & allatum Simeonis de Maniſtra priuilegium, tempore ſuorum prædeceſſorum, in Eccleſia Sanctæ Dominicæ Monachos innuit iam fuiſſe. Benedictinam verò obſeruantiam ad annū vſque 1035. continuatā in ea eſſe, legimus in tabula picturata maioris Altaris Eccleſiæ dicti Fontis Laureati Monaſterij, in qua ſpectrum viſitur Beatiſſimæ Deiparæ Virginis, ad huius dextrā ſimulacrum Sancti Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris Domini, & ad ſiniſtram San-

Paulus Gualterius de Sāctis Calabriæ lib. 1. c. 17. Proſper Pariſius in tabulis Calab. Romæ impreſſis, Dauid Romeus in Indice maiori Sanctorum Regni Neapolitani, Philippus Ferrarius in Cathalog. Sanctorum Italiæ, Martyrologium Vſuardi, Martyrolog. Romanum, Baronius, Gabriel Barrius, Hieronym. Maraſiota lib. 2. cap. 18. & alij.

A Sanctissimi Ducis,& Monachorum Patris Benedicti, quorum subter pedes antiquo charactere infra scripta carmina sunt apposita.

Quinque bis in seclis, & quinis,atque duobus
Lustris, Tropea littoribus Calabris
Filius è Rhodi venientis prole Ioannis
Abbas Agatius pingere fecit opus.

Cæterum mensis Martij trigesimum diem Dei famuli Ioachim præfigimus obitui,non ex eò tantùm motus, quia Græcus scripserat, sed quia in peruetustis quibusdam manuscriptis, nulla anni facta mentione, registratum reperimus, Hæreticorum malleum, vitiorum hostem, Monastici Spiritus B restitutorem, Florisque Monasterij primum Abbatem ex hac lacrymarum valle ad æternam fœlicitatem transmigrasse die trigesimo Martij.

C A P. LXXII.

De Beati Viri Abbatis Ioachim Corporis translatione.

C PLacuit tandem aliquando Florensibus Monachis Corpus illius, quē in Magistrum habuerant,& Patrem in vita, è loco Sancti Martini de Ioue, aliàs de Canale, ad Floris Archicœnobium transferre, tùm maioris causa reuerentiæ, tùm etiam dignitatis. Expansaque tanti negotij voce,& fama, nec titulorum stemmata, nec nobilitatis fulgor, nec paupertatis rubor, nec ætatis,vel sexus imbecillitas; debilitasue, & nec expediēdorum operum necessitas quemquam retardauit,quin rebus quibuscunq; posthabitis omnes illò confluerent, Sancti Patris Ioachim deosculaturi Corpus,& gratias impetraturi. Peruenti igitur Florenses, Cistercienſesq; Patres, quorum numerus ferè innumerus erat,suis induti Cucullis,in suas D redacti Classes, duplicique coordinati ordine, in longissimam producti seriem, Sanctæ Crucis præcedente vexillo, vnusquisque funale manu gestans accensum, sacrisque indumentis præparatis,maxima cum reuerentia ad sancti Viri Corpus detegendum, tangendumque deuentum fuit. Vt demonstraret autem Dominus, quod placita erat ei anima illius,& qualiter Corpus illud, templum extiterat Spiritus Sancti, miro spectaculo translationem illam decorare complacuit. Nam cum inter Monachorum turbam, tres etiam sanctæ opinionis Abbates cucurrissent, & inter hos vnus Guillelmus nomine quartanario,& stomachi morbo laborās, quamuis corporis viribus nimium esset destitutus, contra corporis vires,& E dispositionem, propter tanti Patris deuotionem illuc adduci curasset; statim ac sacrum Dei famuli Ioachim corpus cum cæteris maxima, & indicibili cum deuotione, & reuerentia tetigit, non tantùm à quartanæ morbo, verùm & ab ægritudine stomachi confestim conualuit. Ad cuius ergo rei aduentum non solum sanitati restituti, sed etiam cunctorum tum Monachorum, tùm sæcularium,qui illuc conuenerant, quis admirationem,& lætitiam explicare sufficeret? Cognouerunt siquidem Dominum, humilem famulum eius in vita, in morte, & post mortem signis, & virtutibus decorasse. Peracta deniq; cum diuinis laudibus,& deuotione sancti Corporis translatione, in Cœnotaphio Sanctæ Florensis Ecclesiæ, iam ante

Græc. admirab. 19.

Sacri-

Sacristiæ Ostium in Cappella Beatissimæ Virginis Mariæ, cuius specialiter extiterat deuotus, parato, deposuerunt illud in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui vsque ad præsentem diem mirabilia magna per eum incessanter operari haud desinit. Nos ex Græco referemus tantum antiquissima, ab ipso ex peruetustis codicibus Florensis tabularij excerpta. A

CAP. LXXIII.

Nouitius ad Sepulchrum Sancti Patris conualuit. B

DIe quadam cum Conuentus in agro (more Ordinis) laboraret, Nouitijs ibidem etiam ad eorum mansuetudinem comprobandam commanentibus vnus Nouitius ad naturæ necessaria exire astringebatur: verum cum simplex, ac verecundus esset, pro necessitate huiusmodi ab astante Nouitiorum Magistro, nec veniam petere, nec ab alijs segregari ausus est; necessitate tandem illa mirum in modum astrictus, interius rūpi necessarium fuit. Intestino propterea, & lethali cruciatus dolore, in Monasterium deportatus, imminentem, ac proximam mortem præstolabatur. Deo autem inspirante, cæterisque suadentibus factum est, vt ad Beati Viri sepulchrum conduceretur; vbi precibus, lacrymisque perfusis, corpore prostrato ab eo, alijsq; supplicabatur; illius verò Deus; nec dolore, nec pudore despectis, illicò semotis omni periculo, & dolore Nouitium Fratrem conualescere dedit. Nec ignauiæ homo ille carpendus est, qui tanta gratia dignus fieri promeruit: nam priscis in Patribus tanta patientia, timor, & humilitas redundabat, vt non tantùm in superuacaneis, verùm nec in necessarijs quidquam audere præsumerent. Ideò Dominus quasi holocausti hostiam accipiebat eos: vnde meritò dicere poterant: transiuimus per ignem tribulationis, & aquam tentationis, & eduxisti nos in refrigerium consolationis, vt patet in hoc mirabili, & patientiam Fratris, & auxilium Patris, & Dei munus enunciante. C D

CAP. LXXIV.

Basianus Caccurensis eodem in Sepulchro sanitatem recipit.

HOmo quidam de Caccurij Castro, cui nomen erat Basianus, dum optima, & consueta gauderet valetudine, repente infirmitate correptus; ita vt doloribus, & periculo constringentibus, de sanitate habenda amplius quodam modo desperaret. Interea (Deo dante) Beati Ioachim memoriæ reminiscitur, & qualiter præsto erat omnibus inuocātibus eum, beneficia, & iuuamina inferendo. Sperans ergo per merita sancti Viri se conualescere posse, multorum auxilio ductus in Monasterium Floris, & in eo ad sancti Patris sepulchrum aduenit. Cum ecce, mirabile dictu, accliui supplicatione peracta, de tanta iniqua infirmitate cōualuit, & qui tantorum deportatione, & constipatione deuenerat, in laboribus, & erumnis associatus per se, & gaudens in sanitate rediret. Accepit E

A pit autem omnes timor, & magnificabant Deum, qui fecerat misericordiam suam cum illo, & congratulabantur ei, cæterisque dicentibus, quomodo vir Dei factus fuerat adiutor omnibus in tempore tribulationis: vnde Domus Floris confluentes vndique ad tantam deuotionem excipiebat. Videbant siquidem tam suaues, & saluberrimos fructus ex fructifera, & saluifica radice illa pullulare, vt nõ immerito properarent ad eam, videntes signa quæ fiebant super his, qui infirmabantur. *Graec. Admir. 22.*

C A P. LXXV.

B Insanus per merita Beati Ioannis Ioachim resipiscit.

VT ille, qui est Deus benedictus in sæcula, qualiter anima, & corpus serui sui Ioannis Ioachim pergrata ei fuerant, mundo, & fidelibus suis aperiret, per merita eiusdem, & animæ, & corporibus eisdem est dignatus sanitatem restituere. Inter alios autem, qui huiusmodi fauoribus digni effici meruerunt, fuit quidam Rogerius nomine, qui insaniens, omnesque in fugam conuertens, furiosus omnibus timorem non modicum C incutiebat. Dum verò Religiosus quidam insanientis quoque nomine nuncupatus, & sancti viri alumnus in Cusentino agro oliuas colligeret, ecce insano superueniente à cunctis acclamatur, vt Rogerius Monachus à Rogerio insano cauens se custodiret. Religiosus tamen, quia pius, & religiosus erat, nec timore corripitur, nec in fugam conuertitur; quinimmo insanienti benignus occurrit, illumque ad hospitium suum blande adducens, per biduum retento necessaria ministrauit. Demum Frater Christi Iesu Domini nostri misericordiam attendens, & Beati Ioannis Ioachim merita prænoscens, veterrimæ tanti Patris tunicæ particulam insanientis Rogerij pileo consuit, & capiti eius fidenter imposuit. Sed quid D referam? Ad contactum vestimenti Beati Ioachim Rogerius insanus resipuit, & sanus euasit. Cognoscens ergo tanti beneficij munera, ne gratiæ consecutæ immemor videretur, Rogerius olim furens apud Rogerium Monachum eidem multo tempore ministrando remanere curauit, & diebus, ac noctibus Deum benedicere non desistebat, qui per merita Beati Ioachim, & discursum illi restituit, & ab omni insania, & insanientis improperio liberauit. *Idem admirab. 23.*

C A P: LXXVI.

E Amatus Monachus Beati Patris meritis ab Apostasia liberatur.

IN Florensi Monasterio quidam nomine Amatus in deuotione plurima, & cordis compunctione maxima, iuxta Florensis Ordinis Instituta habitum Religionis induens, se Domino militaturum demonstrauerat. Illius autem, qui saluti hominum inuidet, & quieti, suasione deceptus, diebus quibusdam transactis habitum Religionis assumptũ exuit, ac dimisit. Quod audiens Domnus Rogerius de Apriliano, Monachus *Idem admir. 24.*

miræ deuotionis, & perfectionis magnæ; qui etiam sæpissimè Beati Ioachim sanctitatem expertus fuerat; non patiens ouiculam Domini angendam à Lupo, & iam oberrantem deperire, eidem Amato vinũ exhauriendum, & gustandum in iustitia, & sanctitate Beati Ioachim attendendo misit. Quo hausto, à Domino veritatis, & sanctitatis Auctore pœnitendi gratiam accepit. Dolens ergo, & pœnitentia ductus, ea regularia, quæ deposuerat, vestimenta, in perpetua stabilitate resumpsit. Iste tandem toto vitæ suæ tempore in Monastica stabilitate, & obseruantia perseuerans, Deo gratias agebat infinitas. Profitens se non tantum per Beati Ioachim merita resipiscens, in Religionem remeasse, sed in adiutorio eius fideliter cucurrisse: immò in eadem, & brauium, & palmam accepturum sperans, de præteritis oblitus, ad ea quæ ante erant, manum extendens, & bono fine quieuit, & in Domino obdormiuit. A B

CAP. LXXVII.

Phreneticus per Sancti Patris merita conualescit.

IN eodem etiam Florensi Archicœnobio quidam Monachus, Rutilius nomine, sed non mente, phrenesi pessima angebatur, ita vt propter eius infirmitatem non solum præsentes, sed etiam omnes ad quos rugitus peruenire poterat, nimium infestabat. Cumque Infirmarius, cui præ cæteris intolerabilis erat, tantam molestiam vltra ferre non posset, anxius quærere, & inuestigare cœpit, quidnam hoc circa agendum esset, & si quo ei posset iuuamine, seù remedio succurrere, non tantum pro suo, quantum pro totius communitatis tollendo labore. Et inspirante Domino, post paucos dies optimum remediũ adinuenit, & de cõsensu dicti Domni Rogerij, verè memorandi, dare ei potum in vasculo, in quo Beatus Ioãnes Ioachim potare solitus erat, statutum est, & de reliquijs indumentorum Sancti Patris illius capiti imponere. His autem peractis; in sero phreneticus ille obdormiuit, & mane facto sanus, & incolumis experrectus, non tantùm in suo, sed & in cunctorum gaudio surrexit mentis, & corporis potitus sospitatem, quam ad Dei laudem, & Beati Ioachim honorem vsque in vitæ suæ finem retinuit. C D

Iacob. Græc. Admirab. 25.

CAP. LXXVIII.

Lampas, ante Sancti Patris Sepulchrum extincta, diuinitus accenditur. E

DEus ipse mirabilis in Sanctis suis, & gloriosus, ac terribilis in maiestate sua, non solum dedit seruum suum Ioannem Ioachim ab hominibus venerari, à Dæmonibus timeri, à Beluis cognosci, & ab infirmãtibus inuocari, sed etiam ab insensatis demonstrari, sicut enunciante Domno Rogerio, de quo supra, veraciter auditum est. Hic ergo Rogerius dum in Archicœnobio Florensi, Cappellam, in qua Corpus Beati Patris quiescebat, in particularem custodiam haberet, lampademq; perpetuò

A petuò in ibi coruscantem curaret, consurgentibus nocte quadam Fratribus ad Vigilias, Frater Rogerius antequam in illis cum eisdem coniungeretur, lampadem ante Sepulcrum Beati Viri splendescere consuetam iam extinctam inuenit. Quod vtique ægreferens, ob illam accendendam ad nutum Fratrem Amatum accersiuit, illud vero defectu olei in ea penitus extincti explere nequiuit; ad oleum ergo capessendum properauit. Verum coagulato oleo ob aeris, & temporis rigiditatem, & non nisi igne resoluendo lampadem accendere nequibat. Ne autem officium diuinum in Choro persoluendum pro re tam modica omninò dimitteret, lampade in extinctione sua derelicta, Chorum intrauit, & officium persoluit.

B Quo expleto, ad lampadem accendendam anxius cucurrit. Accedens verò ad Cappellæ ostium, in ea luminaria splendere agnouit; intrans denique lampadem, quam accendere nequiuerat, flammescentem inuenit: nec sciens vnde esset, admiratione correptus, qui tristis fuerat, valde lætitia perfusus, quasi æstasim patiens in eo, quod contigerat illi, laudiferum hymnum protulit in corde suo, & eo magis, dum in eadem Cappella extra solitum, quasi cœlestis odoris suauitatem miro fragramine præsentiret, & iugi consolatione gustaret. Tandem lampadem illam, sic diuinitus accensam, vsque post Nonam ita splendescere permisit; at demum consultò proprijs manibus Domnus Rogerius extinsit. Quod siquidem optima consideratione peregit. *Grec. admirab. 26.*

C In ijs enim necessarijs tantummodo quærenda sunt mirabilia, humana vbi operatione nec operari, nec prouideri sufficit. Ex his ergo, quæ à Domino de die in diem demonstrabantur; mirabilibus, & serui sui sanctitas crescens in mentibus hominum elucescebat, & omnium deuotio in eum semper in Christi Domini laude exuperabat.

CAP. LXXIX.

D Cœcus ad Sepulchrum Viri Dei sanitatem recipit.

Misericors, & miserator Dominus, cum sit lumen indeficiens, creator omnium luminum, illuminans omnem hominem venientem in hunc Mundum, nihil odens eorum, quæ fecit, per merita, & inuocationem famuli sui Ioachim cœcutientem illustrare dignatus est ordine videlicet tali. In prælibato Floris Monasterio erat Monachus quidam sanctæ, & bonæ opinionis, & habebat nomen Ioannem: hic dum optima sospitate gauderet, in Vespere cum dolore magno repentè oculorum

E lumen amisit. Permanens ergo in cubili suo flens, & eiulans in dies sicut in dolore, ità in cœcitate cruciabatur; adeò vt die quarto dolor intolerabiliter excresceret: visitur propterea à Fratribus, & à Priore, qui pro rebus Monasterij necessarijs de Claustro exiturus, ad patienter ferendum exemplo Tobiæ, & Iob infirmum Fratrem hortabatur. Absistentibus tandem eis, infirmans talem prorupit in vocem. *Sanctus, ac Venerabilis Pater noster Ioachim, vt in translatione sua à nobis solemniter celebrata, vt visus est in loco, vbi piè, & deuotè recolitur, menti nunc meæ est præsentatus.* Quibus vix prolatis, quia non dum viribus corporis destitutus erat, locorum bene conscius pedetentim in deuotione plurima ad Cappellam, & Sepul- *Grat. admirab. 27.*

chrum sanctissimi Patris se contulit, quo quasi cœlitus aduenerat, ibidemque in terram prostratus, Sepulcrum propter tangendum manibus palpabat, in quod vtique inuentum intrasset, si potuisset. Hærens denique ei, contritione, & deuotione magna præuentus, in cordis compunctione liquescens, plantu, & magno lacrymarum imbre corripitur, non secus ac si glacies Soli, & cera igni approximaretur. Interea Sarcophagum intra munitissimum, velut si quis in latus de latere moueretur commotionem percepit. Talibus ergo attentis, illicò somno correptus est, & tenuẽ vocem, veluti si amicus amicum alloqueretur, audire visum est illi. Experrectus deniq; præ nimio dolore, caput super Sepulchrum declinauit. Nec mora intercessit, & ecce ex oculis eius ambobus aqua calida in multa quantitate defluere percepit, quod ipsemet lacrymans referre solebat. Vbi autem amor defluens ab oculis cessauit, & cæcitas, & dolor penitus cessauerunt. Pristinæ ergo sanctitati restitutus vsque ad mortem talia prædicare non desinebat: curiosis verò, & qui horum repetitionem replicari curabant, in hunc modum respondere solebat. *Nescio. Deus scit. Vnum tantùm scio, quia cum dolens, & cæcus essem, in effusione lacrymarum, & aquæ ad Sepulchrum Ioachim famuli Dei, modo video.*

CAP. LXXX.

Lampas ante Viri Dei Sepulchrum cadens non frangitur.

NOn est tacendum pro fidelium mentibus informandis, & deuotione acccendendis. Bonarum enim mentium est, eo ad altiora volare, quo vident, vel audiunt vera fide Sanctorum gesta virtutibus posteris iuuaturis pollere: quorum mirabile accidisse nunc ita scribimus. In Cappella Basilicæ Floris ante Sepulchrũ Beati Ioachim Sacerdote diuina celebrante mysteria, vnus de duobus Ministris ad lampadem melius accendendam accessit; mox autem lampas vitrea super pauimentum cecidit, vbi ac infrangibilis stetit, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinando, nec vllam etiam patiens læsionem, ac si vitrum adamantinum fuisset. Cum omnium astantium admiratione lampas in locum suum restituta in cementium, atque audientium mentes maiorem deuotionem ingessit. Exijt ergo sermo iste inter Fratres, quod lampas in terra cadens non sit fracta; & ideò magis, ac magis ad magnificandum Deum, & seruum eius Ioachim venerandum inflammabantur.

Idem admir. 28.

CAP. LXXXI.

Canonico Cusentino per merita Beati Ioachim bis sanitas redditur.

QVoniam Beati Viri merita magna, & innumera erant apud Deum, his fieri participes non tantum eius magisterij alumnos, sed in sæculo degentes, non solùm simplices, verùm etiam Sacerdotes

A dotes in populis præpollentes dignatus est. Quemadmodum cuiquidam Ecclesiæ Cusentinæ Canonico euenisse percipitur. Hic re, & nomine Placidus beneficium per merita Beati Ioachim receptum proprijs adnotauit manibus, & posteris religendum reliquit in hoc modo. *Ego Placidus Canonicus Cusentiæ humero dum in dextero per sex annos continuos ad minus in labore, & dolore continuo fatigatus ità, vt brachium mouere, vel erigere, quasi mancus sine grau, & ingenti dolore non possem, multorum sæpius quæsiui remedia Medicorum, quæ nonnunquam curiosè administrata nullum iuuamen intulerunt: quia id temporali non tribuendum, at Medico Cælesti seruabatur. Cumque nullum diutiùs iuuamen per tot medelas eueniret: im-*
B *mò detrimentum, mihi de salute desperanti persuasum est, brachium cauterizari, si fortè ignem sustinere possem: & quia animus, & corpus ignem abhorrebat, distuli, & tali minimè consilio acquieui: tum quia non erat tempus cauterizandi: tùm quia ignem sustinere nequissem. Et cum pharmaceo iuuamine destituerer, Sanctorum suffragia inuocare conuersus sum, vt eorum meritis, & auxilijs Dominus à tanto me aculeo passionis, eius potentia, & pietate liberare dignaretur. Et cum indignus exaudiri non possem, quia non dū illi praces meas firmaueram, cui medela mea seruabatur, sicut exitus mihi adaperuit. Serò enim quodam cubaturus (sicut Domino placuit) inuocare cœpi in deuotione, & fiducia nomen Sanctissimi Patris Ioachim Abbatis, dicens lacrymando: Libera me*
C *Domine per merita Sanctissimi Patris Ioachim, libera me Domine à brachij tanta passione: & ego tenear in signo afferre brachium cereum ad sacrosanctū sepulcrum eius. His dictis, in spe cubui, mente fixus ad merita Sancti Patris; & ecce ex tunc Benedictus Deus non deserans sperantem in se, dolorē ampliùs non sensi, & sanus euadens, sicut nunquam fueram, voti solutionem in gratiarum actionem procuraui, factoque cera brachio in area aulæ Lucæ Archiepiscopi mei posui, commodum expectans. Quodam verò serò deficientibus candelis in Camera Archipræsulis, nec tàm citò aliunde procurandis, propter noctis profunditatem, & necessariè habendis, & sic tremens putaui brachium accipere, & indè candelas perficere, opportunam eius putans reparationem. Adaperiēs*
D *ergo pauidus arcam, tentans brachium capere, illicò fui solito dolore correptus, & quod timueram inuitus sensi: brachio igitur demisso, & verè ad Florem mittendo, recessi. Iterum in pracibus, & lacrymis pro recuperanda valetudine Sanctum Ioachim supplicans, quæ mihi iterum per gratiam tanti Patris data est. Et hæc descripsi, Dei gratiam in Sannctl. Ioachim inuocatione expertus, vt vnusquisque mecum Domino, & seruo eius sine intermissione gratias referat: quia de tanta ægritudine bis eius meritis conualui.* Hæc Placidus Canonicus. Non enim aliquod dilucidius ad cognoscenda merita, ac talis, & tanti Patris sanctitate.

Idem Admirabile 29.

E

C A P. LXXXII.

Item alteri Canonico Cusentino per merita Sancti Viri sanitas restituitur.

Dominus Iesus testem duplicem ad propalandam Ioachim serui sui sanctitatem in Cusentina Ecclesia, in qua, & eius Diœcesi Ordo, & tanti Patris Religio ortum habuerat, adhibere dignatus est. Alius siquidem Cusentinæ Ecclesiæ Canonicus, cui nomen erat Petrus. Iste ma-

magister in artibus, moribus, & scientia prædirus erat: ideò aliquando A
in eadem Ecclesia fuit in Pastorem electus; aduersante autem sibi alio electo, vtriusque corruit electionis effectus. Petrus ergo iste ad votum dum valetudine potiretur, membrorum ariditatem sentiens, subitò fuit dolore correptus, & primo (Domino inspirante) in mentem eius Ioachim inuocandus aduenit. Humiliter ergo, & deuotè inuocare incipiēs, *Adiuua me vir Beate, & Sancte Pater Ioachim meritis, & precibus tuis apud Dominum, vt mihi ablatam dignetur reddere sanitatem, & ego promitto munusculum, & manum cum brachio cereo pro his, quos doleo amisisse, in Monasterium Floris mittere ad tuum sanctum mausoleum preciosissimam tui corporis margaritam includens.* Quibus prolatis, res mira, & memoranda: B
nam facto voto, & verbo prolato, voti, verbique fuit consecutus effectum. Habita ergo sanitate, votum reddere non cessauit. Cum hæc igitur non tantùm per Cusentiæ Vrbem, cæteras verùm per regiones diuulgarentur, omnes, qui audierunt, gloriam Deo cantauerunt; qui mirificauit Sanctum suum, donans ei potestatem, vt qui credentes inuocarēt auxilium eius, curarentur ab infirmitatibus suis.

Idem Admir. 30.

C A P. LXXXIII.

Religiosus demens per merita Sancti Patris resipiscitur. C

IN Grancia de Terrata propè Roccam de Neheto cum duo Fratres cōuersi, pro rebus ad Monasterium Floris pertinentibus actitandis, demorarentur, dum sibi, pro recuperanda sanitate, panem ex radicibus herbarum confectum, apponentes manducarent: ex illius sumptione non solum non conualuerunt, sed noua, ac maligna ægritudine pergrauati, in eam, quam foderunt, foueam inciderunt: sic vt vnus illorum ex hac vita discedens, sepulturæ traditus fuit: alter verò in dementiam D
conuersus, ad Floris Cœnobium reductus est; vbi tàm dire baccabatur, vt in omnes irruens, à nemine detineri posset. Meritò ergo ab omnibus quàm citiùs occidendus, sicut socius eius à tali ægritudine expectabatur. Deus verumtamen, qui mortem non fecit, nec delectatur in perditione morientium, patientem Fratrem ab illius morsibus huiusmodi remedio liberauit. Acceptum est à Monachis aliquantulum de vestibus Beati Ioachim famuli Dei, & in fide, & spe recuperandæ sanitatis capiti patientis imposuerunt. Et ecce (mirabile) illicò fugatur insania, & Frater Conuersus in sanitatem conuersus conualescit. Cognoscens tandem qualiter insanierat, omnium pedibus Confratrum deuolutus, humiliter E
supplicabat, vt si quid in verbis, vel actibus dementium more in eos deliquisset, dimittere dignarentur. Et sic de cætero cautiùs, & deuotiùs Domino seruiens, nunquam ab ore, nunquam à corde beneficium meritis, & intercessione Sancti Patris Ioachim à Domino receptum obliuiscens, recedebat, semper ergo Deo gratias agebat, qui non tantum ab eo dementiam depulerat, verum ei saniorem, & deuotiorem mentem ad eum laudandum, & seruum eius benedicendum tribuerat. In omnibus ergo his, & consimilibus ille semper est agnoscendus, & glorificandus, qui nunquam malum permitteret, nisi adeò esset potens, vt ex malo bonum elicere posset.

Idem Admir. 31.

A

CAP. LXXXIV.

Dœmoniacus Puer per Beati Viri merita liberatur.

IN Monasterio de Aquauiua filiationis Monasterij Florensis ad Terram Cropani, in illo tempore magnæ obseruantiæ, nunc Religiosorum absentia penitùs destituto, erat Puer quidam ad mores Religiosos B induendos sub tutela Monachi Auunculi sui. Hic ità dirè fuit à Dœmone correptus, vt non tantùm ab omnibus delirans iudicaretur, verùm se clamitans innumeros cernere Dœmones vociferaret, & eorum imagines propter vitandas manibus faciem operiret; nec cuique parcens astātium facinora reuelabat, inquiens. *Hoc egit iste, hoc ille.* Excessus quosdam pronunciando. Cunctis ergo compatientibus, ac pro eodem deprecantibus, Dei misericordia non defuit. Auunculus namque suus præ cæteris tristis spiritus Domini inspiratione edoctus, desumens aliquantulum indumenti Beati Ioannis Ioachim à Religioso Florensi præhabitū, reuerendissime lauit, & ablutionem Puero propinandam tribuit. Gusta-C ta igitur ablutione, aufugiente Dœmonio, obsessus fuit pristina libertate donatus. Vnde lætanter omnes benedicebant Dominum, qui fecerat misericordiam suam cum illo, suscipiens puerum suum de manu inimicorum suorum liberatum; ità cum eodem Auunculo eius in gratiarum actione deuenit in Florem. Sed quid mirum si indumenta Ioachim Dœmones abhorrebant, quibus olim se induens, à quo bona cuncta procedunt templum fuerat Spiritus sancti? Ipsi ergo vni Deo honor, & gloria, cum Patre, & Filio viuenti in sæcula sæculorum. Amen. *Idem Adm.* 32.

D

CAP. LXXXV.

Infirmario Florensi ad Viri Dei Ioannis Ioachim inuocationem mirabile accidit.

IN tempore illo tanta in Virum Dei priscorum deuotio exuperabat, vt non solùm à sæculo, verùm etiam Ecclesiæ Principes ad eius confluerent deuotionem. Inter alios, Illustrissimus Cusentiæ Archiepiscopus deuotionis gratia properauit. Qui vbi Monasterium fuit ingressus expleta ibi oratione, cum mirum in modum infirmis compateretur, In-E firmitorium adire poposcit. Infirmarius autem dum ad infirmantium sustentationem butirum calefaceret, & tanti, ac talis Viri aduentum perciperet, in feruentem lagenam butirum refudit. Vix ergo expleta infusione, vas in girum disrumpi, & aperiri visum est, feruorem siquidem liquoris sustinere non valuit. Videns propterea Infirmarius absque remedij spe tantam fieri iacturam, & Infirmantium incommoditatem euenire quodammodo susurrans talem prorupit in vocem. *Sancte Pater Ioachim succurre mihi, & ne patiaris precor tantam in tantorum languentium prouentire iacturam.* Nec mora, ecce butirum, suæ quasi immemor naturæ, stetit. Expauit propterea homo ille huiusmodi defluentem liquorem *Græcus Admir.* 33.

ad

ad simplicem Viri Dei inuocationem constitisse. In deuotione igitur perfectiori roboratus, rem tam miram sæpissimè ad Dei laudem, honorem, & gloriam, & serui sui Ioachim memorabile præconium in veritate referebat. Qui autem perceperunt in veritate aiebant. *Verè seruus Dei erat ille*. Nam ad inuocationem eius ex Dei munere rerum qualitates immutabantur, nec deerat inuocantibus eum. A

CAP. LXXXVI.

Blasphemus ad sui, cæterorumque instructionem corripitur. B

IN Monasterio de Sambucina erat quidam homo non re, sed nomine Bonus, hic existens sæcularis mirum in modum erat in verbo asper; quia scribendi artem callebat, pro transcribenda Apocalypsis Glossatione in dicto Monasterio tempore Domini Bernardi Abbatis, deinde Geruntinensis Episcopi, se continebat. Cum igitur ab eodem Scriba deuentum esset ad locum illum. *Qui habet aures audiendi audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs*. Nescio qua inconsideratione abstractus, vsque tertio eandem sententiam exarauit. Qua oberratione indignatus, & indignatione commotus, in Auctorem, & Auctoris glossationem blasphemiam, meritò reticendam, protulit. Sed Deo ità disponente vltio non nimium dilata properauit. Sequenti etenim nocte delinquenti apparuit Vir canitie venerabilis, & aspectu admirabilis, qui prius interrogauit eum, cur deliquisset; nec videns delinquentem pœnitentia, aut humiliatione aliqua commoueri, tradidit eum tortoribus, à quibus non parum correptus fuit; accepta itaque in nocte de iniquitate mercede, languens de mane repertus nullam aliam condignam emendationem exhibuit; nisi quia in eadem cella remanere noluit. C

Idem Admir. 34.

D

CAP. LXXXVII.

Infantulus penè mortuus per Sancti Patris merita ad vitam reuocatur.

IN Ciuitate Cusentiæ fuit quidam nomine Petrus, qui cum esset deuotus homo, & spectabilis valdè, ex eius vxore filiū Dei munere habuit. Hic ergo cū adhuc tenellus, & in cunabilis esse magnopere ex Dei dispensatione infirmari contingit, ità vt per biduum materno ex vbere nec lac libare potuisset. Parentes vnde de eius morte securi doloribus, & singultis iugiter præmebantur. Deus tamen omnium viuentium auctor, pacis, & totius consolationis largitor, luctum, & mœrorem illorum in gaudium commutare dignatus est modo sequenti. Dum Petrus nocte quadam iaceret in cubiculo suo, talem est passus visionem. Videbatur equidem ei cernere Sanctum Ioannem Euangelistam, Sanctum Nicolaum Confessorem, & Beatum Ioannem Ioachim inter vtrumque medium, quibus Petrus ait. *Beneueniatis Domine Abbas Ioachim, & vnde?* Cui Ioachim. *Cognoscis ergo me*. At Petrus. *Cognosco, quia tu es Dominus meus* E

Idem Admir. 35.

A *meus Sanctus Abbas Ioachim*. Sed Ioachim addidit. *Cognoscis quoque hos mecum viros astantes*. Petrus verò ait. *Non Domine*. Ioachim siquidem inquit. *Hic est Sanctus Euangelista Ioannes, & hic Sanctus Nicolaus Confessor, roga ergo eos, & impetrabunt vnico filio suo sanitatem*. Petrus reuerenter respondit. *Et eos Domine, & te humiliter obsecro, vt dignemini vnico genito meo impetrare sanitatem*. Cui Ioachim. *Factum est petitum tuum, iam conualescit*. Cæterum credidit homo, & continuò disparentibus eis, surgens de cubili suo Vxorem adijt, eam ità alloquens. *Accipe Infantem, & admone vbera, vt possit surgere, quia sanus est*. Cui Vxor. *Scio, & verè scio, quia non suget vbera mea in æternum*. Tandem imperio Viri paruit.
B Et ecce factum est, Infantem tanta auiditate vbera materna suxisse, vt nunquam aliquod ægritudinis signum habuisse dignosceretur. Tanto ergo Parentes eius stupentes miraculo profusis præcibus laudauerunt Dominum. Genitor tandem de mane consurgens narraturus omnia, Archiepiscopum Cusentinum cucurrit. Narranti igitur per ordinem vniuersa Archiepiscopus respondit. *Qualis erat fili mi imago Sancti Ioannis Euangelistæ*. Et ille. *Deuotus facie*. Et subdit. *Et Sancti Ioannis Ioachim? Elegantissimus facie, ætate, & canicie venerandus. Et de Sancto Nicolao quid dicis*, inquit Antistes. Petrus verò. *Formosus erat, & vir magnæ staturæ*. Ea verò, quæ in tenebris, & in occulto facta fuerant, prædicata sunt super
C tecta: ex quo omnes Deum glorificantes, Ioachim verè seruum eius prædicauerunt, qui Sanctorum consortio admixtus, deuotorum miserias respiciens, auxilium præstare non destitit.

C A P. LXXXVIII.

Incendium Villæ ad inuocationem Viri Dei extinguitur.

D Religiosus quidam Nicolaus nomine in Monasterio Florensi propter eius simplicitatem, & meritum paupertatis in cæterorum mẽtibus magnis meritis habebatur. Iste ergo pro rebus Monasterij agendis egressus, ad Villam quandam appropinquarat. Prospiciens autem in ea ruptis habenis ignem debaccari taliter, quod nihil aliud, quàm ipsius consumptio sperari potuisset. Accolæ siquidem eius, viribus omnibus destituti, consilio, atque auxilio penitus orbati, in confusione permixti, huc, atque illuc discurrebant. Accurrenti ergo eidem Fratri Nicolao insperatè magna cum deuotione se commendabant, vt oraret pro eis, & Dominus parceret peccatis eorum, nec non de loco sancto suo pro-
E spiciens, populum suum misericorditer liberare dignaretur. Quod vtiq; Deus omnipotens præstare dignatus est. Nam Religiosus ille misericordiæ, & pietatis viscera indutus, charitate accensus, in spiritu collectus, silenter quodammodo talem prorupit in vocem. *Sancte Pater Ioachim ora* *Idem Admir. 36.*
pro istis Deum. Cum ecce vix expleta oratione, extincto igne, flamma in fumum conuertitur, & cum eodem fumo euanescit. Monachus ergo, viso miraculo, stupore correptus expauit, & ad illud mirandum perpetratum contremuit: & ægre ferens laudes, eorumque gratiarum actiones, modestam fugam arripuit. Cæterum cum mirabile huiusmodi, & beneficium acceptum patentissimum esset, occultari non valuit: villicolæ namque

que talia passim, & vbique prædicabant, licèt penitus non callerent ad A
cuius gratiam, & intercessionem iam fuerant ab incendio liberati. Frater autem, qui inuocationem fecerat, omnia sciens, nequaquam sibi, sed Sancto, & Venerabili Patri Ioanni Ioachim gratiam admirabilem ascribebat.

C A P. LXXXIX.

Homo quidam in vitæ periculo oberrans per S. P. merita securus ad iter perducitur.

B

QVoniam expositio in Apocalypsim, quã Beatus Dei famulus Ioannes Ioachim ediderat, mysteria, & Sacramenta in ea occlusa veraciter, & ad viuum enodabat, omnes quotquot poterant, propter illam
Gratus Admir. 37. habendam ad describendum de Ciuitatibus properabant. Tali igitur causa quidam, cui nomen erat Ioannes, Scriba de Ciuitate Neocastri ad Floris Monasterium se conferebat. Conscendens igitur Alpes, quas propriè Sylam appellant, ignarus recti itineris, locorumque aspentate oberrans, deuiare cœpit. Cum autem propter temporis inæqualitatem, & montium, & syluarum asperitatem periclitare cœpisset, (non enim in tanto discrimine, nocte insequente, euadendi modus patebat) melius recordatus, se ad Dominum conuertens, inquit. *Succurre, & dirige me Domine Deus per pietatem tuam, & per merita Beatissimi Patris Ioachim, cuius diuinum, & præclarissimum opus ad describendum festino.* Diffusis ergo præcibus, vocibusque prolatis cæpit abire, & quemadmodum ille nesciuit; ita pariter nescitur, velut alter Habacuc, superatis montibus Sylæ, & in recto itinere intromissus, securus gaudens citò deuenit in Florem. Vbi in deuotione maiori, maioriq; exultatione, ad quod accesserat, opus expleuit. Nec in aliquo tempore gratiarum tantarum immemor, laudare nomẽ Domini non desistebat, qui per merita Beati Ioachim serui sui pascens, direxerat pedes eius in viam prosperitatis, & pacis. D

C A P. XC.

Monachus ad Sancti Patris inuocationem de flumine eripitur.

BOnorum omnium largitor Deus non solum Dœmones expellendo, infirmitates curando, brutorum, & inanimatorum obtemperatione in terra, verum etiam in aquis sanctitatem serui sui Ioachim ostendere dignatus est, vt sicut aereæ potestates illum expauerunt, infirmitates aufu- E
Idem Adm. 38. gierunt, animalia paruerunt, ità elementa muta prædicarent. Quemadmodum didicimus etiam flumina, immo homines in fluminibus auxilium Dei per seruum eius Ioachim percipiendo, Dominum benedixisse: hoc siquidem in Monasterio Calabro Mariæ, aliàs de Altilia, apertissimum accidens mirabile demonstrauit. In tali ergo Cœnobio Religiosus quidam, Nicolaus nomine, qui Cellerarius erat, & curam de omnibus sub imperio Abbatis sui gerebat, pro necessarijs agendis de Conuentu egrediens ad Nehetum flumen tranaturus accessit. Cæterum cum flumen illud

A illud ab Alpibus repentino cursu descendens, & multitudinem aquarum includens, se impertransibile exhibebat. Religiosus tamen ille, nescio qua fiducia captus, dementia inductus, & audacia deceptus, licèt quodammodo periculum cerneret, tamen euadere nō curauit. Ingressus itaque flumen, paucissimis in eo passibus intromissis, illicò vndarum, & rapidi cursus rapina deuenit. Quasi ergo suffocatus, & mente magis, quam voce clamare incipiens, inquit. *Sancte Pater Ioachim succurre mihi, miserere mei, adiuua me*. Cui fiducialiter inuocanti manus Domini subuenire non tardauit, & de tanto discrimine liberare non defuit. Extemplò namque de aquarum gurgite, & de fluminis rapina ad littus se incolumem re- *Idem Admir. 38.*
B stitutum inuenit; vbi propter rem tam subitam, & repentinæ mortis timorem conceptum, an in ripa consisteret, dubitabat. Agnoscens tandem tantum admirabile Dei beneficium, genua flectens, de pectoris imo Omnipotenti Deo gratias egit, qui ad serui sui Ioānis Ioachim inuocationem de tam diræ, & proximæ mortis periculo eum liberauerat. In gratiarū ergo actione in Monasterium regressus in lacrymarum effusione, & cordis compunctione fratribus huiusmodi beneficia retulit. Omnes propterea Dominum collaudauerunt, qui Petrum mergentem, Paulum naufragantem, & Fratrem Nicolaum de flumine misericorditer liberauit.

C

CAP. XCI.

Securitas à Latronibus per merita Beati Viri Viatori donatur.

EX Cusentinis Oppidis homo quidam æstatis tempore Sylam transiturus deuenit in Florem; quia Proscriptorum hominum inimicitia implicabatur, ascensurus iuga, & loca illa consistit ibidem, cogitans si quo modo obuiare periculo potuisset, (non enim ei propter imminentem ne-
D cessitatem aliò diuertendum erat) quinimmo sicut hyemis tempore propter niuium exuberantiam, ità æstatis tempore propter Proscriptorum multitudinem, olim magis, quam nunc, Cusentina Syla mirum in modum erat ad transeundum periculo. *Cùm Sylam* (inquit Io: Dom. Surrentus Cusentinus cap. de Calab. montibus, & nemoribus) *veluti tutissimam arcem ad excurrendum ad loca finitima, & rursus ad redeundum cum præda selegissent latrones, siuè enim ad Ionium, siue ad Tyrrhenum littus excurrerent, Syla veluti vmbilicus, & fortissimum munimentum se prodit. Accedit agricolarum, & pastorum copia, à quibus ne dum ali possunt, sed & ea, quæ furati sunt vendere, & commutare. Nec desiderantur abditi secessus, in quibus cum*
E *necessitas postulat, & furto subacta, & seipsos occulere queant*. Venit ergo ad illius hominis mentem, vt pro securitate ab inimicis habenda, lapidem sepulchri Beati Ioachim abraderet, secumque deferret; desumpto igitur lapide in magna deuotionis securitate abijt. Veniens tandem ad interiora syluarum, quos pertimescebat, hostiles incidit in latrones: ex quibus, Deo adiuuante, nihil damni, aut læsionis passus, de illorum manibus euasit. Aucta est ergo in eodem in Virum Dei Ioannis Ioachim in confiducia deuotio, vt ipsemet cum rasura eadem in potione exhibita, multorum curaret infirmitates. Vulgata igitur fama facti, quam plurimi concurrentes ex illa eadem rasura vtilitatem potirentur, sic vt vsque ad ho- *Idem admir. 39.*

diernum diem Sepulchrum totum corrosum concernatur. Vbi non est segniter attendendum, qualiter Diuinæ dispensationis exuberantia non solum ex Reliquijs famuli sui, verum ex rasura lapidis sepulturæ eius infirmos curari, ac periclitantibus subueniri concessit. A

CAP. XCII.

Mulier per merita Sancti Viri Ioachim ab optalmia liberatur. B

Sup.c.22.pag.63.A. & c.23.pag.64.B.

ERat Mulier quædam neptis Iordanis de Madara, cuius supra meminimus, hæc dum graui oculorum morbo, ab aliquibus optalmia nuncupato, dirè cruciaretur, iam de salute desperans: adhibuerat siquidem sibi innumera tùm Medicorum, tùm Mulierculatum (vt eorum moris est) remedia, ex quibus nullo iuuamine habito, in erumnis, & doloribus moritura iacebat. Patruus tandem, qui Beati Ioannis Ioachim viuentis in se, & alijs merita, & sanctitatem expertus erat, ægrotam sic admonere curauit. *Procura filia in Saluatoris gloriam, & Beati Ioachim laudē sacrificium deuotè offerri, & confidens innaberis*. Et quid plura? Iuxta monita, ab ea in mira deuotione sacrificio expleto oculorum lumen, & integram sanitatem recepit. Quod Dei munere acceptum beneficium, nec silere potuit, nec celare valuit: nam sicut externa fuerat illustratione potita; ità interna deuotione accensa, passim prædicabat, se per merita Beati Ioannis Ioachim, & lumen oculorum accepisse, & de graui infirmitate conualuisse. C

Gracus admir. 17.

CAP. XCIII.

Thomas Monachus ad Dei Viri Sepulchrum sanitati restituitur. D

FLorensis quidam Monachus, Thomas nomine, artem callens lignariam, adeò acerbè lumborum dolore vexabatur, vt super pedes cōsistere haud valens, penitus cubare astringeretur, & lamentationibus, eiulatibusque, atque gemitibus suis cæteros eiusdem Cœnobij Monachos infestare. At Deus, qui non obliuiscitur clamoris pauperum patientium, remedium patienti Thomæ ministrauit opportunum. Inspirauit siquidem menti illius, vt se ad sui famuli Ioachim Sepulchrum deferri procuraret. Quo persusis precibus confestim expleto, mox inspiratam, optatamque sospitatem potitus, in deuotione maxima, & Dei laude prædicare solebat, Abbatem Ioannem Ioachim sibi commissos nullo tempore dereliquisse; immo sicut in sanitate, ità & in infirmitate à Domino opportuna, & vera auxilia suppeditasse. E

Idem admir. 20.

A

CAP. XCIV.

Monachus mandata Beati Viri spernens atrocitur corripitur.

SVbticendum non est admirabile illud, quod est proculdubio omni memoria dignum. Quam enim suauiter, ac fœliciter Venerabilis noster Ioachim Abbas die trigesima mẽsis Martij anno Domini 1202. in loco
B co Sancti Martini de Ioue, aliàs de Canale spiritum Deo reddiderit, latiùs supra commemorauimus. Ipse etenim sicut fuerat Domini Iesu Christi seruus feruentissimus, sic in eius transitu, velut inuitatus ad nuptias suaui agone susceptus, ab eo de laboribus coronari promeruit. Concurrentibus ergo in Sancti Patris transitu quamplurimis cum suis Abbatibus Monachis, eos ad charitatis, & pacis exequenda munera vehementi allocutione instruxit, ac illis etiam in Domino benedixit, vni tamen benedicere recusauit. Nec id propter amoris, aut charitatis defectum; sed vt Monachus ille super impietate, scelereque suo humiliter compungeretur. Scriptum enim est. *Benedictio Domini super caput iusti.* Et item. *Et non*
C *dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos, benediximus vobis in nomine Domini.* Et item. *Non est pax impys.* Et licèt tradenti Iudæ non negauerit osculum Dominus; ei tamen à Sathana inhabitato non benedixit: verum scandens in Cœlum cẽtum, & viginti Discipulis, eius amore flagrantibus benedictionem est elargitus. Ioannes Ioachim tandem Curatij, Sambucinæ, sanctique Spiritus venerabilium Dominorum Abbatum precibus, ac lacrymarum imbre pulsatus, non benedicto sub conditione benedixit, & deprecantibus causam eius reliquit examinandam; vt sic in timore remanens, suæ animæ saluti forsitan prouideret. Hic frater nulla contritione mollitus, post transitum Viri Sancti in Curatij Cœ-
D nobium repedauit. Et factum est, vt nocturno tempore eidem in Cella se continenti, in terribili aspectu increpans, & ad emendationem prouocans, facinus eius exprobando Ioachim Abbas appareret. Nec quicquam egit Monachus, nisi quod de mane consurgens, quod sibi noctu euenerat senioribus retulit. Subsequente autem nocte frater ille cæteros suis clamoribus expergitos, omnes pariter consurgere fecit. In Dormitorio inuentus denique demens, & freneticus, in Infirmitorium adductus fuit; vbi nil aliud proferebat, nisi quod ingemiscens aiebat. *Heu me, quia peccaui in seruum, & Filium Virginis.* Idque fratres intellexerunt, eundem suis facinoribus, post Dominum, seruum eius Ioannem Ioachim,
E Virginis gloriosæ deuotissimum famulum, offendisse; præcipuè quia ad eius admonitionem se corrigere recusauerat. Nec mirum nam Sancto Gregorio reste. *Dominus quos diu, vt conuertantur tolerat, non conuersos durius damnat.* Et sic miser ille, qui placitam correptionem respuerat, duriori sub vindicta in correptione remansit.

Sup. c. 70. pag. 303.

Grac. admir. 16.

S. Greg. in Homil.

 A

CAP. XCV.

Latrones Viri Dei tutamine coercentur.

IN præfatum Sancti Martini de Ioue locum furandi causa prædones aduenerant, vt cuncta vastando depopularentur. Intrantibus ergo, & inibidem omnibus deuolutis, ad locum vbi Sancti Viri corpus quieuerat, & vbi propter reuerentiam eius adhuc lampades coruscabant, deuentum est. Fratres itaque illo in loco se continentes, humili cordis compunctione Beato se viro commendare cœperunt. Vnde ex Domini, & serui sui Ioachim gratia factum fuit, vt quamuis illuc aditus, & ianua pateret, intrare nitentes minimè valuerunt. Nec ad talis impedimenti bonum emolliri, illorum imitatores deuenerunt, qui Dominum ad alligandum accedentes, quamuis verbo solùm in solum prosternerentur, nunquam conuersi fuerunt. Nec mirum, quia tale genus hominum nec miraculis flectitur, & nec minis emollitur; in sua ergo peruersitate maligna remanentes, illinc inanes absistendo abierunt. Quo viso Fratres magnificauerunt Deum, ab incursu, & inuasione malorum eos liberantem: & tàm ipsi, quàm cæteri, qui audierunt, aiebant. Terribilis est locus iste, qui inuius malis, & peruius bonis ad inuocationem Sancti Patris extiterat. Meritò in eum non nisi de cætero magna cum deuotione appropinquare audebant, ex quo magis, ac magis diuinus honor, & serui eius deuotio augebatur,

Græc. admirab. 19. B

C

CAP XCVI.

Religiósus Sacerdos à brachij morbo Dei Viri sepulchri rasura liberatur. D

NEc omittendum mirum illud, quod idem Græcus registrauit hisce formalibus. *Cum annis*, inquit, *non longe præteritis Ego Frater Iacobus Græcus Syllaneus (sufficientia, & meritis licet imparibus) in Monisterio Sancti Ioannis de Flore officium Prioratus administrarem: quidam Religiosus Ordinis Dominicanorum, adhuc viuens, Sacerdos, nuncupatus Frater Andræas Mancusius, Incola Terræ dicti Monastery Sancti Ioannis, à Petrafitta Oppido oriundus: iste ætatis annorum sexaginta circiter, itá probata vita meritis apud suos, vt iàm in Ciuitate Montalti Nouitiorum curam in sua Religione fungeretur. Iste Sacerdos non tantum mihi semel, verum pluries, & alijs in seipso, & persona sua tale recepisse miraculum in veritate fatebatur. Cum adhuc Iuuenculus esset, & Tertiarius in Conuentu Ciuitatis Belicastri ad Casalem tunc Floris suos gratia videndi deuenit. Cæterum cum ipse Frater Andræas graui morbo in brachio per annos multos laboraret, itaut vsum eius ferè penitus amisisset, & ad ordines promoueri manus desperares, & vltra in Religione sua ad gradum altiorem ascendere vlla spes remaneret. Ex Pago igitur ad Monasterium Sancti Ioannis ingressus ad salutandos Religiosos accessit. Monachi verò amabiliter eum exceperunt. Interrogatus denique de valetudine eius, respondit. Mei Patres Reuerendi malè me habeo propter brachium, iàm ferè*

Græc. admirab. 40. E

A *ferè deperditum, nec pro illius iuuamine aliquid inuenire suffecit. At Prior eiusdem Monasterij Sancti Ioannis ætate grandæuus, & canitie venerandus, inquit. Cur non te commendas Beato Ioachim? Cui respondens Frater Andreas, ait. Ego me illi commendo, sed quid facere debeo? At Prior, veni post me. Subsequens ergo Frater Andreas Priorem, cæterisque comitantibus, ad sepulchrum Beati Ioachim deuentum est. Vbi Prior desumpta, & imposita sibi stola, genuflexo, & confidenti eidem Fratri Andreæ de Rasura dicti sepulchri in haustu propinanda eum Collecta Beati Ioachim cum deuotione obtulit. Desumpta ergo, & gustata Rasura illa, Deo opitulante, de eius infirmitate conualuit. Et exinde ad sacros Ordines promotus perpetua fuit sanitate positus. Egit propterea* B *innumeras Deo gratias, velut nunc agere non desistit. Quod vtique magnum, & admirabile beneficium nostro tempore perpetratum ego per Notarium Petrum Ioannem de Oliuerio Accolam dictæ Terræ Sancti Ioannis in carta probante, ad Dei, & Domini nostri Iesu Christi gloriam, & Beati Ioachim memorabile præconium adnotari publicè feci, eodem Fratre Andrea ore proprio talia de se referente, me quoque, omnibusque Monacis Monasterij Sancti Ioannis astantibus, & cum eodem Fratre Andrea tale admirabile subscribentibus ad futuram rei memoriam: & huiusmodi adnotationem in armario Monasterij, quo reliquæ Conuentus scripturæ asseruantur, includi manibus proprijs procuraui: vt filij qui nascentur, & exurgent, enarrent filijs suis. Nam quis erit* C *tàm impius, & pertinax, qui tantis, ac talibus assertionibus conuictus, non dicat. Benedictus Deus in donis suis, & Sanctus in omnibus operibus suis, confitebimur ei, facienti nobiscum misericordiam suam, & respiciens de excelso Cælorum habitaculo mirificauit seruum, & sanctum suum? Regi ergo sæculorũ immortali, inuisibili, soli Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Hactenus Græcus. Cæterum pro capitis complemento, Collectam insinuatam, & à Græco non appositam, vnà cum Antiphonis, & Versiculo, vsitatis, prout deprædhendimus, damus ad verbum.

Ad Vesperas Antiphona.

Beatus Ioachim spiritu dotatus Prophetico, decoratus Intelligentia, errore D *procul hæretico dixit futura præsentia.*

℣. Impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ, & intellectus.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Ad Laudes Antiphona.

Beatus Ioachim primus Abbas Florensis, humilis, & amabilis, claruit miris, per quæ fuit admirabilis.

℣: Impleuit eum, &c. ℟. Stolam gloriæ, &c.

Oratio.

Deus, qui gloriam tuam tribus Apostolis in Monte Thabor manifestasti, & in eodem loco Beato Ioachim veritatem scripturarum reuelasti, tribue quæsu- E *mus, vt eius meritis, & intercessione ad eum, qui via, veritas, & vita est, ascendamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.*

CAP. XCVII.

Cuidam Iudici apparens mirabilis visio.

IDem Iacobus Græcus Syllaneus, Beati Abbatis Ioachim admirabilibus enarratis, quorum nos ipsum secuti mentionem fecimus, suum opu-

opusculum claudit totidem verbis. *Nullo pacto* (inquit) *putandum est, Deum omnipotentem plura beneficia fidelibus fuit non concessisse, famuli sui Ioachim patrocinio interueniente, & ad eius inuocationem alia, nisi commemorata, non confecisse miracula. Commemorata verò ità collegimus, vt ex paucorum relatione multitudo cæterorum per pios, deuotosque auditores attendatur. Recitata etiam non inuentione, aut fictione nostra retulimus. Nam testor Deum verum, vnum, & trinum, authorem veritatis, & mirabilium operatorem, omnia, quæ descripsimus (nonissimo excepto, quod de ore Fratris Andreæ accepimus) de libello manuscripto in Monasterio Sancti Ioannis de Flore à tempore Monachatus mei, quod fuit in eodem Monasterio sub anno Domini millesimo quingentesimo octagesimo sexto, transcripsimus, & adnotauimus. Nec de eorum substătia aliquid addidisse, diminuisse, aut immutasse, tantùm alijs verbis retulisse sub eodem Domini iuramento confitemur. Qui siquidem libellus tum vetustate, tùm etiam vsu, cum quadam quasi difficultate legebatur: nec cuius fuerat compositione conditus insigniebatur. Ne verò mirabilia veterum industria collecta deperirent, quodammodo recenti recitatione descripta sunt. Cæterum visiones, & appritiones, quæ inibidem, & alibi videbantur, his adiungere minimè curaui. Ea siquidem renouare studui, quæ Prælati, Sacerdotes, Religiosi, Sæculares, Homines, & Mulieres, magni, & parui in seipsis experti sunt. Reliqua verò & breuitatis, & claritatis causa omittere studui. Et ne gratis hoc asserere videar, apparitionem cuidam Iudici euenientem in Ciuitate Materæ addens, finem imponam. Cum Iudex quidam nomine Petrus esset valdè disertus, nocte quadam talem vidit visionem. Apparuerunt enim ei duo Viri valdè mirabiles, quorum vnus ait illi. Noscis me, & qui mecum est? Cui Petrus. Domine neminem vestrum cognosco. Apparens autem subiunxit. Ego sum Apostolus, & Euangelista Ioannes egregiè depictus, & hic est Ioachim primus Abbas Florensis, intuere diligenter in eum, & prout melius noueris omni conatu depinge. At Iudex. Ego Domine non sum pictor, nec talem callui artem. Apostolus tandem, vade, & prout scis depinge. His dictis disparuerũt. Iudex ergo tanta de visione trepidans, nec tanti, ac talis Viri audens iussa spernere, cum prudentibus, & sanctis hominibus hac de re consilium habuit, ex quibus vno ore percepit, vt hymnum in Ecclesia decantandum in laudem Beatissimi Abbatis Ioachim condere non cessaret. Cum deuotione ergo, & non modica reuerentia hymnum composuit, qui opportunè, & luculenter ità exordiebatur.*

Hic Abbas Floris cælestis gratia roris. Hæc ille.

C A P. XCVIII.

Cuidam Monacho apparens visio mystica.

Ex tabulario eiusdẽ Monasterij Calabromariæ.

HAud sola ex Græco à nobis modo data visione contenti, alteram aliundè expiscatam subnectendam, tradendamque duximus. Monachus quidam Monasterij Calabromariæ, aliàs Sanctæ Mariæ de Altilia filius, sanctæ opinionis, & famæ, dum die quadam obdormiret hora meridiana hæc satis admiranda conspexit. Sole ad occasum vergente, Belua quædam terribilis insurgebat ab Oriente contra Solem alacriter dimi-

A dimicatura: & properans in eum procaciter laceſſiebatur; tandem prælia tibus ad inuicem per Solem occidentem Belua ſuperata eſt, & ipſa dilaniata corruit in abyſſum, & Sol continuauit iter ſuum. Religioſus, quia talia ei quaſi vigilanti apparuerant, ad fragorem, & Beluæ ruinam valdè territus, corruit à ſtrato, & ſurrexit, putans id fieri illuſione Dæmonis; ideoque hoc paruipendere cœpit: quamuis tremens etiam in animo remaneret. Cumque meridiana hora completa iam eſſet in Eccleſia, Cellam repetens, nolens, iterum obdormiuit. Et ecce illi admiranda apparuere iterum. Siquidem ab ingenti quodam terræ hiatu exire vidit immenſum, horrendumque Dragonem, & ſtridentibus ſquamis in
B furore magno incipiens à terra eleuari, & contra Solem in igne, ſulfure, puluere, & fœtore ſcintillas ardentes emittere; & ad certamen venientibus, ità contra Solem præualuit, vt in fumo, & ſanguine effuſo, in horribili terremotu, & in cruda gentium mortalitate, nullus remaneret effugiendi locus. Tandem poſt multa prælia alter ab occidente Drago eſt eleuatus, & hic nomine tantùm Drago, nam in toto corpore altiſſimus Leo erat: qui impetu magno irruit contra Dragonem cum Sole pugnantem, & illum in terra deiecit, primùm crudeliſſimo inter ſe bello peracto: & Drago tandem à Dragone, at meliùs à Leone victus, in puteum truſus eſt, & Leo victor ad propria remeauit. Et inter hæc etiam
C dormienti Monacho apparuit pulcherrimus Senex, ei dicens. *Intelligis hæc?* At ille videns illum eſſe Ioachim Floris Abbatem humiliter, & confidenter reſpondit. *Minimè, Domine.* Cui Pater Sanctus. *Horum, quæ vidiſti, modò neſcis: ſed veniet tempus, quando dabitur intelligentia iſtorũ.* Et his dictis diſparuit. Tunc Monachus ſatis admirans, non putauit vltra id fieri Dœmonis illuſione, vt primò fuit ratus; ſed exiens, reſpexit Solem, & vidit illum quaſi per ſpatium trium horarum ferè lumine priuari, vt cunctis mortalibus tali in tempore innotuit: vt etiam viſio confirmaretur exteriùs, quamuis talia myſtica indigebant explanatione, & aliter compleri veritate.

D

CAP. XCIX.

De mira in Beatum Ioannem Ioachim Populorum deuotione.

QVoniam Beatus Ioannes Ioachim fuit ſal Terræ, condiens ſæculi inſipientiam, & candela ardens poſita in candelabro Mundi huius, tenebras fugans; ſaporem, & lucem eius nonnulli ſedentes
E in tenebris, & vmbra mortis exquiſierunt, vt illius, eiuſque propaginis meritis, & præcibus in æterna recipi tabernacula mererentur. Idcircò quamplurimi, immò & innumerabiles fuere illi, qui de Florenſis Ordinis Inſtitutore exquirentes, cognita tanti virtute Viri, Monaſteria ædificauere non pauca: & Filiorum eiuſdem ſanctitate comperta, eos fragrantes æmulari, ſub Florenſis iugo Ordinis colla ſubmiſere ſua. Tantaque inſuper fuit, vt nunc etiam eſt, in eum Populorum deuotio, vt omnes cuperent de eius floribus coronari; nam inceſſanter aduenientes innumeri in Monaſterium Floris, deque Beato Viro inquirentes, in Sarcographo eius admirantur effigiem, & cupientes ſcire an ſarcina Sancti

Corporis ibidem consistat, ne quotidiè Florenses Patres in hac essent di- A
spu tatione, eodem in sepulcro imparia carmina præcedenti sæculo impos uere sequentia.

D. O. M.

Si licet astra viros super almos carmine vates
Ferre: Ioachim iam consides Empyrio.
Cælicolus nascens paruulus magnalia gessit,
Mundi dum vixit sacula factus homo.
Hic decus, & virtus Calabrum, quem corde cupita
Expulit ad Dominum maxima religio,
Parturiens orbi mirum Cistercia proles, B
Ordinis in fontem protulit alma virum.
Florensis genitor (quondam Curatia dona)
Floribus insignis florida templa dedit.
Quæ tamen haud repulit verax, at cuncta fouendo,
Assumpsit mater tempore lata suo.
Filius, & genitor, vitis veneranda, propago
Alta Ioachim sic maximus orbe fuit.
Qua cernis donis hominum, tum PRINCIPIS egit,
SANCTORVM Dominum iam reparanda manent.
Nàm tàm dicta patrum nouit, qui nube fuerunt C
Protectis, at sciuit, quæ peragenda forent.
Veridicus vates prædixit: multa fuerunt
Completa, vt monstrat lumine facta dies.
Quæ scripsit matris cunctorum (iure) coegit
Ecclesiæ pedibus filius ipse pijs.
Omnia probantur, quæ verò pauca repellit,
Dictantis zelans simplicitatis amor.
Vita, quam tenuit præclara luce coruscam
In terris, sedes subslat Empyria.
Cerberes fraudes præxit, mundique cateruas: D
Et carnem domuit bella cruenta gerens.
Plurima dum vixit (dicunt) miracula fecit
Mortuus, & gratus gentibus, & domino.
Carceris exutus vinclo, cælestia seruat
Munera, qui Christi tempus in omne fuit.
Abbas Florensis diuinis floribus Abbas
Vixit, & viuet laude perenne sua.

Quanta præ cæteris conciues eius Cœlicenses ergo ipsum Sanctum Patrem affecti sint deuotione, haud est explicatu facile. Domus longitudinis palmorum triginta octo, latitudinis viginti quinque, & altitudinis triginta octo, in qua mater Gemma Ioannem Ioachim est enixa, in Ecclesiam conuersa comperitur à tempore in quo nulla extat in contrarium memoria. Præfatæ Ecclesiæ titulus est, Sancta Maria de Fosso, estque situ locata in ea parte Cœlici, quæ Cœlicum supranise ab Accolis nuncupatur. Est eiusdem Ecclesiæ Beneficiarius Reu. admodum Dominus, & amicus meus, Dominus Antonius cognomento Ripoli, Cœlicēsis, Philosophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor præclarus, Nobilium Monialium Sanctæ Claræ Cusentinæ Vrbis Cappellanus, eiusdem Vrbis Seminarij Rector, & Synodalis Examinator, nec non post hæc scripta Metropo- E

tropo-

A tropolitanæ eiusdem Vrbis Ecclesiæ creatus Canonicus, & ob præclaras animi dotes est certè apud omnes, commendatione dignus omni. Extremis hisce temporibus dicti Beneficij fructus ad aureorum Neapolitani Regni quadraginta summam ascendunt, cum prius multò maiorem redderet calculum. Extat eadem in Ecclesia Confratrum, & Consororum antiquissima Congregatio sub Sanctæ Mariæ Assumptæ titulo, solitis cum Indulgentijs: & prærogatiua potitur, vt cæteras omnes eodem existentes in Castro Confraternitates in processionibus publicis sola ipsa præcedat; & hoc quidem tanquam antiquitate nobilitata immemorabili. Multis venustatur Sanctorum frustris, inter quæ Mentum est Sanctissimi Viri Abbatis Ioachim, quod sua dexteritate, ac præcibus à Florensibus nostris Patribus extorsit Cœlicensis quidam, ergo Virum Dei deuotissimus, & Concionator lepidissimus, Frater Iacobus nomine, e familia Ripoli, præfati Beneficiarij Patruus, Minimorum Illustrissimi Ordinis, qui postquam summa cum laude in primis, celeberrimisque sui Ordinis Conuentibus, nempè Paulæ, Paterni, Speciani magni, Cusentiæ, ac aliorum locorum Correctoris exercuisset officium, nec non ter Diffinitoris, totidem Prouincialis Collegæ, & anno Domini 1638. ad Prouincialatum Prouinciæ Sancti Francisci de Paula fuisset assumptus, in Conuentu Speciani magni sui Ordinis, quem pro quiete sibi delegerat, C podagræ doloribus cæsus, inter circumstantium Religiosorum præces, & brachia, commendata illis ad inuicem patientia, & charitate, Domini nostri Iesu Christi Crucifixi proprijs manibus tenens imaginem, de Domini Passione verbum faciens, patientissime è viuis excessit die 25. mensis Septēbris, die Veneris hora nona, anno Dominicæ Natiuitatis 1648. & suæ ætatis sexagesimo tertio. Conspicitur in laqueto eiusdem Ecclesiæ tecto ad dexteram spectri Beatissimæ Virginis Mariæ imago Beati Ioachim Abbatis Florensis, & ad sinistram Sancti Francisci de Paula figura. Similiter in Choro, & ostio organi Matricis Ecclesiæ, Diuo Michaeli Archangelo dicatæ, eiusdem Viri Dei Abbatis Ioachim simulacrum in nimia D veneratione, & deuotione recolitur, & speciales quotidie à Cœlicensibus præces diriguntur ad ipsum.

CAP. C.

Quid de Dei Viro senserit Sedes Apostolica sacrosancta.

E QVoniam scioli quidam, insipientesque, ac virulenti, vt aliquid dixisse videantur, & rudibus aliquid sciuisse demonstrent, audent in Cœlum os eorum ponere, & linguam eorum transmittere in terram, calumniantes, & dicentes id, quod nec Pontifex Summi, & nec Deus ipse optimus maximus per tot miracula, dicendum approbant. Ad quid Deus, & Dominus noster Iesus Christus, qui est via, veritas, & vita, per humilem seruum suum etiam post mortem tot dignatus est indicare miracula; nisi vt vnusquisque agnosceret, Ioachim Floris Abbatem veracissimè fuisse sanctum, & Deo acceptum, & illud, quod tales ascribere ei audent, alienissimum ab eo esse? Sed deponamus signa, quæ ad veritatis assertæ comprobationem operatus est Dominus. Quomodo *Psalm. 72.*

tales, canina rabie mordaces, hæreticum illum esse dicent, qui scripta sua omnia à Sacrosancta Romana Ecclesia corrigenda, emendandaque reliquit, & non tantùm ea quæ non correxerat, at etiam ea quæ ipse emendauerat? Quomodo tali ignominia accusabitur ille, qui se illam fidem tenere profitetur, asseritque, quàm Romana tenet Ecclesia? Quo iure, qua ratione, qua opinione hæreticus erit ille, qui in omnibus se filium Matris vniuersalis Ecclesiæ & subiectum, & corrigendum & verbo, & scripto declarat, fateturque? Dicet aliquis, cuius lingua solet concinnare dolos, opus eius fuit damnatum. Quidquod sit de eiusdem operis deprauatione à se præuisa, vt supra demonstrauimus. Conceditur, & maximè cum ex illius operis damnatione pateat Auctoris innocentia, humilitas, & obedientia, catholicaque voluntas, dum illud approbandum, siue corrigendum inscripsit. Respondebit ille talis, si non Beluarum more tacebit, plura. Iungantur. Sunt omnia reprobata? Necessariò dicet. Non. Quot ergo? Respondebit. Vnum. Et alia? Si talis non fuerit purus Asinus, adiunget. Ab Ecclesia coluntur. Ergo talis correctio operis Ioachim Abbatem sanctiorem fuisse approbat; si enim corrigendum non reliquisset, tunc verè damnandus esset; nam quod emendare nequiuit, Ecclesiæ castigandum remansit. Præterquam quod catholica eius de summa Trinitate, & catholica fidè sententia, Orthodoxis Ecclesiæ Patribus consona, supra est videri. Sed esto non fuisset ex suo Psalterio decem cordarum transcriptæ, supraque à nobis relatæ sententiæ, & fuisset prout in deprauato, damnatoque libello continebatur; an Sacrosancta Ecclesia Romana Mater nostra filios suos non corrigit? Sanctos, Doctoresque magnos non compilauit? At quid vltra isti, qui sunt penitus rudes, talia ignorant; & quia vir linguosus non dirigetur in terra, non curatur virus eius loquens iniquitatem magis, quàm æquitatem. Ne autem à nobis loqui videamur, quasi ex nobis, quid Sancta Sedes Apostolica senserit, & ipsa vniuersalis Ecclesia ad sui filij defentionem statuerit, audiamus. Et primò quidem epistola audiatur Honorij Papæ tertij ad Lucanentium Episcopum directa, à Bibliotheca Vaticana, & ex eiusdem Honorij rege stu depromptà, & ab Auctoribus vulgata totidem verbis.

Supra cap. 67. pag. 292. C. 393. E. 294. A. B. C. D. E. 296. C. D. E.

Supra cap. 65. pag. 270. & cap. 67. pag. 281.

A B C D

Ad audientiam nostram noueritis peruenisse; quod cum Abbatem, & Monachos Ordinis Florensis de crimine hæreticæ prauitatis infamas, & a tuis permittis subditis infamari; sumens occasionem ex eo, quod fœlicis memoriæ Innocentius Papa prædecessor noster libellum, siue tractatum, quem Abbas Ioachim eiusdem Ordinis Institutor, edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de Vnitate, seù Essentia Trinitatis, generali approbante Concilio damnauit. Cum igitur prædecessor noster in sententia prædictæ damnationis expresserit, quod per hoc Florensi Monasterio nolebat aliquatenus derogari, quoniam, & in eo regularis est institutio, & obseruantia singularis. Idemq; Ioachinus omnia scripta sua ipsi prædecessori nostro assignari mandauerit Apostolicæ Sedis approbanda iudicio, vel etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ disponente Deo Mater est cunctorum fidelium, & Magistra. Fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Fratres Ordinis supradicti super hæreseos crimine nec ipse infamare præsumas, nec à subditis tuis permittas, seù aliquatenus dissimules infamari. Datum Romæ apud Sanctum Petrum quarto Nonas Decembris. Pontificatus nostri anno primo. E

Gabriel Barrius Franciscanus de antiq. & sit. Calab. lib. 2. Syluester Marulus in suo Mari Oceano lib. 3. Iacob. Gracus in Chronol. Ioachim sect. 22. & alij in eius vita.
Nec non Mattheus Paris in Annalibus Angliæ ad annum 1179. Hieronymus Marcf.

Audi-

A Audiuimus quæ iussit Honorius tertius die secunda Decembris anno Domini 1216. Lucanentium Episcopo, tunc certè Roberto nuncupato, de quo scripsit Amicus noster Vghellus Abbas, etsi de tam graui Florensis Abbatis infamia silentium egerit. Audire item placeat, quæ idem Pōtifex Honorius die 27. Mensis Decembris anno Domini 1220. sui Pontificatus anno quinto, pro Dei Viro decreuerit, & quæ imposuerit Lucæ Archiepiscopo Cusentino, & Guillelmo Bisinianentium Episcopo per aliam suam epistolam in sigillo plumbeo, in Florensi asseruatam tabulario, integritatem, & sanctitatem Beati Ioachim Abbatis affirmantem, cuius inde descripta verba sunt, quæ sequuntur.

Ferdinandus Vghellus Abbas Ita.. Sacra tom. 1. Verbo Lucenses Episcopi n. 60.

B *Honorius Episcopus seruus seruorum Dei. Venerabilibus Fratribus Cusentino Archiepiscopo, & Episcopo Bisinianensi salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex parte Filiorum dilectorum Abbatum, Conuentuum de Ordine Floris, tam capitis, quam membrorum fuit propositum coram nobis; quod is, qui salutis hominum inuidet, & quieti, ex eo quòd libellus, quem bonæ recordationis Abbas Ioachinus contra bonæ memoriæ Magistrum Petrum Lombardum edidit, in generali fuit Concilio damnatus, contra eos nonnullos tàm Clericos, quàm Laicos, Prælatos, & subditos concitauit: qui vt ipsos ab otio contemplationis auertant, & funes extendentes in laqueum pedibus eorundem ponunt scandalum iuxta iter ipsis obijciunt exprobando: quod idem Abbas, qui Pater, & Institutor fuit Ordinis eorundem hæreticus ab Ecclesia Dei habetur. Propter quod non solum* C *simplices lactis participes à consortio eiusdem Ordinis auertunt, sed etiam fortes, qui in cibo solido didicerunt, & ad discretionem boni, & mali exercitatos pro consuetudine habent, sensus circa instituta Ordinis eiusdem incipiunt fluctuare. Licèt igitur libellus, siue tractatus damnatus fuerit in Concilio memorato: quia tamen dictus Abbas omnia scripta sua Romano mandauit Pontifici assignari Apostolicæ Sedis iudicio approbanda, seù etiam corrigenda, dictans epistolam, eius propria manu subscripsit: in qua firmiter est confessus se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ disponente Domino cunctorum fideliū Mater est, & Magistra. Fraternitati vestræ per Apostolica scripta mandamus:* D *quatenus per totam Calabriam faciatis publicè enunciari. Quia eum fuisse virum Catholicum reputamus sanctæ Fidei Orthodoxæ sectatorem, & regularem obseruantiam, quam instituit, salutarem; eosque qui Ordini memorato ex hoc detrahere velint, & insultare præsumpserint, monitione præmissa, sublato appellationis obstaculo aduersione digna, veritate cognita, castigate. Datum Laterani sexto Kalendas Ianuarij. Pontificatus nostri aunno quinto.*

Ex Archiu. Florensi, & refertur à Græco loco proximè citato, nec non à Francisco Pegna p. 2. Directorij Inquisitorum in cap. Damnamus. & à Francisco Biuario Cisterc. in lib. Apologetico pro Flauio Lucio Dextro, qui habetur in Calce Cōmentariorū in Chronicon eius Dextri, §. 6. & extant in Regestu Honorij tom. 3. in Bibliotheca Vaticana.

Quicunque ergo fuerit susurrator ille pertinax, qui contra sanctiones pro Dei Viro nostro Ioachim ad Apostolica Sede emanatas senserit, vel tenuerit, verè hæreticus censendus est. Nec talia nostra verba pijs hominibus apparebunt acerba: cum considerant eum præcipuum Sanctum in Vitis Patrum, & mansuetudinis causa omnes pertulisse calumnias; at E hæreticum nominari permisisse nequaquam. Atque hæc ad insipientium, maledicorumque blasphemias confutandas dixisse sufficiant. Nam eorum radix euelletur de terra viuentium: mali siquidem de cordis abundantia mala proferunt. Deus autem pacis, & dilectionis (si tales adhuc restarēt) eorum intima irradiare dignetur; vt propriam agnoscentes iniquitatem misericordiam ab ipso petant; & vltra tanquam vulgares, & ignari in Sanctum Domini murmurare non audebunt, eorundem propriam animā miserè condemnantes. Cæterum quoad eiusdem Beati Viri Ioannis Ioachim Beatificationem in specie attinet, extat mandatum procuratorium, quod

Græcus in Chronol. Ioachim in sect. 38. quod refert Iacobus Græcus in sua Chronologia, quem consule. Et in Vaticana Bibliotheca pro Beato Ioachim nostro plura se vidisse mihi retulit antiquitatum amator Abbas D. Constantinus Caietanus Cassinensis, quam mihi pluribus implicito negotijs adire non licuit. A

CAP. CI.

Sacri Cisterciensis Ordinis fuisse probatur.

B

Quidam aliorum Ordinum Historiographi, tanti magni Viri sanctitate allecti, inter cæteros suos magni nominis Patres, Abbatem nostrum Ioannem Ioachim, & Florensis Ordinis Institutorem, consignauere. Multos sanè, ad ostendendum eum fuisse Cisterciensis Ordinis, grauissimorum, & quidem antiquorum scriptorũ coaceruaremus auctoritates, quando ex adductis hoc ipsum ad sensum non inclaresceret. Patet enim assumptum primò ex sententia Innocentij tertij, à nobis supra relata, qua Curacense Cœnobium (vbi Vir Dei Monachum induit, & cuius fuit primò Abbas.) ab ipsa sui Institutione semper Cisterciensis Ordinis habuisse Colonos apertè declaratur. Patet secundò ex Alexandri Papæ tertij priuilegio, Cistercij, & vniuersis eiusdem Ordinis Abbatibus concesso, & ipsi Dei Viro tanquam Monasterij Curatij eiusdem Ordinis Abbati à Michaele Marturanentium Episcopo, in cuius Diœcesi Curatiũ situm est, confirmato mense Augusto anno Domini 1178. quod ad verbum etiam supra dedimus. Patet tertiò ex respectu, quem habuit circa Cisterciẽsicas sanctiones, quas obseruasse, ostendimus supra. Patet quartò ex zelotipia, quam habuit, ne eius absentia durante, Curacenses in Cisterciensica obseruantia tepescerent; proindeque nulli alterius Ordinis Abbati, & Monachis Curacense suum commendasse legitur Cœnobiũ, quam eiusdem Ordinis Alumnis, vt diximus. His etiam accedit, sui pectoris arcana nulli alteri credidisse registranda, quam eiusdem Ordinis Monacho, Lucæ scilicet Casamariensi, de quo etiam pluribus in locis scripsimus. Quinimmo ipsemet Sanctus Abbas in sua noui, & veteris testamenti Concordia lib. 5. cap. 64. hoc ipsum videtur innuere, dum dicit. *Missi sunt ad pastores Ecclesiæ Viri Religiosi, qui securi de charitate, & simplicitate sua in libertate spiritus loquerentur ad eos, in quos, & Bernardus noster Abbas Clareuallis, &c.* Ac discipulus eius B. Pater Ioannes Bonacius in opusculo de prophetis sui temporis idipsum agens de Magistro suo apertissimis verbis declarauit, quæ ista sunt. *Reuersus deinde in Kalabriam regionem, Patris conspectum aufugit, & vilissimo indutus habitu assiduo prædicationis muneri incumbebat, quod vt securius exerceret, Ordine Cisterciensi in Monasterio Curatij fuit insignitus. Nec multum post tempus ob eximiam sanctitatem, & doctrinam, electus est Abbas eiusdem Cœnobij. Fama igitur B. Patris Ioachim id effecit, vt Monasterium ipsum accepit immensas diuitias, & priuilegia, maximè à Regibus, & à Pontificibus, &c.* Hactenus B. Bonacius Florensis. Cæterum si sub ratione diuersa Florensis noster Abbas consideretur, vtique sub Cassinensi, Basiliano, Cisterciensi, Floresique Ordinibus fas est enunciari. Sub Cassinensi primò, nam cum ipse in Curatio iuxta

Marginal notes:
Supra cap. 11. pag. 22. D.
C
Supra cap. 13. pag. 30. C. Supra cap. 15. pag. 33. D.
D
Supra eodem c. 15. pag. 32. A.
Supra cap. 36. 37. 41. 42.
B. Io. Bonac. in opusc. de Prophetis sui temporis apud D. Carolum Calà in hist. Sueua lib. 2. par. 4.
E

A iuxta Cistercienficas leges, Monachum induerit per manus Cistercientiũ & Cistercienses Monachi non ex dispensatione Apostolica sunt Benedictini, sed essentialiter, & intrinsecè: tantùmque differunt accidentaliter, nempè per Constitutiones, & decreta, quæ pro temporis, & casuum opportunitate possunt esse, & abesse, Regulæ S. P. N. Benedicti substantia non mutata, vt perbellè in Commentario in Regulam S.P.N. Benedicti, disput.35. per totam, docet, & probat doctissimus, & subtilissimus Doctor noster P.Don Ioannes Caramuel LobKouuiez, Abbas de Melros (Monasterium est in finibus Scotiæ, à Dauide Scotorum Rege pridie kal. Aprilis, ann.1136. munificentissimè erectum, dotatumque, ac S.Cistercij

B Ordini donatum, & cuius meminit Alexander 3. in cap. *Cum dilecti fily, de donationibus.* Licèt *Melios*, prò *Melros* amanuentium errore legatur,) & est communis historiographorum, & Doctorum sententia, si vnum tantùm excipias Gabrielem nempe Pennottum Nouariensem, Lateranensis Congregationis Regularem Canonicum in sua historia Tripartita lib.1. cap.50.n.5. contra quem acriter, modestè tamen, calamum exertauit peretissimus ille Pater Franciscus Biuarius Mantuæ Carpetanus Cist.Ordinis, & in Romana Curia pro Hispanis Generalis Procurator in suo libro Apologetico pro Flauio Lucio Dextro Barchinonensi §.4 pag.mihi 478. Sanctusque Patriarcha Benedictus Cassinensis Archicœnobij extiterit

C Institutor, rectè inter suos Cassinates illum reponere possunt. Sub Basiliano item Ordine, nam sicut erat virtutis, & perfectionis immensæ, iuxta Sanctissimi Patriarchæ Benedicti monitum, nonnulla Sancti Basilij documenta seruando, Basiliani nomen sibi poterat comparare, & optimè proinde inter Basilianos referri. Sub Cisterciensi Ordine, quia illius verè filius fuit. Et sub Florensi tandem, quia eiusdem extitit Institutor. Qualiter autem Florensis Ordo ab Ordine differat Cisterciensi, mox patebit. *Regula Sancti Patris Benedicti cap. vltimo.*

CAP. CII.

D

Florensis Ordo à Dei Viro Institutus à Cisterciensi quomodo differat.

NOnnulli, qui Religionum, & Ordinum ignorant intrinseca, Beatum Ioannem Ioachim Regulam, & Ordinem Florensem nuncupatum, instituisse, arbitrantur, & tenent. Et deberent attendere quæ, & qualis sit distinctio in Ordine Cisterciensi, cuius filium eum fuisse nuper ostendimus; quibus etiam accedit testimonium illud irrefragabile, quod

E antiquissima eius effigies cum laureolis, siue radijs diuersis expressa coloribus Florensi in Ecclesia prope Aram Sanctæ Mariæ de Carmelo, eum Cistercientium habitum Monachorum indutum fuisse prodit, vt alibi diximus. Et nec ipsum tantùm, sed etiam sui Ordinis Professores simili habitum, coloreque vsos fuisse tradit nonus Gregorius in Bulla canonizationis S. Dominici Oxomiensis. Dei homo igitur è Curatio egressus Cœnobio, aliud in loco Floris ædificauit, à quo deinde denominationem desumpsit. Mos siquidem priscorum fuit, quod ille probus Monachus, qui ex vno Monasterio egressus, aliud ædificauerat, si nouiter constructum tam magnum fiebat, vt ex eo alia condituri Monasteria egrederentur, *Sup.c.68.pag.300.E*

tur,

tur, non de primo, sed de secundo assolebat cognominari Monasterio: A
nec per hoc tàm ille, quàm sui Monachi excludebantur vocari, & esse de primo Cœnobio, quamuis de secundo essent, & vocarentur. Adducamus exemplum. Mellifluus Doctor noster Bernardus Abbas Monachum Cistercij induit anno Domini 1113. inde egressus Clareuallis Monasterium condidit anno Domini 1115. quod magnum, & admirabile effectũ, Monachos genuit equidem Sanctos, qui de Claraualle alia cõdituri Monasteria exeuntes, Clareuallenses potius, quàm Cistercienses dicebantur; at non ideò Cistercienses esse desinebant, dum de Claraualle cognomẽtum sortiebantur. Immo Sanctus Bernardus ipse, qui de Cistercio exijt, non de Cistercio, sed de Claraualle se dicit habere cognomen, vt ex eius B
epitaphio per modum dialogi elegantissimo carmine condito, tenoris sequentis.

Mirà loquar: sed digna fide. Bernarde quid hoc est?
Viuis adhuc? Viuo. Non es mortuus? Immo.
Et quid agis? Requiesco. Taces, an faris? Vtrumque.
Cur retices? Quia dormio. Cur loqueris? Quia viuo.
Quid loqueris? Sacra mystica. Cui? Mea scripta legenti.
Num cunctis? Non. Ergo quibus? Qui dulcia quærunt.
Nomen habes? Ita. Quod? Bernardus. Num sine causa?
Non. Dic ergo quid hoc est? Bernardus, bona nardus. C
Cur Nardus? Quia fragro. Quo fragamine? Dulci.
Cui fragras, & vbi? Lectori, codice sacro.
Quod cognomen habes? De *Claraualle. Manes hìc.*
Mansi, sed modo non. Vbi nunc? In vertice Montis.
Quales eras in valle manens? Humilis. Modo quantus?
Maior nunc sursum, quanto minor ante deorsum.
Nonne tui quicquam vallis tenet? Ossa. Quousque?
Donec cœleste fiat terrestre cadauer.
Hoc quando fiet? Omnis caro quandò resurget.

Patet ergo qualiter Sanctus Bernardus, qui de Cistercio exijt, se cognomen dicit habere de Claraualle, quia illius extitit Auctor, ac primus Abbas; nec per hoc Cisterciensis vocari, & esse sinebat. Idem dicendũm de Monachis exeuntibus de Morimundo, Pontiniaco, & Firmitate. Similiter in casu nostro, Beatus Ioannes Ioachim è Curatio sacri Cisterciensis Ordinis egressus, Floris magnæ sanctitatis, & claritatis Monasterium instituit: qui ergo exibant de Flore, alia ædificaturi Cœnobia, ipsi se Florenses nuncupando, Florentia illa dicebantur, non autem Cisterciensis Ordinis esse detinebant. Atque hæc de Florensi Ordine communiter sumpto. Cæterum si Florensis Ordo particulariter sumatur, nempe si considеretur secundum particulares illas Constitutiones, quas supra Cistercienficas leges Beatissimus Abbas Ioachim sibi, ac suis proposuit obseruandas; vt diximus supra, vtique à Cisterciensi Ordine differt, vt perbelle Græcus probat in sua Chronologia, dicens. *Quamplurimos manuscriptos in membranis veterrimos Codices pro Florensis Ordinis Statutis indagandis non parum perlustrare respui; extant porrò permulti ex tantorum numero pro cooperiendis femineis colis, puerorumque libellis dissipatorum in Cœnobio Floris: qui vndique deturpati, & deficientes in parte superfuerunt, quorum inspectione in aliquibus supra deplomatum allegatione præposita Ordinem Florensem sua peculiaria habuisse dignoscitur.* Quilibet siquidem Ordo ab alio essentiali

Supra c. 36. pag. 99. D E
[illegible]
Græcus sect. 46.

A *tiali aliqua differentia est necesse vt distinguatur, sicut animal ab animali differentia specifica superueniente distinguitur. Accidit autem sicut Philosophus inquit, vltimas differentias nobis ignotas: ità differentias Florensis Ordinis, quibus distinguitur à cæteris non satis nobis innotuisse, dies tamen, cui malitia sua sufficere debuerat, eas penitus exterminare nequiuit. Nam in libello, quò adhuc visitur pro Ecclesiastico Officio persoluendo est digestus Ordo per sectiones aliquas in psalmis canendis, & rubrica in distinctione horarum reperiantur. Absolutam ideò enunciationem de illis nequiui, sed aliqualem vtpotè qua intentionem differentiæ demonstrandæ breui annotatione permiscui, inter cæteras enim ista leguntur. A kalendis ergo Octobris, vsque ad Pascha primam synaxim persoluant à prima hora Vigilarum suarum vsque ad tertiam: secundam*

B *à tertia vsque ad nonam: tertiam à nona vsque ad completorium: nam quia & principium operis refertur ad Patrem, & perseuerentia passionum ad Filium, & otium siue requies ad Spiritum sanctum: à Pascha vsque ad Kalendas Octobris primam vespere, secundam mane, tertiam meridie, & hoc quidem ad reuerentiam Trinitatis, vt singulis personis offeratur ex æquo sacrificium laudum. Cæterum si primam, & secundam voluerit dicere simul, licebit, quia Pater, & Filius vnus Deus sunt, à quibus procedit Spiritus sanctus: si secundam, & tertiam simul, licebit, quia Filius, & Spiritus sanctus vnus Deus sunt, & ambo ab vno Patre; si simul tres, licebit, quia ipsa tres personæ vnus*

C *Deus sunt. &c. Præterea nominatim in Litanijs codice ipso descriptis, Abraham, Isaac, & Iacob Patriarchæ inuocabantur, & ijsdem à spiritu superbiæ, & à duritia cordis libera nos Domine, ac etiam vt obsequium nostrum rationabile facias, te rogamus audi nos; nec non vt oculos misericordiæ tuæ super nos reducere digneris, te rogamus audi nos, conscribitur: ex his atque similibus præcipua inter ordinem, & ordinem differentia distinguendi innotescit. Cantus enim modulatione, alia habitus diuersitate, & ceremonialium disparitate, quæ in actu diuini cultus persoluendi, atque peculiarem ordinem indicandi in vnum concurrunt: Ordinum certam distinctionem faciunt: & sicut diuersus orandi modus ex illo libello colligitur: ita & cantus cum ceremonijs*

D *alijs, atque habitus diuersitas aduertenda est in vnius differentia concursu: hoc verò militare asseritur, cum Ordo propriè, & non communiter sumimus. Nam sicut Ordo Minorum communiter sumptus in Capuccinos, Calapodiferos, & Conuentuales extenditur: ità propriè quilibet illorum dubio procul dicitur Ordo, cum in cantu, habitu, & differant ceremonijs. Ad rem si Cisterciensis Ordo communiter sumitur, extenditur ad Gallicum, Calabrum, & Anglicum, sicut fertur Ordo Cisterciensis triplex: Robertus in Galia, Gilbertus in Anglia, Ioachim in Calabria. Concluditur ergo Ordinem Florensem propriè sumptum, Ordinem particularem, quibus ab alijs distinguitur, vt adsensum patuit particularia sua habentem extitisse, sin autem communiter idem sit cũ*

E *ipso Cisterciensi Ordine, à quo profectò velut à lapide excisus, vel nouella plãtatio à materna radice pullulauit*. Hactenus Iacobus Græcus loco citato. At vt magis inter Cisterciensem, & Florensem Ordinem differentia attendatur, Gregorij noni in medium placeat adducere Bullam, plumbo ex cordula pendente roboratam, qua cauebatur, ne Cistercienses Florensis Ordinis reciperent Fratres, quibus veluti arctiori obseruantiæ astrictis ad eos transmigrandi facultas erat penitus interdicta. Sic enim se habet Bulla ex Floris Archiuio deprompta.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis Filijs Abbatibus, & Cõuentibus Cistercinsis Ordinis per Regnum Siciliæ constitutis salutem, & Apo-

stolicam benedictionem. Cum vestri statuta Ordinis obseruari firmiter cupiatis, facere vos non decet, vnde aliorum statutis regularibus detrahatur, quia ex hoc forsitan via contra vos alijs pateretur. Ex insinuatione sanè dilectorum filiorum Abbatum, & Conuentuum Monasterij, & Ordinis Florensis accepimus, quod cum sit eorum Religio satis arcta, & ex institutione habeatur ipsius, qua per Sedem est Apostolicam approbata, vt nulli Fratrum ipsius Ordinis liceat ad alium Ordinem se transferre: Vos eorum Monachos, & Conuersos absque communium litterarum suarum recipitis cautione, excommunicatis ab eis communicare nihilominus contra inhibitionem Sedis Apostolica præsumentes. Quia verò quod vobis non vultis, alijs facere non debetis, discretioni vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus recipere prædictorum Monasterij, B *& Ordinis Monachos, & Conuersos sine litterarum cautione communium, & excommunicatis ab eis communicare de cætero desistatis, ad ipsos si quos habetis, sic receptos, eorum Conuersos, & Monachos remittentes. Datum Anagniæ Idibus Iunij. Pontificatus nostri anno primo.* A

Adeò insuper Florensis Ordinis Monachorum florida sanctitas, ab Institutorum amborum Ordinum diuersitate proueniens, ab Illustrissima Cistercienfica differebat, vt ab eodem Pontifice Gregorio nono in festo Canonizationis Sancti Dominici Oxoniensis, Prædicatorum Ordinis Antesignani, promeruerit mentio fieri. *Post quos* (inquit Gregorius nonus in Bulla Canonizationis Sancti Dominici) *quasi lassum renouaturus exercitum, & redditurus iubilum post lamentum, applicuit ad quadrigam tertiam equis albis, Fratribus Cisterciensis Ordinis, & Florensis, veluti tonsarum greges geminæ charitatis fœtibus vberes de pœnitentiæ lauacro fecit ascendere, Sancto Bernardo ariete ouium in virtute spiritus, qua ex alto indutus extitit:* & cætera quæ sequuntur. C

CAP. CIII.

Florensis Monasterij pariphrasis. D

QVia persæpè Floris Archicœnobij hoc in opere facta est à nobis commemoratio, ne Lector, illud, sicut erat, nunc esse, dijudicet, & sic se decipiat, eum taliter duximus admonendum. Qualiter illo in tempore, & vsque ad Commendatariorum aduentum propter nimiã Populorum deuotionem videntium opera Monachorum; qui quasi quædam Iacob virgæ positi erant in canalibus, vt viderentur ab ouibus euntibus ad potum, & concipientes à spiritualibus viris, qui erant in aliorum exemplum, filios parturiebant spirituales; Floris Archicœnobium magnum, munificentissimum, admirandumque fuit effectum, in obseruantia regulari famosissimum, & Monachorum sanctitate celeberrimum, in murorum altitudine præstantissimum, regularium officinarum expletissimum, in diuitijs locupletissimum, inque priuilegijs Regum, & Imperatorum deuotione munitissimum, ac denique in Summorum Pontificum tutela memorabile. Succedentibus deinde Commendis, diuina percutiente manu, vel quia simul exortæ filiæ, idest diuitiæ, suffocauerunt matrem; vel quia patres comederunt vuam acerbam, ex quo dentes filiorum stupent: vel quia Florensis Ordo propter mala capita depressus est; aut quia propter peccata aduersa deuenerunt; aut aliã propter cau- E

Genesis cap. 30. nu. 37. 38. & 39.

A causam, quæ diuino examinandi iudicio reseruata supponitur, Florense Monasterium, olim florentissimum, stans in Commenda, in magnam, & prorsus lacrymabilem deuenit calamitatē, in omnibus est ferè dirutum. Proh dolor, pudet scribere, nollem enim vt sciretur, Monasterium in tanta sanctitate, & deuotione habitum, ad talem, & tantam incidisse miseriam. At veritatis promissione compellor dicere, qualiter maior porta Monasterij prophanata à sæcularibus possidetur, fabricatis ibi eorum domibus, qui cum mulieribus, familia,& beluis ipsius Ecclesiæ portam ad quatuor vsque circiter passus se ingerunt. Clausura Monasterij nunc in hortos, seu viridaria redacta est sæcularium, qui nulla allecti B deuotione, sed ære alieno grauati,decocti, facinoribusque à sæculo expulsi, ac necessitate coacti, illuc transmigrarunt, ac Pagum sub nomine Sancti Ioannis in Flore, Saluatore Rota Commendatario, instituerunt. In Sanctorum Patrum Cœmiterio nunc Oppidi proijciuntur immunditiæ. Claustra solo æquata manent. Culparum Capitulum, singulæ Archicœnobij officinæ dirutæ iacent: & iam seges est,vbi illæ fuerunt. Vbi Aduenæ,& Peregrini in charitate nimia hospitabantur, desuper in Curiæ tumultuosæ domum redactum est,ac in receptaculum immundorum animalium, quæ solent in pœnam aliquam incidere: vbi & transeuntes satellites hospitantur: nec non & publicæ obnoxiorum hominum carce- C res sunt, & vincula. De sacrosancto verò eius Templo reticere, quàm fari mallem: at quia de testimonijs,& Templo Domini loqui compellor, etiam in conspectu Regum sine confusione, ne veritas confundatur, dico quod Ecclesia in tanta admiratione constructa ad honorem sancti Spiritus, Diuæ Mariæ,& Sancti Ioannis Euangelistæ consecrata per Calistum tertium, qui Nicolao quinto successit, & in Dei præfuit Ecclesia à 6. Idus Aprilis anno 1455. vsque ad 8. Idus Augusti anno Domini 1458. innumeris Indulgentijs, Sanctorumque Reliquijs ditata, ad tantam miseriā, & calamitatem deuenit: vt in pauimento aquæ, & niues per fenestras,& tectum intrantes per multos dies immorarentur: & aliquando adeò ni- D ues coaceruatæ, & constipatæ extitere in ea, vt labore non exiguo à paupertinis Monachis ferreis incisæ instrumentis inde propellerentur. Hyemali insuper tempore ob eādem calamitatem talis inclementia eiusdem erat Ecclesiæ, vt non sine propriæ iactura salutis propter ventos,& pluuias vndique per fissuras, & aperturas intrantes, à Sacerdotibus, & Monachis poterant diuina persolui. Monachi diuinis insistentes, diuinaque cantantes officia, veluti marmorei euadebant. Chorus non erat in ea. De vtensilibus, & tàm prophana, quàm Ecclesiastica suppellectili quid dicam? Vnum. Omninò carebant Christi milites. Non valentes tandem Admodum Reu. Pater Don Franciscus de Notaroianne Cusen- E tinus è Castro Casularum præfati Archicœnobij Prior, & maior pars Monachorum, eius sub Saluatore Rota eorum Commendatario, eos insuper persequente, tantam ampliùs ferre calamitatem, indè secedere, & ad alium locum Castri Excalceatorum, à Domino sibi prædestinatum, & à Sanctissimo Patre Francisco de Paula Excalceatorum Accolis olim prophetatum, conuolare sunt arbitrati, Clemente septimo Dei Ecclesiam regente, Carolo quinto Romanis imperante, Ioanne Ruffo, huius nominis secundo, ex Foroliuiensi Theodolorum familia, Cusentinam Ecclesiam moderante anno Dominicæ Natiuitatis vigesimo quinto supra sesquimillesimum, vt Buffolatus prodit: Iacobus Græcus verò anno vigesimo

Græcus sect. 43.

Matthæus Guerra Episc. Fundanus in Epistola ad Cardinalem de Claraualle. sub dat. Fūdis 13. Decemb. anno Dom. 1570. apud Græcum sect. 47.

Iustus Buffolatus in suis manuscriptis Visitationibus capit. de successu.

ſimo ſecundo ſupra milleſimum, & quingenteſimum, futuram totius noſtræ Congregationis Sedem, domum iàm incœptam tradit ſuis in carminibus heroicis manuſcriptis, quæ fortè fortuna penès Patrem Don Ioannem Baptiſtam Saladinum noſtri Ordinis Monachum, Abbatemque aſſeruata reperimus, quæ eo libentiùs hic exſcribere placuit, vt inde etiā Patris Don Franciſci de Notaroianne Venerabilis Sanctæ Mariæ de Succurſu noſtri Ordinis Monaſterij Fundatoris, ſanctitatis claritas pleniùs proderetur, & typis mandata deinceps minus timerent temporis iniurias. A

Virginis intactæ Succurſus condidit Ædes.
Quiſquis noſſe cupit, bene carmine carmina luſtrat B
Hæc; nam diuino Domini de munere ſurgunt:
Et Cœlo primum, quod mentis finxerat Auctor
Cunctorum, noſtris tandem deuenit in oris:
Maxima; quæ in Mundo Dominus de cardine prompſit,
Signis oſtendit miris, vt mira loquantur
Cunctis; qui viderint quæ ſummus fecerat Auctor:
Inde colant ſemper præmiſſis talia fatis,
Et noſcant illi ſupremo pectore condi
Quæ faciant homines intacta vota ferentes.
Propterea Sanctus, qui ſpiritus ore repleuit C
Priſcorum Patrum nouiter cum mente recluſus
Cuiuſdam ſancti Cœlorum miſſus ab arce
Toto qui fuerat iam minus cognitus orbe,
Et Calabrum noua ſtella micans: hic ab æde Paterni
Præteriens Excalceatorum propè Caſalem
Conſtitit, & quod nomen habet locus iſte quibuſdam
Dixit. Reſpondens illi, locus iſte Roſarum
Dicitur. Et locus iſte Roſam producet odorem,
Sanctus ait, citiùs quam creditis hora profectò eſt.
Huius odore bono gaudet Cuſentia ſecum D
Oppida cuncta ſimul. Monachus Franciſcus ad illum
Ecce locum venit, quærens vbi condere vellet.
Noluit hoſpitium pius hic habitare parentem
Cum reliquis Monachis ſoliti, quia Clauſtra patebant
Hoſpitium ſed erat pro prætereuntibus aptum.
Hic habitare parant, & emunt loca dicta Roſarum
Illius, atque loci Saladina familia donat
Partem aliquam pietate Patri, & ſibi ſanguine iuncto,
Et fundat Templum titulo ſub Virginis Almæ.
Condere concurrunt homines pia vota ferentes E
Vndique, nam morbi pelluntur, mortuus ille
Dum fuerat: totum volat ſua fama per orbem
Hoſte ſequente pium: pius effugit. Ecce Iacobus
Vt fratrem Moyſes Regem, ac Elias fugit atque Tyrannum
Alterius repetent, ſequitur quos hoſtis ab Vrbe
Vſque manere pium doceat, quo ſpiritus Almus
Hic igitur præſſiſſe gradum prius ille docetur.
Saluatore Rota ſic ſurripiente profectos
Sedis Apoſtolicæ manus excommunicat illos,

Non

A *Non neglexit iter, sed adire parattor. Vrbem*
Mox accesjit, vbi fuit absque ligamine dictus,
Pontificis reddit huc, qui libertate potitus
Incæptum protendit opus currentibus annis
Mille, & quingentis bis denis, atque duobus.
Hic lapides fert, iste trabes, sua quisque ferebant
Dona viro, panis venit, inde pecunia, vestes,
Tempore post pauco capit in noua Claustra Nepotem,
Ordinis hic habitum, cui nomen Sanctus, is inquam
Vita fuit sapiens, & mente indutus: adauxit
B *Dote Monasterium. Quia sed Cistercius Ordo*
Partibus in Calabris tunc Marte furente, vel ipsa
Commenda nouitate, ruens erat: accipit intus
Vir nigros Monachos de Monte Reali Professos.
Ast hi cernentes, quod inutilis esset senecta
Cœpit in Æde viri, tunc Abbatique Cauensi
Ædem commendat; quam sumere noluit ille
Tempus erat, quo corpus humum, quo Spiritus Almus
Iam Francisce Deum tuus accessisset ad illum,
Quem dilexisti, quem toto corde petisti.
C *Exanimum tamen Monachi posuere feretro.*
Gentibus hunc visum venientibus vndique sanctum
Cuius vt incorruptum sic, & Corpus odore
Absque malo, Christi bonus hic odor Eccle vocandus
Est, Sancti Fratris Rosa Francisci ore vocatus
Nec prius, atque octaua dies, vt thura quiescant
Affluit exequijs seruatum corpus honorant
Interea cuncti decorant, & sexus, & omnis
Conditio venerantur. Adest Muliercula quædam
Fratri Ioannello pannis, & corde ningenti
D *(Defuerat tunc noster enim hic Cistercius Ordo)*
Quæ magis famam posset reparare puella
Cuiusdam, studiosa petit caput illius Almi
Corporis: atra cui fuerat corruptio nulla,
Nullus odor malus irrepserat: accipit illa
Sacrilegaque manu caput (ecce fluebat ab illo
(Mirum) sanguis adhuc tulit hac in fonte recondens;
Vnde Casalis aquam misera obliuiscier omnes
Quæ biberent, linguã factumque silere putabant.
At secus euenit, Domino meliora volente
E *Vertere de prauis qui scit; nulla mora Magister*
Illius Asmodeus, stimulisque recalcitrat. Illa
Spem frustra silet, silet omnis sexus, & ætas.
En cateracta poli penitus reserantur: Orion
Ensifer hic, Iadesque, Arturus, Aquarius annum,
Contristant pluuijs ingentibus, atque procellis
Eolus inclusis aperit Iouis ostia iussu
Turbine fulgoribus quatientibus aera ventis
Lumina nulla dabant abscondita sydera densa
Nube Nothus constans Adria vasti Arbiter efflat

Et

Et magis, atque magis gentes, vt sæcula Pirræ A
Et quasi perpetuam timuissent vndique noctem
Quæ sit causa grauis, quæ tempestatis origo
Dum latet interdum mortalibus: ecce cuidam
Visus Eremitæ Franciscus, cœpitque fateri
Acephalus iaceo limpha in hac ritè sepultus.
Ergo si tanti sceleris, tantæque ruinæ
Te piget istorum pietas, & cura remordet,
Vade mane caput auferri de fonte reduci
Sacrofagoque suo subito adimplere peregit.
Iusta dedit Sol lumen, aqua, ventique quierunt, B
Nubes trayicio Borea pulsauit ab antro.
Mulsatur Mulier nummis, & carcere prauus
Perpetuo Monachus niger.
Capit ab Æde mala vita, crescenteque atrorum
Hic quidam Monachus Benedictus nomine tantùm,
Improbus omninò sed erat, quem carcere trusit
Archipræsul Aquenina cognomine dictus,
Atque Monasterium consignat Fratribus idem
Sancti Dominici, donec Cistercius Ordo
Absens accedat, venit ecce Vicarius ipse C
Iustus Bissolatus Florentinus eodem
Tempore quo Cephalottus erat Generalis in ipsa
Consentina dictus in Vrbe Vicarius. Vnde
Sancti Dominici Fratres pelluntur, & Ordo
Noster in antiquas remeat Cistercius Ædes
Quas nigri Monachi repetebant inde iubente
Protectore tamen, Iustoque operante quierunt
Ordoque noster adhuc illæsus pergit odore
Absque malo, gratusque Viris est ipsius ore
Concedente Deo cunctorum fonte bonorum, D
Qui cœptum producet opus, dum corda volutat
Addere maiora in magnis sua dona refudit
Gallia cum Patres iungit de more vocatos
Ordine firmatum est, vt cunctis adibus actis
Et quæ consurgent iunctis Cistercius Ordo
Partibus in Calabris, vt Sanctæ Congregationi
Tempore seruandis pro iuribus, atque tuendis
Rectius hoc ne tardat opus: sed Patre vocante
Alti Lucani nunc lustrant culmina montis
Herbarum vires; quo magnus fundit Apollo E
Et Ceruus quondam sua vertit terga Sagittæ
Fit noua progenies, noua surgit candida proles
Ordine cum caput hinc dant, sed Curatia templa.
Omnes congaudent Monachi sua vota resumunt,
Et gentes laudant Dominum. qui Sanctus Olympo
Respexit seruus nimia nunc mente reclusos.
Ast cernunt Monachi Curatia tecta remotè
Pro nimium distare Viris, quandoque vocandis
Hinc de succursu domus sua reddere curant

A *Quæ Dominus tam corde pius prædixerat Almus*
Per Sanctum dicens, venient de flantis odore
Et loca fl rebunt Sanctarum dicta Rosarum.
Planta etenim nobis, cunctisque nouissima surgens
Fit caput in omnes, qui sunt ex Ordine Patres
Sic Deus obseruans, æternaque dona refundat.

Cæteri cæterum, qui in Flore remanserat, hoc in corde sentientes, præ mœrore, & angustia loquebantur in corde suo, & velut Anna, Elcanæ Ieroham filij vxor, animam effundebant in conspectu Domini, eum deprecantes, vt à tàm enormi Domum suã eripere dignaretur calamitate. B At Deus qui omnium sibi obtemperantium Pater est, & præter ipsum non est alius, qui noscat, videat, & audiat sicut ipse, seruorum suorum præces humilium exaudiuit. Siquidem cor nouum creauit in Saluatore Rota, & qui acriter Florenses Patres erat persecutus, cultor eorum euasit singularis, Sacrosanctam Ecclesiam ferè collapsam restaurauit. Et restauratam simulacris, ac sacra suppellectili exornauit. Abbatiæ census adauctauit. Et priuilegio priùs obtento à Carolo quinto Romanorum Augusto, ac vtriusque Siciliæ Rege anno Dominicæ Natiuitatis sesquimillesimo trigesimo, & sui Imperij anno decimo, tùm ex ijs, qui alieno ære grauati, facinoribus sæculo expulsi, necessitate coacti, & Mona- C chorum rebus infesti, ipso Rota Saluatore antea annuente, Maiorem Ecclesiæ portam, Monasterijque officinas, ac circumcirca Monasterium occupauerant, quàm ex alijs vtcunque ab inibi inhabitandum inuitatis, Pagum, nunc Oppidum Sancti Ioannis in Flore, instituit, vt ex marmoreo monumento eiusdem Ecclesiæ parieti affixo supra arcum ad ingressum Cappellæ Dei famuli Ioachim Abbatis, & refertur etiam à Græco in sua Chronologia Ioachim sectione 43. Epitaphij verba sunt.

Platea bonorum omnium Florensis Abbatiæ cõfecta sub die sexta Septẽbris anno Domini 1576. folio 4. apud eiusdem Abbatiæ Tabulariũ.

SALVATOR ROTA PATRITIUS
Neapolitanus Florensis Abbas Basilicam collapsam restituit, simulacris, sacraque suppellectili exornauit, ac
D *census duplum auxit, Pagum, ditionemque addidit anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo sexto.*

Rota è viuis sublato, Florensẽ Cõmendã pijssimus Dominus conferri permisit spiritualissimo, Ecclesiasticoq; Principi, immò (vt cum Baronio loquar) Sanctæ Romanæ Ecclesiæ ornamento, Iulio Antonio Sanctorio, Cardinali Sanctæ Seuerinæ, qui è viuis excessit septimo die Iunij, anno Domini 1602. sepultusque iacet in Sacrosancta Lateranensi Basilica in Sacello à se cõdito, cuius marmoreus pernobilis tumulus sequenti exornatur elogio emeritas eius laudes proloquente.

Cæsar Baronius in notis ad Martyrologium Romanum sub die 5. Augusti lit. K.

DEO SALVATORI.
E *Iulio Sanctorio Casertano S. R. E. Card. S. Seuerinæ nuncupato, Episcopo Pranestino, Summo Inquisitori, & maiori Pœnitentiario, morum castimonia, Christiana liberalitate, disciplinarum eruditione, & eloquentia clarissimo, iuris Sedis Apostolicæ propugnatori acerrimo, plurium Religionum, & exterarum nationum Protectori peruigili pari animi magnitudine inter prospera, & aduersa: à Pio V. Sanctiss. Pontif. in Sac. Cardinalium Collegium cooptato, in magna extimatione habito, & ab omnibus etiam subsequentibus Pontificibus*

prop-

propter eius fidem, religionem, & pietatem. Paulus Emilius Archiepiscopus Vrbinas, & Iulius Antonius Archiepiscopus Cosentinus Germani FF. Patruo meritissimo monumentum excitandum, & Sacellum perficiendum curarunt. Vixit annos LXX. In Cardinalatu verò XXXII. Obijt VII. Idus Iunij. MDCII. A

Hic inquam Sanctæ Seuerinæ Cardinalis Sanctorius sibi commendatis necessitatem patientibus præsto fuit, sacra suppellectili Florensem Ecclesiam prouida liberalitate prouidit, & ad simplicem de Claraualle nostri Cardinalis instantiam summam ducatorum ducentorum quinquaginta pro mensa assignauit Monachorum, videlicet in vno tenimento B nuncupato il verdò ducati centum triginta, super Gabellam Salinæ Neheti ducati sexaginta, & in Syluis Granciæ, siue loci Sancti Martini de Ioue, aliàs de Canale ducati alij sexaginta. A quibus vltimis spoliati fuere Florenses Patres circa annos Domini 1624. aut 1625. à Don Prospero de Leone, Cutroniate, Sanctæ Seuerinæ Ecclesiæ Archidiacono, Agente Eminentissimi Domini Cardinalis Roberti Vbaldini, Florentini, vndecimi Leonis Papæ Pronepotis, Florensis Monasterij Abbatis Commendatarij, qui postquam Congregationem de Propaganda Fide instituisset hæredem, & tàm Montis Politiani Ecclesiæ, quàm ab anno 1607. vsque ad 1622. administrauerat, quàm alijs pijs locis, etiamque C Florensi Ecclesiæ non pauca legasset, hominem exuit Romæ mense Aprili anno 1632. sepultusque fuit in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruã Sacri Prædicatorum Ordinis. Post Cardinalem Sanctorium, Alfonsus Pisanus eiusdem ex sorore Nepos sicut in Archiepiscopatu Sanctæ Seuerinæ Ecclesiæ, sic in Floris Commenda successit, qui Auunculi sui virtutum vestigia præmens, pietate, liberalitateque non impari, munificentissimum se ostendit Floris Ecclesiæ Commendatarium. In primis ad Monasterij iura tuenda litteras Apostolicas Florensi pro tempore Commendatario, Priorique directas ab Octauo Clemẽte Papa obtinuit, quas

Græcus sect. 44. refert Græcus in sua Chronologia. Duplicem sanè fontẽ pro lustrali aqua D in ipso Ecclesiæ ingressu ex porphyretico lapide sũma elegantia elaboratos erexit. Altare maius, & Beati Ioachim Abbatis Cappellam Cruce, candelabris sufficiẽtissimè decorauit ex oricalcho. Thuribulum ex argẽto suis cũ nauicula, & cochleario magni ponderis, lampidemq; item argenteã magnæ æxtimationis Florensibus dono tradidit. Sacricolas talibus paramẽtis, & quidẽ in magno numero ditauit, qualia purpuratũ Principẽ decere viderentur. Ecclesiæ contectũ ab ingẽti niuiũ cõgerie quassatũ prouida solicitudine refecit. Dormitorium alterum pro Monachis à fundamentis instituit. Ex perceptis Commendæ fructibus bonis quibusdam stabilibus comparatis, Monachorum mensam adauxit. Et maiora certè E in Florensem domum beneficia contulisset, nisi vltimo die Octobris, hora 13. die Martis, anno Domini 1623. vita functus esset in complexu suæ Sanctæ Seuerinæ Ecclesiæ, cuius oues, nisi grauissimis distrahentibus causis, vnquam vel tantisper deseruit; ratus nulla re magis, quam Pastorum præsentia subditorum vrgeri salutem. Tumulatus iacet in mutula sepoltura ad dexteram celeberrimi Sacelli, Deiparæ Virgini sub titulo Reginæ Angelorum à se iam dicati ab anno 1611. vt ex epitaphio in eiusdem Sacelli arcu existente, cuius formalia sunt.

Sacellum hoc Deiparæ Virgini dicatum Alfonsus Pisanus

Archie-

A *Archiepiſcopus Sanctæ Seuerinæ,& Iulius Cæſar Fratres*
pro ſe,ſuiſque hæredibus conſtructione,& dotatione in ius
patronatus erexerunt anno Domini 1611.

Nec ab omni memoria digno Cardinali Sanctæ Seuerinæ eorum Patruo
circa Florenſe Cœnobium ſe exhibuere degeneres præfati Paulus Æmi-
lius,& Iulius Antonius Sanctorius, germani Fratres, dum ambo ſucceſſi-
uè ad Cuſentinam promoti Sedem; ille quidem ab anno 1617. vſq; ad
annum 1624.(ſub cuius Pontificatu, & optimo omine anno 1624. ſa-
crum noſtrum, & Venerabile Monaſterium Sanctæ Mariæ Pietatis Ciſt.
Ordinis apud Vrbem Cuſentinam noſcitur inſtitutum) hic verò ab anno
B 1624. vſque ad annum 1639. lapſis Diœceſis moribus remedia adhibe-
bant opportuna. At omnes iſtos eximia ſua dexteritate, ingenio, elo-
quentia, ſolertia, prudentia,probitateque, atq;doctrina, ſuperexcelluiſſe
videtur Reuerendiſſimus Pater Don Emanuel Peluſius I. V. P. conciuis,
& Dominus meus, eiuſdem Floris Archicœnobij Abbas Clauſtralis. Si-
quidem magnum, ac ingens Eccleſiæ contectum,ab illo terremotu quaſ-
ſatum,quod anno Domini 1638. die 27. Menſis Martij, Sabato Palma-
rum hora 22. totam ferè Calabriam deſolauit, & in aperto campo ho-
mines,& mulieres cum ſuis, qui inter ſemimortuos remanſerant, ſeſe re-
cipi,diuque commorari perpulit, ad ſaniorem formam reſtituit. Laquea-
C tum eiuſdem ſolarium, ex trabibus, pineiſque tabulis elaboratum, con-
didit. Contignationem ad templum pannis præparandum perſpicuam
circumcirca conſtruxit. Magnum à ſe ſtructum Sanctuarium, in quo Di-
uorum relatæ Reliquiæ aſſeruantur, in tuto, eminentique loco repoſuit.
Altare maius cum omni, quod ibidem cernitur, exceptis Sanctorum ſi-
mulactis, elegãtiſſima ſtructura perfecit. Quamplurima Sacella perorna-
uit. Mellifluo, Sanctiſſimoque Viro Clareuallentium Abbati præſertim
Aram inſtituit. Inque ea pro Animabus ſanctiſſimi Purgatorij Confra-
trum,& Conſororum Congregationẽ erexit: & erectam multis,magniſq;
diplomatibus, ac Indulgentijs à Romanis ſummis Pontificibus roborari
D ſtuduit. Sacrarium excoluit, & excultum ſacris vtenſilibus prouidit.
Clauſtrum vndique ædificauit, & ædificata lepidiſſimis, & vetuſtiſſimis
picturis decorauit. Duo alia Dormitoria, Clauſtrum proſpicientia, de-
centiſſimis ſuis cum cubiculis à fundamentis inſtituit, & ad totale com-
plementum duxit. Ne dum Monachorum, ſed omnes quaſi Monaſterij
Cellas conſimilibus picturis, Sanctorumque Patrum ſententijs venuſta-
uit. Officinas accreuit, benè, optimèque diſpoſuit. Domeſticam ſuppel-
lectilem in duplum audauxit. Serrã aquatam ad domorum tigna deſecan-
da fundauit. Monachorum Menſam quamplurimis redditibus prædita-
uit. Vltra Nouitios, maiorem in eo Monachorum numerum conſtituit.
E Tantaque inſuper Floris Archicœnobio, vltra Monaſterij vites, benefi-
cia contulit, vt in eius brachio potentiam ſuam Deus poſuiſſe videatur, vt
ſuam ipſe reædificaret Eccleſiam. Exageratas, accumulataſque Peluſij
Emanuelis animi dotes, ne eius modeſtiam oneremus, alijs relinquimus
deſcribendas. Viuit enim adhuc. Longumque viuat, impleatq; curſum
diuturnioris ætatis.

Iul. Anton. Sanctor. Archiepiſc. Cuſent. in decreto confirmationis,& ratificationis ſigillo,& ſubſcriptione ſua roborato ſub Datum Cuſentiæ 22. Menſis Iunij anno Domini 1624. pro confirmatione fundationis Monaſterij B. Mariæ Pietatis, in eius tabul. aſſeruato.

Supra c.35. pag.97.

 A

CAP. CIV.

Floris Monasterij priscorum Benefactorum nomina recensentur.

VT quisque credat tale extitisse Florense Cœnobium, quale modo prædiximus; tanquam signa, non omnium, sed quorundam priscorum referimus nomina Benefactorum, qui non sui Ordinis Monasterijs, sed ei tantummodò, diuina disponente prouidentia, larga, ac prouida liberalitate, bona tribuerunt, ac iura non exilia. Horum autem nomina, ex monumentis, quæ temporis edacitatem euaserunt, deprompta sunt. B

Romani Pontifices.

Celestinus tertius.
Innocentius tertius.
Honorius tertius.
Gregorius nonus.
Innocentius quartus.
Alexander quartus.
Nicolaus tertius.
Clemens sextus.
Gregorius vndecimus.
Vrbanus sextus.
Calistus tertius.
Paulus secundus.
Alexander sextus.
Iulius secundus, &
Clemens septimus.

Cardinales.

Centius Sancti Laurentij in Lucina Presbyter Cardinalis, & Legatus à latere.

Archiepiscopi.

Bonhomo Archiepiscopus Cusentinus.
Andreas Archiepiscopus Cusentinus.
Dionysius Archiepiscopus Sanctæ Seuerinæ.
Nicolaus Archiepiscopus Sanctæ Seuerinæ.
Lucifer Archiepiscopus Sanctæ Seuerinæ.
Bubalus Archiepiscopus Melphiensis.
Matthæus Archiepiscopus Capuanus.
Bartholomæus Archiepiscopus Panormitanus.

Episcopi.

Gilibertus Gerentinus Episcopus.
Bernardus Gerentinus Episcopus.
Nicolaus Gerentinus Episcopus.
Andreas Acheruntinus Episcopus.
Mainus Barensis Episcopus.
Matulanus Verulanus Episcopus. C

Imperatores.

Henricus Sextus.
Fridericus secundus.

Imperatrices.

Constantia Rogerij primi Siciliæ Regis filia, & Henrici sexti vxor.
Constantia Castellæ Regis Soror, & Friderici secundi Vxor.

Reges.

Tancredus Rex. D
Ladislaus Rex.
Carolus secundus Rex.
Robertus primogenitus Siciliæ Regis.
Carolus primogenitus Roberti.
Rogerius Siciliæ Rex.
Ludouicus Rex.
Alfonsus de Aragona Rex.

Reginæ.

Ioanna Regina. E

Comites.

Robertus de Voscinilla Comes Cupersani.
Thomas Ioele Comes Rutiliani.
Stephanus Marchisortus Comes Cotronis.
Anselmus Iustigenus Comes Catanzarij.
Petrus Ruffus Comes Catanzarij.

Fride-

A Fridericus Lancea Comes Squillacensis.

Marchiones.

Bonifatius Marchio Pulignani.

Manfredus Marchio Pulignani.

Domini.

Simeon de Mamistra Dominus Fluminis frigidi.

Petrus Guiscardus Dominus Sanctæ Seuerinæ.

B Nobiles, & Ignobiles.

Gimundus filius Raonis Battahl nobilis Cusentinus.

Maynerius Gerentinus.

Petrus de Iannatio

Laurentius de Turzano.

Rocca de Tiano. Goffridus Scalionæus nobilis Cusentinus.

Mauritius Miletus.

Petrus Spina à Spetiano paruo.

C Guillelmus de Bisidiano.

Maurus de Tiano

Biuianus de Apriliano.

Guido de Turzano.

Guerreridius Speradio, & Victoria eius Vxor à Cropano.

Michael de Donato.

Ioannes de Picula de Caccurio.

Septimbruna de Tiniano.

Ioannes Stephanizzi à S. Seuerina.

Robertus de Bago de Apriliano.

Philippus de Taranto.

Iacobus de Bago, &

Bartholomæa Vxor de Cusentia.

Tancredus de Taranto.

Michael de Amanthæa.

Thomas de Salerno, &

Maria Vxor eius.

Tacredus de Tiano.

Matilda de Caccurio.

Dulcissima Vidua.

Vnfredus Culinus.

Fridericus de Cusentia.

Bartuccius de Nicoceni.

Thomas Longus de Taberna.

Euangelista Gattus.

Ioannes de Iesu de Caccurio.

Petrus Niger de Petrafitta.

Clemens Presbyter, & fratres eius

Martinus Manzerella.

Christophanus de Petrafitta.

Ioannes de Danisio.

Michael Caracciolus.

Petrus Antonius de Franco, &

Iacobus de Cœlico.

Goffridus memoratur à Ferdinando de Marra Duce Guardia cum de familia Marramalda pag. 242. §. costa questa, & si error irrepserit in data citatis ab ipso instrumenti.

CAP. CV.

D

Florense Archicœnobium Cisterciensibus quare incorporatum.

CVm omnia, quæ sub Sole manent, alterationi, transmutationique subiaceant, prout quædam in meliorem, quædam in deteriorem statum, & quædam in nihilum in dies reduci, compertum est. Hinc euenit, vt Prælatorum, Principum, Statuum, Bellorum, temporumque malorum contrarietate succedente, nonnullos tàm Ecclesiasticos, quàm sæ-
E culares à fulgore prisco non modicè immutatos conspiciantur, ac multorum omni memoria dignorum perijsse memoriam. Horum inter cæteros Florenses extitere, de cuius Illustrissimi Ordinis extinctione, quem in Matris suæ plaga exinaniri eius præuiderat Institutor, vt alibi diximus, multas multi possent assignare causas. Nos autem (certioris veritatis assertione semper salua) quia horrenda nonnulla à Commendatarijs perpetrata contra Religiosos sibi commendatos, atque Cœnobia, in antiquis Patris D. Iusti Buffolati manuscriptis Prouincialibus visitationibus registrata non sine cordis amaritudine perlegimus, Commendarum præcipuè causæ ascribimus. Siquidem deficientibus eiusdem Ordinis Abba-

Supra cap. 38. pag. 206. E. & cap. 70. pag. 304. E.

tibus in Monasterijs, simplices sæculares in Abbates electi, tùm in morum vniformitate, tùm in Religionis obseruantia, tùm etiam in diuinorum cultu, cum Religiosis, veram Ordinis vitam obseruantibus, parum conuenientes, & in omnibus disceptantes, eos non vt filios, vt par erat, sed vt simplices Mercenarios reputabant, necessarijs non prouidebant, & neq; Cœnobia restaurabant. Quare Monachi coacti fuerũt semidiructa Cœnobia derelinquere, & in Cisterciensis Ordinis Monasterijs, quæ non tàm enormiter afficiebantur, se recipere. Vndè cernentes Commendatarij, Monasteria proprijs destitui Religiosis, sæculares Presbyteros, seù alterius Ordinis Religiosos pro cultu diuino in Ecclesijs persoluendo, eorum vice subrogabant. Hac enim de causa (vt demus exemplum à Reuerendis Patribus sacri Prædicatorum Ordinis ad hodiernum vsque diem excultum noscitur celebre Monasterium Sanctorum Duodecim Apostolorum Florensis Ordinis, vulgò *la Bagnara* nuncupatum, quod quale, & quantum erat, ex sibi vnitarum, subiectarumque Ecclesiarum numero facilè valet inferri. Habebat siquidem in Calabria Ecclesiam Sancti Lucæ de Solano, Sanctæ Trinitatis in Seminaria, Sancti Nicolai de Marcaneto, vel Murcaneto, Sanctæ Mariæ de Calantu, Sancti Michaelis de Vitica, vel Bitica, Sancti Georgij de Palmis, Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Hozzano, Sancti Cirrachiæ in Territorio Sancti Martini, Sancti Fœlicis, Sancti Angeli de Neto, vel Reito, Sancti Petri in tenimento Tarioli, vel Querioli, Sanctæ Mariæ de Tartimano, & Sancti Pancratij. Totidem insuper Ecclesias habebat in Sicilia scilicet, Sancti Matthæi in Messana, Sancti Honufrij Calatabiano, Sancti Georgij in Territorio Lentini, vel Leontini, Sanctæ Luciæ de Montanis, Sanctæ Luciæ de Rehallicè, vel Reallito, Sancti Georgij de Laros, Sancti Petri de Salpat, vel Scalafant, Sanctæ Mariæ de Castronouo, Sancti Stephani, Sancti Iacobi in Pertoniaco, Sancti Petri de Panormo, Sancti Petri de Melatio, & Sancti Cathaldi. At quia semper natura docuit, vt quotidiano comprobatur experimento, partem in sui discrimine toti arctissimè adhærere, ab eoque conseruationem expetessere: Florenses Patres ne Commendatarum causa omninò deperirent, sacro Cisterciensi Ordini, à quo dependerant, firmiter, ac immobiliter adhæserunt; verique deinde re, & nomine Cistercienses effecti, Floris Archicœnobium, iam Cisterciensibus per eos incorporatum, inhabitarunt. Cæteri cæterum Florensis Ordinis Monachi, Floris Archicœnobij Patres imitati, idem de eorum Cœnobijs, quæ adhuc excolebant, effecere. Et sicut in tota ferè Italia, gliscente Commmendatariorum tyrannide, Cisterciensica Monasteria, perpaucis quibusdam tantùm exceptis, vel penitus sunt destituta, vel ab alterius instituti Religiosis exculta; sic etiam Sanctæ Mariæ Fontis Laureati, & Calabro Mariæ eiusdem Florensis Ordinis Cœnobia à Cisterciensibus, cum quibus conuenerant, ad hodiernum vsque diem inhabitantur. Nec huiusmodi incorporationis robur Romani aliqua auctoritate Pontificis oportuit cõfirmare, cum & Mendicantium Ordinum Fratres, quondam causa præmissa Monachorum cellas inhabitare sint visi.

Anonymus in manuscripta relatione, capit. S. Maria delli Dodeci Apostoli. apud me.

CAP.

A

CAP. CVI.

Floris Monasterium quando Cisterciensibus incorporatum.

ET si curiosum, perarduum tamen est, ac difficillimum tanta, & tali Florensis Ordinis exinanitione existente, enunciare decretum de B certo anno Cistercientium ingressus in Monasterium Floris. Verùm hoc vnum exploratū habeo, in anno Domini 1470. præfatum Florense Cœnobium sui Ordinis Abbatem habuisse, nomine Euangelistam: an autem alij eiusdem Ordinis Abbates, au Abbates sæculares, Commendatarij nuncupati, statim Euangelistæ successerint, nec ne, adhuc mihi inexploratum. Memorabilium verò quorumdam Floris Abbatum nomina, quæ hactenus expiscari potuerunt ista sunt.

B. Ioannes Ioachim Abbas, eius Auctor ab anno Domini 1189. & suæ fundationis primo vsque ad C annum Domini 1202.

Matthæus Abbas ab anno Domini 1202. vsque ad annum 1234. postea ad Gerentinam sedem Episcopalem promotus.

Sannes Abbas.

Orlandus Abbas in anno Domini 1259.

Bernardus Abbas.

Gerardus Abbas.

D Guillelmus Abbas in anno Domini 1290.

Nicolaus Abbas in anno Domini 1315.

Guillelmus Abbas depositus.

Marinus Abbas in anno 1331.

Ioannes Abbas in anno Domini 1338.

Petrus Abbas in anno Dom. 1356.

Ioannes Abbas in anno Dom. 1371.

Nicolaus Abbas ab anno Domini 1392. vsque ad annum 1406.

Hieronymus Abbas 1451. vt ex lib. Regiæ Cameræ Summariæ executurialium 8. pag. 7. versa facie.

Carolus Abbas.

Hippolitus Abbas.

Ioannes Abbas. &

Euangelista Abbas in anno 1470.

Perseuerauit autem Florensis Congregatio, veluti suiiuris filia, à Cisterciensi Matre seiuncta, à primaria sua institutione annis supra trecentis, idest ab anno Domini 1189. die 18. mensis Iulij, 6. Indictione vsque ad Abbatis Euangelistæ obitum, & aduentum Ludouici de S. Angelo primi Abbatis Commendatarij Archicœnobij Florensis, sub quo gemere cœperunt, & in omnibus angi, atque torqueri. Cæterum Florensem Ordinem iam extinctum videntes, maligni quidam, ac spiritu peruersi E dicunt, eum non dedisse radices altas, nec plantationem fuisse Patris, sed nos tantum dirum, ac execrabile nefas in pectore versantibus respōdendo dicimus. Nonne Maumethica secta furente, Antiochiæ, Hierosolymæ, Alexandriæ, Bizantij, Niceæ, Hipponij, Calcedoniæ, & consimilium Cathredalium Basilicas, Apostolorum, Martyrum, atque Doctorum exemplo, doctrina, & sanguine ad æthereum vsque claritatem euectas, catholica fide illis in regionibus deficiente, non sine intimo cordis gemitu, nostro tempore cognouimus destitutas, & in prophanos Barbarorum vsus conuersas? Nonne Nitriæ, Lauræ, Carmeli, Thebaidos, Ægypti agmina Sanctorum, constipata Monachorum caterua, cæteraq; Cœno-

Sup. c. 27. pag. 67. E. & pag. 68. A.

Cœnobitarum, Anachoritarumque multitudo Sarracenorum incursione, & pessimorum inuasione defecit? Nonne quosdam Ordines, vel penitus destitutos, vel mutatione denigratos conspicimus? Vbi enim sunt Sanctissimi Pachomij, Angelo Domini dictante, in gubernandis Monachis statuta? Vbi sunt Sancti Simpliciani, Sanctissimi Augustini Magistri, leges emanatæ? Vbi Sanctorum Carithonis, & Malachiæ, Pauli, & Martini, Antonij, aliorumque priscorum pro Monasteriorum regimine Constitutiones? omnia vtique, aut penitus sunt deleta, aut in perpauca supersunt ab illo antiquo nitore immutata. Et vt de cæteris sileam. Ipsissimas Christianæ Religionis columnas, Basilium nempe, ac Benedictum, Æthnicorum insecutione, & hæresum prauitate, non sine nostrorum malitia criminum, diuinæ prouidentiæ permissu, & Sathanæ inualescente persecutione, cum Monasteriorum iactura, partibus in orientalibus, occidentalibusque non ne totaliter concussas intuemur? Et tamen quis vnquam dicet, aut somniabitur, præfatos antiquissimos Ordines non dedisse radices altas, aut plantationes non fuisse Patris; qui illos sub Thyatiræ Ecclesiæ nomine venturos fore denunciauit in Apocalypsi? Sic sic de Florensi dicendum est Ordine, suo tempore percusso flagello duplici. Bello siquidem primo in Regno Neapolitano libidine dominandi, siue antiquorum suorum iura subeundi concitatos, inter Andegauenses, & Aragonenses agitato, quo omnes Neapolitani Regni Prouincias, Calabriæ præcipuè Regiones, cæde, & sanguine repleuere, & in solitudine eo magis quàm plurima consistentia vastatione hostili prophanauere Cœnobia. Sed potissimum flagello altero, Commendatariorum nempe tyrannide; namque falsi veluti Pastores non iure, & legibus æquis, sed quadam animi libidine dominabantur in Monasterijs, & in proprium commodum vniuersam conuertentes Monasteriorum substantiam, ne dum Monasteria, prouida liberalitate dotata, non restaurabant, & suppellectilibus non prouidebant, sed & Monachis non administrabant necessaria. Non tot Cœnobia sub infausto Commendæ titulo sæcularis ambitio deformasset, si pristina à Monachis paupertate retenta, solæ virtutes in Commendam dari possent, queis, quotus quisque administrandis se ingereret? Florenses tandem Patres tot plagis concussi, ad propheticum illud aduertentes. *Attendite ad petram vnde excisi estis, & ad cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos; quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum.* Cistercienſi Ordini velut rami plantæ; aut membra capiti immobiliter adhæserunt, & sub vna Congregatione Cisterciensis Ordinis B. Mariæ Virginis vtriusq; Calabriæ, & Lucaniæ nuncupatæ, hactenus tranquillè perseuerant; atque ità omninò sanam suis ærumnis præbuerunt cautionem. Demum sicuti Sanctis Apostolis, quamuis in innumeris Mundi partibus, in quibus Dei verbum disseminauerant, gentes ab Apostolica doctrina recesserint, non nisi semper benedicere, & vt veros cœlicolas venerari, & colere debemus, tenemurque; haud aliter Religionum, & Ordinum Auctores glorificare debemus, licet eorum statuta, vel destituta, vel immutata conspiciantur. Laudetur præcipuè Deus in Sancto suo Ioanne Ioachim, cuius statuta in Florensi Monasterio sacrosancta ipsa Catholica Ecclesia salutaria determinat, vt est videri in cap. *Damnamus*. §. *In nullo autem. De Summ. Trinit. & Fide Cathol.* Vigeat igitur Florensis Ordo, tanto, ac tali originante principio, ac tantæ, & tali incorporatus columnæ magnæ,

Apocalyps. cap. 2. num. 18. & Abbas Ioachim ibidē text. 27. pag. 73. col. 3.

Buffolatus relatus à nobis supra cap. 11.

Isaias c. 51. n. 1. & 2.

Cap. Damnamus. de Summ. Trinitat. & Fide Cathol.

A magnæ,& forti,quæ est vsque ad consumationem sæculi duratura, iuxtà Sanctissimi Patris Bernardi Abbatis promissionem, & diuini nostri Vatis Abbatis Ioachim supra adducta vaticinia. *Gofridus in Vit. Sãcti Bern. lib. 3. cap. 2. Sup. c. 55. pag. 213.*

CAP. CVII. & vltimum.

Quare in Vita Beati Viri Dei Abbatis Ioachim plura alia non sint adducta.

B Animi nostri non est, Sancti Viri Ioannis Ioachim reticere gesta, quæ præsertim ad maiorem Dei possent gloriam redundare. Promisimus namque in nostra Præfatione ea tantùm de Dei Viro hìc apponere, quæ de eo apud magnæ auctoritatis Auctores registrata reperiebãtur,& quæ in manuscriptis immemorabilis antiquitatis extabant. Et quãuis de eo alia nonnulla, & quidem egregia, ac admiranda, vulgus prædicet in Calabria, asserentes traditione maiorum talia ad ipsos vsque peruenisse notitiam: quia tamen humanæ fragilitatis conditio est, in rerum traditione aliquando veritatis alterandi substantiam; idcirco meritò talia duximus reticenda, & apposita tantummodo apponenda; vt ità absque C falsitatis, aut mendacij suspicione fidelius in sanctis suis Deus glorificetur,& omnes fines terræ omnipotentiam suam confiteantur. Verùm non est silentio concedendum, quod ex Cœlicentium, omni exceptione maiorum, attestatione nuper accepimus. Produnt enim, ac in verbo veritatis testimonium perhibent, quod cum Ioannes Ioachim, tunc impuber, (Mundi huius fortasse expertus diuertimenta, quæ à spiritualibus hominem abstrahere assolent exercitijs) latitasset in loco quodam, arboribus vndique septo, cuiusdam vineæ Mauri Ioachim Genitoris sui, in agro Cœlicensi posita, capacitatis in semine tumulorum trium cum dimidio, Orientem, & Austrum respicientis, Iouino, aliàs Cannauino amni conD terminæ. Et incubans supra magnum, & durum lapidem, ibidem à natura in decliui loco positum, præces ad Deum non exiguas ex corde eructare consueuisset: lapidem illum ex eodem loco, in quo impuber Ioannes Ioachim incubauerat, florem produxisse iugiter tantæ virtutis, vt applicatus cum deuotione, & fide ad infirmitates quaslibet, ac vulnera, extemplò optatam reddebat omnibus sanitatem. At cum Cœlicensis quædam Mulier, Pacifica Ferrara appellata, circa Dominicæ Natiuitatis annum millesimum quingentesimum, Asinum haberet malè vulcere laborantem, pro cuius sospitate naturalia omnia frustra erat experta remedia, (magis illius fortasse, quàm suæ animæ salutem expetiscens, vt in similibus E humanæ conditionis probat experimentum) mirum florem applicuit vlceroso. Conualuit quidem ab vlcere Asinus; sed quia res sancta animantibus fuit applicata brutis, ne dum flos virtutem amisit, (vt quid simile de aqua Sancti Barnabæ Apostoli, aliàs Sancti Eustorgij apud Mediolanum refert Morigia) sed etiam omninò deperijt. Verùm eodem ex loco, vnde flos oriebatur, humor quidam, ad gummæ, siuè incensi instar nascitur, qui ad hodiernum vsque diem,& à frequenti fidelium cœtu inuisitur, & in magna etiam veneratione habetur. Vinea præfata à Venerabili Sacerdote quodam hodie possidetur, Domno Laurentio Rhodi nuncupato. Cæterum verum est, atque certissimum, nostra ex hac narratione

Ex Reu. Rectorum, Sacerdotum, sæculariumque Cœlicentiũ authentica fide iuramento vallata.

Paulus Morigia Iesuanus, de Origine Religion. lib. 1. c. 51.

ne Beatiſſimi Abbatis noſtri Ioachim obtenebrari potiùs geſta, quàm elucidari: nihilominus in omnibus ijs illud attendimus, quod gladiatores facere conſueuerunt in attingendo ſigno, quippe qui cum alios cernant gladio ferientes, ſed valdè à ſigno deuiantes, iuſtæ ſtomachationis zelo concitati, ab illorum manibus gladium arripiunt, vnicoque ictu ſignum attingendo brauium accipiunt. Si ergo non tam exactè Beati Viri Dei Ioachim geſta narrauimus, & proinde à debitæ laudis ſigno deuiauimus; non contumeliam, ſed gaudium non mediocre peroptimi, diſſertiſſimiq; ſcriptores nobis inferent, ſi è noſtris calamum arripientes manibus, perexcellenti ſtylo tanti Viri geſta ad perfectæ laudis apicem deſcribant. Ad illa autem, qui hiſtoriarum ſitibundi nobis poſſent obijcere, reſpondemus. Ab attentata non defeciſſe prouincia, ſi pro vaticiniorum comprobatione aliorum enarrantes hiſtorias, per extenſum non deſcripſimus eas; nam ea tantùm appoſuimus, quæ locus exigebat. Qui verò totalem dictarum hiſtoriarum cupiunt habere notitiam, Auctores claſſicos conſulant, qui Regnorum prælia, Vrbium excidia, Principatuum exordia, earumq; caſus, Rerumpublicarum inſtitutiones, ac earum euerſiones, ſtatuum alterationes, Illuſtriſſimorum Virorum natalia, & illorum interitus, Imperatorumque, atque Regum tum fœlicitatem, tùm infœlicitatem luculenter, & annuatim regiſtrarunt. *Cæterum quæ diximus, & quæ ſcripturi ſumus dum audiuimus, abſque ſanius ſapientis præiudicio dicta ſint, ſanctæ præſertim Romanæ Eccleſiæ examini, auctoritatique reſeruamus. Et ſi in aliquo errauerimus, ad Sancti Petri Magiſterium libenter accedimus, & retractationis non veremur opprobrium. Romana enim Eccleſia ea eſt officina fabrilis, in qua is, qui fabri dicebatur filius, præſidet, ad infallibilem cuius regulam omnis meritò moneta reducitur, & quidquid vſpiam deprauatum fuerit, ad eiuſdem rectitudinis lineam reformatur.*

D.Gregorius Laurus S.T.D.Abbas Sagittarienſis S.Ciſt.Ord. manu propria.

FINIS.

601.983

2

MAGNI, DIVINIQVE PROPHETAE B. IOANNIS IOACHIM ABBATIS,

SACRI CISTERCIENSIS ORDINIS, MONASTERII FLORIS; Et Florensis Ordinis Institutoris,

VATICINIORVM

DE APOSTOLICIS VIRIS, SIVE DE ROMANIS PONTIFICIBVS HISTORICA, Et Symbolica explicatio.

AVCTORE, REVERENDISSIMO PATRE

D. GREGORIO LAVRO

S.T.D. ÀBBATE SAGITTARIENSI,

Congregationis Beatæ Mariæ Virginis vtriusque Calabriæ, & Lucaniæ, Sacri Cisterciensis Ordinis.

Ad Illustrissimum Dominum D. Carolum Franciscum Piscara de Diano Marchionem Castelluccij, & Dominum Agrimontis.

NEAPOLI, Typis Nouelli de Bonis Typographi Archiep. M. DC. LX.

SVPERIORVM LICENTIA.

SVMPTIBVS IOANNIS ALBERTI TARINI BIBLIOPOLAE.

Illuſtriſſimo Domino, ac Domino Colendiſſimo,

DOMINO

D. CAROLO FRANCISCO

PISCARA DE DIANO,

Marchioni Caſtellucij, ac Domino Agrimontis.

D. GREGORIVS LAVRVS

Sacræ Theologiæ Doctor Abbas Sagittarienſis S. Ciſtercien. Ord.

S. P. D.

ON Arabiæ fœlicis odora germina; non coſtum Achæmeneium, non malobrathrum Syrium, vel balſamum Iudaicum, aut Sabæa thura: non denique (vt vetus illa Romanorum Reſpublica, cum floreret ſolita erat mutuum miſſitare) vnguentorum fragrantiam, fauos exquiſiti mellis, lacteos latices, ficus, ſuccuſque nectareos, ſimileſque oris, & narium delitias venio tibi oblatum Marchio Illuſtriſſime, ſed quidpiam longè ſuauius, longè mellitius, Magni nempè, Diuinique Prophetæ Beati Ioannis Ioachim Abbatis Florenſis vaticiniorum de Romanis Pontificibus hiſtoricam, & ſymbolicam explicationem. Quod ſi non admodum facit ad ſaliuam tuæ ſapientiæ, vel minimè grati ſui ſaporis ſenſu mulcere poteſt, aut irrigare; mei nihilominus officij fuit offerre: & (vt olim apud Deos ſacrificuli) merum largius affundere, ac prolibare, carnes, & edulia ex ſacro ritu apponere, quæ interim adorati Dij non abſumant. At Opus hocce muſtaceum vilius fortè, ac popularius eſt, fateor, quàm in eo

lau-

laureolam quærat illustris tua, & excelsa dignitas: à me tamen quasi tributario iure hæc officia debentur, iustè persoluuntur tibi. Patere, Patere igitur Marchio amplissimè, vt tuum nomen legatur in hac charta, quam publici fauores tuis subnixam titulis benignè suscipient. Quis enim genuinum dentem infinget operi inscripto Viro sanguine, litteris, & armis clarissimo? Enim & Galliciana, & Aquina, & Iesualda, & Piscis, & Zurla, & Marra, & Loffreda, & Carrafa, & Correalis, & Angela, & Castalda, & Tufa, & Brancaccia, & Capecia, & Afflicta, & Porta, & aliæ familiæ præstantissimæ tuo quondam fuere sanguine iunctæ. Tanta Minerua, vt Reges quasi compulerit tuo sanguine regi. Ioannes Caroli Regis secundi Andegauensis Consiliarius, Ciambellanus, Magister Rationalis Regiæ Cameræ, Prorex Terræ Laboris, & Magnus Regni Iustitiarius. Marinus frater eius sub Rege Roberto Consiliarius, & Magister Rationalis, qui è viuis excessit 15. Mensis Nouembris 11. Indict. anno Domini 1342. cuius corpus, ac Roberti eius primogeniti, qui fato cessit 11. Nouembris 8. Indictionis ann. 1354. in Sarcophagis permagnificis in tertio Sacello ad dextram ingredientis Regiam Ecclesiam Sanctæ Claræ Neapoli custodiuntur. Franciscus Magister Ostiarius, Consiliarius, & Calabriæ Prorex. Nicolaus Senatoria dignitate donatus à Ladislao Rege: dignitas quidem solis Regibus, vel nobilitate præstantissimis tūc dari solita. Iacobus eiusdem Regis Ciambellanus. Ioannottus Regiæ Cameræ Locumtenens. Et Honuphrius Neapoli Domicellus. Armis quoque coruscat gens tua. Linquo Ioannem, de quo supra, à Ludouico Rege, Ioãne primæ Viro, Ordini Equitum Nodi annumeratum; Robertum Equitem Hierosolymitanum ob res præclarè gestas à Magno Magistro Prioratu Sanctæ Euphemiæ donatum, & Bernabum sub Carolo quinto Romanorū Augusto Equitum Ducem præstātissimum S. Iacobi habitu decoratum. Vnum tantùm in medium duco Ioannem nempè Alfonsum Piscara tali militari gloria insignem,

gnem,

gnem, vt ſuper omnem militum manum Carolus Quintus imperandi poteſtatem homini delegauerit; et ob eius nimis egregia facinora à Philippo II. Rege Marchionatum Caſſani, Comitatumque Piadenæ, Caluatonis, Bimaſci, ac nonnullarum aliarum Terrarum in Lombardiæ partibus in retributionem acceperit. Taceo aliorum dominia Oppidorum per tuos antiquiores progenitores quondã poſſeſſorũ, ſcilicet Camerotæ, Burgentiæ, Cãporæ, S. Petri de Diano, Ripæ Candidæ, Caluelli, Caſtri Golphonis, S. Angeli Faſanellæ, Roccæ Romanæ, Macheræ, Fiſciani, et Trecchinæ, præter ea quæ poſſidentur à tua Illuſtriſſima proſapie. Sacra etiam thiara non abſuit à ſanguine tuo. Petrus de Diano anno Domini 1185. feria V. Cinerum à Lucio Papa III. creatus Diaconus Cardinalis tituli Sancti Nicolai in Carcere Tulliano, deindè Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ à Clemente III. quem poſtea Celeſtinus III. in Regno Siciliæ, et Innocentius item III. in Germania primo ſui Pontificatus anno, Legatum Apoſtolicum miſerunt, & in multis controuerſijs Auditorem dederunt. Nicolaus de Diano ex Epiſcopo Theanenſi creato à Bonifatio Papa IX. die 23. Octobris ann. 1393. cum eſſet Ladislai Regis Neapolitanorum intimus Conſiliarius, ſub Gregorio XII. & Martino V. Archiepiſcopus Neapolitanus euaſit. Et Gaſpar eius ex fratre Nepos item Theanenſis Epiſcopus à Gregorio XII. creatus anno 1412. die vltima Iunij, à Martino V. Compſanus Archiepiſcopus delectus 13. Kal. Iunij ann. 1422. ſub Eugenio IV. ann. 1431. Vicarius Vrbis deſtinatus, ac Cleri Reformator, & tandem ad præfatam Neapolitanam Eccleſiam ab eodem Eugenio translatus 7. kal. Martij anno 1438. Cui tanta fuit legum peritia, eruditio, & morum elegantia, vt in Florentino Concilio præclariſſimas ſententias dixerit, Peruſij Rectoriam dignitatem exercuerit, & Alfonſo Aragonenſi Regi primo adeò charus extiterit, vt ſanctioris ſui Conſilij Præſidem deſtinauerit. Petrus legum Doctor conſpicuus Marſicenſem Eccleſiam Epiſcopalem

Chronicon Placẽtin. Vmberti Locati pag. 59. Ex quo corrigendus videtur Alfonſus Ciaconius, qui cognominis fortaſſe hallucinatus affinitate attribuit huic Petro Card. ſtemma familiæ Gianæ, aliàs Giglianæ, loco ſtemmatis familiæ Dianæ. Vide Andream Victorellum rem enucleantem in notis Ciaconianis.

ann

ann. 1456. ſubCalixto III. ſanctiſſimè rexit. Et Marcus Antonius Commendatarius Aquæformoſæ S. Ciſt. Ord. in Calabria adeptus fuit Archipræſulatum Compſanæ Eccleſiæ die 15. Martij 1574. Nullum in Archiepiſcopali dignitate onus fuit,quod non paribus humeris sũma cũ pietatis, decoris,prudentiæque laude ſubierit. De Michaele Angelo ſecundo Caſtelluccij Marchione Genitore tuo,atq; Honuphrio,Ioſeph,& Aloyſio,Patruis,cũ maiorũ ſuorũ virtutes ſuperuenerint, ſuperſtitum modeſtia haud ſinit me in eorũ laudibus progredi. Patere autem Tu Illuſtriſsime Domine,vt quæ ſentio de Te,ac de Illuſtriſſima Vxore Tua Domina,Domna Franciſca eiuſdẽ progeniei Tuæ, Illuſtriſſ.et eruditiſſimi Domini D.Io:Baptiſtæ Piſcaræ de Diano Ducis Saracenæ Sorore, & quæ cæteri ſentiunt, liberè cum admiratione proferre. Ambo ætate pares, & natura placidi, leporem ſuauitate vincitis. Ambo animi candore pellucentes, chriſtallina velut ſerenitate effulgetis. Ambo prudentiæ nitore ſolidiſſimam integritatem operum præclarè ſplendeſcere facitis. Ambo Vaſſallorum iras, & contentiones æqua lance mitigatis, & edomitis. Ambo Religioſos, Eccleſiaſticoſque viros cultu, & obſeruantia ſingulari proſequimini. Ambo mites in pauperes. Et ambo tandem in proximi dilectione benigni. Quibus virtutum ornamentis creſcet,& elucebit in omnem poſterorum memoriam amborum laus, & fama; & quod omnibus votis optamus, Illuſtriſſimæ Gentis Piſcaræ de Diano decus, & gloria æternum perennans, *caneſcet ſeclis innumerabilibus*. Cæterùm habe opus hocce votorum meorum exile monumẽtum, & ne grauare id ſub tuæ protectionis vmbra recipere, ac fouere: huiuſmodi enim benignitatis affectu, & tuæ morem geres propenſioni,& me maximo beneficio cumulabis. Faxit Deus,vt incolumis per Neſtorea ſæcula viuas. Datum ex noſtro Monaſterio Sagittarienſi Anglonenſis Diœceſis quarto nonas Octob. Sanctiſſimo Patriarchæ Frãciſco Aſſiſinati Seraphicæ Religionis Inſtitutori dicata, Dominicæ Incarnationis Anno 1659.

LE-

LECTORI CANDIDO.

EN tibi amice Lector se se exhibet peruoluenda nostra hæc Magni, Diuinique Prophetæ B. Ioannis Ioachim Abbatis, Sacri Cist. Ord. Floris Monasterij, & Florensis Ord. Institutoris Vaticiniorum de Romanis Pontificibus symbolica, & historica explicatio. Verùm enim verò ità à te accipi eam velim, vt non affirmares eam à nobis factam, ac si prophetam profiteamur; sed à tanquam in vaticinijs cœcutiente, & coniectauit nostri paruitas ingenij ex vitis Pontificum Romanorum. A Nicolao autem tertio exordimur, quia ab hoc etiam exorsi sunt Rotæ Pontificiæ eiusdem Magni Vatis optimi interpretes, Hieronymus scilicet Iouiniani, & Paschalinus Regiselmus, symbola explanare; quinimò Paulus Princeps de la Scala, & Hun, Marchio Veronæ, & Dominus Creutzburgi Prussiæ, de Nicolao tertio nostrum Prophetam fuisse per illa verba vaticinatum probat pag. 4. in eorūdē vaticiniorum, & figurarum explicatione, nobis ad legendum commodata à nobili viro Patritio Cusētino Domino Ferdinando de Stocco Theologo præstantissimo, Philosopho clarissimo, Mathematico celeberrimo, Astrologo perfectissimo, non modò Latij, sed Græcæ, & aliarum linguarum non ignaro, Poeta nobili, atque oratoria arte claro, tantæque virtutis, & auctoritatis est, vt ad eum non mediocris Ordinis Calabri conuolent veluti ad oraculum nostri huius sæculi. Hic ille est, qui cum vidisset Cusentiæ in nostro Venerabili Monasterio B. Mariæ Pietatis nostram B. Ioannis Ioachim mirabilium veritatem defensam, eamque nimis commendasset, adeò apud nos sua auctoritate præualuit, vt ad eius instantiam præfatorum vaticiniorum opusculum præter intentionem onus susceperimus enucleandū; quod facilè explicauimus Pauli Principis de la Scala antedicti adiutorio: & si quid laudis est in hisce laboribus nostris, potior pars huic potiùs, qui exemplum reliquit, & Coloniæ Agrippinæ typis dedit anno 1570. quàm nobis est tribuenda, vt nostri dictat ingenuitas animi. Cæterum in Pontificum Vitis noua non confingimus; sed vetera in memoriam reuocamus; & ideò si neui aliqui tibi Lectori occurrent, non nobis, sed Auctoribus, quos pro maiori cautela nostra ne dum citauimus, sed veluti exarauimus, sunt ascribendi; immò verè ipsis Romanis Pontificibus, qui ità in Pontificatu se gesserunt, vt aliter de ipsis dici nequiuerit: prædicabilitas enim rei essentiam sequitur; & nec bonis Christianis permissum est mentiri, & dicere bonum malum, & malum bonum. Verùm enim verò malum illud, quod de Pontifice aliquo prædicatur, non Romano Pontificatui, sed personæ solummodò cui consignatæ Catholicæ Ecclesiæ claues est imputandum, quinimò peccatis Populi, sacra scriptura docente. *Deus facit regnare hominem hypocritam propter peccata populi.* No- *Iob cap.34.n.30.* bis ergo, nostrisque culpis attribuamus Præpositorum nostrorum malitiam. Hodie (proh dolor) omnes se exhibent alienorum delictorum solliciti, & anxij spectatores, suorum nec recordantur quidem: & deberent ad hoc certè attendere, propriam Deo culpam fateri, eiusque misericordiam implorare, ac *esse subiectos cuiuis humanæ creaturæ propter Dominum*

minum

minum, siue Regi, tanquam praecellenti, siue praesidibus non solum bonis, ac humanis, verùm etiam prauis, & discolis, vt mandauit Petrus, primus Iesu Christi Vicarius. Et Coapostolus eius etiam, *Omnis anima*, inquit, *potestatibus sublimioribus subdita est: non est enim potestas nisi à Deo: quae autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit; qui autem resistunt: ipsi sibi damnationem acquirunt*. Et propterea idem Paulus scribens ad Hebraeos ad Praepositorum nostrorum obediētiam nos inanimat, tanquam illorum, qui supremo Iudici Deo animarum sunt nostrarum reddituri rationem. Quod etiam Sanctissimus Confessor Domini, Monachorum Pater, & Dux Benedictus non tacuit in sua Regula agens de Abbate. Laeto igitur animo, ridentique vultu accipe candide Lector quos tibi offerimus nostrae industriae fructus, & vtere ad maiorem Dei gloriam, & nostri Beati Ioannis Ioachim Abbatis Florensis ornamentum. Vale, foeliciùsque vale, & orare pro me peccatore apud Deum, vt dignus efficiar gratia eius.

Petrus Apost. epist. 1. cap. 2.

Paulus ad Romanus cap. 13.

Idem ad Rom. c. 12.

Benedictus Abbas in Regula cap. 2.

A

VATICINIORVM MAGNI PROPHETAE B. IOANNIS IOACHIM

De Romanis Pontificibus historica, & Symbolica explicatio.

AVCTORE

B *Reuerendiss. P. D. Gregorio Lauro, Abbate Sagittariensi, S. Cisterc. Ordinis.*

VATICINIVM I.

B. Ioachim Abbas Floren. Nicolaum tertium Romanum Pontificem præsagit.

Stellas congregabit, vt luceant in firmamento Cæli.

C

D

E

Ascende calue, vt ne amplius decalueris, qui non vereris decaluare sponsam, vt comam vrsa nutrias: vade, pasce columbam granis purissimis à fera pessima con- *Ioachim Abbas in libello prophetiarum circa futuros Pontifices, & eorum actiones. Vaticinio 1.*

 culcan-

culcandis: sed caue ne fatua pietate delusus, grana infecta, cum quibus vrsam pascis, columbæ non propinos, quæ cibo infecta grauiter infirmet, tardè, & difficulter curanda. Nicolai tertij, Romani Pontificis vitam callentium, non est qui ambigere possit, de eo Ioannem Ioachim per adducta non fuisse vaticinatum, & in præposita vaticinio figura præostensum. Is enim primus qui fuerit de Vrsina familia Pontifex, vt testatur Paulus Princeps de la Scala in hunc locum, septimo Kalendas Decembris, anno Dom. 1277. Ioanni vigesimo, aliàs vigesimo primo, Viterbij suffectus, cum antea Ioannes Caietanus diceretur, è nobilissima, & antiquissima pariter Vrsinorum familia, tituli S. Nicolai in Carcere Tulliano primò, anno Domini 1244. in Quatuor Temporibus Aduentus Domini, Diaconus Cardinalis ab Innocentio quarto creatus; deinde Archipresbyter Sancti Petri, à prædicto Ioanne Papa, vir alioqui præstantissimus, & morum maiestate clarissimus, malo exemplo suos admodum adamauit. Et ideò Vates appellauit eum *caluum* idest nudum, *& non amplius decaluandum*, idest denudandum; nam Petri sedē conscensus, *non verebatur decaluare sponsam*, nempe spoliare Romanam Ecclesiam, cuius Episcopus erat, *vt comam vrsa nutriret*, idest sibi sanguine iunctis prospiceret. Nihil enim non omisit, vt Caroli Andegauensis Siciliæ Regis potentiam imminueret, & *stellas congregaret, vt luceret in firmamento Cœli*, hoc est potentia superaret Vrsina gens reliquas Romanorum familias. Duos proinde Vrsos, hanc ob rem nutriuit, idest duos sibi sanguine iunctos, Bertoldum nempe Vrsinum, & Latinum Cardinalem, ex sorore nepotem, ad summa; & eximia rerum fastigia euexit: cum Romaniolæ Comitem, hunc Hetruriæ Legatum cōstituens, quorum opera fieret voti compos. Dum itaque Regem Carolum nimis persequeretur, quia Gallum potius, quàm Italum in Pontificem eligendū repoposcerat, & nuptias fratris eius, filiæ nepti suæ, cupidè oblatas ab ipso, tanquam impares refutauerat, & suos nimis amaret, multaque eis condonaret, multa etiam Ecclesiæ decedebant, ideoque ait. *Vade, & pasce columbam*, nempe Ecclesiam, *granis purissimis*, idest purissima, & optima religione, pietate, proposito, & intentione: quo nomine, cum litteris, & nuncijs Rodulphi Imperatoris receperat Romaniolam omnem pro Ecclesia, atque etiam Bononiam, & Hetruriam omnem opulentissimas, & feracissimas prouincias: sed *à fera pessima conculcandas*. Hoc est à præfatis duobus Vrsis. Quapropter Pontificem monendo inquit. *Sed caue, ne fatua*, idest ficta pietate, *delusus, grana infecta*, idest bona Ecclesiæ abalienata, *quibus vrsam pasceret, columba propinaret*, hoc est Ecclesiæ vniuersali obedientiam, & pietatem simularet, *quæ cibo*, supple simili, *infecta*, idest ad infirmitatem vsque perducta, adeò *grauiter infirmet vt tardè, & difficulter*, idest sine graui incommodo, & damno rerum Christiani Orbis, *curari possit*. Vnde tandem non tam Patrum, quam Populorum odium incurrit. Huic enim Pontifici in animo fuerat, duos Reges creare, vtrumque de sua familia Vrsina, quorum alterum Hetruriæ, alterum Lombardiæ præficeret. Qui illinc Germanos ab Alpibus, hinc Gallos, Siculum, ac Neapolitanum Regnum tenentes, armis in officio continerent. Quod vt ei facere facilius potestas esset, Caroli Regis vires, ei nimium suspectas, quas conatibus suis refragaturus existimabat, contundere proposuit. Paleologum Constantinopolitanum Imperatorem, à Carolo vexatum, fouendum, tuendumque suscepit. Petro Aragonentium Regi, opera Domini Ioannis Prochytæ, suasit, vt iure hæreditario Con-

Alfonsus Ciaconius in eius vita, & Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 20.

A Constantiæ Vxoris suæ, olim Manfredi Siciliæ Regis filiæ, Siciliæ Insulam Carolo adimeret. Eundem Hetruriæ Vicariatu priuauit. Ac Senatoriatus munus, quod detinuerat, eripuit; lege adiecta, qua cauebatur, ne Imperatori, Regi, Principi, Duci, Marchioni, Comiti, neuè fratris filio, aut nepoti ipsorum, aut alicui, quauis polleret potestate, aut honore, Senatoriam dignitatem, aut alium Magistratum Romæ petere, vel obire liceret: neque Vrbs à quoquam quocumque nomine vltra vnius anni circulum regi posset, nisi id Romanus Pontifex publicis Apostolicæ Sedis litteris specialiter indulsisset. Quò in decreto hæc inter cætera posuit, quibus contumaciam quoque Romanorum erga Apostolicam Sedem perstrin-
B xit. [Nonne Romana Ciuitas sub regentis eo tempore nefando subuersa regimine ipsam Vrbem speculum fidei tanta respersit infamia, vt à matre sua Romana Ecclesia filia prædilecta deuiare compulsa, quondam Conradinum, qui de venenosa radice Friderici quondam Romanorum Imperatoris colubri tortuosi iusto ipsius Ecclesiæ iudicio reprobati prodijsse videbatur in regulum, quique ad exterminium Romanæ matris Ecclesiæ manifestis indicijs vnà cum suis fautoribus aspirabat, in contemptum Dei, suæ matris, ac ipsius Vrbis opprobrium patenter exciperet, recepto faueret, constituens se per hæc tam patentis matris suæ Ecclesiæ filiam adiutricem?] Hetruriæ Vicariatum Rodulfo Romanorum *Apud Carolum Sigonium lib. cii.*
C Cæsari tradidit. Dein ad Rodulfum Cæsarem conuersus, grauiter se offensum ostendit, pro eo quod, vt Gregorio decimo Pontifici promiserat, adhuc neque in Italiam ad coronam suscipiendam venisset, neq; ad Hierosolymitana recuperanda loca se comparasset: ac pro Vicariatu Hetruriæ restituto, ab eo Romaniolæ Comitatum poposcit, quem Romanorum Reges iam inde à Friderico primo sibi in magna contentione retinuerant, cum ad Ecclesiæ ius pertineret ab antiquo. Cæsar autem partim ipso Hetruriæ vicariatus beneficio delinitus, partim Nicolai gratiæ fouendæ cupidus haud inuitus fecit, vt Romaniolæ Comitatum etiam publicis litteris Pontifici consignaret, atque restitueret. Rege Carolo Senatoria *Auctores citati, & alij cum Platina, & Tarcagnota.*
D dignitate orbato, seipsum Pontifex Senatorem perpetuum cõstituit. Romaniolæ Comitem Bertoldum, & Hetruriæ Legatum Latinum Malabrancam Episcopum Cardinalem Ostiensem Ordinis Prædicatorum, eius ex sorore Nepotem instituit, vt diximus. In Hetruriæ Ciuitatibus Magistratus pro animi arbitrio creauit, & ipsorum Respublicas nouis edictis èditis constituit, pacauitq; restitutis vbiq; Gibellinis, inque Romani Pontificis verba iurare iussit. In Hetruria Imperij iura repetijt, ac Ciuitatibus, accepta priùs grandi pecuniarum summa, libertatem indulsit. Vniuersum Imperium, Rodulpho Romanorum Rege annuente, quatuor in partes distribuit, Germaniam hæreditario iure Rodulfo Cæsari dandam censue-
E rat. Regnum Arelatense quod dotis nomine tradere constituerat filio Rodulphi Cæsaris Regi Carolo Andegauensi inimico adimere volebat. In Italia Lombardiam, & Hetruriam distinxerat, quas Prouincias Regijs titulis tribuere tentabat, & tradidisset vtique, nisi eius conatus, & vires intempestiua mors intercepisset vndecimo Kal. Septembris, anno Domini 1280. Nam vtpote amoris propinquorum tenacissimus tantis opibus, diuitijs, clientelis, Castellis, auro, argento, & rebus omnibus suos abundauit, & S. Angeli Arcem (Ecclesia tantùm excepta) Vrso fratris sui filio dedit, vt omnia hæc gradum sibi ad sequentiũ temporum pararent euentum. Hinc facilè intelligitur figuræ sensus. *Seges spicis vberibus, & crebris*

bris in ſiniſtra manu, ſuper quam columba ſidit, ſunt bona Eccleſiæ, quæ per columbam ſignificatur. *Huius ſegetis grana*, fructum ſcilicèt bonorum Eccleſiaſticorum, *tradit dextra manu*, munificè, & liberaliter confert, *duobus vrſis*, nempè duobus Nepotibus, vt *luceant in firmamento Cæli*, hoc eſt præfulgeant regia dignitate, *ſuper ſegetem, & columbam*, ideſt ſuper fines Italiæ, ſiuè Eccleſiæ, quos defendant, & tueantur contra Germanos, & Gallos, vt diximus. Cæterum fuit Nicolaus tertius magni animi, atque conſilij vir, optimè compoſitus, & vita caſtiſſima, adeòque vt etiam virgo à pleriſque creditus ſit. Cultor, & amator doctorum hominum, & maximè eorum, qui prudentiam, atque pietatem doctrinæ adiunxiſſent. Quod autem in Nicolao tertio Vrſino, vt etiam in nonnullis alijs Pontificibus præter ſummas virtutes, & laudes illorum, hiſtorijs traditas, hæc quoque, & alia quædam vitia, neique deprehendantur, peccatis populi eſt tribuendum, vt in præfatione diximus.

Auctores citati, & Genebrard. lib. 4. Lucas Vuading. tom. 2. Annal. Min. & Ægidius Card. Viterbieſis apud Andreã Victorellum in notis ad Alfonſum Ciaconiũ in vita Nicol. 3.

A B

V A T. II.

Martinum ſecundum præoſtendit.

Clauibus claudet, & non aperiet.

C

D E

Post Lunam aſcendet Mars, ſitiens ſanguinem baptiſmalem: aſcendet autem de turri

Ioach. Abbas libello nuper cit. vatic. 2.

A *turri ad altissimum solium, qui solium clarissimum obscurabit cum lilio, & cruce aquilam cruciabit. Minime ædificabit mihi templum, quia vir sanguinis est: zelo immoderato, virtute simulata, denigrans, & dissipans superflua: solus coarctans pacem, deuorans vniuersa.* Post *Lunam*, hoc est Nicolaum tertium, qui quoad Ecclesiam decreuit, & quoad suam familiam, quam Ecclesiæ, & aliorum fortunis ditauit, & euexit, creuit; resque admodum dubias post se reliquit. *Ascendet* (inquit) *Mars, sitiens sanguinem baptismalem, ascendet autem de turri, ad altissimum solium.* Hic fuit Martinus Papa secundus, dictus aliter quartus, Simeon de Bria antea dictus, natione Gallus, Patria de Turri, Presbyter Cardinalis Sanctæ Ceciliæ, ex Thesaura-

Platin. in Vit. Martini quarti, & Ciaconius in Vita Vrbani 4.

B rio Metropolitanæ Sancti Martini Turonensis Ecclesiæ anno Dom. 1237. Mense Decembri ab Vrbano quarto creatus, qui Nicolao tertio suffectus octauo Kalendas Martij, die Cathedræ Sancti Petri dicata, anno Domini 1281. *ad altissimum* Romani Pontificis *solium ascendit, & sanguinem baptismalem sitiuit*, quia bellum contra Foroiulianos, Ecclesiæ subditos, ab Ecclesia deficientes in Flaminia gessit; & causam dedit, vt Michael Palæologus Constantinopolitanorum Imperator, fœdere inito cum Petro Aragonensium Rege, aduersus Carolum Andegauensem Siciliæ Regem bellum gereret atrocissimum. Siquidem in Regis Caroli gratiam, *solium clarissimum obscurauit*, idest Michaelem Constantinopolitanum

Plat. in Vita Martini quarti, Ioannes Tarcagnota in historijs Mundi lib. 15.

C Imperatorem, Lugdunensis Concilij decreta non seruantem, atq; Græcos omnes anathemate perculsit. *Cum lilio* quoque, *& Cruce aquilam cruciauit.* Nam auxilio Siciliæ Regis Caroli, fratris Ludouici Regis Gallorum, Imperatorem Palæologum anathemate notauit, suisque actibus noui motus in Gallia Cisalpina sunt oborti, Turriani potentissimi Mediolana Vrbe exacti, Florentini, & Lucani grauissimis incursionibus per Luchinũ in Hetruriam Vicarium ab Imperatore missum, spretis Pontificijs interdictis, vexati, atque inter Reges funestissimæ clades secutæ. Proindeque *minimè ædificauit Ecclesiam Domino Templum, quia vir sanguinis fuit.* Nam inter cætera, superbiam, libidinem, aliosq; Gallorum mores Siculi am-

D plius ferre non valentes, Petro Aragonentium Rege magnis copijs, & Palæologi Græcorum Imperatoris ingenti auri summa instructo, in Sardiniæ Insula conspirationis effectum expectante, Domini Ioannis Prochytæ, Insulæ Prochytæ Tramontis, Cagiani, ac Postillionis Domini, & quondam Manfredi Regis Medici, magnoque eiusdem Regis Prothonotarij, suasu, & miro astu feria secunda Paschatis Resurrectionis anno Christi 1281. vllo sexus, ætatisue ordine seruato, Gallos omnes in tota Insula ad primum Vesperarum nolæ sonitum enæcarunt: Vsque adeò in eos sæuitum fuit, vt etiam proprijs Insulæ mulieribus non pepercerint, quæ è Gallis grauidæ effectæ suspicabantur. Vnde Vesperarum Sicula-

D. Ferdinand. della Mara Dux Guardia in suo opere de familijs estinctis, aduenis, &c. cum de familia Fasanella. §. Quello.

E rum adagium emanauit. Quapropter Martinus secundus *immoderato zelo*, quo ergo Carolum afficiebatur, & quem Senatoria dignitate donauerat vix Pontifex consecratus, ob quod malè vndique sentijt, cum eares magnas in Vrbe seditiones esset excitatura, & *virtute simulata, denigrauit, & dissipauit, quæ residua erant.* vt Carolus, Regis Caroli filius, vulgò Claudus cognominatus, crescentibus inter Reges vltrò, citroq; iurgijs, magna calamitate effectus, & ingenti suorum clade superatus à Rogerio de Laurea, Calabro, Aragoniæ classis Duce, haud nimis longè à Neapoli, in Siciliam primò, dein in Aragoniam captiuus fit abductus. Vnde Martinus Caroli miseria, & calamitate motus Aragonensem Regem

gem excommunicauit, Aragoniam, proprium Petri Regnum, primo occupanti in prædam dedit, eius subditos à iuramento fidelitatis absoluit, & Cruce signatos contra eum, tanquam bonorum Ecclesiasticorum inuasorem concitauit. Vnde cruentum bellum inter Philippum Gallorum, & Petrum Aragonentium Reges est secutum. Atque ita dum *solus coarctaretur pacem*, & suppetitias Regi Carolo, *deuorauit vniuersa*, quia intestinis odijs, & bellis vniuersa in ruinam sunt conuersa. Et ità *clauibus clausit, quod aperire debebat*, nam vt Reges inter pacem inirent, non omnem omninò industriam adhibuit, Ecclesiæ cura peruigili præpeditus, ac Palæogolum, & Aragonem anathemate perculsit. Cæterum tanti apud Deum meriti extitit iste Romanus Pontifex, vt lenta eo febri vexato, & tandem anno Domini 1285. septimo Kal. Aprilis, sui Pontificatus anno quarto, mense vno, & diebus septem, ad superos delata eius anima, ad eius Sarcophagum multi valetudinarij, claudi, & cœci delati, pristinam sanitatem, & expetitam valetudinem sint consecuti. Figuræ tandem sensus est. *Baculus, quem dextra tenet Pontifex, cum lilio, & Cruce, quasi aquilam ferientem*, Martinum Papam excommunicantem Petrum Aragoniæ Regem, eius regnum primo occupanti concedentem, nempè Galliarum Regi, significat.

CAP.

A

V A T. III.

Honorium quartum prædicit.

Duros corporis sustinebit labore.

B

C

D

Accipe supplantator excelsos honores, arbor inutilis, & infructuosa: & quid cogitas te facturum ingentia, cum sis corpore, & mente debilis. Implere quæ *Abb.Ioach.in opusc. cu.vatic.3.*
E *cogitas, non valebis, quia modicum vigilabis, citò dormies, & non surges, semper in tribulatione viues, quamuis parum.* Martino secundo, Gallo, è viuis sublato, Iacobus, è nobilissima gente Sabella Romæ satus, & ab Vrbano quarto anno Domini 1261. Mense Decembri creatus Cardinalis Diaconus tituli Sanctæ Mariæ in Cosmedin, sub nomine Honorij quarti *excelsos honores accepit* quarto nonas Aprilis anno Domini 1285. in quo Perusij Romanus Pontifex designatus, & eiusdem anni 17. Kal. Maij, in quo Romæ in Ecclesia Principis Apostolorum, manu Gottifredi de Alatro, Diaconi Cardinalis tituli Sancti Georgij in Velabro, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconi, thiria Pontificia coronatus. *Supplantator*, factus

est,

Blasina in Vita Honorij quarti.

est, quia etsi neminem lædere, & omnibus prodesse, in suo Pontificatu A
constituisset, Petri tamen Aragoniæ Regis prouocatus iniuria: siquidem Siciliæ Regnum pro se conabatur occupare, Martini secundi interdicta, aduersus Aragoniæ Regem emanata, confirmauit. Etiam *arbor inutilis, & infructuosa* factus est, nam dum Edouardus Angliæ Rex Vasconiam se confert, compositurus pacem inter Carolum Andegauensem, Claudum cognominatum, quem capite præcedenti diximus bello captum, & in Siciliam primò, & deinde in Aragoniam traductum, ac Alfonsum Petri primogenitum, Aragoniæ Regem, (Petrus enim ex vulnere die 14. Augusti 1285. in vultu apud Gerundam à Gallo quodam, Galliarum Regis equite, sibi illato, è viuis excesserat, & Alfonso, & Iacobo, eiusdem filijs B superstitibus, huic Siciliæ Insulam, illi verò Aragoniæ Regnum in testamento legauerat) confecta iam ex sententia res erat, ac de Caroli Claudi libertate agebatur, cùm interim Gerardus Blanchus, Parmensis, Episcopus Cardinalis Sabinus, & Apostolicæ Sedis Legatus, ac Comes Atrebatensis, suffragante Rinaldo Auellini Comite, Cathaniam, Siciliæ Insulæ magni nominis Vrbem, occupant, & eò ex Hetruria collectas militum manus transmittunt. Quam ob rem pace infecta in proprios lares se recepit. Deinde Honorius superato Guidone à Montefeltro Romandiolam conturbante, & ea pro Ecclesia recuperata, *cogitabat se facturum ingentia*, idest mente voluebat non pauca, & plurimum ad propositum suum C conferre putabat, quod Rodulfus Romanorum Cæsar, comparandæ pecuniæ studiosus, Perceualli Flisco, Iannuensi, Generali Imperij in Hetruria Vicario, magni animi, & prudentiæ viro, ad id faciendum delegata auctoritate, Hetruriæ populos liberos faciebat, & eos potissimum, qui sua libertatem auri summa redimebant. Quæ venditio, quamquam tanto Principe indigna videretur, Honorio quarto non displicuit: nam ea ratione Ecclesiæ imperium tutius futurum videbatur, cum amplius Imperatori non liceret, liberis, & sui iuris Ciuitatibus negotium facessere, easdemque vexare in futurum. Itaque quamuis *mente* propter Gallicas factiones, quia vbiq; Gallorum Regum partes fouit, *& corpore* propter podagram, & chyragram, quibus adeò vexabatur, vt sacris vacare studens, D sede, & instrumentis quibusdam, ad id aptè fabrefactis, diuinis altaribus sacrificabat, *debilis fuerit*, plurima tamen cogitabat perficere, *quæ implere non valuit, quia modicum vigilauit*, idest summi Pastoris officium exercuit: nam *citò dormiuit, & non surrexit*, quia sui Pontificatus anno secundo, & die 2. obdormiuit in Domino, tertio nonas Aprilis anno Dominicæ Natiuitatis 1287. Romæ apud Sanctæ Sabinæ Palatium in monte Auentino, & ad sacrosanctam Petri Basilicam magna funeris pompa sepultus. *Semper in tribulatione vixit, quamuis parum*, vt patet ex dictis. *Caput penes Pontificis, & famuli pedes descriptum*, denotat mortem Regis Petri de E Aragonia, qui ex vulnere sibi in vultu illato, vt dictum est, occubuit. *Famulus autem capite cooperto cum trunco*, significat Ioachim Abbatem, siue eius spiritum propheticum, qui Pontificem admonet intrepidè, vt supra.

supra pag. 5. E.

Ioannes Tarcagnota in hist. Mūdi lib. 15.

Blondus, Platin. Sabellicus, Abbas Trithemius, Ioann. Cuspinianus, Albertus Krantius, & Nauclerus apud Carolum Sigonium de Regno Italiæ lib. 20.

CAP.

A

VAT. IV.

Nicolaum quartum prænunciat.

Oriens bibit de calice iræ Dei.

B

C

D

Omninò ad maximum gradum aſcendiſti miſer, de cœloſtellato regnans planeta, deſcendiſti in baratrum vanitatis, primam ſponſam viduam relinquens. Heu, heu imprudens, & inutilis qui es totus circa turpe nutrimentum Veneris
E *occupatus: ad terram benedictionis non cogitas: tua in parte negligentia perdendam: cum hæc audis, irremediabiliter luge, erit enim tribulatio, qualis non fuit ab initio, vſque modò: quadratè viues, & ſubitò morieris es mortis:* in alijs opuſculis legitur: *vir mortis es, ſed aliqua bona merita ſunt in te,* in alijs opuſculis legitur *inuenta ſunt in te. Cede igitur maiori, & meliori te, quia Dominus tranſtulit regnum tuum. In oriente commotio, & poſt commotionem ignis deuorans vniuerſa.* Hoc vaticinium in noſtri Diuini Vatis opuſculo à Typographo quinto loco fuit collocatum, cum tamen in alijs opuſculis, vt obſeruauit Regiſelmus, quartum locum ſibi iure vendicet, auctore ita decernente, & per figuram vaticinio in libello præfixam

Paſchalinus Regiſelmus in notis ad Vaticinia Pontificum huius B. Viri Abb. Ioach. Vaticin. 5.

fixam explicante, vt si *Pontifex sacra chiara coronatus in cathedra sedens medius*, & ex parte sinistra *Vidua, cui manum humeris apposuit, ac si vale diceret*, & ex parte dextera *Iuuencula, cui porrigit poculum vini manu dextera, quam Draco morsu impetit*. Cuius sensus est, quod Honoriò quarto Sabello subrogari debebat Pontifex, sub cuius Pontificatu *oriens bibiturus erat de calice iræ Dei*, hoc est sub eius Pontificatu Suldanus Orientales Christianorum regiones truculenter infestaturus erat. Is fuit Nicolaus Papa quartus, Arminilai Tinæi filius, natione Picenus, Patria Asculanus, Hieronymus antea appellatus, olim Sancti Francisci Assisinatis discipulus, & sui Ordinis Frater, in locum Sancti Bonauenturæ, Lugduni anno Domini 1274. sui Ordinis Generalis Minister creatus, deinde ex Generali Ministro Patriarca Hierosolymitanus à Nicolao tertio designatus, mox ab eodem Presbyter Cardinalis Sanctæ Pudentianæ tituli Pastoris anno Domini 1278. sui Pontificatus anno primo, tertio Idus Martij, postea Episcopus Cardinalis Prænestinus anno Domini 1281. 10. Kal. Aprilis à Martino secundo, aliàs quarto declaratus, vir humili genere ortus, at omnibus numerus eruditus. Hic inquam post Honorij quarti obitum decem mentium, ac dierum tredecim interregno secuto, *omninò ad maximum gradum ascendit miser*, idest ex humili genere ad Pontificatum maximum tandem ascendit octauo Kalendas Martij anno Domini 1288. & *de cælo stellato regnans planeta*, hoc est ex Seraphico Ordine, in quo erat Minister Generalis, & veluti planeta regnans præerat Minoritis, *descendit in baratrum vanitatis*, idest ad sæculi huius delitias, pompam, luxum, curas, atq; molestias, *primã sponsam viduam relinquens*, idest Seraphicam Religionem, seù vitam deserens. Doletque Vates, quod ille, *imprudens totus circa turpe nutrimentum Veneris*, idest sæculi huius fastigium, *occupatus, ad terram benedictionis* hoc est ad Terram promissionis, nempe Palestinam, Terram sanctam, Syriæ celeberrimam prouinciam *non cogitaret sua in parte negligentia perdendam*. Ideoque illum hortatur, vt se *audiret, & irremediabiliter, idest inconsolabiliter lugeret*, prædicens, *erit enim tribulatio, qualis non fuit ab initio, vsque modo*. Quod & euentu fuit comprobatum. Nam sub eiusdem quarti Nicolai Pontificatu varijs in Vrbe seditionibus ortis, varijsque Christianorum Principum dissidijs fretus Suldanus Ægyptius Antiochiam, Tripolim, Sidonem, & Beritum, præclarissimas Syriæ Vrbes, nemine penitus subsidium Christicolis suppeditante, Christianorum præsidijs trucidatis, vi cæpit, captas diripuit, & direptas incendit. Remanserat tantùm pro Christianis in Palestina Vrbs Ptolomais antiquitùs dicta, nunc Acon, quæ ad Tribum Aser pertinebat, amæno montis iugo clausa, optimè munita, cincta muris, & ante muralibus, turribus, fossis, triangularem in modum clipei habens formã, cuius duo latera mari iunguntur, tertium verò terræ planitiem respicit, agrum feracissimum, optima pascua, vineas elegantes, & hortos habens amænissimos, in quibus diuersi generis fructus colliguntur. Hæc tamen Vrbs ad biennium inducias obtinuerat à Sultano. Ad hanc tandem aduertit Nicolaus Pontifex, & ære suo ad mille, & quingentos ad Christi vexillum accitos milites sine Duce, nullis signis, & auspicijs in Syriam misit. Qui sine vllo ordine Ptolemaidem accedentes, non minora Christianis, quam Sarracenis damna intulere. Suldanus cum res ab Ecclesiæ ministribus de Sarracenis per inducias ablatas repetijsset, & nec a Christianis redditæ essent; ira exardescens, omnibus nostris vltimum excidium

est

Ciacon. in eius vita.

Platin. in vita Nicol. 4. Tarcagn. lib. cit. & alij cum Ciacono.

A est comminatus. Magnum inter Christianos proceres de Ptolemaidis possessione ortum certamen erat. Nam Patriarcha Constantinopolitanus, Templarij, Theutonicorum Ordo, Rex Cypri, Carolus secundus Siciliæ Rex sibi vindicare contendebant. Pisani itidem tanquam ad se pertinentem repetebant. Quos, bellum in Hetruria excitatum, ab ea expeditione auertit. Fuerat inter Carolum secundum Andegauensem, & Iacobum Aragonum, Petri Regis demortui filium, opera Edoardi, Anglorum Regis, hisce conditionibus pax inita, vt Rex Carolus liber dimissus, operam daret, vt Carolus de Valois, Philippi, Gallorum Regis, secundus genitus, cui Martinus secundus, aliàs quartus, Aragoniæ Regnum
B concesserat, cunctis Aragoniæ iuribus, quæ à Martino Pontifice habuisset, cæderet; & suis expensis Iacobum Aragonum in Siciliæ Regem legitimo iure constitui, & coronari faceret. Quod nisi triennij spatio id effecisset, in carcerem se redditurum pollicebatur, datis eam ob rem obsidibus filijs suis, Roberto nempe, qui postea Neapoli regnauit, & Ludouico, qui piè acta in ordine Minorum vita, in albo Sanctorum meruit referri, ac quinquaginta sua ex Aula nobilitate præstantioribus nobilibus hominibus, solutis insuper trigentis millibus argenti marcis. At quia Carolus Claudus, quinto à suæ captiuitatis anno dimissus, & in Gallias productus, nihil à Comite Carolo Valois de Aragoniæ Regum iuribus remittendis impetrauerat; quinimmò Romæ à quarto Nicolao honorificè susceptus, Regni confirmatione obtenta, die Penthecostes, de Pontificis manu vtriusque Regni tertio Kal. Iunij anno 1289. diadema susceperat, & vtriusque Siciliæ Rex appellari se fecerat. Displicueratque Aragono, quod vtriusque Regni titulos Carolus præter Sacramenti fidem à Pontifice suscepisset; ideò mox Caietam appulsus Iacobus Aragonus, eius oppugnationi totis viribus insistebat hoc tempore. Et ne quid deesset ad Christianorum Occidentalium quietem perturbandam, Orientalium verò vltimum exitium accelerandum, inter Philippum Galliarum, & Edoardum Angliæ, Reges, grauissimum bellum est exortum. Quæ res sicut

Auctores cit. & aly.

C (margin letter beside "dis impetrauerat")

Alfonsus Ciaconius in Vit. Nicolai 4.

Auctores omnes citati, & aly.

D Christianos in Syria mirificè perturbauit, ac omni auxilio destituit; sic hostibus nostris delendi in oriente Christianum nomen audaciam adauctauit, & spem certissimam dedit. Suldanus enim qui tunc ægrotabat, & paulò post mortuus est, ad centum quinquaginta hominum millibus, Milesaito, eius filio, Duce, Ptolemaidam miserat, qui post aceram Vrbis obsidionem, Vrbem tandem ingressus, cæsis sexaginta millibus Christianis, flamma eam consumpsit. Ac ità Christiani Terram benedictam, & sanctam, quam sub Gottifredo Bulione anno Domini 1099. omninò occupauerant Vrbano secundo in Cathedra Petri sedente; anno Domini 1291. mense Aprili sub Pontificatu Nicolai Papæ quarti omnino deper-
E dere. Instabat Nicolaus Pontifex, vt Rodulfus Romanorum Imperator in desertam Christianis Syriam traijceret, vel suas copias mitteret; at per id tempus pridie kal. Octobris in oppido Spirensis agri, Germaniæ Kain, è viuis excessit Rodulfus anno Domini 1291. sui Imperij 18. ætatis 74. Nicolaus etiam animi tædio turbatæ nouis rebellionibus Romaniolæ nuncio, simulque amissæ Ptolæmaidis, ac totius Terræ sanctæ dolore, quodque malè sibi omnia cedere videret, & quod etiam plusquam decebat Pontificem, in partes declinauerat, Romæ hominem exuit pridie nonas Aprilis, anno Dominicæ Natiuitatis 1292. Idcircò subdit Propheta Ioachim, *quadrante vines, & subito in Babylone* hoc est in confusione *mo-*

rieris. Quatuor enim tantum annos, mensem vnum, & dies quatuordecim in Pontificatu vixit. *Vir (* inquit*) mortis es: sed aliqua bona inuenta sunt in te*. Nam omnes pariter amabat, & cognatis verò neminem, quibus non plus se debere arbitrabatur, quàm cuiuis bono, & præstanti viro. Virtutes, & vitia erant illi incitamenta, vt in hunc magis, quàm in illum inclinaret. Cæterum quia vir mortis erat, ob causas prædictas, subdit Vates, *cede igitur maiori, & meliori te*, ideſt Celestino quinto: *quia Dominus transtulit à te regnum tuum*, hoc est Pontificatum tuum. *In oriente commotio*, ideſt Christianorum discordiæ, *& post commotionem ignis deuorans vniuersa*, hoc est Suldanus Ægyptius truculenter deuorans, dissipans, & destruens vniuersa. Tandem *vidua librum manu tenens*, Monasticam vitam, quam ante Pontificatum in Seraphica Religione ducebat, significat; *Iuuencula à dextris Pontifici ministrans*, huius sæculi culmen, & gloriam portendit; & *Draco, qui morsu impetit poculum vini*, Suldanum, qui Pontificem Nicolaum quartum, ac vniuersum Christianum orbem ineffabiliter conturbauit, ac feracissimam Syriæ Regionem, Palestinam nempe, Christicolis omni feritate ademit.

A B C D E

VAT,

A

VAT. V.

Celestinum quintum prædiuinat.

Vox vulpina perdet principatum.

B

C

D

Benedictus, qui venit in nomine Domini, cœlestium contemplator. Qui simplex eductus de terra tenebrosa ascendit, & descendit: nam vox gemina, &
E *vulpina ipsius principatum vorabit, & tribulatus peregrè morietur. O quàm dolor erit Sponsa de casu legitimi sponsi, ad deuorandum traditura Leom. Cur ò simplex homo sponsam dimittis, truculentis canibus latrantibus tribuendam? Cogita nomen tuum, & prima opera: & fac vt recipiaris in partibus orientis.*
Hactenus Ioachim magnus Propheta in vaticinio quinto loco imprimẽdo, sed quarto loco à Typographo, sui libito quarto vaticinio cum quinto transferente, impresso. Istæ prophetiæ ità sunt dispositæ, vt ex ordine Pontificibus immineant. Sensus ergo est prophetiæ huius, vt Pontifex, qui Nicolao quarto erant sustituendus, sanctus, & pius existens, vafra, atque vulpina quorundam persuasione deceptus, summo vniuersalis Ecclesiæ

Ioachim in opusculo citat. vatic. 5. sed in ordine quarto.

clesiæ Pontificatui cedere debebat. Et ità euenit, vt prædixerat Propheta sanctus. Siquidem scissis diabolico astu suffragantium studijs, nam pars vna Pontificem à Carolo secundo Siciliæ Rege expetitum, pars altera aliũ arbitrio Columnentium creare contendentes, adeò inter Cardinales contentiones exarsere comitiales, vt non sine ingenti vniuersæ Christianæ Reipublicæ detrimento in biennium, menses tres, & dies duos sanctæ Sedis Apostolicæ vacationem protraxerint. Quo tandem, nempe die septima Iulij anno Domini 1294. Cardinalis Latini, tertij Nicolai, vt diximus Nepotis, persuasione, Cardinales cuncti, præter omnium spem Petro Moronco, professione Anachorita, patre Angelerio, matre Maria pijs hominibus, oppido Marsari, Eserniæ in Samnitibus, vulgò Campania, orto, Sancti Spiritus impulsu sunt suffragati. Hic ille Petrus est, qui vigesimum agens annum, diuino succensus amore, cum Monachum induisset in Monasterio Sanctæ Mariæ de Faifelis, Beneuentanæ Diœcesis, & sacris ordinibus initiatus, ob diuturnam, miram, & incredibilem in eo abstinentiam, ac pietatis, & integritatis opinionem, in eiusdem Monasterij Abbatem à Monachis creatus, & à Romano Capiteferreo Archiepiscopo Beneuentano benedictus, sub Regula Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti nouam Monachorum Eremitarum tituli S. Damiani, quæ deinde Celestinorũ dicta est, Congregationem instituit anno Domini 1274. & in Lugdunensi Concilio secundo à Gregorio Papa huius nominis decimo confirmari curauit, atque obtinuit. Et cum nullum suæ Congregationis Monasterium instituisset, & certam ei, ac firmam viuendi normã dedisset, cuperetque propterea aliquam pro sua Congregatione domum fundare, solitariæ vitæ desiderio accensus, multis Dei seruis, & sui propositi conscijs accitis, vastam quandam Eremum ad secundum lapidem à Sulmone dissitam, Maiellam nuncupatam, in Pelignis, adijt, ac Eremi illius Prioratum suscepit, & cellulam in saxo excauatam incoluit. Vbi tãtam sanctitatis opinionem, miro suo viuendi genere sibi comparauit, vt ex omnibus Italiæ finibus, infiniti ferè mortales ad eum confluebant assiduè, sanctis suis monitis recreaturi. Erat namque sermone blandus, & suauis, ore decorus, aspectu venerabilis, ac moribus, & vita probatissimus. Quare facilè fuit Latino Cardinali, qui præ cæteris cum Petro Moroneo contraxerat amicitiæ necessitudinem, cæteros inter se dissidentes Patres, qui etiam eundem probè nouerant, ad suam sententiam trahere, vt hunc in Pontificem deligerent, qui ob incredibilem vitæ sanctitatem, tanto Sacerdotio dignissimus erat. Prout extemplò Latinum vno agmine secuti, concordibus votis, Petrum Moroneum Anachoritam in summum Sacerdotem acclamarunt, & Perusia, vbi fuere celebrata comitia, Aquilam Vrbem appulsi, vbi Petrus asino insidens accesserat (vocatus à Rege Carolo, & vix Rege instante, cuius amicus erat, ac totius regionis Populis enixè supplicantibus, electionis decretum, sibi à Cardinalibus missum, susceperat, & electioni consenserat, atque approbauerat) quarto Kalendas Septembris anno 1294. Petrum Anachoritam, sub nomine Celestini quinti in summum Sacerdotem, sanctæque Romanæ Ecclesiæ Pontificem consecrarunt, astantibus ducentis, & supra, hominum millibus, ibi congregatis, vt Pontificem, tanquam cœlitùs missum venerarentur, à tanto Patre benedicerentur, ac rei nouitate comperta, tantam contemplarentur sanctitatẽ viri. Qui homo in vasta solitudine latens, & mundo abiectus, ad supremæ, & eximiæ dignitatis gradum non nisi diuinitùs assum-

A assumptus esse videbatur: præsertim post tantas Cardinalium disceptationes, qui per biennium, & supra, incredibili pertinacia, in nemine præter hunc potuerant conuenire, suæ sanctitatis, ac tantæ virtutis fama compulsi: adeò maiore omnium admiratione, quò ob eximiam vitæ sanctitatem à tanto rerum fastigio remotior esse videbatur. Etiam vel mediocriter litteris, & historijs tinctis, innotescit, qualiter præpositum vaticinium Celestino quinto conueniat. Fuit enim Celestinus quintus *benedictus, & cælestium omnium contemplator*, nam Anachorita, & Sanctus, *qui in nomine Domini venit*, idest Spiritus Sancti impulsu in Pontificatum intrauit, *simplex eductus de terra tenebrosa*, idest remotiori ab omni homi-
B num conuersatione, quia erat Eremita, *ascendit* ad summi Apostolatus culmen, *& descendit*, idest Romano Pontificato voluntariè se abdicauit. *Nam vox gemina, & vulpina ipsius Principatum vorauit*. Cum enim Celestinus de priori vitæ innocentia, ac norma ob tantum honorem adeptum nihil remitteret, atque adeò benignissimus, & facilis omnibus petentibus esset; Maiestatis contemptus Pontificiæ, & imminutio, hinc oriri multis videbatur. Ipse etiam grauis nimia senectute, & præactæ in Eremo priuatæ vitæ simplicitate, rebus in agendis parum idoneus esse, à Purpuratis censebatur: quapropter à versutis, & vafris Romanæ aulæ ministris ei imponebant facilè, ijs præsertim in rebus, quarum erat ignarus.
C Maximè verò Benedictus Caietanus, Anagninus Cardinalis, vir in vtroque iure peritissimus, at vafer, & sagacissimus, qui primus post Pontificē locum occupabat, qui ex iure ad suam sententiam selectis vndiq; decretis optimo, & sanctissimo Pontifici persuasit, vt se Pontificatu abdicaret, ne Dei Ecclesia eius imperitia periclitaretur, & propriæ animæ suæ detrimētum, & noxam adferret. Respondit Caietano Cardinali Celestinus, nil aliud se facturum, quàm quod Deus vellet, & quod Carolus Rex, ac Cardinales de Republica Christiana esse censerent. Cœpit de Pontificatus abdicatione cogitare, ac paulatim verba facere, malens Dei seruitia, quàm cum aliqua noxa mundi honoribus, implicari. Quod cum depre-
D hendisset Rex, Pontificem Neapolim deuehi, & à tanta rei fœditate eum amouere curauit. Instabant nihilominus Cardinales, vt Pontificatum deponeret, cum sua imperitia vniuersa Christiana Respublica periclitaretur; & cum magis vrgerent, affirmabant omnia mala tunc Christianis accidentia in die Iudicij sibi imputatum iri. Quibus concitatus Pontifex, vir simplex, & sanctus, dixit se in eorum potestate futurum, dummodò à iure non prohiberetur. Quare Cardinale Benedicto Caietano dictante, cæterorum consensu Cardinalium, constitutio est emanata, vt Romanus Pontifex, cum se parum idoneum cognosceret in administrando Papatui, liberè possit Pontificatu se abdicare, & nouam Cardinalibus electionem
E permittere. Quam constitutionem successor eius Bonifacius octauus cōfirmauit, & libro sexto Decretalium inseruit. Ex quo eò magis elucet mira Celestini simplicitas, quò magis comprehenditur, nullum, siue ante, siue post ipsum, extitisse Pontificem, qui supremo Sacerdotio se abdicauerit. Carolus Rex ex aduerso, vt eum à proposito reuocaret, in die S. Nicolai Episcopi, & Confessoris à maiori Neapolitanæ Vrbis Ecclesia vsque ad Castrum nouum magnam supplicationem haberi instituit, cui multi Episcopi, Abbates, Clerus, ac omnes Vrbis Religiosi interfuere; & cum prope arcem adessent, pro pontificia benedictione Celestinum sunt deprecati. Ipse verò deprecantium precibus commotus, cum tribus Episcopis

Cap. Quoniam. de renunciatione. in sexto Decretalium.

pis ad feneſtram acceſſit, ac eos benedixit. Mox vnus ex ſenioribus Epi- A
ſcopis, qui in ſupplicatione aduenerant, tàm Regis Caroli, quàm totius
Regni, nec non tàm Eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium nobiliũ, & igno-
bilium nomine, altiſſima voce petijt à Pontifice, vt exaudiretur. Cui an-
nuit Celeſtinus. Tunc Epiſcopus vocaliſſimè, vt ab omnibus audiretur,
inquit ei. Quod cum eſſet ne dum totius Regni, ſed & vniuerſi Chriſtia-
ni Orbis ſpes, decus, & gloria, & omnes Populi vno corde non alium Pō-
tificem, quam ipſum deſiderarent, nulli perſuaſioni conſentire vellet, vt
Papatui cederet: ſubdens quod in maximam animæ noxam incurreret, ſi
in ea vocatione, qua à Deo pro ſuæ ſponſæ ſeruitio, & fidelium ſalute ani-
marum, vocatus erat, non permaneret. Pontifex per vnũ ex tribus Epi- B
ſcopis ſecum aſtantibus reſpondit, quod hoc facere non conſtituiſſet, niſi
aliquid aliud emergeret, quo ſua conſcientia læderetur. Hymnum [Te
Deum laudamus] intonauit Epiſcopus, & cum toto Clero canendo per-
ſoluit. Haud ceſſauere Cardinales à ſuis impetitionibus, quinimmò acriùs
ſanctiſſimum, & ſimpliciſſimũ Pontificem perſuaſionibus vrſerunt, & ignis
æterni pœnis, atque minis vehementiùs inſtiterunt, vt Petri veſtẽ ſe ſpo-
liando refutaret; alioqui de malis omnibus, quæ eius ignorantiæ cauſa
in dies patrabantur, ſciret, coram ſeueriſſimo Iudice Chriſto Ieſu in die
iudicij accuratiſſimam rationem ſe redditurum eſſe, & pariter iuſta ſuppli-
cia paſſurum. Perterritus hiſce verbis ſimpliciſſimus Pontifex maximus C
inquit ſe futurum in eorum poteſtate, dummodò id fieri iure poſſet. Et
obijcientes conſtitutionem ab eo iam publicatam, eum tandem verbis,
perſuaſionibus, & futuri iudicij terroribus, vt voluntati eorum acquie-
ſceret, impulerunt. Qui malens in domo Dei abiectus eſſe, & habitare cũ
eo, quàm in ſummo Apoſtolatus apice conſtitutus, ſua imperitia (vt per-
ſuaſores inſtillauerant in corde ſuo) occaſionem præbere malorum: pu-
blico Conciſtorio indicto, in Arce noua Neapolitana in die S. Luciæ Vir-
ginis, & Martyris coram omnium Cardinalium cœtu depoſita tiara Pon-
tificia, annulo, pallio, ſtola, cæteriſque indumentis, ac inſignibus reiectis
pontificalibus, ſponte Pontificatu ſe abdicauit, & alterum in ſummum D
Pontificem eligendi Cardinalium cœtui poteſtatem indulſit: inque ha-
bitu ſuo priore remanens, ſeceſſum priorem à ſe concupitum, petijt. Vbi
cum percepiſſet, ſucceſſorem ſuum, Bonifacium nempe octauum, cuius
conſilio præcipuè infulis ſe exuerat Pontificijs, de ſe retinendo clàm
tractaſſe, fugam arripiens mare verſus Adriaticum, vt in Dalmatiam trāſ-
fretaret, & in ſecretioribus latibulis reliquum vitæ tractum duceret, à flu-
ctuantibus vndis prohibitus, veſte mutata, ne à ſatellitibus à Pontifice
miſſis, agnoſceretur, apud S. Angeli montem, aliàs Garganum, ad tempus
inhabitauit, traijciendi tempus expectans opportunum. At a ſatelliti-
bus deprehenſus, & comprehenſus, de Bonifacij iuſſu arcis Fumonis in E
Henricis Præfecto ad cuſtodiendum miſſus fuit, donec hominem exue-
ret. Hac ratione motus (vt ipſe aiebat) ne ſeditionum auctores cala-
mitatem aliquam, eo duce, Dei Eccleſiæ inferrent aliquando, licet reue-
ra fratris Petri Moronci ſanctitatem admiraretur. Vtcunque ſit, illud cō-
ſtat, hominem ipſum, nempe Benedictum Caietanum Anagninum Car-
dinalem ab omnibus ingratitudinis, & calliditatis fuiſſe notatum; quippe
qui ambitionis cauſa, & virum ſanctum deceperit, dum cum ſummo Pon-
tificatu ſe abdicare, quaſi compulerit, & de ſe multis nominibus optimè
meritum, vitamque eremiticam appetentem, captum in Arce Fumonis
anni

A animi angore,& dolore oppressum ante tẽpus mori coegerit, anno vno, mense quarto,& die vigesimo octauo post initum Pontificatum, nempe anno Domini 1296. suæ ætatis 87. 14.Kal. Iulij. Qui cum multis miraculis post obitum claruisset,à Papa Clemente quinto Auenionæ,Regibus Galliarum, & Siciliæ instantibus, anno Domini 1313. sub titulo Sancti Petri Confessoris in Sanctorum albo fuit ascriptus. Eius autem festiuitas celebratur quotannis die decimo quarto Kal.Iulij,quo die obijt. Iam patet qualiter *vox gemina,& vulpina ipsius principatũ vorauerit*, idest Pontificem compulerit, vt Principatu se abdicaret,& quomodo *tribulatus peregrè mortuus sit*. Et quanto dolore hanc optimi Pontificis abdicationem B multi tulerint, & *quàm dolor fuerit sponsa*, nempe Ecclesiæ,*de casu legitimi Sponsi,ad deuorandum tradita Leoni* nempe Bonifacio octauo. Hic *simplex homo*, Celestinus, *sponsam dimisit, truculentis canibus latrantibus tribuendam*, idest Cardinalium cœtui renunciandam. *Cogitauit nomen suum*,quod sit cœlestium contemplator, *& fecit opera prima*, idest ad Eremum redijt ac Anachoritæ vitæ opera fecit. Et ideo *receptus fuit in partibus orientis*, idest fuit ascriptus in Sanctorum Catalogo. En quomodo quadret vaticinio historia. Figuram vaticinio in libello præfixam modò expendamus. *Papa flexis ad terram genibus coram extensa manu super arborem de Cœlo stellato*, denotat Sanctum Celestinum quintum, Spiritus Sancti im-C pulsu, fuisse in Pontificem creatum, ac à Deo benedictum. *Vulpes à tergo ad cucullam erecta* Benedictum Caietanum Cardinalem vafrum, & sagacissimum, qui Celestinum ad Pontificatum deponendum sua vafricia induxit, significat. *Vexillum retro se positum, & erectum*, Summi Pontificatus addicationem, ac vulpi traditionem ad amussim demonstrat.

D

E

 A

V A T. VI.

Bonifacium octauum præmonstrat.

Fraudulenter intrasti, potenter regnasti; gemens morieris.

B

C

D

Ecce homo de Scariotis progenie, occultũ principatum habens, quo agnus ascendit, in alijs legitur *ruit*, *Neronicè regnans, morieris desolatus. Abbreuiabuntur dies illi, qui totum mundum tyrannus terribilis conturbabit. Gallum ferit,* E *Aquilam deplumat. Gallus, & Aquila eius superfluam auferent potentiam. Columba non timebit ramum portans oliuæ, & in petra foraminibus nidificans, cuius securitas est in angelo testamenti. Quid tantum affectas Principatum, quem obtinere non poteris? Contra iustum insurget, & ipsum vinculis alligabit?* Hæc Abbas Ioachim in opusculo præcitato vaticinio sexto. Qualiter autem Bonifacio octauo præfatum vaticinium conueniat, notum est lippis, & tonsoribus. Nam etsi filius fuisset Luitfredi Caietani Anagnini (quorum maiores nobili genere orti ex Hispaniæ Prouincia Cathalonia Neapolitanum Regnum, & Caietam vrbem appulsi, tandiù eam inhabitarunt,

B. Ioach. in opusculo cit. & vatic. 6.

A tarunt, vt inde traxerint cognomentum, licèt subinde Anagniam Vrbem vetustissimam, nobilissimam, ac Henricorum quondam caput excoluerint) & Benedictus in Baptismo sibi nomen impositum; reuera tamen factis *ex progenie Iudæ Iscariotis* discendisse se ostendit. Siquidem tanta improbitas, auaritia, vafricies, arrogantia, audacia, ac immodica ambitio regnauit in eo, licèt mira doctrina, rerum experientia, ac singulari prudentia esset ornatus, vt non contentus, quod fuerit primò Notarius Papæ, deinde Diaconus Cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano, & postmodum Presbyter Cardinalis Sanctorum Syluestri, & Martini in Montibus tituli Equitij, vt ad Summi Pontificatus apicem ascenderet, nihil ambi-
B tione, & fraude prætermiserit, quod ad Papatum consequendum spectare arbitrabatur. Circumuenit S. Celestinum quintum, vt Pontificatu se abdicaret, & abdicatum proditoriè cœpit, ac captum in Arce Fumonis vitã excedere coegit, vt nuper diximus. Post Celestini abdicationem, nimia ambitione obcæcatus, noctu ad Carolum Regem properauit, vt summus Sacerdos renunciaretur, illius opera implorauit, spondens se in omnibus, & maximè in Siciliæ Insulæ recuperatione opitulaturum. Nec vafricies eius frustrata est fructu suo: nam Carolus tali spe ductus, cum suis Cardinalibus amicis, & maximè cum duodecim illis Cardinalibus, quos Sanctus Celestinus anno eodem in quatuor temporibus Mensis
C Septembris, in eadem Neapolitana Vrbe creauerat, egit, vt non alium in Pontificem, quàm Benedictum Cardinalem Caietanum Anagninum deligerent; prout Matthæo Rubeo Vrsino Diacono Cardinali S. Mariæ in Porticu, Diaconorũ Priore, & Iacobo Columna Sanctæ Mariæ in via Lata Diacono Cardinali, auctoribus, in Castello nouo Neapolitano eum, nono Kal. Ianuarij, vigiliæ Natiuitatis Dominicæ dicato, anno eodem 1294. sub nomine Bonifacij octaui designarunt. En *Ecce homo de Scariotis progenie occultum principatum habens, quo agnus*, ideſt S. Celestinus Papa quintus, *ruit. Neronicè regnauit*. Nam Pontificatu obtento, audaciam sibi innatam ostentauit, quã neminem, etiam potentissimum, se timere
D profitebatur. Deinde temerè superbiens, volentibus, nolentibus Cardinalibus, nemine, dum vixit, ei publicè ne verbo quidem repugnare audente, quidquid voluit fecit. Gibellinos, quos in Cardinalatu fouerat, adeò est persecutus, vt Prochelo Genuentium Archiepiscopo, cineres de manu Pontificis suscepturo, in die cineris ad eius pedes genuflexo, mutata solita verborum forma, dixerit [Memento homo, quia Gibellinus es, & cum Gibellinis in cinerem reuerteris] & nec in caput, sed in Archiepiscopi oculos cineres iniecerit. Imperatoribus, Regibus, Principibus, Nationibusque, ac Populis terrorem potiùs, quàm religionem afferre totis viribus conabatur. Dare etiam regna, & auferre, homines ex-
E pellere, ac reducere pro animi libito contendebat. Aurum vndiq; conquisitum, plusquam dici potest, sitiens. *Mortuus est* etiam *desolatus*. Nam Sciarra Columna Romanus, & vt scribit Crescentius, vnà cum Iacobo, & cum Petro Cardinalibus, Stephanoque, ac Agabito, Columnensibus, à Papa Bonifacio diù, multumque vexatus, cum 300. equitibus à Ludouico Gallorum Rege, & Pontificis infensissimo sibi datis, & alijs armatorum equitum, & peditum copijs, Ludouici Regis mercede conductis, atque amicis, quos dissimulato habitu collegerat, intempesta nocte diei Sabbathi ante 7. Idus Septembris 1303. Anagniam vrbem ingressus pontificia præciosiori suppellectili occupata, Bonifaciũ octauum

Ioannes Petrus Crescentius, Romanus par. 1. sua corona nobilitatis Italiæ, patria lingua Bononiæ impressæ anno Dom. 1639. Narratione 9. cap. 2. pag. 339.

in domo paterna cœpit, & captum Romam perduxit, vbi animi dolore, A
ex ingenti calamitate concepto, caput muro concussit, & digitos momordit; & tandem in grauissimam tristitiam incidens, qua per plures dies ira feruidus, manus sibi arrodere videbatur, è viuis excessit trigesimo quinto die post acceptam calamitatem, nempe quinto Idus Octobris anno salutis 1303. Ideò veridicè de eo prædixit noster Ioachim. *Fraudulenter intrasti, potenter regnasti, gemens morieris*. Atque ità *abbreuiati sunt dies illi*, idest Bonifacio Papa octauo, *qui totum mundū tyrannus terribilis cōturbauit*. Tantæ etenim arrogantiæ fuit, vt omnes ferè contempserit, atque spreuerit: & concessas à Nicolao quarto, Celestinoque quinto gratias reuocauerit. Cardinales quosdam, (pro eo quod litteras miserant B
ad Reges, ad Principes, & ad nationes de eius arrogantia, ac Pontificatus ambitione) vnà cum tota Columnentium familia, (è qua erant Iacobus, Sanctæ Mariæ in via Lata Diaconus Cardinalis, & Petrus, prædicti Cardinalis Iacobi ex fratre suo Ioanne nepos, Diaconus Cardinalis Sancti Eustachij, de quibus mentionem fecit Bonifacius idem in sexto libro decretalium, quem suo iussu Richardus Petro Senensis, eius Vicecancellarius, Guilielmus Longus Bergomensis Diaconus Cardinalis tituli S. Nicolai in carcere Tulliano à S. Celestino Papa quinto creatus, ac Dinus Rosonius Mugellanus, viri doctissimi, & Iurisconsultissimi, condiderunt, ac idem Bonifacius publicauit) publico decreto scismaticos pronunciauit, beneficijs, dignitatibus, fundis paternis, castris, oppidis priuauit, vt C
in eodem præcitato libro decretaliū est videri; eorum nobilissimas ædes in Vrbe diiecit, & omnes ijs fauentes Vrbe expulit. Sumptis deinde armis, in eos Vrsinis, antiquis eorum hostibus, concitatis, cruce signatorū, ac stipendiariorum exercitu comparato, eos opprimere conatus, Prænestc, quo secum Sciarra Columna viro insigni, eorum Patruo, cuius supra meminimus, receperant, Vrso Vrsino Duce, obsidione cingit. Inde aufugientes, capto, & dirupto Præneste, Zagarolum, & Columnam confugientes persequitur: Vnde abire non multò post ob hostium multitudinem fuere coacti; à quibus hæc item Castella diripiuntur, & maximè Columna paternum solum. Eugubium Vrbem, quæ Gibellinorum ordinis D
præsidio ab Ecclesia defecerat, breui recuperauit. Alberto Austriæ Duci, Romani Imperij confirmationem bis, terque petenti, negauit. Bellis contra Italos feruentibus: Genuenses enim & Pisani in Liguribus, & Hetrusci in ciuili seditione, ac Galli, & Aragonij in Regno decertabant; siquidem mortuo Iacobo Aragonio, cum Robertus, Caroli Claudi filius, Calabriæ Dux in Siciliam traiecisset, & Cathaniam Vrbem cœpisset, tātùm repentè bellum erat exortum, vt tota ferè Italia tumultuaret: præsertim cum Siculi ad iniuriam vindicandam semper prompti, classe educta, Philippum, Roberti fratrem, vinctum fecissent. Et Bonifacius Pontifex nullibi ad pacem, & concordiam instituendam, componendamque E
suam auctoritatem interposuit. Tanto repentè terremotu terra tremuit, quanto nunquam antea auditus erat, quo multis diebus per interualla durante, ædificia corruere nonnulla. Apparuit quoque sidus cometes magnæ, grandis alicuius futuræ calamitatis inditium. Philippum Gallorū Regem ob violatum ius gentium, & contumaciam anathemate perculsit, Regno priuauit, Gallos a iuramento regio absoluit, Regnumque Galliarum Alberto Cæsari, quem initio sui pontificatus repulerat, ab se tùm pridem approbato, beneficiario iure subiecit. Vt prædixerat Vates. *Gallum*

Capit. Ad succidendos. de Scismaticis in 6.

Platina in eius vita.

A *lum*, ideſt Ludouicum Galliarum Regem *ferit*; *Aquilam*, ideſt Columnentium familiam, quæ Imperatoris, & Gibellinorum partes, contra Papam, & Guelfos tutabantur, *deplumauit*, ideſt bonis, caſtris, & fortunis omnibus priuauit. *Gallus, & Aquila*, ideſt Philippus, & Sciarra Columna, *eius ſuperfluam abſtulerunt poteſtatem*; nam eum ob captiuitatem de ſe Anagniæ in domo paterna factam breui ad triſtè moriendum induxerunt, vt diximus. *Columba non timebit ramum portans oliuæ*, ideſt Benedictus decimus, aliàs dictus vndecimus, qui Bonifacio octauo immediatè ſucceſſit, pacis, & quietis amator; *& in petræ foraminibus nidificans*, ideſt in ſacro Prædicatorum Ordine, cuius fuerat alumnus, ſanctiſſima documenta præ-B bens, *& cuius ſecuritas fuerat in angelo teſtamenti*, ideſt in eximia ſua ſanctitate fundata. *Quid tantum affectas Principatum*, loquitur de Bonifacio octauo, qui ſummum Sacerdotium immodica ambitione concupiuit, *quem obtinere*, ideſt diù retinere, *non poteris*. *Contra iuſtum*, ideſt S. Celeſtinum quintum, *inſurrexit, & ipſum vinculum alligabis*. Nam eum captum in Arce Fumonis miſit, vbi & obijt, vt diximus. Ex dictis patet quid imago ſignificet in ſacri Vatis Opuſculo, & Vaticinio præfixa. *Pontifex* ſignificat Bonifacium octauum, *Mæſtus Monachus retro Pontificem* Celeſtinum quintum, qui Bonifacij ſuaſu Pontificatu ſe abdicauit, & in carcerem truſus ab eodem, vitam obiuit. *Columba claues de ſiniſtra manu Summi Pō-C tificis inuolans*, Benedictum decimum, aliàs vndecimum, arrogantis, & ambitioſi Pontificis Bonifacij octaui ſucceſſorē, omnibus virtutibus effulgentem. *Aquila baculo tridente manu dexra Pontificis preſſa*, Gibellinā factionem, præcipuè Columnentium familiam, quam excommunicatione, bello, & inſidijs preſſit. *Gallus tridentem Pontificis baculum aſcendens*, Philippum Gallorum Regem denotat, Bonifacio octauo infenſiſſimum, & cuius viribus Sciarra Columna Anagniam noctu aſcenſus, & Pontificias ædes ingreſſus, Bonifacium octauum, omnibus ſacris veſtibus indutum, pallio, & thiara ornatum, atque Crucem manibus tenentem, cœpit, & ad extremam calamitatem induxit, vt diximus.

D

E

VAT.

VAT. VII.

Benedictum decimum, aliàs vndecimum indicat.

Viri feres inuidia orbabuntur.

*Hæc eſt auis nigerrima, coruini generis, nigra Neronis opera diſſipans, ſubitò morietur in terra petroſa, cum videbit fructum pulchrum, ad veſcendum ſuanem, tunc nutriet in gemma,*aliàs legitur *in gremio, qui ſibi initiū miniſtrabit* E *mortis*. Septimum hoc noſtri Prophetæ vaticinium, ſeptimum à Nicolao tertio Vrſino Pontificem deſcribit, nempe Benedictum decimum, aliàs dictum vndecimum, duodecimo Kal. Nouembris anno Domini 1303. Romæ in Palatio Vaticano à ſacro Cardinalium Conciſtorio, nullo intercedente, aut procurante, ſed ſancti ſpiritus impulſu, præmortuo Bonifacio ſuffectum. Nicolaus Bocaſinus antea dicebatur, patria Taruiſinus, natione Italus, prouincia Lombardus. Hunc appellat magnus Vates. *Auem nigerrimam coruini generis*, quia fuit Illuſtriſſimi ſacri Prædicatorum Ordinis, cuius profeſſores coruino, ideſt nigro habitu ſuperinduuntur,

& ipſe

A & ipse S.Abbas [corumum] appellauit Prædicatorum Ordinem, ficuti & [columbinum] Ordinem Sancti Francisci, vt in Vaticinio quod suo loco retulimus supra cap. 49. Et cum eximiæ suæ doctrinæ, pietatem, & maiorem sanctitatem adiunxisset, per omnes sui Ordinis gradus, ad Generalatus culmen ascendit anno Domini 1296. & suæ ætatis 36. Et cum eius vitæ, sanctitatis, doctrinæ, & prudentiæ, famam audiuisset Bonifacius octauus, eum pedester, baculo suffultum, Galliæ peregrinantem, sui Ordinis reformationi, & censuræ intentum, Presbyterum Cardinalem S.Sabinæ creauit mense Decembri in quatuor temporibus anno Dom. 1298. & Apostolicis litteris Romam ad se euocatum, eximia eiusdem præ- *Supra in nostra B. Io: Ioach. Abb.Flor. bergasiarii Aletbia Apolog.cap.49.pag. 168. E.*

B stantia cognita, Ostiensem, ac Veliternensem Episcopum declarauit die secundo Martij anno Domini 1300. atq; in Poloniam, Dalmatiam, Croatiam, Daniam, Sueuiam, atq; Pannoniam misit. Hisce legationibus, at præ cæteris doctrinæ, sanctitatis, & vitæ merito præstantissimum, fratrem Nicolaum Bochasinum, Cardinales collocarunt ad Petri sedem, sub nomine Benedicti. Hic ergo Pontifex Benedictus *nigra Neronis opera dissipauit*, idest censuras aduersus Philippum Galliarum Regem, & Iacobum, & Petrum Cardinales, Columnenses, à Bonifacio latas abstulit. Siquidem cognita Regis causa, & per litteras, ac nuncios informatus, Philippum Bonifacij octaui censuris Apostolicis multatum, publico in concistorio,

C eius Oratoribus præsentibus, absoluit. In gratiam itidem Iacobum, & Petrum Cardinales, vt diximus Columnenses, recepit, quos prædecessor suus Bonifacius factionis Guelfæ studiosus, & Gibellinæ infensissimus, ingenti odio, plusquam Pontificem decebat, persecutus fuerat. *Subitò mortuus est in terra petrosa*; idest Perusij, vbi cum Cardinalibus reperiebatur, Benedictus Papa sanctissimus, veneno mortuus est. Nam dum vir pius mensæ accumberet, quidam iuuenis, feminæ habitum mentitus, & se esse ancillā Venerab. Abbatissæ Virginum Monialium S.Petronillæ triclinium ingressus, recentes ficus, & varia florum genera Pontifici obtulit; quos auidè comedens, nil mali subesse ratus, dum tamen ficubus illis, aut flo- *Alfonsus Ciacon. in eius vita.*

D ribus venenum acutissimum permixtum latebat, malis artibus, & Cardinalium fraude, vt aiunt, Pontificem, & hominem, esse desijt, nonis Iulij, anno Domini 1304. sui Pontificatus mense octauo, & die sexto. Benedictum autem decimum virum fuisse optimum, atque sanctissimum, miracula à se post mortem edita declarant, ægrotis multis pristinæ sanitati restitutis, pulsisque Dæmonibus è corporibus obsessis. Et sic *cum vidisset fructum, pulcherrimum, & ad vescendum suauem, tunc nutriuit*, supple venenum, *in gremio*, idest in visceribus, *quo sibi mortis initium ministrauit*. Nam veneno obijt, vt tradit Villaneus apud Ciaconium. *Viri forti es inuidia orbabuntur*. Italia enim tota seditionibus agitabatur. *Cornus*

E enim in figura Vaticinij septimi *retro Pontificem expressus*. Italia est, bellis, seditionibus, & diffidijs laborans, *Arbor ficulnea pulcherrima cum detorto Dracone, & capite ex cauda eminente*, venenatos ficus, à iuuene mentito habitu, Papæ Benedicto ad vescendum oblatos, significat.

VAT. VIII. A

Clementem quintum deſcribit.

Mobilis, & immobilis fiet, & maria plura vaſtabit.

B C D

Vide hic ſponſum fugientem ſponſam ſibi admirabilem, & quaſi viduatam re-
linquentem. Nomen habentem diſſonum, crudelem, immundum, iniuſtum,
gladiatorem, congregantem, & corrumpentem lucidiſſimas ſtellas, qui perdet E
fulgorem, contra ſolem tenebroſum. Finaliter pugnatura Luna ipſum perſeque-
tur, in altum corruet, excelſa obſcurabit. Hactenus Ioachim Abbatis vati-
cinium octauum. An id Clementi quinto quadret, expendamus. *Mobi-*
lis nuncupatur à noſtro Vate, quia cum nec Cardinalis, nec præſens in
Conciſtorio eſſet, & Bertrandus Gothus, natione Gallus, in vico Villan-
dro, prouinciæ Aquitaniæ, natus, & Archiepiſcopus Burdigalenſis dice-
retur, nonis Iunij anno Domini 1305. Peruſino in Prætorio Pontifex à
Purpuratorum Collegio fuiſſet renunciatus, & Lugduni in Gallia, quò
ipſe ex Burdegalia, & Cardinales ex Italia conuenerant, die Dominico
pridie

A pridie Idus Nouembris anno 1305. ante fores Ecclesiæ Sancti Iusti, per
manus Matthæi Rubei Vrsini, Diaconi Cardinalis S. Mariæ in Porticu
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconi, sub nomine Clementis quinti
suæ coronationis insignia suscepisset, Romanam Curiã, & sanctam Apo-
stolicam Sedem in Gallias transtulit. *Immobilis* etiam dicitur, quia ne dũ
ipse, sed nec alij eius successores vsque ad Gregorium vndecimum, Apo-
stolicam Curiam pristinæ Romanæ Sedi restituerunt, permansitq; ibidem
per annos septuaginta, quo tandem Gregorius vndecimus, à quodam
Episcopo correptus, quod suum Episcopatum, & Romanam Ecclesiam
non repeteret, Romam peruenit, & omnia ad pristinum restituit Idibus
B Ianuarij anno Domini 1376. sui Pontificatus anno 7. *Maria plura vasta-
uit*, quia excelsa illa & sublimia, quæ sub prædecessoribus Romanis Pon-
tificibus, toto orbi admirationi erant, à fulgore prisco Romæ defece-
runt. Propterea Vates inquit. *Vide hic Sponsum*, idest Clementẽ quin-
tum Romanum Pontificem, *fugientem*, idest Romæ non residentem,
Sponsam, idest Romanam Ecclesiam, *sibi admirabilem*, & vt in alijs opuscu-
lis legitur, *abominabilem, & quasi viduatam relinquentem* cũ magno Chri-
stianorum omnium incommodo Ecclesiæ dedecore, & Vrbis detrimento
cuius sacrosancta templa, magna ex parte ob solitudinem corruerunt,
eorumque redditus sublati, absentibus ijs, quorum intererat ipsos con-
C seruare, & restituere, atque eorum iura tueri. *Nomen habuit dissonum*, idest
factis non corrispondentem. Siquidem non clemens, sed *crudelis*, nam
adeò aduersus Italos immitis, vt in suo Pontificatu nullum Cardinalem
Italum creauerit, cum tamen in duabus suis ordinationibus viginti qua-
tuor ordinauerit Cardinales, omnes Aquitanicos, & Gallos. *Immundus*,
quia pro obtinendo Summo Sacerdotio cum Philippo Galliarum Rege
pepigit, & fide interposita, conuentiones, & pacta chirographo confir-
mauit, & solemni coronationis peracto, quæ Regi spoponderat, exactè
obseruauit. *Iniustus*; quia ad eiusdem Regis instantiam celeberrimum
nostrum Templariorum Equitum Ordinem, qui Sarracenis terrori erat,
D & de quo scripserat Paulus Æmilius, [nihil is (nempe Templi Militibus)
aduersus incursus Barbarorum ferocius, nihil magis inuictum. Aut vi-
ctoriam, exuuiasque hostium reportabant, aut in vestigio non multi ca-
debant. Positis armis, nihil illis humanius, nihil moribus suauius,] falsis
testimonijs delatis, anno Domini 1307. & à primaria eiusdem Ordinis
institutione anno 189. omninò suppressit, eorum immensas opes, quæ
eis exitium attulerant, partim Pontificio, partim Regio ærario addixit, &
partim Hospitalarijs ea conditione concessit, vt illa dato pretio redime-
rent. *Gladiator*, quia eodem Rege Philippo instigante, ad instar gladia-
toris cædem quæsiuit. Templarios enim puniuit insontes, omnes per to-
E tum orbem Christianum, ipso iubente, vno die capti, occisi, ædes eorum
clausæ, bona ablata, ac totius Ordinis Magister, Iacobus Burgundus, &
sexaginta sui Ordinis fratres, capti, & tandem lento igne combusti. *Con-
gregans* supple, diuitias, *& corrumpens*, idest immoderata liberalitate pro-
pinquis suis Ecclesiæ opes, suppellectilemque larga manu dispendens;
quibus innumerabiles penè gazas reliquit. Item *corrupit lucidissimas
stellas*. Nam ex innumerabilibus congregatis, vt suæ coronationi astarẽt,
dum coronationis pompa circumducebatur, multi periere. In primis
Britanniæ Dux, Ioannes nominatus, cum duodecim alijs, ruina muri op-
pressus occubuit, Carolus quoque de Valois, ex Italia in Galliam reuer-

Paul. Æmil. in Ludouicum iuniorem, apud Angel. Manrique in annal. to. 1. ad annum 1128. S. Anton. Archiepiscop. Florentin. 3. p. suarum histor. Iacob. de Moguntia, Nauclerus, Antonius Sabellicus, Ioann. Boccaccius in lib. de casibus Principum relati à Ciaconio in Vit. Clem. 5. Papirius Massonus lib. 3. Annal. Francor. in Philippo, Ioann. Villaneus, & nonnulli alij recentiores scriptores.

D sus,

ſus, atque frater eius Philippus Rex, aliqua ex parte ſunt luxati;& Pontifex ipſe in tanta perturbatione ex equo deturbatus, carbunculum, aureorum pretij ſex millium, ex thyara amiſit: & Eccleſia tandem Sancti Iuſti extra muros Lugdunenſes, in qua Clemens fuit coronatus, vt diximus, ciuilibus Gallorum bellis, planè euerſa eſt. *Corrupit quoque lucidiſſimas ſtellas*, Cardinales ſcilicet nationis Italicæ, qui Burdegalam cum ipſo profecti, à Cardinalibus Aquitanicis malè habiti fuere; totam enim Curiam in Gallorum poteſtate eſſe ſinebat. Clemens *perdidit fulgorem*, id eſt Albertum Regem Romanorum, *contra Solem tenebroſum*, id eſt Turcam: quia fuit occiſus in traiectu fluminis Ruſæ à Ioãne eius Nepote Kalendis Maij anno Domini 1308. & ſucceſſor Henricus ſeptimus eius iuſſu delectus 7. Kal. Decembris anno Domini 1308. graui morbo enecatus fuit nono Kal. Septembris anno Dom. 1313. Quapropter *Finaliter pugnaturam Lunam*, id eſt militum coronam, vt *ipſum*, nempè Turcam *perſequeretur* inſtituit. Nam generoſos Gallorum animos adeò contra Turchas incitauit, vt Philippus Gallorum Rex, Eduardus, eius gener, Rex Anglorum, treſque eius ſororij, cum innumeris ex vtraque gente equitibus, nobilibuſque viris, Crucem, belli ſacri ſignum, ſuſceperint. At expeditio ſacra *in altum euecta*, id eſt ad magnam,& ferè innumerabilem multitudinẽ adaucta, *corruit*. quia aduerſus Turchas pugnatura non acceſſit, vt apud Ciaconium vetuſtes Annales aſſerunt. *Excelſa obſcurauit*, ſupple Romanæ Vrbis, nam inde in Auenionem Sedem Apoſtolicam tranſtulit. Et ideò dicto Vaticinio præfigitur *Pontifex equitans, & accipitem manu ſiniſtra gerens, & relinquens Eccleſiam, & ante fores templi mulierem viduam poſt ſe*. Nam Pontifex in figura ſic expreſſus, Clementem iſtum ſignificat, qui more venantium, Bituricas, Lunouices, Petragoricas, Burdegalenſes, Pictauas, Pariſias, Auinionenſes, ac Viennenſes regiones perluſtrauit, & tandem dum ex Auenione Burdegalam redire conſtituiſſet, in Roca Maula ſuper amnem Rhodanum vico Prouinciæ Narbonenſis 12. Kal. Maij anno Domini 1314. obijt, Eccleſiam Romanam omninò viduatam relinquens, & quanta incommoda paſſa ſit huius Pontificis abſentia hiſtorici narrant. Corpus eius dum noctu in Eccleſia ſeruaretur, caſu ſemicombuſtum ſepultum fuit in Eccleſia à ſe fundata S. Mariæ de Vzeſta, Villula ignobili Vaſatenſis Diœceſis. Et tandem violato celeberrimo eius tumulo octo columnis ex Iaſpide perpulchre ornato, eius oſſa fuerunt igni ad comburendum data die 6. Ianuarij ann. 1577. & res prætioſæ cum corpore intercluſæ inde ablatæ, tanti nefarij ſceleris ducibus Serra, & Forcade Vaſatenſibus. Cæterum Clementis quinti immortalis eſt memoria ob plurimas,& ſaluberrimas à ſe editas Conſtitutiones tùm in Concilio Viennenſi anno 1311. celebrato, tùm ante, tùm poſt: quas ſiue occupatione, ſiue morte præuentus, in vnum collectas volumen, & ſub congruis titulis collocatus edere, vt ſtatuerat, non valuiſſet, ſucceſſor eius Ioannes vigeſimus primus, aliàs dictus vigeſimus ſecundus publicauit, datis inſuper litteris Doctoribus, & Scholaribus vniuerſis Bononiæ, Auenionæ expeditis octauo Kal Nouembris ſui Pontificatus anno ſecundo. Eaſdemque Clementinas Ioannes Andreas Iuriſconſultiſſimus, patria Bononienſis, gloſſis illuſtrauit.

A

VAT. IX.

Ioannem vigeſimum primum, aliàs vigeſimum ſecundum, vaticinatur.

Contra Columbam hæc imago turpiſsima Clericorum pugnabit.

B

C

D

De infimo genere aſcendet cruenta beſtia prima, & nouiſsima, quæ filium mi-
E *nimum, & innoxium crudeliter denorabit. Vnus es, & parem non inuenies, ad innoxium ſanguinem effundendum. Idcircò tempore tuo ſurget Pſeudopropheta, & ſeducet multos: quia tu malis tuis Agnum mitiſsimum plagis crudeliſsimis vulneraſti, ponens os tuum in Chriſtum Dominum, obſcurans ſtellas Cæli. Malitia tua tibi opprobrium miniſtrabit, qui es ſolus nomine gratioſus.* Hæc Vates noſter, Ciemente quinto è viuis ſublato, & ob electorum diſſidia duorum annorum, menſium totidem, & decem, & octo dierum interregno ſecuto, in locum demortui ſub nomine Ioannis vigeſimi primi, aliàs vigeſimi ſecundi ſublegere ſacri Conciſtorij Patres, ſeptimo Idus Auguſti anno Domini 1316. Iacobum Oſſam, Caturcenſem, Gallum, Epiſco- *Abb. Ioach. in opuſc. de Vatic. Pontificum, Vatic. 9.*

pum Cardinalem Portuensem, ex humili genere ortum; siquidem eius Pater Arnaldus nuncupatus, cognomine Déisa, veteramentariam artem agebat, siue scissa, & diluta calceamina restaurabat. Ideoque de eo prædixit Ioachim *De infimo*, idest de ignobili, *genere ascendet*, supple ad tronum Apostolicum, *cruenta bestia*, idest sanguinolentus homo Ioannes 22. *qui filium minimum*, idest Hugonem Caturcensem, & Caturcensis Ecclesiæ Episcopum, *& innoxium, crudeliter deuorauit*. Siquidem anno Domin. eæ Natiuitatis 1316. die Dominico, Nonis Septembris, Lugduni in Monasterij Ecclesia Ordinis Prædicatorum coronatus, indeq; Auenionem cum Curia profectus, sub colore quod in ipsius cædem cōspirasset, Hugonem Sacerdotio, & Episcopatu abdicare coegit, & omnibus Episcopalibus insignibus exutum, ac degradatum, vt more maiorum in eum animaduerteretur, sæculari Curiæ tradidit, cuius iudicio candentibus forcipibus laceratus, postremò combustus est eodem anno 1316. *Vnus fuit, & par*, idest similis, *non est inuentus ad innoxium sanguinem effundendum*. Nam si hunc Ioannem excipias Lector, in Vitis Pontificum similem non inuenies, qui rebus nouis studuerit sicut iste. Ita enim rebus nouis animum adiecit, vt & simplices Episcopatus bifariam diuiserit, (taceo Episcopatum Tolosanum, quem in sex Episcopatus secuit, & Tolosæ Metropolitanam voluit esse Sedem) ac diuisos in vnum redegerit, & Abbatias in Episcopatus, & Episcopatus in Abbatias conuerterit. Nouas quoq; dignitates, nouaque collegia in Ecclesijs constituit, ac constituta prius in aliam formam transtulerit; Prælatorum Ecclesiarum Cathedralium omnium, ac Abbatiarum, electionem à Collegijs, & Monachis ad triennium in se transtulit, idque diù continuauit. Vnde nonnulla in Ecclesijs schismata sunt exorta, dum Canonici, & Monachi iuri suo cedere renuentes, nouos sibi Prælatos deligerent, & Papa Ioannes alijs vacātes Ecclesias concederet. Visusque est proinde *contra Columbam hac turpissima imago*, idest Ecclesiarum dispensationis formula, *pugnare*. Et *idcircò suo tempore surrexit Pseudopropheta*, idest Antipapa Nicolaus quintus, frater enim Petrus dicebatur Reinalutius, vico agri Reatini Cornario, Ordinis Minorum Apostata, & schismaticus, qui *seduxit multos*, Pseudocardinales, & Pseudoepiscopos creando, & Ecclesiæ vnitatem diuidendo, & Clerum, & Populum contra eundem Ioannem concitando. Et hoc quare: *quia malis suis Agnum mitissimum*, idest Hugonem Caturcensem Episcopum, *plagis crudelissimis vulnerauerat*, *ponens os suum in Christum Dominum*, degradando scilicet Sacerdotem Domini, ac Cantuariensis Ecclesiæ Antistitem, eumque sæculari Curiæ ad puniendum dimittendo. *Posuit quoque os suum in Christum Dominum*, nam Pontifex iste Ioannes. Quæstionem mouit, an sanctorum animæ è sæculo migrantes, perfectè diuinam essentiam ante resurrectionem videant. Contrarium esse tenendum dicebat, affirmans eas tantùm Christi humanitatem contemplari, easque non nisi post vniuersalem sententiam resurrectionis, & iudicium plenè, & clarè infinitam Dei bonitatem, essentiam, & naturam comprehensuras; ità & contra de damnatorum pœnis disputabat, affirmans earum supplicia ante vniuersale iudicium, imperfecta esse, iudicatorum vero longe atrociora. Quam suam sententiam multis rationibus, Sanctorū Patrum auctoritatibus citatis confirmare conabatur. Et licèt à Cardinalibus nonnullis, atque Theologis sua sententia tanquam falsa, & erronea damnaretur; eam nihilominus ipse omnibus Theologis iussit, vt quid de

Ciacon. in eius vita.

Genebrard. lib. 4. Chronolog.

Platin. in eius vita.

Alfonsus Ciacon. vbi supra.

A B C D E

A de ea sentirent, diligēter inquirerent, & sibi afferrent: affirmans se nihil nisi disputãdi gratia afferre; & se nihil adhuc determinasse: verumtamen ex verbis eius intelligebatur, eum contra perfectã visionē Sãctorum sentire. Vnde Gallorũ, & Siciliæ Reges Ioannē Pontificē admonuerunt, vt ab huiusmodi quæstionib. absisteret, cũ sua non interesset, suspectas quæstiones, & contra Catholicã fidem mouere: at veras decidere, & falsa dogmata extirpare. *Obscurauit* insuper, ideſt excõmunicauit, *Stellas Cæli*, ideſt potentiſſimos Chriſtianos Principes. In primis Ludouicum Bauarum in Romanorum Regem electum anathemate perculſit, pro eo quod munus Imperatorium, antequam id ſibi Eccleſia confirmaſſet, exercuiſſet,
B & quod hæreticis, & excommunicatis Vicecomitibus fauiſſet, & ſuppetitias dediſſet. Vicecomites Mediolanenſes interdictis notauit, quia ſibi Mediolanum occupauerant. Nicolaum Eſtenſem, Ferrariæ Ducem, & Bonocoſſium Paſſarinum, Mantuæ Principem, diris deuouit. Ac Guidonem Zarlatum de Petramala Tipherni Dominum Epiſcopum Aretinum, Sacerdotio exauctorauit. Quare *malitia ſua sibi opprobrium miniſtrauit*. Nam cum Ioannes Papa cenſuras aduerſus Bauarum renouaſſet, crucem aduerſus eum indixiſſet, eundemque Imperij titulis, ac Bauariæ Ducatu, tanquam Eccleſiæ hoſtem, hæreticum, hæreticorumque fautorem, priuaſſet. Ludouicus Bauarus, magnorum Germanorum Procerum conuentu habito, Papæ cenſuras publicè contempſit, eum legitimum non
C eſſe Pontificem affirmauit, atque ad generale Concilium Romæ celebrandum, adque legitimum futurum Pontificem appellauit. Triginta ſex hæreſis articulos, Simoniæ, & omnium delictorum Pontifici obiecit, & eam prouocationem, ſcripto comprehenſam, illi in Auenionem miſit. Inſuper ingenti militum manu, in Germania comparata, in Italiam ingreſſus, primò Tridenti Conuentum habuit Lombardiæ Principum, ac Vrbium; & in Ioannem inuectus, illum adulterinum Pontificem, Pſeudopapam, & hæreticum appellauit, atque in diuinis officijs eundem, quem ipſe per ludibrium Presbyterum Ioannem vocabat, anathematizari præ-
D cepit. Deinde Romam producto, & in Baſilica Vaticana nouo ritu in Romanorum Imperatorem coronato, de Romani Populi conſenſu, contra eum indignati fortaſsè (Neapolioni enim Vrſino, Romano, Diacono Cardinali Sãcti Hadriani in tribus foris, & Diaconorum Priori, cuius maximè opera Pontificatum obtinuerat, iureiurando promiſerat, ſe nunquam equum, vel mulam conſcenſurum, quin Romam accederet; deinde eum deluſerat, quippe Lugduno, ſecuro nauigio diſcedens, illicò per Rhodanum amnem, Auenionem, vbi Curiam firmare ſtatuerat, adierat; inde, pedibus palatium aſcenderat, in quo poſtea niſi cum maiorem Eccleſiam, palatio proximam, religionis gratia, ingrederetur, nunquam
E exierat, ac ità Sacramenti fide ſeruata, nunquam Romam, vt promiſerat, acceſſerat.) 14. Kal. Martij anno Domini 1327. in area Baſilicæ Vaticanæ Populo Romano, Caſtrucio Lucentium Tyranno, Epiſcopis aliquot, & multis Clericis ſchiſmaticis aſtantibus, Ludouico verò purpurea chlamide, imperialibus infulis, erecto throno aſſidente, Frater Nicolaus Fabrianenſis Eremita Auguſtinianus, & ſui Ordinis Apoſtata, Ioannem Papam publicè ter excommunicauit, & tanquam hæreticum, & læſæ maieſtatis reum Pontificatu abdicauit, ac optimum paſtorem, ſe Dei Eccleſiæ daturum ſpopondit. Et tandem conſulentibus Marſilio Patauino, Ioanne Gandauenſi, & Guillelmo Oka ex Minoritis iactis iniqui ſui propoſiti funda-

Platina vbi ſupra.

da-

damentis, tertio Idus Maij anno 1327. ad Basilicæ Vaticanæ aream, in gradibus præhabita ad populum concione à Nicolao Fabrianensi, die Ascensionis Dominicæ, sub nomine Nicolai quinti Fratrem Petrum Raipalutium, Ordinis Minorum Apostatam, & scismaticum prædictum, antea tamen optimæ vitæ, & morum habitum, Ioanni Papæ æmulum futurum, in Pontificem designauit. Qui à quibusdam Schismaticis Episcopis consecratus, & vt legitimus Christi Vicarius ab omnibus consalutatus, vniuersa Ioannis veri Pontificis decreta, & acta rescidit, largaque priuilegia, aurum emungendo, cunctis largitus est. Cardinales, & Episcopos, aliorũ more Pontificum, homines sui ipsius consimiles, creauit. Ad Reges, & Principes scripsit, ne Ioanni Papæ parerent, aut fauores, & auxilia præstarent, in litteris suis hæretica, & erronea aduersus Ioannem imponendo, & suæ depositionis, & abdicationis sententiam insinuando. Partes Ioannis Papæ tenentes Episcopos, Clericosque in dignitatibus constitutos, suis prælationibus, ac dignitatibus orbauit. Hæreticos, Schismaticos, vel eorum fautores, & plerumque non absque simoniaca prauitate, in depositorum, & priuatorum vicem præfecit, munus consecrationis vel per se, vel per alium illis impendendo. Multa alia fecit, & pluria alia patrasset, nisi Bonifacius Pisanus Comes ad Ioannis vigesimi secundi gratiam aucupandam Antipapam Nicolaum quintum, suæ fidei commissum, & in quodam ejus oppido commorantem, prodidisset, captumque, ac benè vinctum ad Pontificem, Auenione existentem, traduxisset nono Kal. Septembris anno Domini 1330. Vbi postridie publico in Concistorio, infœlix, alligato in collum laqueo, prostratus ad veri Pontificis pedes, ingentique cum humilitate, ac cordis compunctione, omnes, & singulos errores suos, ac scelera, abiurauit, patratorum scelerum veniam petijt, & vitam à vero Pontifice deprecatus est. Ioannes verò Papa eum absoluit, Ecclesiæ vnitati restituit, præ nimio gaudio illacrymauit, & è terra erectũ osculatus est. Veritus autem ne vniuersa Christiana Respublica perturbaretur, si liber iterum in Italiam rediret, cubiculum, libros, & victum in palatio Pontificio Auenionensi illi dedit, ibique tractatus fuit, vt familiaris, sed custoditus vt hostis. Et ità post triennium, & mensem vnum vitam exedit, & Minorum Ordinis habitu indutus, in Ecclesia Minorum Auenionensi honorificè sepultus fuit. Vixit in Pseudopontificatu annos tres, menses tres, & dies quatuordecim. Insuper Ioannes Papa *malitia sua sibi opprobrium ministrauit*. Nam per Ioannem Boæmiæ Regem, & Legatum suum, (quem fuisse autumo, Bertrandum de Porto, aliàs de Podietto de Castronouo Rhaterij, Caturcensis Diœcesis, Vasconem, Gallum, Presbyterum Cardinalem tituli Sancti Marcelli ab eodem Pontifice creatum die Veneris, quatuor temporum Aduentus, anno Domini 1316. deinde anno 1325. Ostiensem, & Veliternensem Episcopum, & vt tradit noster Vghellus, eiusdem Pontificis Nepotem, qui, audita Ferrariæ rebellione, à Pontifice cum summa potestate in Italiam missus anno Domini 1317. Lombardiæ, Picæni, Romaniolæ, & Bononiæ ad sexdecim annos præfuit) Italiæ Principes opprimere studuit, Quibus Robertus Siciliæ Rex, ac Florentini repentè aduersabantur, nullo Guelforum, aut Gibellinorum discrimine habito. Deinde Mastinus Princeps de la Scala, Marchio Veronæ, Philippus Gonzaga Mantuæ, Carrarenses Patauij, & Estenses Ferrariæ, Domini, & viribus non impares, cum Florentinis, Regeque Roberto amicitiam, & societatem ineuntes, Mastinus, Veronæ Marchio, Brixiam, Bergomumq;

Vghell. Abb. Italia Sacra tom. 1. Verbo Ostienses, et Veliternenses Episc. n. 53.

Platin. in Vit. Ioannis Papæ 22.

A gomumq; in deditionem accipiens, & alij alia aggressi occupantes, passimque cæso tum in Vrbibus, tum in agris Ecclesiastico præsidio, tàm Regem, quàm Legatum, omni ope destitutos, terga dare compulerunt, adeò vt hic Auenionem, ille in Germaniam summa cum ignominia, & opprobrio redire coacti fuerint. Quo tandem tempore idem Pontifex, nempe pridie Nonas Decembris anno Domini 1334. & sui Pontificatûs anno decimo octauo, mense tertio, & die decimo octauo, die Dominico, hora tertia, Auenione, in palatio Apostolico, nonagenario maior, vitam cum morte commutauit. Moriens centies viginti quinque millia, idest viginti quinque auri milliones reliquit, & hoc *solo nomine gratiosus*
B *fuit*, & gratus. Imago, vaticinio in suo peculario libello præfixa, quid significet, enucleamus. *Pontifex* significat Ioannem vigesimum secundum. *Gladius ex ore Pontificis pendens*, tyrannidem, quam in agnum Christi exercuit, vt patet ex supradictis. *Flagellum in manu dextra*, seditiones, & persecutiones. *Claues in sinistra, quibus Columba insidet*, Excommunicationes, & sacrorum interdictiones. *Monstrum, cuius superior pars hominis, papali diademate coronati, inferior vero cauda Draconis est, supplicans Pontifici, ad sinistram sub clauibus positum*, denotat Nicolaum quintũ Antipapam ad illum traductum, ac humiliter eum supplicantem. *Et propter caudam illius humi serpentem*, eundem Pseudopontificem connotat fuisse
C humili loco natum, vt testis est Platina. Cæterum Ioannes Pontifex multas pro Ecclesia Constitutiones edidit, extrauagantes nuncupatas, quas Zenzelinus, siue Genzelinus de Cassanis vberrimè lucubrauit, vt videri est in iure. Sub huius Ioannis Pontificatu, & Regno Roberti Neapolitanorum Regis excitatum est Monasterium Realis-uallis S. Cisterc. Ordinis in Diœcesi Nolana, siuè nullius, vt docet tabula marmorea in eius Claustro existens cum efficie insculpta Abbatis fundatoris, & huiusmodi inscriptione circumcirca...... *Abbas istius domus, & Magister Cappellæ Regis, qui primò domum istam instituit ...... anno Domini 1321*.

D

E

VAT.

VAT. X.

Benedictum vndecimum, aliàs duodecimum, præcognoſcit.

Sex lucidabit Planetas, & vnus ipſarum fulgorem extinguet.

De ſuburbanis montuoſis, & ſolidis de terra candida vir aſcendet, actus faciens ſingulares. Stellas in parte lucidabit, & obſcurabit. Sed excelſa non auferet, quæ prædicta Beſtia obfuſcauit; ſed remanebit agnus grauiter vulneratus. Pauca *ſparget, & multa congregabit. Egenus morietur; & propria ſepultura carebit. Coruum perſequetur. Columba regnabit totus ſolus, totus alienus, ſponſas multas viduas relinquens.* Hactenus decimum de Pontificibus Prophetæ noſtræ vaticinium, quo Benedicti vndecimi, aliàs duodecimi deſcribit Pontificatum. Tanquam is, qui *de ſuburbanis montuoſis, & ſolidis*, ideſt de Oppido Sauarduno, Diœceſis Toloſanæ montuoſæ, & ſolidæ, ac *de terra candida*, ideſt ex Ordine Ciſtercienſi, qui candidus nuncupatur, ob cucullam albam, ſibi à Virgine Deipara traditam. Qualiter autem

C. ex parte de Decimis. Gloſſa in Clem. 1. de Statu Monach.

A autem id Cisterciensibus euenerit narrant Ludouicus Bernardus de Quiros, Barnabas de Montalbo, & Bernardus Brito. Dicunt enim, Deiparam Virginem Monachis Cisterciensibus Matutinas horas deuotè canentibus apparuisse, quæ manibus candidissimam cucullam præferens, eam stupentis Alberici Abbatis capiti imposuit: & eodem instanti Monachorum in Choro psallentium cucullæ mutarunt colorem nigrum. Quod euenisse probat suis in Annalibus Angelus Manrique anno Dom. 1103. & ab Exordio Cistercij anno 5. iuxtà illud. [Anno milleno centeno bis minus vno sub Patre Roberto cœpit Cistercius Ordo] Ioannes etiam de Cireio, patria Diuionensis, ex Abbate Balernæ, anno Domini 1476.
B ad Cistercij, eiusdemque Ordinis regimen translatus, in exhortatoria ad Monachos tom. 1. Priuil. inquit. [Sæpius fulgidissimo Cœli ciuium stipata comitatu, eos visitabat etiam visibiliter, consolabatur, & docebat, adiuuabat, dirigebat. Ob hoc (ait) & ipsa (Sanctissima Dei Genitrix) sacri huius Ordinis Patrona, Domina, Protectrix, & Aduocata nominatur. Sicut & Ordo ipse primus est omnium Ordinum, (hoc de Ordinibus in occidente fundatis intelligendum est, & non vniuersaliter in toto Mundo; nam in Oriente etiam à temporibus Eliæ Carmelitarum Ordo fuit Beatæ Virgini ascriptus, vt aliàs demonstrauimus) in eius honorem dedicatus; cuius habitum tàm Monachorum, quàm Sanctimonialium tradidisse
C fertur, cum tantæ dignitatis auctoritate, meritò, & virtute, vt Diabolus nullam habeat potestatem in aliquem, qui eo indutus moriatur: saltim donec ipse Iudex viuorum, & mortuorum de eo sententiam tulerit.] Meritò Cisterciensis Ordo Virginis, & Matris tulit primogenita in Occidente, quia ipse tantùm primus extitit, qui hisce in partibus, nullo alio in Patronum assumpto, soli Deiparæ Mariæ immobiliter adhæsit. Nec displiceant ista Lectori meo; nam licèt Illustrissima Carthusianorum Patrum Religio sit Cisterciensi paulò antiquior, vtpotè instituta circa annum Dominicæ Natiuitatis 1084. atque sacratissimæ Virgini dicata, idque Sanctissimo Brunone Ordinem regente, minus tamen propria Mariæ fuit;
D quia Deiparæ patrocinio, Sancti Ioannis Baptistæ tutelam copulauit, vt tradit eiusdem Ordinis grauissimus auctor, Franciscus Puteus, Magnæ Carthusiæ Prior, cuius ista sunt formalia apud Surium. [At illi (inquit, & Carthusianos Patres loquitur) incredibili affecti gaudio, illam sacrosanctam Virginem, cui scirent in eius filium nihil negare posse, Patronam totius Carthusiani Instituti sibi delegerunt, & Beatissimam Domini Præcursorem Patronum] Iure ergo Cisterciensis Ordo in Occidentalibus oris Mariæ primogenitus est; quia sub solius Virginis intemeratæ præsidio fuit. De hac igitur terra candida Cisterciensica *Vir*, ideft Benedictus duodecimus, *ascendit*, supple ad summi Apostolatus apicem. Nec sunt
E audiendi Carmelitæ quidam, & in primis R.R. P.P. Petrus Lucius in sua Bibliotheca Carmelitana, & Alfonsus à Matre Dei Discalceatus apud Chrysostomum Henriquez, qui dixerunt hunc Benedictum fuisse Carmelitam, ac si Illustrissimus, antiquissimus, & celeberrimus eorum Ordo, nullis bonis abundaret, & furtis indigeret, atque rapinis. Nos ad probandum, Benedictum *de terra nostra candida*, vt Vates prædixerat, ad Pontificatum fuisse assumptum, non aliorum historiographorum vtimur testimonijs, aut auctoritatibus, nisi eiusdem Summi Pontificis idipsum apertissimè enodantis. Ipse enim vix ad Petri conscensus Cathedram, suis [dilectis filijs Abbati Monasterij Cistercij, cæterisque Coabbatibus, & eorum

& ibi Zabarella, & alij, Greg. Papa 10. priuil. 44.
Ludouicus Bern. de Quiros Republica Monast. lib. 5. Barnabas de Mont. tom. 1. lib. 1. c. 68. Bernardus Brito tom. 1. lib. 1. c. 10. Angel. Manriq. tom. 1. ad ann. 1103. c. 1.

Supra cap. 30. nostræ Hergasiarum B. Io: Ioachim Abb. Flor. Alethæ Apolog.

Laurentius Surius 6. die Octobris.

Chrysost. Henriquez in Menologio sub die 25. Aprilis in notis. Vbi è contra multas adducit historiographor. auctorit. præscr. tim Thomæ Valsinghamiin sua historia ad ann. 1313. Hieronymi Platt l. 2. de Bono

statu Religiosi c. 28. Arn. lds Vuion ligni Vitæ lib. 1. c. 43. Auberti Miræi Decani Antuerpiensis in suo Chronico ad annum 1318. Gonza. de Illescas tom. 2. hist. Pontific. lib. 5. c. 3. Ioannis Chenu in Chron. Roman. Pontif. Abraham Bzouij in annal. lib. Ecclesiast. ad annũ 1313. nu. 4. citat insuper Philippum Bergomēsem in supplemento Chronicorum, Chronicon magnum cum figuris sexta Mundi ætate, Albertum Argentinensem, qui temporibus eiusdem Benedicti floruit, Petrũ Roerium in princ. Commentariorum in Benedictinam, & alios.

eorum Conuentibus Cisterciensis Ordinis] supplicem misit epistolam sub datum Aueniòne 5. Idus Ianuarij sui Pontificatus anno primo, qua eos rogat, præcatur, & obsecrat, per viscera misericordiæ Iesu Christi, quatenus pro se, & salubri, fœlic.que statu Catholicæ Ecclesiæ præces Domino effundere dignarentur, vt omnipotens Dominus, qui humeris suis imbecillibus molem imposuerat Apostolicæ seruitutis, sua omnipotentia dextram sibi porrigeret, & suum defectum suæ virtutis robore fulciret. Inter alia ergo dicta in Epistola contenta, verba sunt ipsissima. [Nos igitur, qui in iuuentutis nostræ tempora in ordine vestro peregimus sub sanctæ obedientiæ imperio, & obseruantia regulari, ac in eo effecti alumni in dignitatis, & administrationis statu fuimus operosi; nec nõ de illo per Apostolicæ Sedis prouidentiam ad Pontificalis eminentiæ titulum, & deinde ad apicem Cardinalatus præuenimus; ac demum, sicut ex præmissis colligitur, nos quamquam immeritos in summi Pontificatus Cathedram suprema dignatio collocauit, eo efficaciùs, & deuotiùs charitati vestræ præcum nostrarum primitias destinamus, quo spiritualiùs, & firmiùs credimus, & tenemus, quod illæ apud vos locum sibi præcipuum vindicabunt.] Hæc in citata epistola, quæ est prima in ordine fol. 2. tomi primi Registri Vaticani: Item in eodem Registro, num. 725. extat eiusdem alia epistola pro reformatione studij Bernardini Parisiensis, & in libro priuilegiorum nostrorum priuilegium 60. sub [datum apud Pontem Sorgiæ Aueniònensis Diœcesis tertio Idus Iulij sui Pontificatus anno primò] & incipit [Fulgens sicut stella matutina in medio nebulæ Sacer Cisterciensis Ordo, in Ecclesia militante strenuè militat operibus, & exemplis]. Et post præclara elogia, maximè vitam eiusdem Ordinis contemplatiuam, primordiaque, atque progressus eximiè commendantia, immediatè subdit. [Huius quoque Ordinis ab adolescentia nostra perseueranter iugum sustulimus, & in eo alumni effecti per temporum curricula diuturna creuimus tàm in illo, quàm extra ipsum successiuis prælationum honoribus, & tandem conscendimus (quamquam immeriti) summi Cathedram Pastoratus &c.] Item in eodem Regestu nu. 8. extat eiusdem Benedicti duodecimi epistola [ad Guillelmum Abbatem Balbonæ Narbonensis Diœcesis, Cisterciensis Ordinis] scriptum sub datum Aueniòne 18. kal. Martij sui Pontificatus anno primo. In qua se Abbatiæ celeberrimæ Fontis frigidi clauum tenuisse commemorat. [Eo diligentius (inquit Papa Benedictus duodecimus) ex cura nostra generali vtilitatibus Monasterij Fontis frigidi Cisterciensis Ordinis Narbonensis Diœcesis prouidemus, quo spiritualis, & proprius Abbas Monasterio præfuimus, cum in minoribus agebamus &c.] Est igitur luce clarius, & eiusdem Summi Pontificis auctoritate conuincitur, Benedictum hunc Carmelitam vnquam extitisse, & quæ in contrarium Carmelitæ astruunt, somnium, fabulam, ac imposturam esse. Benedictus itaque vndecimus, ab alijs duodecimus appellatus, Iacobus du Four, aliàs Fornerius nominatus, ex parentibus pauperrimis, & infirma procreatus familia, ex patre siquidem molitore, Guillelmo nomine, natus in Castello de Saberdun, ad Aurigam amnem, cis Pyrenæos sito, Tolosanæ Diœcesis, à pueritia Monachum induit in Monasterio Balbonæ Ord. Cisterc. apud Vascones, Narbonensis Diœcesis; Parisijs deinde sacris litteris operam dedit, & sacræ Theologiæ lauream summa cum laude adeptus, Monasterij Fontis frigidi, Narbonensis Diœcesis, Cisterciensis Ordinis iura dixit. Inde

Fōtis frigidi Abbatia Cisterc. Ord. mētio est in iure in epistolis Innocentij Papæ 3. cen. per inquisitionem. de elect. one, & electi potestate, cap. I. literas, de supplenda negligentia Prælatorũ. & in cap. cum dilecti. de accusationibus. & alibi.

Ioannes Chenu in Chronico Romanorũ Pontificum.

A Inde ad Episcopatum Appamiarum primò, deinde Mirapicensem à Ioanne vigesimo secundo translatus, tandem Presbyter Cardinalis tituli Sãctæ Priscæ euasit anno Domini 1327. & Pontificatus Ioannis vigesimi secundi anno 12. & vulgò Cardinalis Albus dictus est. Hunc ergo Cardinalem, cæterorum omnium genere infimum, Ioanni Papæ præmortuo suffecere sacri omnes Purpurati, Auenione in Monasterio Prædicatorum Ordinis Patrum, 13.Kal. Ianuarij, vigilia S. Thomæ Apostoli, anno Domini 1334. Hanc nostri Iacobi vltimam promotionem cuidam Episcopo præostenderat bonorum omnium Auctor Deus eadem noctis hora qua Ioannes 22. è viuis excesserat. Rem narrat eiusdem temporis

B scriptor Albertus Argentinensis in Chronico hisce formalibus [Erat autem quidam vicinus Episcopus Romæ in via eundi ad Curiam Aueniomensem ad Papam cui in nocte mortis Papæ in somno apparuit quidam dicens. Papam quæris? Non est. Et post pusillum. Vis videre Papam? Ecce iste est, monstrata sibi persona magna incognita. Hic Episcopus procedens in itinere, audiuit de morte Papæ Ioannis. Veniens autem Auenionem iuit in Consistorium ingredientes diligenter inspiciens singulos Cardinales: & cum non vidisset personam monstratam, quæsiuit à quodam nunquid omnes Cardinales ingressi fuissent? Et responso accepto quod omnes, excepto Cardinale Blanco Ordinis Cisterciensis, il-

C lum quæsiuit in domo ipsius, ipsumque inspiciens faciem perpendit mõstratam, sibique soli in camera sua dixit. Pater Vos estis Papa futurus. De quo cum ille risisset (nulla enim fuit spes promotionis eius, cum esset humilior, & pauperior inter omnes) Episcopus exposito sibi somnio adiecit. Pater, ille qui mihi monstrauit faciem vestram, introduxit me ad stabulum immundissimum, stercoribus plenum, vbi vidi Arcam marmoream altissimam, sed vacuam. Vos estis illa Arca, quam debetis virtutibus implere] &c. Ignobilem autem Romanum Pontificem esse, eximia interdum, & præclarissima nobilitas est, tunc præcipuè, cum emicantium virtutum radij, familiæ obscuritatem illustrant. Virtutes enim sunt men-

D sura nobilitatis; & qui nunc dicuntur sanguine nobiles, non ab aliò, quã à virtuoso stipite, à quo dependent, propriam nobilitatem agnoscunt. Inter cæteras virtutes, quibus noster Papa Benedictus effulsit in Domo Domini, vna hæc præ alijs emicuit, vt nullas omninò Ecclesiæ diuitias paternam in domum intromiserit, & si illis sui indigerent. *Actus*, idest actiones, *fecit singulares*. Nam *sex Planetas lucidauit*, idest sex in toto suo Pontificatu Cardinales creauit, viros ex vniuerso orbe lectissimos, & instar Planetarum lucentes in Ecclesia militante: ipso Benedicto dicente [Cætera condonari posse Pontificibus; id vnum scelus venia carere, si in Senatu legendo, & Pontificum seminario amplificando peccauerint:

E nam cum ij capita sint, per quæ Ecclesia regitur, quam Spiritu Sancto auctore natam, eodemque gubernari oportere, scimus; culpis alijs in Parentem, Filiumue peccari: hoc vno in Spiritum Sanctum] Et veritus, ne vacante Imperio, ob Bauari depositionem, ab externo hoste Italia infestaretur, totidem Principes sua auctoritate illustrauit, nempe Ioannem Vicecomitem, Archiepiscopum Mediolanensem, & Luchinum fratrem eius, tàm Mediolani, quàm aliarum Vrbium, quæ possidebant, Vicarios constituit; Mastinum Scaligerum Veronæ, & Vicentiæ; Philippum Gonzagam Mantuæ, & Rhegij; Albertinum Carrarium Patauij; Obicionem Ferrariæ, Mutinæ, & Argentæ, eandem Vicariam potestatem indulsit.

Ægidius Viterbiensis Ord. Eremit. S. August. Presbyt. Card. in hist. M. S. 20. sæculorum, Romæ in Bibliot. Angelica.

Platina in vita Benedicti decimi, aliàs duodecimi.

Vnus finaliter ipsorum fulgorem, ideſt poteſtatem *extinxit*, ideſt exceſſit; A
prout in alijs etiam opuſculis legitur, & hic fuit Stephanus Columna, cui Benedictus Papa Senatoriam dignitatem, Regibus dari ſolitam, in quinquennium prorogauit, Eccleſiæ, & ſuis auſpicijs adminiſtrandam. *Stellas*, ideſt Principes, *in parte etiam obſcurauit:* nam in multos animaduertit, præcipuè verò in Ludouicum Bauarũ, tanquam in Romani Imperij vſurpatorem, cenſuras à Ioanne 22. latas innouauit, confirmauitque ſtatim initio ſui Pontificatus. *Sed excelſa non abſtulit, qua prædicta beſtia offuſcauit, ſed remanſit agnus grauiter vulneratus*, ideſt non recuperauit Chriſti patrimonium, nempe Eccleſiæ Vrbes, ab alijs ſub Pontificatu Ioannis ſui prædeceſſoris occupatas; quia paruo tempore in Pontificatu vixit. Et B
ideo *pauca ſparſit*, ideſt pauca in Pontificatu egit, & ſi ad multa facienda proſpiceret. Palatium ingens Auenione cum turribus, viridarijs, & pomarijs inchoauit, & perfecit. Suo iuſſu, & impenſa miſſis quinquaginta aureorum millibus Baſilicæ Vaticanæ Sancti Petri in Vrbe tectum reſtituit, quemadmodum edocet Epigramma ad eius marmoream ſtatuam in eadem Baſilica appoſitum in Catacumbis. Lutetiæ Pariſiorum pulcherrimum Templum Bernardinorum Ciſtercienſium extruxit. Iottum pictorem, illa ætate egregium, ad picturandas Sanctorum Martyrum hiſtorias in Templis à ſe Auenione ædificatis, conducere in animo habuit; quod morte præuentus adimplere non potuit. *Multa congregauit*, ideſt C
multam vim auri congregauit, ſed *egenus mortuus eſt*, nam non cognatis ſuis, & affinibus, licèt plurimos, & quidem pauperrimos haberet, ſed Eccleſiæ reliquit. Agnatos enim, & conſanguineos ſuos, ignotos ſibi eſſe fingebat, aſſerens Romanum Pontificem conſanguineos non habere: & cum multi inſtarent, vrgerentque, vt aliquos ex illis promoueret: ſubiungebat Dauidicum illud. [Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus, & emundabor à delicto maximo] vt tradit Albertus Argentinefis illius temporis ſcriptor apud Ciaconium. Et Bernardus illius ætatis hiſtoricus teſtatur ſe vidiſſe diuitem quendam mercatorem Toloſanũ; qui cum vxore ſua, quàm Benedicti Papæ neptem eſſe dicebat, Aueniónem productus, vt magna à Pontifice extorqueret beneficia; fuiſſe quidem ad Pontificis colloquium exceptos: verum hæc fuit illis Benedicti Papæ reſponſio: ſe quidem vt Iacobum Furnum eos agnoſcere; Pontificem verò renunciatum conſanguineos, & affines non habere. Nihil à ſancto Pontifice aliud extorſerunt, quàm expenſas in peregrinatione paſſos, & quæ reuerſuris neceſſariæ eſſent. Tantæque fuit conſtantiæ, vt vllis medijs à recto, & iuſtitia diuelli potuerit. Virtute præditos fouebat, diligebatque, vitijs deditos perſequebatur, & apertè odio habebat. Virorum Doctorum, & ingeniorum bonorum ſtudioſiſſimus extitit, præcipuè Frãciſci Petrarchæ, Poetæ famoſiſſimi, Gregorij Ariminenſis, & Thomæ Argentinenſis in facultate Theologica doctiſſimorum. Ex tibiæ dolore, quàm imperiti Medici, ne flueret, ſerò conati erant impedire, collacrymantibus omnibus inconſolabiliter, atque gementibus, obijt Auenione in Palatio à ſe extructo ſeptimo kal. Maij, anno Domini 1342. & ſui Pontificatus anno ſeptimo, menſe quarto, & die ſexto. *Et propria ſepultura caruit.* Nam Auenione in Cathredali Sanctæ Mariæ de Donis ineffabili funeris pompa, fletibus, & eiulationibus omnium concomitata, deſideratiſſimus, optimus, doctiſſimuſque, atque Sanctiſſimus Benedictus Papa ſepultus fuit; & non Romæ, cuius nomen ſemper habebat in ore,

Pſalm. 18. n. 14. Albertus Argentin.

Ciacon. in vita Benedicti.

D (margin)

E (margin)

vt

A vt discupierat, immò & corpus suum post obitum in Claustro Vaticani, cuius tectum restituerat, humandum iusserat, vt testis est Franciscus Petrarcha, sub quo Pontifice floruit. Romæ voces Benedictum XII. apud Petrarcham, alloquentis excipe.

Franciscus Petrarc. tom. 3. ep. lib. 1. ep. 5.

. . . . nam fama loquuta est
Nescio quid gratum miseræ te semper in ore
Nomen habere meum, nec non de coniuge tristi
Multa solere loqui, viduam quoque sæpe, vocare:
Hæc eadem nunc fama meas perduxit ad aures
Pellere te, vt proprias sedes, ac tecta renuant,
B *Prælatos ex vrbe tua: nec velle, putandum est*
Externis præbere, suis sua iura negare.

Et post pauca.

Est breue tempus adhuc, cum te durissima morbi
Vis tenuit, timuitque putans te iura carere
Terribilem, si vera ferunt, in limine mortem
Vidisti intrepidus: nobis tunc ossa referri
Iussisse, ac patrio pallentia membra sepulcro
Diceris, & Claustro Vaticani corpus humandum.
Si moriens venturus eras, præcordia quando
C *Vita regit, calidoque agitantur sanguine fibræ,*
Cur dubium secura diem promittere faustum
Gentibus Ausoniis?

Videns *Coruum persecuturus est*, Tum quia contra id quod Ioannes 22. sentire videbatur, pronunciauit, & declarauit animas Sanctorum omnium, qui ante Christi mortem, nec non aliorum, qui post eam obierunt, suscepto baptismo, in quibus nihil purgabile fuit, quando decesserunt, nec erit, quando decedent in posterum, vel si tunc fuerat, aut erit aliquid purgabile in iisdem, cum post mortem fuerint purgatæ; puerorumque animas baptismo Christi regeneratas, & regenerandas, cum baptismum susce-
D perint, ante liberi arbitrij vsum, pereuntium, ante corporum suorum resumptionem, & generale iudicium, post Christum in Cœlum profectum; fuisse, esse, & perpetuò futuras in Cœlo, Regno Cœlorum, & Cœlesti Paradiso, cum Christo SS. Angelorum consortio aggregatas, & post eiusdem Christi mortem vidisse, & videre, intuitiua visione, Essentiã diuinam, & sic videntes eadem perfrui; auditis priùs Theologis in publico Concistorio, quæ prædecessoris sui opinionem sequebantur: de qua re scripsit doctissimè tomos 2. & quæst. 11. eiusdem argumenti, & vt nullus superesset dubitandi locus, decretum dedit, quod qui aliter sentirent, pro hæreticis haberentur. Constitutio incipit [Benedictus Deus in do-
E nis suis] Dat. Auenione 4. Kal. Februarij Pontificatus sui anno 2. & refertur à Laertio Cherubino tom. 1. Bullarij. Tum etiam, quia haudquaquam à recto nec vi, nec precario, aut pollicitationibus, dimoueri potuit. Ideoque absque macula, & simplex, vt *Columba regnauit*, & pro Ecclesia constitutiones edidit præclarissimas, in corpore iuris insertas. *Totus solus* fuit quoad egestatem, *totus alienus*, quoad liberalitatem. *Sponsas*, idest Ecclesias, *multas viduatas*, idest non restauratas, *reliquit*. Figurã, modò ante Vaticinium in libello appositam, enucleamus. *Trigonum sex stellarum*, sex prædictos Cardinales, omnibus virtutibus fulgentes, in suo Pontificatu à Benedicto creatos denotat. *Aquila ad pedes Pontificis,* Ludo-

In extrauagantibus. cap. si Religiosus. de elect. cap. ad Regimen. de Præbendis, & Dignitatib. cap. Vas electionis. De censib. ex actionibus, & procurationibus, cap. Quod olim. de Immunitate Ecclesiæ,

cap. fi. io. D. Henr. Bullinger. De Schismaticis, capit. Inter cunctas. de Priuilegijs.

Ludouicum Bauarum significat, iterum à Benedicto Papa censuris multatum. *Corona regia è latere pendens à Papali corona.* Denotat Pontificem Benedictum duodecimum mittere in Italiam Legatum à latere, & Senatui, ac Populo Romano persuadere, vt Senatoriam dignitatem, quamdiu Regio nomine gesserant, suis tandem, & Ecclesiæ auspicijs administraret. Et propter hoc Stephano Columnæ Senatoriam dignitatem in aliud quinquennium prorogauit, & Collegas ei annuos dedit.

A

VAT. XI.

B

Clementem sextum præscribit.

Stolam suam in sanguine Agni dealbabit.

C

D

E

Alta ascendet duplici benedictione præuentus, amator Crucifixi, cultor pacis, altus ingenio: verum tamen quæ cogitat, non implebit. Alta corruent. Infima sublimabit. Ornabit Cælum. Nemore succendentur extendens manus ad pauperes, viduas desponsabit. Et tunc caue sphera volubilis, & nigra, ne impediaris vento aquilonis, in tribulatione cum lilio, & cruce defende. Hæc Vates.

Ioach. Abb. Vat. 11.

Post

A Post Benedictum nostrum Clemens sextus Gallus ascendit ad Petri soliū, anno Dom.1342. nonis Maij. Antequam Pontificatu donaretur, Petrus Monstrius appellabatur, ex patre Rogerio natus, patria Lemouicensis, in Monasterio Casæ Dei Regulā SS. Patriarchæ nostri Benedicti professus, Fiscanensis Monasterij Abbas in Normannia; primò Arelatensis Episcopus, deinde Rothomagensis Archiepiscopus à Ioanne vigesimo secundo factus, tandem à nostro Benedicto duodecimo 15. Kal. Ianuarij in quatuor temporibus Aduentus Domini 1337. Sanctorum Nerei, & Achillei, tituli Fasciolæ creatus Cardinalis. Hic ad tam *alta ascendit*, quia fuerat *duplici benedictione præuentus*, idest in facultate Theologica, & Iure Cano- *Plat.in VitaClemēt. sexti,& Ciacon. ibidem, & in Vita Benedicti duodecimi.*
B nico peritissimus; tanta enim auiditate prædictas facultates erat amplexatus, vt tunc nemo meliùs, & diligentiùs illis in scientijs versaretur. Tantæ insuper eloquentiæ profluuio dotatus erat, vt viri eloquentissimi eiusdem tempestatis ad eum comparati, elingues esse viderentur. Fuit *amator Crucifixi*, idest perhumilis, perhumanus, comis, & liberalis in omnes. *Cultor* insuper *pacis, & altus ingenio. Verum tamen quæ cogitauit non impleuit*. Siquidem cum intellexisset quosdam exortos in Italia tumultos, putans Luchinum Vicecomitem absque aliorum Italiæ Principum adminiculo, Ludouici Bauari viribus resistere posse, eum solùm Insubriæ Vicarium confirmauit, nulla prorsus facta cæterorum Principum mentione. *Tarcagn.in histerijs Mundi lib. 16.*
C At Bauarus, qui & fuerat denuo à Clemēte sexto anathematizatus, Ioānem de Vico, Galeottum Malatestam, eiusque fratres, Antonium à Monteseltro, Allegrettum Clauellum, Nicolaum Boscarettum, Guidonem Polentanum, Gentilem à Varano, Franciscum, & Sinibaldum Orleaffos, Ioānem Manfredum, & alios multos in nonnullis Ecclesiæ Vrbibus in Vicarios constituit. Sicque Clemens, *quæ cogitauit non impleuit. Alta corruerunt*, quia Senatores Vrbis, à Pontifice creatos, à Nicolao Rentij filio, Romano, publico Scriba, excelsi, erectique ad libertatem animi, armata manu è Capitolio fuere pulsi. *Atque infima sublimauit*, supple fauor Populi Romani; qui eum ad Capitolium euexit. Tantum insuper sibi be-
D neuolentiæ, & auctoritatis, apud omnes sibi comparauit, vt facilè, quo vellet, Populi Romani mentem inclinaret. Is siquidem, vt magis hominum animos commoueret, hoc titulo vtebatur [Nicolaus, seuerus, & clemens, libertatis, pacis, iustitiæque Tribunus, ac sacræ Romanæ Reipublicæ liberator illustris.] Hæc autem verborum pompa tantam de se admirationem, & opinionem peperit, vt omnes Italici nominis, per nuncios, & Legatos, pacem, & amicitiam ab eo petierint, & externæ etiā Prouinciæ putarint, per illum Romani Imperij gloriam renasci. Tantæ audaciæ extitit, vt Clementi Pontifici scripserit, vt Romam ad incolendum citiùs properaret. Ludouicum Bauarum, & Carolum, Ioannis Boemiæ *Idem.*
E Regis filium monuerit, vt eum quam citiùs adeuntes, de Romani Imperij occupatione ei rationem redderent. Sed parum inoleuit fucata gloria. Nam dum parti Ciuium consulit, partique aduersatur, repentè ex Patrono, Tyrannus euasit. Proinde septimo Tribunatus sui mense, veritus ne in manus incideret partis iratæ, sponte sua, ignaris omnibus, alia veste indutus, nocte intempesta Roma abiens, ad Carolum Cæsarem in Boemiam profectus, à Carolo captus, & bene vinctus ad Clementem in Anemionem traductus est, vbi de Pontificis iussu fuit coniectus in vinculis. Clemens etiam *infima sublimauit*. Nam retento in vinculis Nicolao, Cardinales quosdam Romam misit, qui statum Vrbis componerent;

rent; Ad quos Franciscus Petrarcha scribens, eis suadet, vt promiscuè Senatores ad tollendam seditionem ex plebe ipsa crearent, cum non satis cõstaret, in ipsa Vrbe Roma, qui Senatorij, quique plebei ordinis essent, omnes peregrini, & ignotis parentibus orti. Itaque fuere declarati Senatores Petrus Sarra Columna, & Ioannes Vrsi filius. *Ornauit Cœlum*, quia ad preces Populi Romani annum magni Iubilæi, quod centesimo quoq; anno Bonifacius Papa octauus celebrandum constituerat, primusq; anno 1300. celebrauerat, ad quinquagesimum decurtauit. *Ornauit* insuper *Cœlum*, quia Carolum Boemiæ Regem ob multarum linguarum, & litterum peritiam, in Ludouici etiam Bauari contumeliam, ab Electoribus in Romanorum Cæsarem designari fecit. Et Ludouicus Bauarus in *nemore fuit succisus*, nam dum venabatur prope Furstenfeldt, aplopexia, morbo, inuasus, & suffocatus in nemore obijt, dum *manus extendebat ad pauperes*, idest ad rusticos quosdam secum in nemore existentes, vt eum regerent; luitque pœnam suæ temeritatis die 11. Octobris anno Domini 1347. *Viduam*, idest Ioannam, filiam Roberti Regis Neapolitani, qui sine stirpe virili moriens, hanc ipsam Ioannam hæredem instituerat, & quam Andreæ Hungariæ Regis Caroli filio, vxorem dederat; quem illa tanquam virum socordem, & parum virilem perosa in Vrbe Auersa per insidias fune appensum in fenestra regij palatij, (nunc à Patribus Cœlestinis inhabitatur) & strangulatum interemerat, 14. Kal. Octobris, ann. Domini 1346. *despensauit* alteri fratueli, Ludouico, quondam Philippi Tarenti Principis filio, quem Roberti etiam fuisse fratrem constabat, Ioãnam ergo dispensando absoluit, & Ludouicum virum eius in Neapolitanorum Regem declarauit. Ideoque Propheta noster monet Italiam, quam *spheram volubilem, & nigram* appellat, vt se *caueret à vento aquilonis, & à tribulatione*. A quibus cauere haud potuit. Siquidem *A vento aquilonis*, idest à spiritibus terræ inclusis talis terræ concussio facta est, vt Venetijs præsertim mulier grauida non extiterit, quæ fœtum non ediderit immaturum. Terræmotui lugubris, & omninò miseranda calamitas est subsecuta, pestis nempe sæuissima, quæ in Asia apud Indos incipiens, passimque Prouincias irrepens, trium annorum spatio vsque Britannos vbique terrarum, malignorum concursu syderum, grassata est, vniuersumque orbem penè euertit. Franciscus Petrarcha de ea loquens, ait [annus 1348. lugens, qui non solum amicis, sed Mundum omnem gentibus spoliauit; cui si quid defuit, sequens ecce annus (nempe 1349.) illius reliquias demetit, quo non hæc pars, aut illa Terrarum, sed vniuersus ferè Orbis sine habitatore remansit?] Florentiæ Tuscorum centena hominũ millia occidit. Et vnico Verbo, toto triennio ità lues est peruagata, vt ex quolibet hominum millenario, vix decem homines superstites remanerent. Nec mirum: cum ob Iubileum, & multitudinem vndique Romam hominum confluentium, contagione, squallore, situ, fœditate omnia inficerentur. Magna tunc quidem Christianæ pietatis opera à Clemente Pontifice fuere labe illa infectis erogata. Peste laborantes suis sumptibus fouit. Et contage occisos, ne insepulti remanerent, in agro ad id à se empto, proposita iustissima mercede à publicis seruis piè sepeliri curauit. Vbi & Templum Deiparæ ædificari præcepit, quàm annuis redditibus largiflua liberalitate donauit. Italia insuper. *Sphera volubilis, & nigra neque se cauere potuit à tribulatione* bellorum. Nam Ludouicus Rex Hungariæ, & Frater Andreæ quondam Viri Reginæ Ioannis, audita fratris

nece

Margin notes: *Eystrauag. de Pœnit. & remiss.* — *Tartagn. ibid.* — *Idem ibid.* — *Franc. Petrarch. lib. 8. de rebus senilibus.* — *Plat. in Vit. Clem. 6. Trithem. Genebrar. Albert. Argentin. et Blond. lib. 10. Dec. 3.*

Margin letters: A, B, C, D, E

A nece crudelissima, tantum scelus vlturus, cum paratissimo exercitu Italiã venit. Et Sulmonensibus oppugnatoribus post longam obsidionem, & oppugnationem potitus, (Ioanna Regina, & Ludouico eius viro ob timorem in Prouinciam Narbonensem abeuntibus trium triremium classe parata) reliquas Neapolitani Regni Vrbes occupauit. Atque Neapolim Vrbem ingressus, Carolum de Durazzo, filium Ludouici de Durazzo, fratris Roberti Regis, à Ioanna pro regimine regni relictum, tanquam participem mortis Andreæ, capite plexuit, filiumq; eius, etiam Carolum nominatum, captiuum in Hungariam traduxit. (Hic, Vrbano sexto Pontifice, Neapolitani Regni corona potitus est.) Florentini etiam contra B hostes suos, Vicecomites, Carolum Cæsarem in Italiam vocarunt. Vicecomites Bononiam, Anglare, Burghum S. Sepulchri, & alia Ecclesiæ oppida Pontifici ademerant, quare Clemens indignatus, misso in Italiam Legato, Florentinos, & Mastinum Scaligerum etiam in Vicecomites cõcitauit. Verum veritus Imperatorem, ne Italiam ferro, & flamma vastaret, quemadmodum se facturum, Imperator minabatur, ad pacem componendam animum adiecit: & vt Gallorum Regis auxilio aduersarijs resisteret, pacem quoque, & fœdus inter Philippum Gallorum, & Eduardum Anglorum Reges componere conatus est: & sic tam ipse, quã Italia *Lilio, & Cruce se defendit*. Proinde figura in opusculo Vaticiniorum C habet *Crucem, & Lilium*, quo se defendere nitebatur. *Caput agni ad pedes Pontificis*, Andream, significat filium Caroli Regis Hungariæ, & fratrem Ludouici in Regno Hungariæ, Caroli successoris, à Ioanna Regina laqueo suspensum, *in cuius sanguine* Clemens Papa *stolam suam dealbauit*, idest cum Ioanna dispensauit, vt nubere potuisset Ludouico Tarenti Principi, eius consanguineo, & eiusdem mortis, vt quidam volunt, non experto. *Gallus ad pedem coronatus*, Nicolaum, Rentij filium, Romanum, publicum scribam, & ignobilem, Vrbis Tribunum suprema potestate fulgentem. Et *Serpens sinistram Pontificis, claues tenentem, mordens*, est Vicecomes (hi enim serpente vtebantur pro insigni, & gentilitio) bona D Ecclesiæ inuadens, & occupans. Clemens sextus, febri continua correptus, obijt Auenione in Palatio Apostolico 8. Idus Decẽbris, in die S. Nicolai Episcopi, & Confessoris anno Dom. 1352. translatum est corpus eius ad Cœnobium Casæ Dei, in quo Monachum induerat. Cæterum paulo ante eius obitum dirus Cometes fulsit, & quarto Nonas Decembris eiusdem Anni Cimbalaria Turris Principis Apostolorum de Vrbe fulmine cœlitus percussa, magnaque ex parte cacumen eius disruptum, & vi ignis campanæ fusæ sunt. Vnde Romani coniectarunt, breui Clementem Pontificem moriturum; vt quatriduo post coniecturam, rei comprobauit euentus.

Alfonsus Ciacon. in Vita Clementis 6.

E

 A

V A T. XII.

Innocentium ſextum hariolatur.

Lupus habitabit cum agno, pariterque ctiabit.

B

C

D

Ad honores aſcendet duplices homo iſte veniens de centro nebuloſo, concordãs diſcordantes, Lunam reuoluens, nouaculam in manu geſtans ad ſuperflua reſecanda: carnes comedet aſſas, vinum bibet myrrhatum: pauper ingrediens: alta conſiderans: infimis condeſcendens. Poſt Clementem ſextum in Cathreda Petri Innocentium ſextum Ioachim noſter prædicit conſcenſurũ. E

Ioach. Abbas in opuſculo Vaticin. ſummorum Pontificum, Vatic. 12.

Sanè Stephanus Alberti, Lemouicenſis, Prouinciæ Aquitaniæ, Gallus, mediocribus parentibus ortus, optimæ tamen, & honeſtiſſimæ vitæ, Procuratoris cauſarum in Romana Curia officiũ cum geſſiſſet, ac cum eſſet Iuris vtriuſque conſultiſſimus, etiam Iudicis poteſtatem adminiſtraſſet, tonſuratus deinde, atque ad Epiſcopatum Nouiodunenſem pri mò, ad Claromontenſem ſecundò, tertiò ad Cardinalatum Sanctorum Ioannis, & Pauli, tituli Pammachij, 12. Kal.Octobris anno 1342. quarto ad Oſtienſis, &

ſis, &

A fis, & Veliternensis Ecclesiæ Episcopatum anno 1352. 3. Februarij à Clemente sexto promotus, conspirantibus Cardinalibus cunctis, Catholicæ Ecclesiæ, sub nomine Innocentij sexti, claues meruit possidere per annos nouem,& menses octo. Anno itaque Dominicæ Natiuitatis 1352. 15.Kal.Ianuarij, Innocentius sextus *veniens de centro nebuloso*, idest munere procuratorio, *ascendit ad honores duplices*, nempe ad Ecclesiam reformandam, & eius ditionem, à Tyrannis principibus occupatam, Ecclesiæ recuperandam, restituendamque. Siquidem inito Pontificatu, totis viribus operam dedit, vt Romanæ aulæ vitia reformaret, & saluberrimis editis decretis, laxiorem ne dum curialium, sed & Cardinalium vitam correxit.
B Ecclesiastica beneficia non nisi probatissimis, & integerrimis, atque doctrina ornatis Sacerdotibus contulit. Et quia maxima multitudo Prælatorum,& aliorum, quibus cura imminebat animarum, rubei expectatione pilei, dimissis gregibus, Auenionem vndique confluxerat; oues non à mercenarijs, sed à proprijs Pastoribus custodiendas esse asserens, sub anathematis pœna iussit omnibus, vt singuli ad propriam Ecclesiam remearent. Publico in Concistorio acerrimè Cardinales redarguit, dictitans, suam, ac omnium Cardinalium vitam cæteris exemplo esse debere, ad nostri imitationem Saluatoris, cuius vita ad humani generis institutionem respiciebat. Cardinales quosdam iuuenes, à sexto Clemen-
C te creatos, libidini, ac voluptatibus indulgentes, thorosque Auenionentium Ciuium, ac fœminarum fœdantes pudicitiam grauius succensuit, stercora Curiæ eos appellans, ac minatus, si quid simile in posterum patrarent, se migraturum in Italiam ad eos seuerissimè coercendos. Sacri Palatij Auditoribus, quos Rotæ vocant, menstrua salaria constituit, ne largitionibus deprauati, in quæstionibus dignoscendis deficerent; famelicos enim non facilè ab alieno cibo abstinere dicebat, si esset oblata quouis modo facultas edendi. Hæc pauca pro Ecclesiæ reformatione sint recensita ex Ciaconio. Pro eiusdem autem Ecclesiæ iurium recuperatione, Ægidium Aluari Carriglium Albornotium Hispanum Cardina- *Alfonsus Ciacon. in vit. Innoc. 6.*
D lem, virum in re bellica eximium, armis militaribus cum omnimoda potestate in Italiam misit, vt Tyrannos bello persequeretur, & omnem Ecclesiasticam ditionem amissam recuperaret. Qui breui omnia ferè oppida recepit, quæ Tyranni, Ludouico Bauaro instigante, in Flaminia, aliàs Romaniola, in Marchia Anconitana, & Patrimonio S. Petri, occupauerant. Eosque tantùm Vicarios in oppidis suis confirmauit, quos comperrerat Romanæ Ecclesiæ obsequentes. *Concordauit discordantes*, & tumultuantes Romanos in creandis Senatoribus Vrbis, mittens ad Vrbem externum Senatorem, nempe Romandum Ptolomeum ciuem Senensem, qui annum integrum 1359. Magistratum Romæ gessit. Et post ipsum,
E Vgonem Lusignanum Cypri Regem. *Lunam reuoluit*. Innocentius, idest viros doctos, & integerrimos perquisiuit, vt illis tantùm Ecclesiastica beneficia erogaret. Et cum ipse esset vitæ integerrimæ, magnæ constantiæ, grauitatis,& seueritatis, *nouaculam manu gestans*, idest nulli parcens, *superflua resecuit*; nam domesticam impensam, quæ magna erat imminuit, familiam suam ad certum, & honestum numerum redegit; nec domi nisi viros probatissimos habere voluit, fœdis hominibus expulsis: idque etiam à Cardinalibus obseruandum edixit. *Carnes comedit assas*, quia in victu frugalis est habitus, *& vinum bibit myrrhatum*, idest dilutum, quo ille instar lacrymæ, ex myrrhæ cortice inciso defluentis, quo mortuorum

cadauera incorrupta conseruantur, animo semper incorrupto, & innoxio A
existeret. Atque ita Innocentius *pauper ingrediens, alta considerauit* pro
Dei Ecclesiæ seruitio, reformatione, & vtilitate, Atque *infirmis conde-
scendit*, vt Nicolaus Rentij, captiuus Auenione à tempore Clementis Pa-
pæ sexti, Tribunitiam dignitatem Francisco Baroncello adimeret, ad id
condescendendum Innocentius necessitate compulsus. Siquidem cum
Populus Romanus haud valens amplius Bertoldi Vrsini, & Stephani Co-
lumnæ Senatorum, arrogantiam ferre, ad arma, & seditiones concita-
tus, Capitolium irruisset, Stephano per posticum fugato, Bertholdum po-
pulum sedare ambientem, lapidibus obruisset; & donarijs, & pecunia
multarum Europæ gentium diues sub Clemente factus, viros nobiles B
non ferens, præcipuè Columnenses, Vrsinos, Sabellosque, immò aduer-
sus eos pugnare ausus esset; infimæ sortis hominem subleuauit, Franciscũ
quendam Baroncellum, Scrobasio oppido natum, qui audax, & manu
strenuus, Ioanne Vrsino, & Petro Columnensi Senatoria dignitate pulsis,
Tribunitiam potestatem occupauit, hisque titulis vsus est. [Franciscus Ba-
roncellus Dei gratia Almæ Vrbis Tribunus secundus, ac Romanus con-
sul.] Et ingenio, prudentia, & dexteritate præstans, sibi omnem Roma-
norum Ciuium amorem conciliauit. Populi concilium delegit, ad quod
cuncta referebat, & de quorum corpore Magistratus cunctos sorte crea-
bat. Iustitiæ plurimum vacans, pecunias publicas per Quæstores, etiam C
sorte creatos, administrauit; & populum in factiones diuisum ad Reipu-
blicæ amorem accendit. Quod cum Papa Innocentius audiuisset, aliter
prouidere haud valens, clauum clauo expellere est arbitratus. Ad com-
primendam ergo hominis temeritatem, Nicolaum Rentij, qui eodem mo-
do Tribunitiam facultatem appetierat, vt aliàs diximus, è carcere Aue-
nionensi eductum, Romam misit, ad Tribunitium dominatum repeten-
dum. Qui Vrbem ingressus, nobilitate, & magna Plebis parte suffragan-
tibus, Franciscum Baroncellum, è Capitolio deiectum interfecit, ac so-
lus Tribunatu potitus est. Et ita *Lupus*, idest Nicolaus Rentij, *habitauit
cum Agno*, idest cum gente Romana: *pariterque cibauit*, idest Tribunitia D
dignitate gubernauit, & si non satis diù. Nam pristinæ Nicolaus condi-
tionis oblitus, dum nobilitatem persequeretur, maximè verò Colum-
nenses, à porta Esquilina in Henricos cum clientela proficiscentes, ma-
gno incommodo pulsus, in Capitolium se recepit. Vnde fugam arri-
piens, instantibus hostibus, mutata veste, cognitus, à Romanis fuit ob-
truncatus. Tribunus itaque vterque, misero fato, Deo permittente,
sublatus est; & Senatoria Dignitas, nobilissimis ciuibus, quibus fuerat
adempta, per hunc modum restituta, atque reddita. Et tunc de man-
dato Pontificis Guido Iordanus fuit ad annum Senator electus. Post
quem cum Romanus populus in creandis Senatoribus tumultuasset, Ro- E
mandum Ptolomeum ciuem Senensem in Senatorem Innocentius dele-
git, & ad Vrbem misit, vt diximus. Elapsoque anno cum iterum Ro-
mani, Senatore pulso, septem ciues creassent summa cum potestate, quos
appellarunt vniuersæ Reipublicæ Reformatores. Innocentius Regem
Cypri, Hugonem Lusignanum Senatorem renunciauit, mandauitque vt
magistratum reformatorum aboleret omninò. Obijt Innocentius Eccle-
siæ curis pressus pridie Idus Septembris hora nona, idest sexta noctis se-
quentis, in Palatio Apostolico Auenionensi, anno Domini 1362, Pon-
tificatus sui anno 9. mense 8. die vero 23. Eius corpus in Ecclesia Ca-
thre-

A thredali Auenionensi Sanctæ Mariæ de Donis sepultum est, deinde translatum ad celeberrimum Monasterium Carthusianorum apud Villam nouam à se magnis sumptibus conditum. Habuisti lector vsque modò vaticinij comprobationem, accipe nunc figuræ, ante vaticinium in suo peculiari opusculo existentis, significatum. *Pontifex ornamentis pontificalibus indutus*, Innocentium Papam fuisse integerrimæ vitæ denotat, magnæ constantiæ, atque seueritatis virum. *Claues manu sinistra, dextra vero nouaculam tenens*, Ecclesiam illum reformaturum, & expurgaturum demonstrat. *Lupus ad sinistrum Pontificis latum erectus, ore aperto, quasi Papam alloquens*, Nicolaum Rentij, Auenione apud Pontificem
B captiuum pro sua libertate supplicantem portendit, *Gladius inter Lupi manus*, libertatem, & potestatem de adimendo imperio Francisco Baroncello, Vrbis Tribuno, prædicto Nicolao à Pontifice concessam demonstrat. *Corona sub pedibus Papæ*, Tribunitiam dignitatem à Papa suppressam, quam sibi Romanus Populus occupauerat, ostendit.

C

D

E

VAT.

 A

V A T. XIII.

Vrbanum quintum diuinat.

Iste solus operiet librum scriptum digito Dei viui.

B

C

D

Ad alta vocaris ò Princeps mente canus: quid agonizas? Surge, & esto robustus: interfice Neronem: & eris securus: sana vulneratos: accipe flabellum: interfice Muscas: eijce vendentes de Templo: doctrinam illuminatam assume: E *annuncia iustum: vita circumcisos: dirige columbam: reprime sitibundos.*

Ioach. Abbas libello citato, Vatic. 13.

Hactenus vaticinium Prophetæ Ioachim. Innocentio sexto è viuis excesso, quinto Kal. Octobris anno Domini 1362. sub nomine Vrbani quinti in Pontificem delegere Sacri Electores Guillelmum Grisatum, Grimoardi, militari gloria insignis, & Amphilisiæ Montferrand, nobilissimæ, & religiosissimæ fœminæ, quæ à plerisque sancta est habita, filium, in Grisatio paternæ ditionis oppido satum, duodecim milliaribus dissito ab Vrbe Mimatensi, Prouinciæ Galliarum Tolosanæ. Hic à teneris annis liberalibus deditus disciplinis, artium, vtriusque Iuris Doctoratum, ac sacræ

Theo-

A Theologiæ Magisteriũ in Gymnasio Montis Pessulani, & Tolosano, Auenionensi, & Parisiensi tandem acceperat. Monachum induerat in Monasterio Chirtacensi, Mimatensis Diœcesis, vbi sacros Ordines omnes obtinuerāt. Magisterij gradu potito, Ius Pontificium, & sacras litteras per annos viginti docuerat, habens multos nobiles, & egregios Auditores. Claromontis, & Vticensis Episcoporum Vicariatus officium exercuerat integrè, atque seuerè. Et ad Curiam Romanam inde productus, eius virtutes, præcipuè vero industria, doctrina, pietas, atque integritas, cognitæ ab Innocentio Papa sexto, Pontificem concitauerunt, vt eum in Abbatem Antisiodorensem primò, dein Massiliensem crearet, ac mul-
B tis, & magnis legationibus decoraret: adeò vt cum Pontifex renunciatus est Auenione, ipse legatione Apostolica fungebatur apud Italos Vicecomites. Erat sanè Guillelmus virtutis singularis, & ingentis animi, sanctorumque morum, nec non innocentissimæ vitæ maiestatem adiunxerat; ità vt virgo à nonnullis creditus, & post obitum miraculis clarens, pro sancto habitus, etiam de eius canonizatione mentio facta sit. Et ideò dixit Ioachim. *Iste solus aperiet librum scriptum digito Dei:* quia omnes illæ virtutes erant in eo, quæ maximè in optimum, & sanctum Pontificem requirebantur. *Princeps* ergo *iste mente canus agonizabat*, idest laborabat apud Vicecomites in Italia, dum *ad alta*, idest ad Petri solium *vo-*
C *catur*, missis ad eum à Cardinalibus litteris, vt quam citissimè Auenionē rediret, nulla ei facta mentione de noua Pontificis electione, ne fortè à gente Itala detineretur. Quid sibi vellet tam intempestiua, & præpropera vocatio, Guillelmus, animo suspenso, mente voluit aliquantulum. Tandem *surgens, & factus robustus*, idest perplexitatate deposita, Equo insidens, Auenionem properauit. Vbi octauo Idus Nouembris anno Domini 1362. die Dominico in Cathredali Sanctæ Mariæ de Donis, per manus Arnaldi de Via, Caturcensis, Diaconi Cardinalis Sancti Eustachij, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Archidiaconi, Ioannis 22. Papæ ex sorore Nepotis, sub nomine Vrbani quinti coronatus est. Mox ad tuendam Eccle-
D siæ libertatem animum adiecit, eorumque opera vsus est, qui ad eamrem sponte sua excitati erant. Itaque Ægidium Cardinalem Carriglium Albornotium Hispanum, virum militari gloria famosissimum, cuius supra mentionem fecimus, in Italiam cum summa potestate misit, quo inter Canem Scaligerum, cognomento Sigonij, Ludouicum Gonzagam Mantuæ, Nicolaum Estensem Ferrariæ, & Franciscum Carrarium Patauij, inito fœdere, singulos in Barnabam Vicecomitem, Ecclesiæ hostem infensissimum, quem Vates noster *Neronem* appellabat, concitasset. Qui tanta fortuna cum Barnaba pugnarunt, vt superatus, & saucius vix aufugerit, in bello filio suo Ludouico deperdito, & captis egregijs copiarum
E suarum Ducibus, nempe Andrea Pepulano, Bononiensi exule, Synebaldo Ordelapho, Paulo Mirandula, Guidone Foliano, Azone Corrigiensi, & Guillelmo Caualcabo ue. Et ità *interfecit Neronem, & fuit securus*. Vicecomites enim omnis seditionis, & contentionis in Italia auctores erāt. Quibus suppressis, *sanauit vulneratos*, idest eorum contagie infectos. Et licèt Vicecomitum calamitate commoti Reges Galliarum, Angliæ, & Cypri per Legatos suos Cardinales Ægidium supplicassent, vt pacē redderet Vicecomitibus, quibus & in Regum gratiam pax concessa fuisset; ea tamen haud nimis diuturnà fuit. Siquidem Ioannes Haucut, Anglus, co-

Cap. præced.

Ioannes Tarcagnota lib. 16.

copiarum Vicecomitum Dux, in re bellica gloriosus, cum Florentinos bello lacesseret, horum copias apud oppidum Miniate grauiter profligauit. Quam ob rem Legatus Apostolicus Ægidius, Thomam Obicionem, Lucensem, egregium copiarum Ecclesiæ Ducem, cum tribus millibus equitum, & satis magno peditatu Florentinis auxilio misit. Pugnatum est inter Aretium, & Cortonam dubio Marte quatuor horis: atq; demum Thomas ità hostes superauit, vt ex sex millibus equitum, qui cum Ioanne Haucut Anglo militabant, nemo superfuerit, atque ipse Dux in deditionem venerit. Huius autem tantæ victoriæ fama permoti qui ab Ecclesia defecerant, statim deditionem fecere, & Ciuitatum claues Legato, Bononiæ agenti, miserunt. Itaque Vrbanus Papa quintus, *accepto flabello*, idest industria Ægidij sui Cardinalis Legati, *interfecit Muscas*, idest ingẽtes Militum copias Vicecomitum; & *eiecit vendentes*, idest deficientes, *de Templo*, idest à ditione Ecclesiastica. Quibus ità fœliciter peractis, cũ Legati Populi Romani, Auenionem aduecti, Pontificem rogassent, vt Romam veniret: ilicèt eorum precibus permotus, quarto sui Pontificatus anno, Christi verò 1365. in Italiam accessit, vt Romanis satisfaceret, & Romanæ Ecclesiæ res, longa Pontificum absentia labefactatas cõponeret. Romam ergo ingressus S. Petri tumulum adorare voluit: vbi cum pronus daret lacrymas, miseratus collapsa templa, & desertã primi Pontificis Vrbem *doctrinam illuminatam assumpsit*, nam illud Psalmi 136. [Super flumina Babylonis illuc sedimus, & fleuimus, cum recordaremur tui Syon:] vt testatur Card. Ægidius Viterbiensis inter singultus repetebat: & deinde *annuncians iustum, & vitans circumcisos*, idest pietate, iustitia, & sanctis moribus, *direxit Columbam*, idest instaurauit Ecclesiam, *& repressit sitibundos*, idest bona Ecclesiæ alienantes, & occupantes, nec non in sui, & non in Ecclesiæ vtilitatem applicantes. Ambitioni frenum imposuit; & vno, aut paucis, pro dignitate virtutis, & scientiæ, beneficijs Ecclesiasticis contenti essent, edixit. Cumque Carolus quartus Romanorum Imperator intellexisset Pontificis Romam profectionem, eò mox cum Vxore, & filijs profecit, & in itinere Lucam Pisanis, & Miniate Florentinis ademit. Romæ verò Stratoris officio Pontifici exhibito, in sacris Pontificijs sanctum Euangelium decantauit. Accessit & Ioannes secundus Paleologolus, Constantinopolitanorum Imperator, quẽ pro foribus Basilicæ Vaticanæ, Imperatorum more, Vrbanus Papa suscepit, & susceptum honorificè habuit. Is ante Aram maximam Principis Apostolorum, Pontificis latina missa deuotè audita, publicè Catholicam fidem, quam Romana docet Ecclesia, & Spiritum Sanctum à Patre, & Filio procedere, Romanumque Pontificem vniuersi Dominici gregis Pastorem, caput, & Magistrum, professus est. Tandem in Italiam iterum reuersus, Mense Septembri classem ingressus, Auenionem remeauit. Vbi in morbum incidens, anno Dominicæ Natiuitatis 1370. suæ ætatis 61. Pontificatus verò anno 8. mense 2. die 23. 14. Kal. Ianuarij circa horam nonam, obijt in cubiculo domus habitationis Cardinalis Anglici, siue Ægidij Grimaldi de Grisaco, Episcopi Albanensis, eius ex fratre Nepotis, ianuis patentibus, & apertis omninò, vt quilibet intrare posset, & videre felicem eius, & Catholicum transitum, sanctæ Crucis signum manibus tenens, & indutus suis vestibus, quas semper etiam Pontifex gestauerat, ex quo neque illa in ægritudine se permiserat spoliari. Ex dictis patet figuræ mysterium, vati-

Platina in vita Vrbani quinti.

Card. Ægid. Viterbien. in M.S. hist. 20. saecul.

Ciacon. in vita Vrbani quinti.

A Vaticinio præfixæ, *Stella illæ quinque intra spheram contenta*, quinque illos Principes, nempe Cardinalem Legatum Apostolicum, Canem Scaligerum cognomento Sigonij, Ludouicum Gonzagam, Nicolaum Estensem, & Franciscum Carrarium, inter se confœderatos, significant. *Flabellum, siue flagellum, quod manu dextra tenet Pontifex*, est industria Cardinalis prædicti, qua Vicecomites fuere correpti. *Angelus sustentans claues in sinistra manu Pontificis existentes*, denotat, Vrbanum quintum ope diuina Ecclesiam instauraste, *Pauo quasi Pontificem alloquens*, potest ad Constantinopolitanum Imperatorem ascribi; nam sicut Pauo, B Ioannes Paleologus varijs virtutum pennis ornatus, diù à Latinis discupitam, tandem aliquando cum Latinis Catholicam fidem professus est, vt diximus. Et quia in quibusdam non Pauonis, sed Aquilæ imago conspicitur etiam si Pontificem alloqueretur; ideò potest ascribi ad Romanorum Imperatorem Carolum quartum, qui Romæ Pontificem salutauit, & sanctum Dei Euangelium coram Pontifice decantauit, vt supra.

C

D

E

 A

VAT. XIV.

Gregorium vndecimum reuelat,

Flores rubei, aquam odoriferam distillabunt.

B

C

D

Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, rubigo te consumet. Dulce principium inuenisti, sed finem tribulantem. Veh primum abijt: & ecce veh secundum. Fugiamus à facie eius. Clama in fortitudine, quia iam incipiunt vltimi cruciatus. Ah Ah, vbi est Lucifer? Quo abierunt stellæ? Curramus, & non respiciamus retro, quia ab Aquilone pandetur omne malum. Obsecro mi Domine, mitte quod missurus es. Hæc Propheta noster. Pro Vrbano quinto iustis nouemdialibus celebratis, Concistoriales Patres de optimo Pontifice prouiderunt Ecclesiam Dei tertio Kal. Ianuarij 1370. Is fuit Gregorius vndecimus, oppido Malmonte, Lemouicensis agri, in Prouincia Tolosana, nobili genere satus, Petrus Rogerij Monstrius, aliàs Petrus Comes Bellifortis antea dictus, sexti Clementis ex fratre Nepos, à quo septemdecim annorum quarto Kal. Iunij anno Domini 1348. titu'i S. Mariæ E

Abbas Ioach. de Pontificib. Vatic. 14.

Nouæ

A Nouæ Diaconus Cardinalis creatus; & ne videretur carni, & sanguini, quàm Ecclesiæ consuluisse, ad litteras, & scientias addiscendas missus ad exquisitissimos, & clarissimos Doctores, maximè verò ad Baldum, Perusij tunc Ius Pontificium legentem, adeò in omni scientiarum, & disciplinarum genere, cum omnium summa admiratione profecit, vt Baldus ipse eius auctoritate, sententia, & scriptis, in rebus dubijs confirmandis, plerumque in Cathreda vteretur. Doctrinæ tantam vitæ innocentiam, modestiam, morum maiestatem, pietatem, placabilitatem, & humanitatem adiunxit, vt ab omnibus vnicè, & summè diligeretur. Inito summo Pontificatu Gregorius, Legatum suum Apostolicum misit in Italiam, vt res B Ecclesiasticas recenseret. Qui vt primùm Italiam aduenit, Vicecomitibus pacem concessit, qui erant omnibus infensi, ac cæteris præbuit fundamentum omnia perturbandi. Ideò inquit Ioachim. *Obscuratum est aurum*, idest Vrbani quinti restauratio neglecta: *mutatus est color optimus*, nempe status Italiæ per Vrbanum compositus. *Dulce principium inuenit*, scilicet omnia bene composita, & quieta, *sed finem tribulantem* habuit, quia in seditionibus facto cessit *rubigine consumatus*, idest intolerabili vesicæ dolore mortuus. Sicut enim rubigo in ferro contrahitur, & arida, & rubra ipsum consumens: ità in renibus, vel in vesica secundum variam Physicorum sententiam, quid simile nascitur, siue arena, siue calculus vri- C næ meatum impediens, & acerbum dolorē gignens. *Veh primum*, quod sub Ludouico Bauaro fuerat excitatum, *abierat: & ecce veh secundum*, ex Legati ignauia exortum. Nam dum Pratenses Florentinorum iugum excutere concuperent, & Legatus Pratensibus subsidio esset, mitteretque Ioannem Haucuth, Anglum, & egregium Ducem suis cū militibus, vt Pratensium partes tuendas susciperet; & hoc ad Florentinorum aures cū deuenisset, ne dum Ioannē Haucuth ingenti auri summa, vt pro ipsis militaret, pugnaretque, subornarunt, & multos Pratensium, defectionis capita, capitali sententia puniuerunt; sed libertatis nominis, aureis litteris scripti, erecto vexillo, multas Ecclesiæ Ciuitates ad pristinam libertatem D incitarunt. Et primi Tiphernates (quos Castellanos vocant) ad libertatem præ cæteris inclinati, ab Ecclesia desciuere. Horum exemplum sunt imitati Perusini, Tudertini, Spoletani, Eugubini, Viterbienses, Foroliuienses, Asculani, & aliæ Vrbes, & oppida, quæ a Pontifice, & Ecclesia defecerunt. Dicentes, *fugiamus a facie eius*, *clamantes in fortitudine*, idest simul vnà conspirātes pro libertate. Quod audiens Astorgius Manfredus, sub Bauaro tyrannidis dulcedine gustata, Granariolum, optimum Fauentini agri Castellum, eis etiam suppetitias ferentibus, occupauit. Ad Astorgium opprimendum, Ioannem Haucuth misit e Bononia cum aliquot cohortibus; sed Astorgium sunt tutati Florentini, & Bononienses: E qui exclusos Ioanne cum omni præsidio se vindicarunt in libertatem. Ioannes autem etiam Fauentinos ad libertatem procliuos comperiens, cæsis omnibus, quos obuiam habuit, & crudeliter Ciuitatem solo æquauit, & Vrbis solum viginti millibus nummis aureis Nicolao, & Alberto Estensibus, fratribus, vendidit. Tum verò Pontifex, cognita tanta rerum permutatione, Cardinalem Robertum, ex Comitibus Gebennensibus, Burgundum, Gallum, Basilicæ Sanctorum duodecim Apostolorum Presbyterum Cardinalem, Legatum suum, cum sex millibus equitum Britonum in Italiam mittit. Qui per Taurinos descendentes sine vllo maleficio vsq; ad Bononiæ portas peruenere, Vrbem obsessuri. Sed Legatus cognito

Plat. in Vita Gregorij vndecimi.

Tarcagn. in histor. Mundi lib. 17.

Platin. vbi supra.

Florentinorum aduentu, qui, Rodulpho Varaneo Duce, Bononienfibus A
fuppetitias ferebant, cum omnibus fuis copijs Cefennam hyematũ concessit. Inque Vrbe ità tumultuatum eft ob Gallorum fuperbiam, vt fexcenti Britones obtruncati fint, reliqui Vrbe exacti. Qui pofteà per arcem ingreffi, aucti numero, cædibus, & rapinis omnia compleuere: neque his quidem parcentes, quorum ætas fuppliciter veniam petebat; folæ virgines, ac iuniores matronæ ad iniuriam, & contumeliam funt referuatæ. Foroliuienfes autem veriti nè à Legato, inopia confilij, & Gubernatoris, opprimerentur, Sinebaldum, Pynum, Ioannem, & Theobaldum, Ordelaphos Dominos in Vrbem recepere, quorum virtute à Britonum impetu conftantiffimè funt defenfi. Et ità *inceperunt vltimi cruciatus. Ah, ah. Vbi eft Lucifer?* ideft obedientia Ecclefiaftica, quæ inftar Luciferi, tot fæculis B
luxit. *Quo abierunt Stellæ?* fcilicet Principes Ecclefiafticæ auctoritati, & poteftati fubiecti? Aduertentes autem Gregorius, hæc omnia mala, quæ in dies in Italia perpetrabantur, fua abfentia fieri, naufragiumque tam diuturnum abfente gubernatore committi: profectionem fuam eò accelerauit. Sed Pontificem permaximè mouere cuiufdam Epifcopi verba, qui interrogatus à Pontifice dum fimul ambularent, cur non rediret ad Ecclefiam fuam, quam haud par erat, tàm diù fine Paftore nudam relinqui: [Cur (inquit) tu fumme Pontifex fanctiffimeque Pater, cæteris exemplum daturus, tuum Epifcopatum non repetis, Ecclefiamq; Romanam?] C
Auctor Hiftoriæ Gallicæ Froffardus, tunc viuens, fuis in Annalibus prodit, pro nullius litteris motum fuiffe Pontificem, quàm Sanctæ Catherinæ Senenfis, ad profectionem magnopere incitantis. Sunt ad eum 14. Epiftolæ eiufdem argumenti, vt Sedem Principis Apoftolorũ lætus adeat, pacem fubditis fuis, & fi rebellibus concedat, promiffa omnibus impunitate ftatim quieturos, & ad eius obfequium redituros. Sed fiue Epifcopi refponfione, fiue Catherinæ monitis, fiuè vtriufque fimul (vt autumo) motus Pontifex, paratis in Rhodano vna, & viginti triremibus, Idibus Septembris, fui Pontificatus anno fexto, & Dominicæ Natiuitatis anno 1376. aliò fe iturum fimulans, nè a Gallis detineretur, fi fe ad Vrbẽ pro- D
fecturum intellexiffent: ipfam enim Curiam, emolumenti gratia, in Gallia volebant: à qua tanquam *ab Aquilone pandebatur omne malum* Italiæ, *Currens, & non afpiciens retro*, ideft triremes confcenfus Romam cum tota Curia profecturus, & in Gallias vnquam rediturus, à portu Maffiliæ foluens, Genuam primò, inde Cornetum contendit. Vnde terreftri itinere nauigationem pertæfus, hyeme præfertim, Romam peruenit anno Domini 1376. Idibus Ianuarijs, Pontificatus fui anno 7. migrationis verò Romanæ Curiæ in Gallias anno feptuagefimo. Gregorij vndecimi Romã vfque profectionẽ luculenter defcripfit Petrus Amelius Senogalliæ Epifcopus, eiufdem Pontificis Comes. Quo autem apparatu, quaque incre- E
dibili Populi Romani lætitia fulceptus in Vrbem iit, honorato quoque obuiam prodeunte nõ attinet dicere, cum vultu, geftu, acclamationibus, omnem lætitiæ fpeciem effuderint, vt filij folent, redeunte peregrè exoptato parente. Indigebant omnia aduentu Pontificis. Nam & mœnia, & Bafilicæ, & publica, ac priuata ædificia vbique ruinam minabantur. Quæ certè magna ex parte reftituit, vt turris iuffu fuo ædificata ad S. Mariam Maiorem indicat. Labefactati etiam ità Ciuitatis mores erant, vt nihil vrbanitatis habere videretur: vtique illi mores aliunde petendi effent, quæ [illegible] Orbem terrarum quondam ad vrbanitatem redegerat. Collocata igitur

Froffardus in Annalibus Galliæ.

Petrus Amelius, Alectenfis, Senogalliæ Epifcopus in Gallia Narbonenfi.

A igitur in Vrbe Sede Apostolica, Pontifex (vt bonum Pastorem decebat) omnia circumspicere cœpit, & de medela vulneribus inferenda cogitare,vt adimpleretur verbum, quod prædixerat Propheta Ioachim. *Flores rubei*, ex cruento scilicet sanguine nati,*aquam odoriferam distillabunt*.Pax igitur, qua sanari obducta vulnera non dum poterant, sibi diù, multumque cogitanti oblata est. Legatum itaque primò ad Florentinos mittit, qui ad arma spectabant, eosque adhortatur, vt æquas pacis conditiones non detrectarent. Hi verò Pontificis potentiam suspectam habentes, ne *Platina vbi supra.* ad pacem cogerentur, cum Barnaba Vicecomite hoste, paterno, auitoq; fœdus,& amicitiam ineunt. Postea Ioãnem Haucuth, Anglum, pecunia,
B & pollicitationibus corruptum, ab Ecclesia ad partes suas trahunt. Quo successu elati nullum iniuriæ,contumeliæque genus prætermittunt,quod in Pontificem transferri posset. Qua ex re Pontificijs diris notati, hac insolentia vsi sunt, vt etiam Sacerdotes suos, quibus à sacris interdictum erat,celebrare contra ius, fasque coegerint. Tum verò Pontifex à precibus ad arma conuersus, conciliatis prius Bononiensibus,qui suo nomine Vrbem gubernandam assumerent, Rodulphum Varaneum mercede conducit, hac in re Florentinorum artibus vsus, eique aduersus Florentinos Ecclesiæ committit exercitum. Ne autem, vt destinauerat,faceret, discordia inter Genuenses, & Venetos orta, fuit impedimento. Veritus
C enim est,ne aliqua esterna vis Italiam inuaderet, si ipse quoque cum Florentinis decertaret. Nam dum Andronicus Paleologus, Genuentium auxilio fultus, quibus Tenedon Insulam, in mercedem facinoris permiserat, Ioannem, Constantinopolitanum Imperatorem, eius Patrem, Regno depulisset, Veneti eundem in patriam reduxerunt, ac Tenedon Insulam ab eo accepere. Qua ex re indignati Genuenses in aliud tempus vindictam distulerunt, veriti Pontificis anathema, qui vtrique populo interminabatur, nisi ab armis desisterent; cum diceret, neutri eorum bellum illud competere. Sed dum vir Sanctus accuratè agit omnia, quæ ad Pontificem pertinerent, anno Dominicæ Natiuitatis 1378. die 6. Kal. *Idem ibid.*
D Aprilis,circa secundam noctis horam, Romæ in Palatio Apostolico S.Petri, intolerabili vesicæ dolore,vt dictum est, *obsecrans Dominum,vt mitteret, quod missurus erat*, nempe mortem, moritur,, sui Pontificatus anno 7. mense 2.die 29. Tantoque omnium cum gemitu,& lacrymis,quanto nũquam ante quisquam, sepultus est; parente enim, & vnico genitore priuati omnes videbantur,lugebantque non modo præsentem, verum etiam futuram calamitatem,in quam,sublato optimo Pontifice,ob patrũ discordiam incidere. Ex dictis patet sensus imaginis. *Papa* siquidem *peregrinationis baculum dextra manu gerens*, significat Gregorium vndecimum terrestri itinere Romam, tanquam peregrè exoptatum parentem,redijsse.
E *Miles ensem in Pontificem vibrans, & Lancea è latere*, denotant cladem Cesennatem, qua sexcenti Britones, ex parte Pontificis,interfecti sunt. Prohibuit autem *manus Dei*,sua diuina prouidentia,partim per censuras Pontificias, partim per *Stellas*, idest Principes morem gerentes Pontifici, ne planè Pontificis copiæ enecarentur, & eius potestas euerteretur; quinpotius ille resumptis viribus in aduersarios atrocissimè intenderetur. Significant quoque defectionem Ioannis Haucuth ad Florentinos, & iniurias,& contumelias Pontifici illatas à Florentinis, qui etiam anathemate notati, contra ius, fasque Sacerdotes, quibus à sacris interdictum erat, celebrare compulerunt. *Gladius à sinistris Pontificis; cuius capulus ad pedes*

ipsius

ipſius eſt, denotat Pontificem à precibus ad arma conuerſum, ſicut pa- A
tet ex dictis.

VAT. XV.

Vrbanum ſextum prophetizat.

Terribilis es, & quis reſiſtet tibi?

Hæc eſt fera vltima aſpectu terribilis, quæ detrahet ſtellas: tunc fugient aues, & reptilia tantummodo remanebunt. Fera crudelis, vniuerſa conſumens, infernus te expectat. Hactenus Florenſis Abbatis Vaticinium. Succeſſorem habuit vndecimus Gregorius Vrbanum ſextum 6. Idus Aprilis anno Dom. 1378. Is ſexagenarius, exigua ſtatura, craſſus corpore, & colore fuſco, ante Pontificatum, optimum fore Pontificem, præclara habebat inditia. Præclaræ in eo quidem virtutes ante Pontificatum elucebant, eruditio ſcilicet prope ſingularis, amor iuſtitiæ, & caſtitatis, odium ſimoniæ, ac munerum, ac ingens beneuolentia erga bonos, doctoſque viros. At Pontifex factus, virtutes illas, tunc cum magnopere illis indigebat, aut nun-

Ioach. Abb. Floris de Summis Pontificibus Vatic. 15.

Alfonſus Ciacconius in vita Vrbani 6.

A nunquam habuisse, aut vno veluti momento amisisse visus est. Cardinales quindecim Romæ electioni præsentes, quorum vndecim erant Galli, quatuor tantùm Itali, eum in Pontificem designarunt, dum à Romano populo vrgerentur, vt aliquem Romanum, aut saltem Italicum in Pontificem eligerent. Verebantur enim Romani, ne si esset è Gallica natione, iterum Romanæ Curiæ vltra montes migrare necesse esset, cum maximo Almæ Vrbis, totiusque Italiæ detrimento, & damno; proinde affirmauerant illis, absente Pontifice, omnem Prouinciam, Vrbemque Romam tyrannicis vexationibus continuò vexari, Ecclesiasque Romanas neglectas, & incultas, situ, squallore iam magna ex parte prolabi, tolliq; eam
B ob rem Populorum pietatem, Romam continuò proficiscentium, Sedem Pontificiam, Cardinalium titulos, & Monasteria, ac sacratissima Martyrum loca sine tecto, corruentibus iam parietibus, pecoribus, & brutis animalibus patere; ideoque æquum esse, vt eo loci Pontifex resideret, vbi Petrus, Apostolorum Princeps, Sedem Pontificiam, relicta Patria sua, relicta natione, volente Deo collocauerat, ac Martyrum, Confessorum, sãctissimorumque Pontificum cineribus, & sanguine auxerat Dominus: vnde Pastores Ecclesiæ vndequaq; circũspicientes, Christi memores mandatorũ, exẽplis incitati maiorum, quorũ Martyria, & res gestas ante oculos haberent, saluti hominum cõsulerent, B. Petri patrimonium recuperarent,
C quod Pontificũ absentia, in Etruria, in Sabinis, in Henricis, in Vmbris, in Piceno, atq; in Flaminia a quibusdam tyrannis fuerat occupatũ. Et quod si Pontificem Romanum, aut Italum precibus obtinere à Cardinalibus nequirent, vi eosdem cogerent ad talem deligendum. Et eum, Gallos numero plures, Pontificem è suo corpore creare, audiuissent, armati, occupato palatio Apostolico, tota nocte cum tympanorum sonitu [Romanũ, aut Italicum volumus] conclamarunt. Et cum Cardinales summo mane, sacris Spiritui Sancto habitis, in suffragia ire constituissent, campana Capitolina, & Vaticana, auditæ sunt, populi conuentum aduocantes, qui ad arcam S. Petri positus, eadem verba repetebat. Tunc Patres imminen-
D tem cernentes impressionem (iàm inter Lemouicenses, & reliquos Cardinales Gallos acri exorta discordia, cum vtraque factio vnum ex suis Pontificem habere contendebat) omnes, quasi ex abrupto, nulla personæ discussione habita, in Pontificem delegere Bartholomæum Prignanum, Neapolitanum, natus namque erat Neapoli in vico Pandini, prope tabernam meritoriam, quæ Infernus, dicebatur, patre, & maioribus Pisanis, matre Neapolitana, gente ignobili Prignana: addolescens iuri Pontificio opera strenuè nauata, egregius Doctor euaserat, Auenione in Contubernio Petri de Monturneo Cardinalis Pamphilonensis Vicecancellarij diù fuerat, Apostolicam Cancellariam rexerat Romæ sub Pontificatu
E Gregorij vndecimi, à quo ex Archiepiscopatu Acheruntino ad Barensẽ translatus fuerat, & tanquam in Romanæ Curiæ praxi exercitatus, amicus erat, ac familiaris Purpuratorum: cum Cardinales Italici affirmassent, se ea ratione lectos, Pontificatus munus non suscepturos. Tum verò Patres omnes præter duos, Gallum, & Romanum, metu durante, eo animo, & proposito quidem elegerunt, tanquam legitimus Papa futurus esset. Gallus verò dixit, quod tanquam compulsus consentiret electioni, & extimabat illegitimum esse. Romanus autem dixit, quod ob manifestã vim, & impressionem, nec sibi, nec alteri suffragaturus esset, nisi impressione cessante, libertati suæ redderetur. Verùm tumultu omni sedato, Cardinales omnes, quotquot erant, ipsum more solenni in summum Pontificem

sunt

sunt venerati, & tandem in die sancto Paschæ Dominicæ Resurrectionis A
14. Kal.Maij ann.1378. cunctis Cardinalibus approbantibus, Episcopis, Cleroque, ac Populo astantibus, ante fores Principis Apostolorum per Iacobum Vrsinum, Romanum S.R.E. Archidiaconum decoratus fuit corona Regni. Et sicut ipse deinceps tàm in Concistorijs, quàm in alijs publicis actibus, vt verus, & legitimus Papa se gessit: sic cuncti Cardinales in omnibus tùm publicis, cum priuatis actionibus tanquam verum, & legitimum vniuersi Dominici gregis Pastorem habuerunt, salutauerunt, ac venerati sunt. Inito ergò Pontificatu, Vrbanus sextus statim à coronatione sua, quale illi ingenium esset, expressit. Fuit siquidem vir rigidus, durus, asper, rusticus, inexorabilis, callidus, arrogans, habendi cupidus, iniuriarum memor, ac vindex, malens metui, quam diligi, atque B
cunctis hominibus, & ijs præsertim, qui de eo fuerant optimè meriti & maximè Purpuratis ingratus, quibus sæpè iusta, & honesta petentibus, cuncta negauit, eosque grauissimis obiurgationibus cum cæteris Curiæ Prælatis vexatos ad magnum schisma incitauit. Postridie coronationis suæ, Vesperis Pontificio in Sacello celebratis, sermocinans, astantes Episcopos increpatione lacessiuit vehementi, eos periuros, & Dei hostes nũcupans, pro eo quod proprijs Ecclesijs relictis, moram traherent in Romana Curia: cui tacentibus omnibus, solus Martinus de Salua Cantaber, Episcopus Pamphilonensis, Iuris Pontificij egregius Doctor, & Papæ Referendarius, publicè respondit, se vnquam fuisse periurum, nam C
Romanam Sedem sequebatur non propter suam priuatam, sed propter publicam vtilitatem, seque paratum esse illicò suum ad gregem redire; & clam deinde monuit Vrbanum minus cautè se gessisse in generali illa reprehensione. In primo Concistorio Cardinalibus assidentibus, Prælatisq; ac numeroso Curialium cœtu, concionem habuit, cuius thema fuit? [Ego sum Pastor bonus?] quo intempestiuè omnium, & Cardinalium præ cæteris, ac Prælatorum mores, vllo modo increpationibus imposito, cœpit redarguere: monuit, vt manus abstinentes haberent, non dona aliqua, non munera acciperent, dum causas agunt, dum patrocinium suum beneficia petenti præstant; in simonia deprehensos, aut causas fouentes iniustas, se acerrimè puniturum est interminatus: prætereà ostendit sibi placere, & ita velle, vt pompam dimitterent, tantamque familiarium turbam, & equorum, cum id quod in tales sumptus, Romanæ Ecclesiæ perniciosos, consumerent, pauperibus, & corruentibus basilicis restituẽdis deberetur: se deinceps bonorum delectum habiturum dicebat; addens, malos suorum flagitiorum pœnas, nulla personæ ratione habita laturos, nisi sententiam mutarent, se enim iustitiæ in omnibus seuerè vacaturum professus est. Et quia sentiebat Cardinales Gallicos de reditu Romanæ Curiæ in prouinciam suam aliquando mentionem facere, apertè ostendit, se Romæ mansurum; neque cuiquam suadenti, vt inde abiret, obtemperaturum; quod diceret, fundamentum vniuersalis Ecclesiæ, fideique Christianæ, Romæ iactum, & auctum ad culmen esse. Hac oratione, quæ maximum incentiuum fuit subsecuti Schismatis, Cardinales se pulsari rati, ij maximè, qui thesauros Ecclesiæ in morte Pontificum expilauerant, quippe pro animi sui arbitrio prius agebant, eam grauissimè tulerunt, licèt ad tempus dissimulauerint, & clandestinas in eum conspirationes iniere. Accessere etiam alia multa, quæ saucios Cardinalium animos ad defectionem incitarunt. Per eos dies ad Vrbẽ venerat Quæstor D E

Paul. Scaliger hoc in loco, Ciacon. in vita Clementis 7. Antipape, & aliy.

Platina in vita Vrbani 6.

A ftor quidam pontificius, qui pecunias ab fe collectas Vrbano corā Cardinalibus obtulit: quas Papa reijciens, [pecunia tua tecum] inquit [in perditionem fit,] & illam recipere recufauit. Multa alia eiufmodi fecit, quibus Cardinalium, & Prælatorum omnium iram in fe concitauit. Eofdem quoque maximè turbauit, quod pacem inter Ecclefiam, & Florentinos, ac alios Etruriæ confœderatos, fub vndecimi Gregorij morte initam, firmare recufauerat, & Othonem Brunfuicenfem Ducem, & Principem Tarentinum, Ioannæ Neapolitanorum Reginæ, quartum maritū, (habuerat enim Ioanna poft Andream, & Ludouicum, quorum fupra meminimus, etiam Iacobum de Aragona, iuuenem formofiffimum) virū, *Tarcagn. in historia Mundi lib. 17.*
B & virtutum genere egregium, quo potiffimum procurante, pax inita fuerat, pro eius confirmatione adeuntem fpreuerat. Vnde Cardinales ipfi eum delirum, & fatuum effe exiftimantes, peffimi Schifmatis confilia agitare cœperunt, ob odium in Vrbanum potiùs, quàm ex illegitima electione id agere, aut afferere poffent. Papa magis infaniens, Romanis Ciuibus, qui Collegium in comitijs offenderant, quibufcunque rationibus potuit, gratificabatur. Quod Cardinales haud ferre poterant, proindeq; ipfum ferino odio profequi, & quæ diù contra eum cogitauerant, cœperunt exequi. In primis ergo eorum confilio, Archiepifcopus Arelatenfis, Papæ Camerarius, in cuius poteftate erant facra omnia Pontificum
C ornamenta, vt thyara, cruces, veftefque, nulla abeundi fibi venia à Papa petita, Anagniam, omnia fecum afferens, acceffit. Vrbanus ea re commotus, Guillelmo de Agrifolio, Lemouicenfi, Gallo, Presbytero tituli S. Stephani in Celio monte, Guido de Malofiuo, Patauienfi, Gallo, Presbytero tituli S. Crucis in Hierufalem, Petro de Bernia, Viuarienfi, Gallo, Presbytero tituli S. Laurentij in Lucina, Cardinalibus, qui & ipfi Anagniam acceefferant, mandauit, vt Archiepifcopum Arelatenfem captum reducerent. Ipfi verò eius mandata fpreuerunt. Et cum repetijffet Arcem S. Angeli à Petro profecto, qui à Gerardo de Podio, Gallo, Monacho Cluniacenfi, & Abbate S. Martini, maioris Monafterij, Diœcefis
D Turonenfis, Presbytero Cardinali tituli S. Clementis, eo præfidio impofitus fuerat, illeque eiufdem Cardinalis monitu eam tradere recufaffet, atque à Pontifice defeciffet, maioris Monafterij Cardinalèm acerrimè increpauit, eique eft interminatus, quod nifi arcem maturè reddere procuraret, de eo fupplicium fumeret. Ioanni de Grangia, Gallo, Monacho, tituli S. Marcelli, Presbytero Cardinali Ambianenfi minatus etiam, quod Francifco de Vico, Vrbis Præfecto, Viterbientium tyranno, hofti Ecclefiæ fecretè faueret. Et Petro Flandrino, Gallo, Diacono Cardinali S. Euftachij, quod cum Britonibus eiufdem Ecclefiæ perduellibus, qui circa Vrbem hoftiliter graffabantur, clandeftina quotidie confilia agita-
E ret, ac ijs pecuniam, à Pontifice acceptam pro receptione molis Hadrianæ, in eius perniciem tribuiffet; nec ijs contentus, adeò cum eodē Pontifice ageret, vt Britonibus ipfis aliquot ftipendia penderet, quibus receptis eius fuafu Britones à Papa defecerant; quæ res non fine confenfu, Ambianenfis, Gebennenfis, maioris Monafterij, & aliorum Cardinalium, Gallicorum, facta cenfebantur. Vrbanus Gallorum Cardinalium machinamenta cognofcens, duriùs cum ijs agere cœpit, ea cuncta, quæ ab ijs petebantur, reijcere. Ea re ad extremum irritati, exitu menfis Iunij, fub fpecie æftiui vitandi caloris, & peftilentis aeris, Gallis maximè aduerfi, Cardinales omnes Galli, qui in Vrbe erant, bona licentia ab Vrbano ob-

H tenta

tenta, Anagniam concesserunt. At Pontifex illos contra se conspirasse, audiens, dolens quod ità inconsultò eos abire permisisset, animo eos ad se reuocandi, clementioris auræ captandæ gratia, Tibur accessit cum quatuor Cardinalibus Italis, 200. Equitibus, 100. peditibus, vbi quatuor mensibus mansit. Anagniæ verò cum omnibus ipsorum familijs, & suppellectili existētes Cardinales Galli, 1200. Vasconum, & Britonum equitum alas, & cohortes suis stipendijs adduxerunt, & cum Honorato Caietano Fundorum Comite, Campaniæ pro Ecclesia Romana Præfecto fœdus inierunt, & sub eius tutela, quæ cogitauerant, agerent. Primùm igitur Archiepiscopus Arelatensis, se vacantis Sedis, non Vrbani sexti Camerarium esse, publicè edixit, & aduersus eum cœpit habere processum. Quatuor deinde Cardinales, cum Vrbano assistentes, citarunt, vt secum conuenirent, vacante Sede, & ad nouum Pontificem deligendum: adhuc Camerarius Cardinalium iussu, Vrbanum Pontificem citauit, nominans eum, Bartholomæum Archiepiscopum Barensem, in Papatu intrusum, vt ius suum tueretur, & processus, contra se habitos audiret. Insuper ipsi Cardinales communi consensu miserunt ad eum primùm Priorem Sancti Martini Neapoli, Ordinis Carthusianorum, ipsum monentes, vt qui optimè sciebat, se legitimum Pontificem non esse, tanquam vir pius, prudens, & benè doctus, eam dignitatem deponeret, quæ ad eum nulla ratione spectabat, cum & tumultu Populi Romani, vi obtinuerat, & non pateretur grauissimum schisma in Dei Ecclesia oriri. Post Priorem, Martinum de Salua, Episcopum Pamphilonensem, & demum Iacobum Cardinalem Vrsinum, quem vt pacis arbitrum ad se vocauerant, eisdem cum mandatis diuerso tempore miserunt: quibus nihil aliud ipse respondit, quam [Ego sum legitimus Pontifex?] Tum Otho Dux Brisuicensis, & Tarent Princeps, nefarium schisma præsentiens, antequam excitaretur, Anagniam, & Tibur, ad Cardinales, & Pontificem accessit, vt operam daret, ne tantum virus in Dei Ecclesia spargeretur. In id præcipuè incumbebat, vt Cardinales ad Pontificem redirent, quod cum se facere posse, aliquam spem concepisset, Tibur ad Pontificem adijt, rogauitque, vt Cardinalibus parcens, eos susciperet; & dispensaret, vt Maria hæres Regni Siciliæ, propinquo suo, Marchioni Montis Ferrati, matrimonio iungeretur, quæ res admodum ad subortientis schismatis extinctionem esset profutura. Neutrum tantus Princeps à Pontifice potuit impetrare. Iam enim Vrbanus animo conceperat fratris sui filium, hominem ignauum, & nullius virtutis, Siciliæ Regem, Maria ei matrimonio iuncta, creare. Tantam eius duritiem cernens, Princeps inquit, eum Pontificem, non Vrbanum, sed Turbanum rectius vocari posse, quod proculdubio Ecclesiam omnem turbaturus esset. Sed & Nicolaus Neapolitanus, egregius iure consultus, ac tùm Narbonensis Prouinciæ Præfectus, qui maximo amicitiæ iure, Vrbano ante Pontificatum astrictus fuerat, cum impensè rogare cœpit, vt votis ipsius Principis acquiesceret. Qui ab Vrbano contemptus, & reiectus, & ad Gallos Cardinales accessit, & eam factionem consilijs, & auxilijs publicè iuuit. Otho vero Dux Brisuicensis Vrbani pertinaciam ægrè ferens, ab eo discessit, cum nihilominus, vt legitimum Pontificem continuò est veneratus; Maria autem ipsa Siciliæ Insulæ Regina capta, in Hispaniam adducta est, & ipsum Regnum ab Vrbani obedientia defecit. Ad quinto Idus Augusti iussu tredecim Cardinalium Gallorum, ex auctoritate verò Camerarij se-

A rarij sedis vacantis, Archiepiscopus Hidruntinus, Patriarcha Constantinopolitanus, post sacra in maiore Ecclesia Anagnina celebrata, ascenso ambone, astantibus 15. Cardinalibus, & innumera Prælatorum, Clericorum, & Procerum, ex cuncta regione, multitudine, publicè legit declaratoriam cedulam, ab eisdem Cardinalibus factam, & exposuit, Bartholomæum Prignanum Archiepiscopum Barensem in Pontificatum intrusum, qui se vocari faciebat Vrbanum, & non esse, nec vnquam fuisse legitimum Pontificem, sed Antichristum, nec pro legitimo Pontifice haberi debere, cum eius electio per impressionem, vim, & metum Populi Romani furentis, & in loco non tuto facta fuerit. Deinde Galli
B Cardinales sub Britonum, Honorati Caietani Fundorum Comitis, & Reginæ Ioannæ tutela, cum Camerario, & omnibus ipsorum familijs, Fundorum Vrbem, haud admodum à Caieta, & Tyrreno mari distitam, accessere. Et cum ibi Pontificem creare constituissent, ad tres Cardinales Italos, nempe Petrum Corsinum Florentinum, Episcopum Cardinalem Portuensem, & Sanctæ Rufinæ, Simonem de Bortano, Mediolanensem, Presbyterum Cardinalem SS. Ioannis, & Pauli tituli Pammachij, & Iacobum Vrsinum, Romanum, Diaconum Cardinalem S. Georgij in Velabro (Franciscus enim Thebaldescus, Romanus, Presbyter Cardinalis tituli S. Sabinæ, Archipresbyter Sancti Petri in assistentia
C Vrbani paulò ante defunctus erat) clam, seorsum, litteras singulis miserunt, rogantes, vt ad nouam electionem accederent, & singulis promiserunt, fore, vt Pontifex deligeretur, si id secretè haberent. Qui promissionibus inducti, Fundos mense Septembri accesserunt. Vbi post multa habita consilia, omnium consensu comitium ad nouam electionem in palatio Comitis Fundani ineunt, 12. kal. Octobris anno Domini 1378. Romanum Pontificem, seù potius Pseudopontificem secreto scrutinio, quemadmodum antea conspirauerant, in schismate delegerunt Robertum ex Gebennentibus Comitibus, in Galliarum prouincia Arelatensi, summo genere ortum, quem ex Episcopo Cameracensi presbyterum
D Cardinalem SS. Duodecim Apostolorum Gregorius vndecimus creauerat 6. Idus Iunij anno 1371. & sub nomine Clementis Septimi coronatus est ante fores Ecclesiæ maioris Fundorum die Dominico Kal. Nouembris eiusdem anni 1378. & deceptis Italis, Auenionem illum traduxerunt. Vnde magna discordia in Ecclesia Dei orta, & diuturnum schisma omnium pessimum, quod annis 71. durauit (quinto enim Idus Maij anno Domini 1449. ad pedes Nicolai Papæ quinti Pseudopontificales infulas, Friderico tertio Augusto supplicante, Felix quartus, alius quintus, Antipapa deposuit) cum pars Christianorum Principum Vrbano, pars Gebennensi faueret. Hinc infinita mala, & hæreses ortæ. Nam
E quod vnus ligabat, alter soluebat: fiebantque ex vtraque parte processus, priuationes, anathemata, non sine magno Dei, & suæ Ecclesiæ detrimento, & subsannatione. Eadem Ecclesia, Abbatia, Monasterium, Parœcia, & Sacerdotia cuncta, exercendæ potentiæ causa, duobus simul concedebantur, quorum possessionem vt acquirerent, litigantes armis certabant, vnde hominum cædes, rapinæ, lites, agrorum prædationes sequebantur. Hinc notissimum illud bellum excitatum inter Burgundiæ Ducem, & Leodienses, quo ad triginta hominum millia cædi traduntur. Recordatur & Cisterciensis Ordo ruinæ suæ, Monasterijs suis Commendatariorum tyrannidi hoc tempore expositis. [Gerardus] inquit An-

gelus Manrique in appendice ad primum Annalium Cistercientium tomum, cum in serie Abbatum Archicœnobij Cistercij scribens de Gerardo, trigesimo sexto Abbate Cistercij [electus anno 1371. vltimam, eamque vrgentiorem cæteris alijs, Cistercienfis ruinæ causam vidit, & doluit; cum Ecclesia diuisa per longum schisma, & Pontificibus veris, an intrusis, exercendæ potentiæ cuncta largientibus, Monasteria petuerunt ambientium prædæ; & quæ paulò ante commendæ in defentionem; in proprios obtinentium vsus datæ, in beneficia simplicia transierunt: licèt cũ onere alendorum fratrum, quos quando quis, aut numero pauciores, aut solutiores moribus habebat, tanto minori impendio sustentabat. Gerardi iussu, eruditè satis scripsit contra commendas, nec minus acriter insignis ille Doctor Arnoldus, Veteris Montis Abbas, (Monasterium est eiusdem Ordinis in Germania fundatum anno 1133.) qui ab vniuersis Germaniæ Academijs dicitur Nominales relegasse, opere Sixto IV. dicato, sub hoc initio. Commenda est Vipera, Sanctæ Matris Ecclesiæ viscera rumpens &c.] Et cum de Gerardi successore ait. [Tenuit clauum Iacobus in Cistercio sub ingruenti Commendatarum turbine, pentionumq; quæ etiam Commendatarijs, de bonis Ecclesiarum soluendæ imponebantur, vsque ad annum 1405. quo mortuus &c.] Porrò facilè est ignẽ accendere; at cum semel vagari cœpit, & subiectam materiam corripere, non nisi difficilè extinguitur: ità ambitione, & exilij protrahendi Sedis Apostolicæ in Gallia tot mala in Ecclesia excitarunt, & tanta calamitas fuit in messem, ac segetem Dei immortalis inuecta, quantam Angelus Domini S. Cyrillo Presbytero, in Carmelo sacrum facienti, prædixit c. 3. hisce formalibus. [Veh coronæ superbiæ brutorum calcibus conculcãdæ: vnde est superbia, nisi quod ex sanguine distillante? cum stillæ cessauerint, non rubescet corona, sed liuida conculcabitur. Veh Sponso glorioso creato ad sonum cymbali exultantis. Et veh sponsis confertis malis punicis laureatis. Sponsus sponsam Virginem prostituet, & fratres ingredientur ad eam. Ipse quidem iniquus iniquos ministros habebit fornicantes cum sponsæ virginibus. Et sponsus suæ sponsæ dotis obliuiscetur propter crassitudinem, & mollitiem, ac monilium diuitias: sponsæ suæ ornamentorum muneribus cæterorum quibus delectabitur perfrueretur in talamo. Ornabit thalamum, dilatabit templum, & numerum militum ampliabit, & necessarios prædicabit sponsæ suæ diuitijs, non opibus hæreditarijs: lilia, & flores ex pratis virginis longè, latèque diffusis carpentur, quibus solita est honorari. Sponsus Syon cum cæteris paranymphis natabit superuacuis, & quietis sufficient eis thalami purpurati, equites faleiati, calices aureati, & pueri variati. Hortus sponsæ spinis, tribulisque replebitur, & ab exteris occupabitur.] & cætera, quæ de Cyrillo refert B. Theolosphorus Cusentinus Presbyter, & Eremita, qui nimium dolens, ac gemens super inundante malitia, & abhominationibus Christianorum, & præsertim Ecclesiæ sub Pontificatu huius Vrbani, tristique nimium de malis instantis schismatis, oransque pro eius reformatione, Angelicam tandem habere visionem promeruit, & consolatoriam habere responsionem ann. Domini 1386. circa auroram diei Resurrectionis Dominicæ, vt ipse testatur in suo inde confecto opusculo, De magnis tribulationibus, & statu Ecclesiæ, Venetijs impresso per Bernardinum Benalium cuius alibi mentionem fecimus. Vrbanus ergo sextus *fera vltima*, idest pessima, a Vate nostro vocatur, *aspectuque terribilis*, quia metui

A tui potius, quam diligi malebat. Genuenses odium, quod in Venetos mēte conceperant, ostendunt, ascito in societatem belli Ludouico Hungariæ Rege, Austriæ Duce, Patriarcha Aquilegiensi, & Francisco Carrario: cum à partibus Venetis essent Petinus Lucignanus, Cypri Rex, & Barnabas Vicecomes, & vtrimque dubio marte acriter pugnatur, terra, marique omnia depopulantur, ferro, ac igne absumuntur: tunc primum à Theutonico quodam Bombarda fuit inuenta, à sonitu, & tonitru sic dicta; nulla erat Venetorum scapha, nullus lembus, qui duas Bombardas non haberet ad minus, quibus multi Genuenses, vt à re insolita, nec ad præcauendum scita, opprimebantur: singulæ enim Bombardæ vno ictu,
B binos, ternosque plerumque necabant, cum præsertim in triremibus declinare ictus, vt in terra, non liceat. Accessit tum Venetis etiam Caloioānes, Græcorum Imperator, qui Peram Genuentium Vrbem, Constantinopoli vicinam aggressus est oppugnare. At Andronicus eius filius, Patri, ac Veneto æquè infensus, Thurcarum, Bulgarorumque præsidijs, & societate fretus, eam acerrimè defendit: eoque terroris Patrem deduxit, vt ad Genuentium partes statim transiret. Vrbanus autem inter Christianos paci componendæ non intentus, vt par erat, sed iniurias à Ioanna Neapolitanorum Regina acceptas vlcisci cupiens, Ludouicum Hungariæ Regem impulit, vt Andreæ fratris mortem, se adiuuante vlcisceretur.
C Et Carolum de Durazzo, alterius Caroli, filij Ludouici de Durazzo, fratris Roberti Neapolitanorum Regis filium, in Neapolitanorum Regem coronaturum spondit. Qui Carolum, in Taruisinis contra Venetos dimicantem, in Ioannam concitans, res Venetorum propè afflictas meliusculas fecit. Itaque Carolus ex Hungaria contra Ioannam accitus, cum octo millibus equitum in Italiam venit. Aretium, Guelphorum, & Gibellinorum seditionibus agitatum, suam in potestatem redegit. Florentini veriti ne tanti impetum Regis sustinere non possent, pacem à Rege quadraginta millibus nummis aureis redimunt. Inde Carolus, salutato Romæ Vrbano, Regnum ingressus superatis etiam Ioannæ Ducibus Neapo-
D lim, dedentibus Ciuibus, capit, atque Ioannam, quam laqueo suspendit 22. Maij 1382. eodē in loco, quo ipsa Andreā virum suum suspēderat, atq; 5 Nonas Nouēb. ann. 1382. Generali totius Regni Cōcilio, in area Arcis nouæ congregato, est illi Regnum Pontificia auctoritate confirmatum. Dum Neapoli, atque Aretij hæc agerentur, noua belli nubes Italiam inumbrauit. Nam Ludouicus Andegauensis, à Gallorum Regibus originem ducens, & quem Ioanna Regina Auenione sibi in filium adoptauerat, & cui Clementis Pseudopontificis auctoritate publicis litteris Neapolitanum Regnum dederat anno 1379. Italiam cum triginta millibus equitum ingressus, non longè à Bononia consederat, à Clemente Anti-
E papa impulsus, non tàm, vt Reginam Ioannam obsessam liberaret, quàm vt Vrbanum armis Pontificatu deijceret. Ludouicus per Marsos iter faciens, ad Cassinensem saltum iàm peruenerat. Adhuc ad duodecim millia equitum expectabat, qui Italiam ingressi, Duce Andegrauio, per Placentinum, Lucensem, Florentinum, Senensem agrum iter facientes, Aretium iam peruenerant, Vrbemq; à Guelphis introducti, post illatam ab Alberico Cladem diripuere. Interea Ludouicus Andegauensis saucius quinque vulneribus, sibi ab Alberico à Cuneo Caroli Regis exercitus Duce illatis, mense Septembris 1383. moritur. Quocirca Andegrauius in Gallias redijt, ipsique milites bini, terniuè mendicantes etiam in patriā

Paul. Scaliger hoc in loco.

Plat. in Vita Vrbāni sexti.

Idem loc. cit.

Tarcagn. lib. 17.

Camillus Tutini de variet. fortunæ c. 2.

Platina ibidem.

se

se contulerunt. Vrbanus terrore Gallico liberatus, Neapolim se conferens, à Rege petit, vt sibi liceat, quendam Butillum, ineptissimum, vilissimumque nepotem suum, Capuæ creare Principem: quod cum impetrare nequiuisset, sub specie iusti, & honesti, minus vrbanus, ac nulli gratus, ad minas conuersus, eò iracundiæ Regem compulit, vt custodijs adhibitis, per aliquot dies in publicum prodire nequiuerit. Verùm dissimulata ad tempus iniuria, Nuceriam ad vitandos æstus (vt ipse aiebat) cum bona Regis venia profectus, communitaq; firmissimis præsidijs Vrbe, decem, & octo Cardinales creat. Postremò verò, & processum (vt communi more loquamur) contra Regem inchoauit, missa de more citatione. Rex breui se Nuceriam venturum respondit, diluiturumque obiecta crimina, non verbis modò, sed etiam armis. Nuceriam ergo cum satis magno exercitu veniens, vrbem obsidet, multos ad pugnam venientes occidit, & Butillum, Papæ Nepotem, pro quo Capuæ Principatum petierat, captum in carcerem conijcit. Vrbanus furijs refertus, nesciensq; aliter sibi satisfacere, septem ex veteribus à se creatis Cardinalibus fœdissimum in carcerem trusit, dicens cũ Rege contra se coniurasse. Deinde magna aureorum quantitate oblata Raymundo Balciano, è gente Vrsina, Nolani Comitis filio (sunt qui dicunt, vt Scipio Ammiratus, & Filibertus Campanilius, Thomã de Sancto Seuerino Montiscaglosi Comitem, ac totius Neapolitani Regni Proregem, Vrbanum à Nuceriana obsidione Pontificem liberasse) eiusque copijs, quas sub Rege Carolo ductauerat, hisque tutatus, & cum tota Curia ad proximum Barense littus deductus, Genuentium triremes, ad id instructas, paratasque conscendit. Quibus dum Genuam defertur, ex septem Cardinalibus, Nuceriæ captis, quos diù in fœdissimo carcere clausos detinuerat, quinque nempe Ioannem Archiepiscopum Corfiensem, Presbyterum Cardinalem Sanctæ Sabinæ, Marinum de Iudice, Amalfitanum, Archiepiscopum Tarentinum S.R.E. Camerarium presbyt. Card. Sanctæ Pudentianæ, Bartholomæum de Cothurno, Genuensem, eiusdemque Vrbis Archiepiscopum, Presbyterum Card. S.Laurentij in Damaso, Ludouicum Donatum, Venetum, eiusq; nationis, sub titulo S. Marci Presbyterum Cardinalem, & Gentilem de Sangro, Neapolitanum, Diaconum Card. S.Hadriani, fera immanitate, & plusquam barbara feritate cruciatos, tãdem 4. Non. Ianuarij, anno Dom. 1385. saccis, siue culeis insutos in mare demersit. Ex his clarissimè patet, quàm fuerit Vrbanus sextus *fera vltima*, idest pessima, & *aspectu*, siue spiritu *terribilis*, & quomodo *detraxerit Stellas*, idest Cardinales demerserit in Mare. Sub suo etiam Pontificatu *fugierunt aues*, nempe Cardinales, qui ipsum creauerant ab ipso defecerunt, & Antipapam Clementem crearunt; & qui ab ipso deinde creati sunt, eum comitari non poterant: *& reptilia tantummodo remanserunt*, nempe eos Cardinales, quos saccis inuolutos, & in mare demersos reptilibus mandauit. At verò mortuo Ludouico Rege Hungariæ, qui Hungariæ Regnum Mariæ, eius filiæ, & quam Sigismundo, Vincislai Romanorum Cæsaris fratri, matrimonio copulandam, ex testamento legauerat, Hungariæ proceres, quibus admodum displicebat, si Sigismundus iuuenis, & viribus debilis eis imperaret, ad Hungariæ Regni coronam inuitarunt Carolum de Durazzo Regem Neapolitanorum. Qui eò profectus, & de omniũ consensu, etiam Mariæ, eiusque Matris Elisabeth Reginæ, quondam Ludouici Regis vxoris, in Hungariæ Regem solemniter coronatus, dum conui-

uat,

Scipio Ammiratus cum de familia Sãseuerina, Filibert. Campanilius ibidem Don Camillus Tutini de variet. fortuna cap. 2. & alij.

S.Anton. hist. par. 3. tit. 22. cap. 6.

Ioãnes Tartagna ubi supra.

A uat; curante Regina Elisabeth, quæ odium dissimulauerat, obtruncatur quinto Non.Iunij, anno 1386. Vrbanus vero Genua Romam appulsus, audita Caroli morte, pressus desiderio (vt ipse astruebat) videndi Neapolim, Ferentinum vsque proficiscitur: ea intentione reuera, vt Margaritã de Dyrrhachio Reginam, Caroli Regis vxorem, quam eiusdem Pontificis nomine,& iussu Gentilis de Sangro tit.S.Hadriani Diaconus Cardinalis,& Apostolicæ Sedis Legatus 7.Kal.Decembris ann.1381.Rege,& cũctis Neapolitani Regni Proceribus astantibus, diademate aureo coronatam inunxerat in Ecclesia S.Mariæ de Coronata,& Ladislaum admodum puerum,& Ioannam, Caroli filios, deturbaret paterna hæreditate. Mul- *Platin Vit. Vrb.6.*
B ti enim Proceres, Ludouico Andegauensi studere soliti, spem ei sumministrabant regni potiundi. At Caietæ Vrbis Ciues fidelissimi, quorum fidelitati ipsi vltrò se dederant, & eos in vita retinuerunt,& regnum cum summa laude seruarunt. Pontifex itaque, re infecta, Romam rediens, cũ magno apparatu, honoreque susceptus est. Verum haud multò post à Bandere sijs insidias perpessus fit; quas certè omninò deuitauit,& sustulit, creatis vna die nouem,& viginti Cardinalibus. Tandem Pontificatus sui infœliciter acti anno 11. mense 6. die 7. Vrbanus 6. *fera crudelis, vniuersa consumens*, vt patet ex dictis, non sine suspicione veneni (tumuit enim corpus eius post obitum) Romæ moritur, die Veneris, Idib. Octob. ann. *S. Antonin. hist.p.3. tit. 22.cap.2. Petrus Boninsegnius hist.Flor.lib.4.*
C 1389.& in Basilica S.Petri sepelitur, paucis, aut nullis flentibus mortem eius, vtpote hominis rustici, inexorabilis, asperi, rigidi, duri, callidi, arrogantis, iniuriarum memoris, vindicisque, metui potiùs, quàm diligi cupientis, & cunctis ingrati: & ideò dixit Vates, *Infernus*, idest Sepultura, *te expectat. Terribilis es,& quis resistet tibi?* Alia Vrbani 6. gesta videri possunt apud Petrum Boninsegnium Florentinæ hist.lib.4. & apud Cardinalem Ægidium Viterbiensem in hist. 20. sæculorum, qui etiam adijcit, Vrbani mortem Principibus admonitioni esse debere, vt sciant, se summo loco à Deo positos, vt generis humani commodis prospiciant, non vt suis cupiditatibus satisfaciant; & eum, qui Vrbanus vixerit, se quoque
D Vrbanum moriturum sperare posse. Ad figuram veniamus. Exprimitur iste Pontifex in figura tanquam *Draco, habens caput humanum, auriculas asininas, coronam regiam, ex qua galea prominet, Thurcarum more retorta*, vt intelligamus eum, hominum fuisse rusticum, callidum, vindictæ cupidum, vniuersam Europam, & circumiacentes regiones veneno suo, insidijs,& artibus inficiente. *Cauda alterum caput inest, gladium euomens, & ignem conflans*. Et Clementem septimum Antipapam significat, qui veri Pontificis acta rescindens, potissima causa fuit, vt bellis, atque hæresijs omnia replerentur,& Commendarum in proprios obtinentium vsus inuenta cõcessione, Ecclesiæ, Abbatiæque, ac Monasteria desolarentur. *Nouem stel-*
E *læ intra circulum è cauda contorta Draconis resultantem*, Ioannam Reginam, & octo Cardinales illos significant, qui Clementis Pseudopontificis partes sunt secuti. *Tres magnæ stellæ*, denotant Ioannam Reginam, Ludouicum Andegauensem,& Carolum de Durazzo, qui Vrbani vafritie, atque artibus, vitam cum morte violenta commutarunt, vt diximus. *Quinque illæ stellæ intra Lunam existentes*, præfatos quinque Cardinales a Papa Vrbano in mare demersos significant. Luna enim Domina Maris est, & appellatur.

VAT.

A

V A T. XVI.

Bonifacium nonum præſagit .

Occaſionem filij Balael ſectabuntur .

B

C

D

Genus nequam Vrſa catulos paſcens,& in quinque Romæ ſceptrum conturbantes nouæ, & in triginta ſex annos miſerè ambulabit primus finis ſectæ habentis quinque filios, à figuris enim modus eſt . Aerea quoque Ciuitas barbaros E *idem recipiet . Cum autem videbis vrſam matrem canum miſerabiliter luge in altitudine Cœli,vt à Deo conſequaris auxilium . Multos decipies nequiſsime ſub aliena pelle, immutata enim viſum fallacem conuertis, in terra abſcōdens,& deceptionem faciens .* Vaticinium hoc 16. in ordine vaticiniorum Pontificum, ſicuti & ſequentia vſque ad 30. in quibuſdam opuſculis eorundem vaticiniorum nō Vati noſtro Abbati Ioachim, ſed Anſelmo Epiſcopo Marſicano tribuuntur,cum tamen reuera omnia ſint noſtri Prophetæ Beati Ioachim; probaturque ex ijſdem opuſculis primò in lucem editis, impreſſiſque in Vico Equenſe, apud Ioſeph Cacchij, quorum vnum

eſt

A est apud me, quod explicandum assumpsimus, estque illi titulus *Ioachini Abbatis Vaticinia circa Apostolicos Viros*. Et sequitur immediatè Italica lingua sic. *Le Prophetie dell' Abbate Gioachino intorno alle Vite de Sommi Pōtefici*. In quo, nulla facta Anselmi Marsicani Episcopi mentione, omnia Prophetæ Abbati Ioachim ascribuntur;& Paschalinus Regiselmus in nōtis vaticiniorum eorundem, non Anselmum,quem in alijs opusculis, alibi impressis,expressum viderat,sed Ioachim Abbatem dictorum vaticiniorum auctorem fuisse constanter affirmat, dicens. [*Nos vnicuique iudicium relinquemus, pro constanti omnia Ioachimi esse dicentes, & vana somniare, qui aliter censeant, siue Græci, siue Latini homines*.] Et in notis ad Vaticinium

Paschalin.Regiselm. in notis Vaticiniorū Pontificum Abbatis Ioachim.

B 16.ait [*Cuidam Anselmo Episcopo ascribuntur sequentia,nos Ioachimo,alij Rabano cuidam accepta ferant, suum esto cuiusque iudicium per me sartum tectū, modò superioribus connectantur*. Præterea nonnulla vaticinia, qualia sunt 27.29.30. è Ioachimi scriptis tradit exarasse ad verbum in suo opusculo de magnis tribulationibus, & statu Ecclesiæ B. Theolosphorus Cusentinus supracitatus,vt est videri pag.21.& pag. 27. reliqua item vaticinia, vt autumo inuenirentur in eodem Theolosphori opusculo, quod magnū erat, ni Frater Rusticianus illud abbreuiasset, & abbreuiatum typis dedisset; licèt vaticinia 26.28.& 29.paucis mutatis, & additis, S. Rabano ascribat pag. 25.& 26. Vrbano igitur sexto communi Purpuratorum vo-

C to sub nomine Bonifacij noni suffectus est 4.Nonas Nouemb. ann. Dom. 1389. Petrus, aliàs Petrinus Tomacellus, dum suæ ætatis agebat circiter trigesimum, testibus Sabellico, Genebrardo, Platina,& alijs. Pater eius dicebatur Nicolaus Tomacellus, patria Neapolitanus, sicut nobilitate insignis ex præstantissima Tribu Nidi, sic antiquitate celebris. Dicunt quidam Thomacellæ familiam eandem prorsus esse, quæ & Capecia,quæ Troianam agnoscit originem. Sed alij affirmant eandem omninò esse,quæ & Cibò,familia quidem in Italiam aduecta ab Vrbe Græca Cibon, à Cibonio Caldæo eius Auctore ità dicta. Fassa est hanc veritatem Cassinensis Congregatio, quæ multis, & eximijs à Bonifacio 9. affe-

Marcus Ant.Sabellicus En.10. lib.11. Genebrardus lib. 4. Chron. Platina in Vit. Bonif. 9. Franciscus Ioannettus in hist. Pontificum, & alij.

D cta beneficijs,gratitudinis ergò eidem Bonifacio sedenti, sinistraq; manu librum tenenti marmoreum simulacrum erexit, in Basilica S. Pauli extra Vrbem locauit,ac formalia verba incidit.

BONIFACIVS IX.
STIRPE TOMACELLVS.
GENERE CIBO.

Mater eius vocabatur Gratinola ex familia Filimarina Neapolitana eximiæ Tribus Capuanæ, non minus nobilitate, & Vrbium, Oppidorū, & Feudorum ditione, quàm antiquitate Neapolitano in Regno clarissima: dum aut à Filmaro Goeto, aut ex vno ex filijs Marini ex Principi-

E bus Capuæ, quod certius autumo, traxisse fertur cognomentum; cuius præclara extat memoria in monumentis scriptis tùm quando Neapolis, vt Respublica regebatur, tùm etiam quando primorum Regum parere cœpit imperio. Habuit enim semper Filamarina Gens Viros in pace, & in bello potentes, quorum consilio,& virtute tàm Respublica,quàm Reges tutati sunt. Ecclesia Romana quoque tantæ familiæ habet experimentum, dum præcipuas, atque nimium arduas prouincias Filimarinis commiserit, Ecclesias regendas destinauerit, ac multis proinde honoribus affecerit. Et nunc inter Purpuratos Patres veluti cœleste sydus emicat Ascanius Filimarinus Presbyter Card. tit.S.Mariæ in Ara Cœli S.R.E.

Monumētum Tabularij S. Scholasticæ de Sublacu de ann. 963. in quo nominatur Dominus Madius Filimarinus, & refertur à Chioccarello in Vit. Archiep. & ab alijs modernis Auctoribus, item monumentum tabularij S. Sebastiani olim S. Petri à Ca-

ornamentum, Archiepiscopus Neapolitanus, cuius virtutes heroicas,& actiones, ab omnibus animarum saluti Præpositis imitandas, aliqualiter delineauit eruditissimus amicus noster Reuerendissim. Pater Don Ferdinandus Vghellus Abbas Cisterciensis tom. 6. suæ Italiæ Sacræ, Verbo [Neapolitani Archiepiscopi.] num. 58. & ante Vghellum doctus Pater Magister Mauritius de Gregorio Ord. Prædicatorum in ipso limine suæ expositionis Laconiæ Paraphrasticæ omnium Bullarum. Cæterùm quod Bonifacij noni mater diceretur Gratimola,& non Catarinola, vt alij scripserunt, apertè patet ex eiusdem Bonifacij litteris, datis Perusij Kal. Maij sui Pontificat. ann.4. dum sub tali forma Genitrici suæ epistolam dirigit. [Bonifacius &c. Dilectæ in Christo filiæ nobili Mulieri Gratimolæ Filimarinæ Domicellæ Neapolitanæ Genitrici nostræ salutem, &c.] Hanc eandem Gratimolam agnouit quoque Gregorius duodecimus in quodã diplomate dato Caietæ Kal. Augusti sui Pontificatus ann. 4. quod (Andrea Victorello teste) asseruatur in eiusdem Gregorij Papæ 12. Regestu de diuersis formis fol. 116. Petrus, siue Petrinus itaque Tomacellus solis tribus Minoribus Ordinibus Neapoli insignitus, Romam delatus, adeò cordi fuit Vrbani Papæ sexti, vt eum statim Acolytum ordinauerit, Prothonotarium Apostolicum fecerit, ac in quinto decimo die post eius Romæ aduentum in quatuor temporibus Aduentus Domini mense Decembri ann.Dom.1381. Diaconum Cardinalem tit.S.Georgij in Velabro, & deinde Presbyterum Card.tit. S.Anastasiæ creauerit. Ad Petri tandem Apostolorum Principis Cathedram sub nomine Bonifacij noni conscensus, taliter eiusdem Petri fluctuantem Nauiculam gubernauit, & rexit, vt cæteros omnes prædecessores suos Pontifices longe superauerit. Audire placeat super hoc omnibus numeris docti, & eruditi Eminentissimi Cardinalis Aegidij Viterbiensis testimonium registratum in sua historia 20. sæculorum, quæ Romæ asseruatur M.S. in Bibliotheca Angelica sui Ordinis Eremitarum S. Augustini. [Bonifacius nonus (inquit Card. Ægidius) omnium, qui vnquam fuerunt Pontificum vt maximè iuuenis, ità & maximè integer, maturus,& grauis: & si florente ætate iuuenis, præter morem, extitit tàm insigni virtute senex, ac velut id fastigium nemo iunior, ità nemo attigit modestior, prudentior, grauior; agebat is ætatis annum circiter trigesimum: quem homines in ætatis flore tanta sapientia, virtute, moderatione præditum, non vt hominem suscipiebant; sed vt Numinis effigiem colebant, admirabantur. Nihil in illo iuuenile, nihil leue, nihil præterea, quod vel ad luxus, vel ad voluptatem, mollitiem inclinaret, facilis alijs, vni sibi durus; ad bonos excipiẽdos mitissimus, lenissimusque, ad malos coercendos seuerissimus, atque constantissimus; vtrumq; in Pontifice damnabat, in probos, improbosque æquam vel mansuetudinem, vel seueritatem: cum altera in alteros, altera vti in alteros oportere..... Nemo hoc Pontifice in consilijs capiendis prudentior, nemo in rebus disponendis accuratior, nemo in peragendis celerior, expeditior: primus vim Populi Romani in Pontificem retulit, primus in Hadriani Mole Arcem firmauit, primus Tiberis aditus, Pontesque communijt, &c.] *Genus* ergo *nequam Vrsa* scilicet Vrbanus sextus, cuius causa schisma in Ecclesia Dei ortum erat, *catulos pauit*, nempe Petrum Tomacellum Neapolitanum,& Cosmatum Melioratum Sulmonensem, in Romana Curia aluit,& tenuit, qui ei in Pontificatu successerunt, & transmisit *in quinque* Pontifices *sceptrum* Pontificium cum schismate, *conturbantes sceptrum noua Roma*, quæ

stello, de ann. 1026. in quo Gregorius Filimarinus vocatur Præfectus Vrbis, & refertur à Recentioribus, monumẽt. Archiuij S.Georgij Maioris Neap. de ann. 1080. in quo appellatur Dom, Matthæus Filimarinus Pater Marini, & adducitur à Filiberto Cãpanilio, Abrahã Bzouio, Chioccarello, & alijs, monumẽtum S. Laurentij Amalphitani de anno 1085. in quo fit mentio Domin. Ioannis, & Petri Filimarini. De Stephano Filimarino Archiepisc. Tarentino de ann. 1102. vide Ioannem Iuuenem de antiquit. Tarẽtinor. Campanilium, Bzouium, & alios, Matthæus Filimarinus sub Guilelmo Normãdo huius nominis Siciliæ Rege 1. in ordine Regũ 2. de ann. 1158. Dominus Carmignis, & Regni Marescialllus, Marinus Filimarinus Sacri Palatij Apostolici Auditor, S.R.E. Vicecancellarius, & denique ann. 1252. Idibus Ianuarij sub. Innoc.4. Archiep. Capuanus, ac decem Põtificibus Maximis inseruiuit teste Reuerendiss. Abb. Vghello in sua Italia sacra quem consule de cæteris.

A quæ tunc Senatores admittebat ad sui libitum, & Cõseruatores suo arbitrio deligebat, hac arte vsus prudentissimus Pontifex. Bonifacium nonũ Assisij agentem, Legati Populi Romani adierunt, vt Assisio Romam proficisceretur. Id etsi percuperet Bonifacius, dissimulato tamen suo desiderio, renuit, astruens, Romanos, ex nobilitate externa Senatores noluisse recipere, contra priorum Pontificum constitutum, & quod Romanæ Cameræ Conseruatores suo arbitrio delegissent, homines quidem parum idoneos, quorum ignauia Bandere sijs omnia licerent. Tum Romani Magistratus ex Populi auctoritate, vt Papæ gratum facerent, Nicolao Columna potissimum auctore, & Bandere sios tollunt, & Malatestam *Ciacconius, & Platina in eius Vita, & Tarcagnot. lib. 17.*
B Pandulphi filium, Pisaurensem Regulum, virum doctum, & prudentem, Pontificis nomine in Senatorem recipiunt, Conseruatores admittunt; omnia demum faciunt, ac se facturos spondent, quæ iuberet Põtifex, & auri summam Pontifici mittunt, atque eum ad Vrbem vocant. Romam ergo ingressus Pontifex tantum consilij, & prudentiæ habuit, in recuperanda Ecclesiastica ditione, vt magna mole Hadriani, mœnibus, & turribus, Capitolio, & Pontibus Vrbis dominatu liberè potitus sit; & primus Romanorum Pontificum Populi Romani vim omnem in Papam transtulerit, creatis suo nutu Magistratibus omnibus, munitaque S. Angeli Arce in Mole Hadriani sita ad Tiberis pontem, quo ab Vrbe in Vaticanum itur:
C munitisque item Pontibus, quibus in Transtiberim Romani commeant. Pontificiam ditionem mirum in modum stabiliuit, Vrbis tandem summũ Imperium ciuibus dedentibus obtinuit, & Pontificum auctoritatẽ eo vsq; nutantem confirmauit anno 1398. Nulli Pontificum tanta obseruantia, & obedientia contingit, quanta Bonifacio nono, Populo Romano omnia sibi tradente. Roma ergo à Pontificatu noni Bonifacij *in triginta sex annos miserè*, idest sine libertate ambulauit, in quam se reposuit anno Dom. 1434. quo creatis ad sui libitum Magistratibus, quos ipsi Gubernatores appellabant, pænes quos vitæ, & mortis hominum summa potestas erat, occupatoque Capitolio, Senatorem sauciauit, & Eugenium tunc Ponti- *Plat. in Vita Greg. Pap. 23.*
D ficem, altera veste, nempe Monachali, indutum, Vrbe fugere coegit. Bonifacius nonus fuit *primus finis sectæ*, & prout in alijs eorumdem vaticiniorum opusculis legitur, *primus filius fera*, Vrbani nempe sexti, qui *habuit quinque filios*, idest quinque Pontifices durante schismate successores, hunc scilicet Bonifacium, Innocentium septimum, Alexandrum quintũ, Martinum quintum, & Eugenium quartum, qui clauum Ecclesiæ Catholicæ tenentes contra Pseudopontifices, durante adhuc schismate, veste pontificia induti, è viuis excesserunt: cum tamen Gregorius duodecimus, Innocentio septimo substitutus, & Ioannes 22. aliàs appellatus 23, Alexandro quinto suffectus, Pontificio honore, & dignitate priuati sint,
E ille quidem die 5. Iunij 1409. à Patribus in Pisano Concilio congregatis; hic vero die 31. Maij 1415. in Constantiensi Cõcilio. *A figuris enim medus*, idest medius, *est*, supple Bonifacius nonus, nam inter Vrbanum sextum, & Innocentium septimum Bonifacius intermediat, qui successiuo, & continuato ordine nutantem Petri nauiculam rexere vsque ad obitum: reliqui verò non ità, siquidem, vt patet ex dictis, post Innocentium septimum Gregorius duodecimus ad Petri Cathredam fuit euectus, à qua tandem pulsus fuit à Pisano Concilio; post Alexandrum quintum, Gregorij 12. successorem, Ioannes 23. Romanæ Ecclesiæ thronum conscendit, à quo tandem exactus fuit à Constantiensi Concilio; à quo Martinus

quintus in eius locum suffectus est, & post eum Eugenius quartus, vltra quos alius Papa non legitur, qui cum Pseudopontificibus vsque ad obitum suum pugnauerit, disceptaueritque, vt prædicti; assignari proinde non potest alius Pontifex, qui continuato ordine vitam in schismate excederit, & qui medius sit inter alios duos Pontifices successiuè, & vnū post alium immediatè creatos, & vsque ad vltimum vitæ diem cum Antipapa in certamine, & disputatione consumptos: post Eugenium 4. delectus quidem fuit Nicolaus quintus, at certè, deleto, & prorsus extincto prius schismate, mortuus est. Igitur ex tribus Pontificibus, qui vnus post aliū immediatè successerunt, & qui schismate vigente, Petri vacillantem Cathredam constantissimè gubernarunt, medius est Bonifacius nonus. Prima figura est Vrbanus 6. secunda Bonifacius 9. tertia Innocentius 7. *Ex figuris*, ergo *medius est* Bonifacius nonus, de quo est sermo, & sub cuius Pontificatu *Ærea quoque Ciuitas*, nempe Alma Vrbs Roma, ad quam totius Europæ Æs conducitur *Barbaros*, idest homines ex omni natione *recepit* occasione Iubilæi ann. 1400, celebrati, quo in Vrbem innumera ferè multitudo ex Gallia præsertim religionis causa intrauit. Fuit Bonifacius nonus vnus insigniorum, & prudentissimorum Pontificum, quos vnquam Roma vidit, & qui plus timoris, obseruantiæ, & obedientiæ, apud Romanos ciues obtinuit. Dimisit Cameram Apostolicam ditissimam. Statuerat enim, nullum ad Episcopatum, vel Abbatiam, vel Sacerdotium aliquod promouendum esse, nisi dimidia parte primi anni reddituum Cameræ Apostolicæ persoluta, necessitati Ecclesiasticæ subleuandæ, primi anni dimidiatos prouentus ærario Apostolico persoluendos in perpetuū statuit, priusquam gratiam Apostolicam consequerentur. Quoad mores irrepræhensibilis extitit, & præcipuè continentia, & eius commendantur honestas. Ad ædificia Romæ denuò instauranda propensissimus fuit, atque ad Vrbem nobilitandam. Hadriani molem, quæ destructa erat, renouauit, & munitiorem reddidit. Multa fecit in Capitolio, & Vaticano, quorum adhuc vestigia, & insignia gentilitia extant. Mala corporis habitudine affectus, grauissimis morbis vexatus, tussi, raucedine, gutturis, cholica, calculo, quo afflictatus, lecto decubuit. *At cum vidisset* Vrbs Roma *Vrsam matrem*, idest Bonifacium nonum, *canum*, idest præ infirmitatibus debilem, & senem, hoc est morti proximum, præ amore quo ergo eum afficiebatur, *miserabiliter luxit*, & orauit pro eo *in altitudine Cœli*, idest coram sancto Altari, *vt à Deo consequeretur auxilium*, longiorem vitam tam sancto, & amato à cunctis Pontifici indulgendo. At frustra, nam triduo post è viuis excessit, Kal. Nouembris 1404. & in Basilica Vaticana humauit; eius in tumulo, quod deinde dirutum est, sequens legebatur elogium.

Plat. in Vit. Bonif. 9. Tarcagn. loc. cit. Carolus Saussecus in Annalib. Ecclesiast. Aurelian. ad annum 1400.

Ciacon. in eius vita.

Flete super pugilem, claues, crux, alma thyara,
Ecclesia viduata viro, simul inclita Roma.
En petra parua, patrem sub cœlica sydera primum
Claudit Apostolica, solum qui rexit habena,
Catholicamque fidem, seruans à turbine sanctum
Remigium Christi victis virtute tyrannis.
Orthodoxus erat super omnis arca superni
Consily sui iura tuens, & grandia tractans
Cæsaris ex animo fidei clypeatus honore
Corpore conspicuus roseus flos, famine constans,

Audi-

A *Auditorque placens, miseris miserator opimus.*
Ossa iacent, mens alta polum felicibus alis
Ascendens micat ante Deum noua lucis origo,
Glorius antistes, quisnam Bonifacius alter
Nonus & iste fuit, qua chronica scripserit vnquam
Quodue genus, parilem dedit, auo nomen, & omnis,
De Tomacellis fulget, fulget, fulgebit in annos
Parthenope lustrans, sulit hunc genus omne Latinum,
Quidquid alit tellus, & quod tegit omnia Cœlum.

Cæterum antequam Bonifacius hominem exueret, Presbyter quidam, B *multos decepit nequissimè sub aliena pelle*, ideſt albo indutus, corde tamen *immutato*, ideſt nigrò, ſua hipochryſi, & ficta modeſtia *visum fallacem conuertens*, ideſt præ ſe ferens, vt ab omnibus ſanctus haberetur, ex Alpibus in Italiam deſcendens, magnam hominum multitudinem, ac mulierum turbam in ſui ſententiam traxit, linteis albis circumuoluti omnes, ſine diſcrimine, mares, an fœminæ, ruſtici, an ciues, ſerui, an liberi eſſent, paſſim veluti pecora, vbi nox oppreſſiſſet, *in terra abſcondebant*, ideſt dormiebant, publicè in vicis epulabantur, portatis vndique quaſi ad ſacrum epulis. Crucifixum Sacerdos proprijs manibus ipſe præ ſe ferebat, quem lacrymari ob hominum errata, multitudini dictitabat. Cuncti incredibi- C li deuotione ſubſequebantur, pacem, & miſericordiam Domino ſupplices depræcantes, laudes Virginis canentes, hymnis ad id aptè compoſitis. Ex Ciſalpinis ergo Flaminiam, Hetruriam, Picenum, aucta opinione ſanctitatis, veniens, non plebem modò rudem, ſed & Principes, atque Epiſcopos Vrbium in ſui ſententiam facilè deduxit. Itineris labore feſſus Viterbij ſubſiſtit, Romam inde venturus, vt ipſe dicebat, ad loca ſancta, & ſacra Sanctorum Corpora viſenda: verùm re vera ſuperſtitioſus Presbyter, *deceptionem in multis faciens*, adiuuante illa multitudine, Pontificatum Bonifacio adimendum, & ſibi tribuendum intra ſe pollicebatur. At Pontifex, noua ſuperſtitione audita, fraudem ſubeſſe veritus, milites ali- D quot præmiſit, vt eum comprehenderent, & ad ſe perducerent. Cruciatus, tandem reatum ſuum confeſſus eſt, tantoque in facinore deprehenſus, iuſto Bonifacij iudicio, igne crematus eſt. Verbis vaticinij explicatis, & euentu comprobatis, paucis ab imagine expediemur. Senſus ergo eius eſt. *Pontifex, qui humeris Vrſam gerit*, eſt Bonifacius nonus, qui Romanam Rempublicam primus à ſe gubernandam aſſumpſit, & ad ſui libitum Senatores, & Magiſtratus inſtituit, eamque præ cæteris amauit. *Duo Vrſi ad vtrumque eius latum erecti, ore aperto, quaſi in Pontificem vociferantes*, ſunt duo Pſeudopontifices, Clemens nempe ſeptimus, qui multa in Bonifacium latrauit, & obijt Auenione 16. Kal. Octobris, anno Domini E 1394. & ſui Pſeudopontificatus anno 15. menſe 11. die 28. atque Benedictus 12. dictus 13. Arago, Hiſpanus, Petrus de Luna antea vocatus, qui Clementi in Pſeudopapatu ſucceſſit 4. Kal. Octobris. 1394. & eundem Bonifacium, vt ſe Pontificatu abdicaret, per legatos ſuos allocutus eſt. Et ità *occaſionem filij Balael ſunt ſectati*, vt pacificè Pſeudopontificatu potirentur, & fruerentur. Sub huius Sanctiſſimi Pontificis Bonifacij Papæ noni Pontificatu, & Regno Ludouici ſecundi Andegauenſis, anno Domini 1394. die 4. Menſis Decembris ſumpſit exordium celebre Monaſterium S. Nicolai de Valle Clarimontis Illuſtriſſimi Ordinis Carthuſiæ, vt ex ſuo originali exemplato priuilegio, quòd eò libenius damus,

Platin Vit. Bonif. 9.

Sabellicus Ennead. 10. lib. 9. Æneas Siluius in hiſt. Boe. Polidorus Virg. de inuen. ter. rer. lib. 7. cap. 10. & alij cum Ciacono, & Platin.

quo magis dicti Monasterij Adm. RR. PP. diligimus,& arcta necessitudine conjuncti sumus. Sic enim se habet priuilegium. A

Ex Archiuio sagittariensis Monasterij.

Ludouicus secundus Dei gratia Rex Hyerusalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Principatus Capuæ, Dux Vnghariæ, Comitatuumq; Prouinciæ Forcalquerij Cenomaniæ, Pedimontis, ac Bounciati Comes. Vniuersis presentes litteras inspecturis tàm præsentibus,quàm futuris. Sedentes in solio nostrum finem quo tendat aspicimus, & cum dono Dei sint omnia quæ habemus circa diuinarum rerum statum gloriam, & honorem debemus dirigire sensus nostros, & nostrum acuere intellectum, si ea omnia, quæ terrena sunt ipse Deus ex alto respiciet, si in via cum gloriosis opibus ambulare debemus, ipsi Deo placitis, atque gratis, & quæ diuinarum rerum conditiones promoueant amplitudinem, & concernant, vt ad patriam libera fronte possimus accedere, ibique pro humanis meritis quietum locum, & stabilem inuenire. Sanè Venerabilis, & Religiosus Vir frater Mattheus de Tito prior Monasterij Sancti Martini propè Neapolim Ordinis Carthusientium Commissarius Deputatus per Venerandum, & Religiosum Virum fratrem Camillum Priorem Carthusiæ agens pro nomine, & pro parte dicti Ordinis, & Monasterij Sancti Nicolai de Valle hædificandi per spectabilem,& generosum Virũ Vincislaum de Sancto Seuerino Ducem Venusij Comitẽ Tricarici,& Clarimontis affinẽ collateralem Consiliariũ,& fidelẽ nostrum dilectum Maiestati nostræ & Consilio nostro nuper ostendit,produxit,et præsentauit quoddã Instrumentum publicum omni qua decet solemnitate vallatum,non abolitum, non abrasum, nec in aliqua sui parte suspectum, cuius quidem Instrumenti tenorem presentati, et visi per nos,et dictum nostrum Consilium, ac diligenter inspecti, & cogniti & quod legi coram nobis pro habendo vniuersali,& particulari informatione ipsius inde fecimus, vt processisse quod agitur de certiori nostra scientia pateat nihil inde subtracto, addito, vel mutato, quod sensum variet, vel vitiet intellectum signo Notarij ab his dumtaxat excepto, præsentibus inseri iussimus, & apponi, qui per omnia talis videlicet. B C D

In Dei nomine Anno à Natiuitate ipsius millesimo trecentesimo nonagesimo quinto Regnante Sereniss. Domino nostro Ludouico Secundo Dei gratia Rege Hyerusalem & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, Duce Andegauiæ Comitatutum Prouinciæ, Forcalquerij,Cenomaniæ, Pedimontis, & Bounciati Comite Illustri Regnorum verò eius anno vndecimo feliciter. Die sexta decima mẽsis Ianuarij tertiæ Inditionis Neapoli Nos Franciscus Callensis de Neapoli per totum Regnum Siciliæ ad Contractus Iudex Antonius de Vrso de dicta Ciuitate Neapolis publicus vbilibet per totum prædictum Regnum Siciliæ Reali authoritate Notarius,& subscripti testes ad hoc specialiter vocati, & requisiti presenti scripto publico notum facimus, & testamur, quod auuocatis, & personaliter accersitis ad presentiam spectabilis eminentis,& generosi Viri Domini Vincislai de Sancto Seuerino Militis Ducis Venusij,& Tricarici, ac Clarimontis Comitis moram trahentis ad presens in quodam hospitio suo sito in Platea Sanctæ Claræ regionis Plateæ Nidi Ciuitatis Neapolis, quod aliàs fuit quondam Domini Fritij de Rauello, & existentibus nobis ibidem in quadam sala ipsius Hospitij, & constitutis coram nobis dictis Domino Duce agente pro se, et suis heredibus, et successoribus vniuersalibus, et particularibus &c. Nec non promittente solemniter,et expressè se curaturum, E

et factu-

A & facturum realiter cum effectu quod magnificus Iuuenis Dominus Rogerius de S. Seuerino miles Altimontis, & Curoliani Comes filius suus primogenitus legitimus, & naturalis ratificet, & acceptet omnia, & singula infrascripta, & eisdem consentiet, & suum præstabit assensum, & non contraueniet, & dicet, vel opponet quoquomodo pro quo ipse Dominus Dux etiam promisit de rato, & ratihabitione ex parte vna. Et Venerando, & Religioso Viro fratre Matthæo de Tito Priore Monasterij Sãcti Martini prope Neapoli Ordinis Carthusien. Commissario Deputato, vt dixit per Ven. & Religiosum Virum fratrem Camillum Priorem Carthusiæ Authoritate Capituli generalis dicti Ordinis ad omnia, & singula
B infrascripta agente, & interueniente nomine, & pro parte dicti Ordinis ac Monasterij Sancti Nicolai de Valle ædificandi per dictum Ducem, & fratrum omnium, ac Conuentus, & Capituli qui erunt omni futuro tempore in eodem, & successorum in illo dicti Ordinis Carthusiæ ex parte altera. Dictus Dominus Dux sponte asseruit coram Nobis, & dicto Fratre Matthæo audiente, & intelligente, quod olim ipse cognoscens, & in mente reuoluens ex multis perceptis beneficijs profusam erga eum supernæ dexteram largitatis, quod ipsius proueniente gratia tàm in honorum suorũ primordijs claris titulis sublimatus, quàm iugiter in progressu prosperis successibus extitit sẽper auctus: volẽs pro tãtis sibi collatis gra-
C tijs, & beneficis in conspectu eius, qui dedit nõ apparere vacuus; ne ingratitudinis vitio apud Deũ, & homines de talento duplicato nõ reddito valeat argui potius, & teneri. Et gratũ cupiens offerre obsequiũ in signũ superioris, & vniuersalis dominij omniũ largitoris, & pro salute animarũ antecessorũ suorum, & suæ, habens speciale deuotionẽ ad Ordinem Carthusiæ, ipsiusque sacrum Cœnobium, & fratrum vitam laudabilem, qui pro eorum regulari obseruantia tàm solitarij, & vacantes silentio, & quieti laudibus Deo seruientes à sæcularibus mundanis, quæ à strepitibus sunt præsempti, quorum meritis, suffragijs, & orationibus multiplicatis veniã de commissis impetret, quam ipse suis intercessionibus à Deo obtinere
D non valet; deliberauit, & pia mente disposuit fundare, & de nouo ædificare ad laudem, & gloriam ipsius omnipotentis Dei quoddam Monasterium Conuentuale dicti Ordinis Carthusientium sub vocabulo mirifici Confessoris Sancti Nicolai de Valle ex maxima etiam deuotione, & confidentia quam habuit, & habet in suis quibuslibet agendis ad eum eiusq; patrocinium in suis effusis precibus votiuè obtentum in Territorio Sinisij in loco vbi dicitur Territorium Sancti Philippi quod permutationis titulo ob causam prædictam dixit se habuisse à Venerando Viro Archimandrita Sancti Eliæ de Carbono Ordinis Sancti Basilij; volensque suam laudabilem dispositionem Spiritus Sancti gratia ducere tunc ad effectum,
E nè per mundanas res, & sæcularia implicantia desisteret. Ipse Dux in testimonio publico constitutus (consentiente dicto Domino Rogerio eius filio) donauit donationis titulo inter viuos pro ædificãdo dicto Monasterio cũ dicta Ecclesia, & omnibus adiacentibus sibi pro Conuentu vno Religiosorum, & fratrum Ordinis Carthusientium Venerando, & Religioso Viro fratri Ioanni de Oliuario Priori Monasterij Sancti Iacobi de Capro, & Vicario Generali in tota Italia Ordinis Carthusientiũ ad recipiendum loca ædificanda de nouo, & alia faciendum expedientia Ordinis supradicti tunc præsenti, & recipienti nomine, & pro parte dicti Ordinis

dinis

dinis Territorium Sancti Philippi prædictum de Territorio Sinisij ipsius Ducis cum vineis, arboribus fructiferis, aquis, aquarum decursibus, & cũ omnibus alijs iuribus, & pertinentijs suis, nec minus quàm parum esset condere Monasteria & oratoria, nisi orantes ipsi, & seruitores Dei haberent necessaria alimenta, & alia necessaria quotidie opportunè donauit tunc eidem Fratri Iacobo Territoriũ pro seminãdo capacitatis thuminorum quingentorum eligendum per ipsum Procuratorem, vel alium eius nomine pro parte dicti Ordinis in toto Comitatu Clarimontis in vno, vel diuersis locis coniunctim, vel separatim ad eorum arbitrium voluntatis, nec non & Vineas fructiferas, & rendentes annuatim vini barrilia sexcẽta ad generalẽ mensuram Terræ suæ Sinisij fertilitate, & infertilitate anno qnolibet moderatione pensata franca, & libera ipsa prædicta omnia, & exempta ab omni redditu, censu, tributo, seruitio, onere, & præstatione quacunq; Volensque præfatum Monasterium redditibus opportunisque & competentibus non carere, similiter donauit, & dedit, atque concessit dicto Fratri Iacobo tunc præsenti, & acceptanti nomine, & pro parte Ordinis Carthusien. & Monasterij fiendi prædicti vncias centum annuatim in carolenis argenti boni, & iusti ponderis percipiendas singulis annis per fratres in dicto Monasterio ædificando morantes, vel Procuratores eorum in locis infrascriptis dicti Ducis v3. in Terra S.Martini de Rapario super iuribus Baiulationis, & herbagijs vncias viginti quinque, super iuribus Baiulationis Castri noui vncias quatuordecim, super iuribus Baiulationis officiorum Terræ Clarimontis vncias triginta, super iuribus Baiulationis dictæ Terræ Sinisij vnciam vnam, & super iuribus Officiorum, & Tabernarum ipsius Terræ vncias triginta, & super certis clausulis, & formis verborum, prout hæc, & alia in quodam prædicto Instrumento exinde facto, & celebrato sub anno ab Incarnatione Domini nostri Iesu Christi millesimo trigentesimo nonagesimo secundo die decimo nono mensis Aprilis quartadecima Indictionis Sinisij per manus Notarij Antonij de Melle Ducali Authoritate publici Notarij per omnes Terras ipsius Ducis subscripto subscriptione Iudicis Iacobi de Setano tunc annalis Iudicis ipsius Terræ Sinisij, & nonnullorum testium in numero opportuno subscriptionibus roborato plenius continetur in eadem assertione subiuncto dum ipse in ipsius capti propositi sisteret, & ipse Dux instanter, ac clarè optasset Monasterium prædictum ne dum incæpisse, sed ad perfectionem, & complementum perduxisse. Attamen quoniam locus ipse dicti Territorij de Sancto Philippo de Territorio dictæ Terræ Sinisij in quo construi debebat Religiosis Viris Ordinis Carthusien. qui viderunt, quàm omnibus alijs communiter visus est aeris contagiosi, propter quod suspectandum erat, & meritò de sanitate, & sospitate debendorum, & debentium commorare in eo pro diuinis celebrandis, & seruitijs Deo præstandis ad Animarum prædictarum salutem: ideò ob causã prædictam Dux ipse, vt dixit distulerunt dictum Monasteriũ ibidem inchoare, & construere vsque dum de alio loco prouideretur per eum cum licentia, & beneplacito Ordinis supradicti, ne ex displicentia corruptionis aeris contigisset ipsum Ducem sumptibus subijsse in vanum cum iam alias contigit loca aliqua dicti Ordinis propter infectionem aeris mali fuisse penitus derelicta; & sic fuisset per consequens sui boni propositi intentione frustratus, ob quod prouidit si & quatenus Gubernatoribus dicti Ordinis gratum, & visum fuisset prædictum Monasterium sub prædicto

A dicto vocabulo fundare, & ædificare in Territorio Clarimontis in loco vbi dicitur Sanctæ Helaniæ, loco vtique boni aeris cum ijsdem Territorijs, Vineis, annuis prouisionibus, & alijs omnibus quibuscunque per ipsum Dominum Ducem concessis pro prædicto Monasterio ædificando, & dotando in Territorio Sinisij in loco vbi dicitur Territorium S.Philippi datum,& assignatum, vt supra, & loco permutationis pro dicto Monasterio ædificando dare, & assignare dictum Monasterium S. Helaniæ de Territorio Clarimõtis cum dotibus prædictis, super quibus omnibus ipse Dux præsentialiter interesse non valens aliis suis arduis negotijs occupatus,& ad designandum, & decernendum, & assignandum locum prædi-

B ctum Sanctæ Helaniæ,& propterea ad hæc peragenda fecit, constituit,& ordinauit suum Procuratorem, & Nuncium specialem Reuerendum in Christo Patrem,& Dominum Virum,Dei,& Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Tricaricensem omni qua conuenit, plenaque potestate suffultũ, prout de sua procuratione constare dixit tunc de quodam publico Instrumento ex inde facto olim sub Anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo quarto die decima Octobris, tertiæ Indict. apud Terram Bellouedere Principatus Calabriæ per manus Andrææ de Bellouedere publici vbilibet per totum Ducatum Calabriæ regali authoritate Notarij

C subscripto subscriptione Notarij Andrææ de Bellouedere annalis Iudicis ipsius Terræ,& quamplurium testiũ aliorum in numero opportuno. Subsequenter vero, vt Dux ipse in eadem subiunxit assertione, quod dictus Dominus Episcopus Tricaricensis offerens se paratum exequi per eum sibi in procuratione prædicta commissa. Constitutis in testimonio publico ipso Domino Episcopo Procuratore vt supra, vt dicto Fratre Matthæo Priore dicti Monasterij Sancti Martini de Neap. & asserente tunc sibi fore commissum per dictum Fratrem Camillum Priorem Carthusiæ quod Monasterium ipsum reciperet pro parte dicti Ordinis cum omnibus expedictibus, & opportunis cauthelis,prout docuit per quasdam pa-

D tentes litteras sigillo Crucis in cera viridi impresso pendenti secundum morem Carthusiæ. sub datum anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio, die duodecimo mensis Iunij de potestate sua,& se paratum dicente eidem Procuratori fore recipere ipsum Territorium,seù locum Sanctæ Helaniæ pro fundatione dicti Monasterij cum assensu tamẽ, & authoritate Diocesani, ità quòd libertates, Priuilegia, Consuetudines, & Statuta Ordinis Carthusian. remanerent illibata. Et propterea cũ cõsensu,& authoritate Reuerendi in Christo Patris Domini Rogerij Episcopi Anglonensis præsentis ibidem, & eisdem Procuratori quo supra nomine,& Fratre Matthæo, vt præfertur suum consensum,& authoritatẽ

E præstantis eo modo, & forma quod libertas, Priuilegia, & Statuta dicti ordinis integra;& illibata manerent, & maneant. Prædictus Dominus Episcopus Tricaricensis Procuratoris nomine, & pro parte dicti Ducis authoritate dictæ suæ procurationis prædictum locum S. Helaniæ situm in Territorio Clarimontis, vt supra dictum est quod fuit de bonis dicti Ducis præfato Patri Matthæo recipiẽti nomine,& pro parte Ordinis Carthusien. vigore prædictarum litterarum, & potestatis sibi concessæ assignauit tradidit, & concessit irreuocabili donationis titulo pro constructione Monasterij supradicti cũ arboribus fructiferis,& infructiferis cuiuscunque generis,aquis, aquarum decursibus, & alijs locis adiacentibus iuribus, & pertinentijs omnibus alijs suis necessarijs pro constructione,

K & ædi-

& ædificatione dictæ Domus cum Ecclesijs,Clausuris,Claustris,Gallileis, A Officinis, Currerijs,Molendinis,Iardenis, Vineis, Oliuetis, Territorijs, alijs connexis, quibus interesse possint etiam Monachi, & alij Deo famulantes ibidem remoti, & tuti ab omni inquietitudine, & tumultu eorum qui si propè, vel quomodlibet liberarent,possent coram Deo dedicatum seruitium, quies, silentium, & solitudo turbari. Et dictus frater Mattheus tunc recipiens dictum locum quem plenè prouiderat, & tamquam gratum amæni Aeris, & salubris cum aliorum probatorum consilio, & aliarum commoditatum locupletem secundum Ordinis instituta ob ipsius receptionem, traditionem, & assignationem sibi factam modo præmisso, & B subscripto remisit dicto Episcopo Procuratori, quo supra nomine, & refutauit locum tantùm, seù Territorium Sancti Philippi in quo dispositum fuerat dictum locum,seù Monasterium ædificare per Ducem prædictũ faciens in omnibus conditionem dictæ Domus propterea meliorem. Et sic dicto loco Sãctæ Helaniæ recepto cum consensu Diocesani prædicti, fuit ibidem cum benedictione ipsius Diocesani,astantibus ibidem Clericis ministrantibus in diuinis, lapis benedictus appositus,Venerabili signo Crucis sanctæ signatus,pro fundatione Domus prædictæ,seù Ecclesiæ sub Venerabili vocabulo Sancti Nicolai de Valle Clarimontis,ob quam causam facta permutatione, prædictæ fundationis ipsius Domus, seù Ecclesiæ, & C Monasterij de loco ad locum: Præfatus Procurator iuxta tenorem præsenti Instrumenti donationis factæ per ipsum Ducem in persona præfati Patris Ioannis de Oliuario Vicarij, vt prædicitur generalis, vt præfertur nomine,& pro parte dicti Ducis authoritate suæ procurationis per stipulationem legitimam, & solemnem prædicto fratri Mattheo tunc præsenti, & recipienti nomine, & pro parte Ordinis Carthusientium stipulationem ipsam, ac nominæ dictæ Domus Sancti Nicolai de Valle Clarimontis promisit à mense Aprilis primo futuro præsentis Anni tertiæ Inditionis in antea immediate, incessanter ipsam Domum cum Ecclesijs, Currerijs, Claustris, Gallileis, & Officinis & alijs adiacentibus incipere, ædificare, & prosequi vsque ad complementum proprijs sumptibus, D & expensis dicti Ducis tàm in constructione murorum, necessarijs alijs, libris, campanis, quàm pàramentis, & pannamentis pro Ecclesijs, & Cellis, absque intermissione quacumque, prout Ordo ipse Carthusiæ exigit, & requirit: Nec non pro alimentis necessariis, & opportunis renouando donationem iam factam per dictum Ducem donauit ipse Episcopus Procurator eidem fratri Matthæo recipienti, vt supra Territorium per seminando capacitatis tumulorum quingentum seminum eligendi per ipsum, seù alium pro parte dictæ Domus siuè Ordinis in toto Comitatu Clarimontis in vno vel diuersis locis pro libito voluntatis, & vineas E fructiferas annui redditus facta compensatione de anno fertili, ad infertilem sexcentum barilium vini ad dictam mensuram francam,& francas ab omni onere seruitutis, redditus, siuè census cum hac adiectione adiecta quod vineæ ipsæ ad dominium dicti Ducis reuertantur cum, & quando dicta Domus, & Monasterium effectualiter construxerit vineas tanti annui redditus vini, quanti superius est expræssum, & etiam dictus Procurator nomine quo supra præfati fratri Mattheo recipienti nomine, & pro parte dicti ordinis Carthusiensis, & Domus Monasterii præfati similiter dedit, & concessit modo prædicto vncias annuas centum pro annuis redditibus, vita ælemosinis, luminaribus, indumentis, & necessariis

dictæ

A dictæ Ecclesiæ, & Deo seruientium in eodem, in & super Iuribus Baiulationum, & alijs Terrarum prædictarum dicti Ducis modo prædicto. Hoc etiam adiecto, & reseruato vltra contenta in dicto primo Instrumento quod si prædicta Iura Baiulationum, herbagiorum, officiorum, & tabernarum exciderent continuo, vel anno quolibet redditum annuatim vncias centum, quod illud plus totum quod superfuerit debeat dicto Duci, & eius Curiæ applicari. Et è contrario, si continuò, vel anno quolibet dictarum Terrarum annuus redditus ex dictis Iuribus proueniens ad dictam summam vnciarum centum non ascenderet, dictus Dominus Dux debeat

B supplere de redditibus quorumcumque iurium suorum quarumcunque Terrarum, & bonorum ad electionem Prioris, vel Procuratoris dictæ Domus Sancti Nicolai vsque ad concurrentem quantitatem vnciarum centum. Ità quod ipse annuus redditus ipsi Ecclesiæ, siue Conuentui nullatenus minuatur ex quauis superueniente causa, Terris ipsis stantibus sub dicto dominio, siuè nō, aut quouis modo in alium translatis, propter quod perceptio ipsarum vnciarum annuarum centum tolleretur, vel impediretur, ità quod de plano haberi non possent, etiam quod dictæ centum vnciæ debeantur, & percipi possint nomine dictæ Domus, dictus Dominus Dux ipse eidem Domui de alijs bonis burgensaticis francis, & liberis nul-

C li seruitio, censui, vel seruituti astrictis, tanti valoris annui, atque fructus ad plenum Dominium duxerit prouidendum ea dandum, & assignādum. Quibus burgensaticis realiter, & integraliter datis, ipse centum vnciæ annuæ concessæ super Iuribus Terrarum prædictarum ipso facto reuertantur ad dictum Ducem, & ipsius Domus nomine exigi, nec peti vlterius possint. Ipsoq; Fratre Matthæo nomine quo supra per eundem Episcopū Procuratorē, quo supra nomine de prædictis bonis, & annuis vncijs centum possessionem, seù quasi per baculum, vt moris est inuestito. Pro quibus omnibus scil. nouæ Domus constructione cum necessarijs supradictis loci ipsius fundationis donatione, ac Territorio vnciarum centum

D annuarum præstatione, & Vineis donatis, & concessis per ipsum Procuratorem, ac omnia contenta in Instrumento ipsius donationis firma, & illibata omni futuro tempore perseuerent, & nullatenus contra fiat in totum, vel in parte per dictum Ducem, hæredes, & successores suos de facto in Iudicio, vel extra, actione, vel exceptione, vel contra fieri attentetur quouis modo, ipse Dominus Episcopus Procurator obligauit authoritate prædicta prædictum Ducem, suosque hæredes, & successores quoscunque ad dictam pœnam, renunciauit, & iurauit, ac reseruauit expresè super hijs, regium beneplacitum, & assensum impetrandum per ipsum Ducem prout hæc, & alia in quodam alio publico Instrumēto ex inde facto,

E seù fieri rogato sub anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo quarto, die quarto Mensis Decembris 3. Indict. apud Clarimontem per manus Notarij Cicci à Sitisio de Monte Syon plenius, & serosius asseruit contineri. Quibus omnibus sic assertis, & recognitis per ipsum Dominū Ducem modo prædicto præsente prædicto fratre Matthæo quo supra nomine audiente, dictus Dominus Vincislaus Dux, volens de omnibus prædictis actis, gestis, & promissis in præmissis, & circa præmissa tàm per eum, quàm per dictum Dominum Episcopum Procuratorem suum suo nomine tàm dictum Fratrem Matthæum Priorē Monasterii Sancti Martini nomine, & pro parte dicti Ordinis Carthusien. quàm dictum Monasterium, Domum, & Ecclesiam S. Nicolai de Valle Clarimontis dicti Ordi-

nis Carthusien. quàm dictum Monasterium, Domum, & Ecclesiam Sancti A Nicolai de Valle Clarimontis dicti Ordinis, & fratres in eodem Monasterio pro tempore futuro degentes, & aliis successiuis temporibus futuros cautos reddere, & securos. Cum quæ per alium aguntur à principali factum de iuris tramite probabilitatem reputantur, nec firmitate egeat quod est firmum. Tamen pro maiori efficacia promissorum, Dux ipse sua libera, & gratuita voluntate prædicto die coram nobis etc. considerans quod efficacius obligat, quod specialiter exprimitur, quàm quod faciendum alteri demandatur, prædictã assignationẽ dicti Territorii Sanctæ Helaniæ modo prædicto factam per dictum Episcopum Tricarici B Procuratorem suum, traditionem, & concessionem irreuocabili donationis titulo pro constructione Monasterii prædicti, ac constructione, & ædificatione dictæ Domus cum Ecclesiis, Clausuris, Gallileis, Officinis, Curreriis, Molendinis, & aliis necessariis, Vineis, Oliuetis, Territoriis fundationem, promissionem, donationem, & omnia, & singula in dicto Instrumento contenta, & dictum Instrumentum tanquam sibi rata, grata pariter, & accepta, ac ratum gratum pariter, & acceptum ratificauit, confirmauit, & acceptauit modo, qui sequitur, & prout infra subsequitur eidem Fratri Matthæo quibus supra nominibus præsenti, recipienti, & stipulanti solemniter de nouo donauit, ac tàm ipsam ratificationem præmissorum, C quam nouam donationem modo subscripto, & non aliter efficaciam habere voluit, & pro vt infra subsequitur fecit. Et nihilominus ex hoc dictus Dux considerans, vt dixit, quod cum nihil contingat congruentius humanæ fidei quàm promissa gratuitè, sincerè seruari, quanto magis efficacius, quæ ad gloriam omnipotentis Dei, & suorum remissionẽ peccatorum disposuit, debeāt perfici pariter, & percompleri, vt ipse Deus, qui tàm laude dignum propositum in suis præcordijs benignè infundit, & facultatem tribuit suam sinceram mentem in exequendo cognoscat. Cum etiã sola autem voluntas sit animi, quæ apud Deum omnium largitorem gratificat, propterea promisit, & conuenit per stipulationem legitimam, & D solemnem, ac sub verbo Magnatum dicto Fratri Matthæo quibus supra nominibus præsenti, recipienti, & stipulanti, & mihi etiam Notario publico tanquam personæ publicæ pro parte dicti Monasterij, & Ordinis, ac fratrum, Conuentus, & Capituli ipsius, qui pro tempore erunt in illo stipulanti legitimè, dictum Monasterium in dicto Territorio S. Helaniæ fundatum, seù inceptum sub vocabulo S. Nicolai de Valle Clarimontis, vt prædicitur, ac datum, & assignatum eidem Fratri Matthæo recipienti nomine dicti Ordinis, ædificare, & ædificari facere cum Ecclesijs, Curreriјs, Claustris, Gallileis, Officinis, Dormitorijs, Domibus, Coquinis, Cellarijs, Cellulis, & alijs hædificijs necessarijs Campanili, Campanis, Portis, E Ianuis, Muris, ac Parietibus, nec non libris, pannamentis, & omnibus alijs necessarijs, & opportunis in eo suis proprijs sumptibus, & in omnibus pariter percomplere infra annos decem à Mense Aprilis præsentis anni in antea numerandos, illud ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc, & prout est fundatum, & erit pro tempore percompletum de nouo prædicto die coram nobis &c. dedit, tradidit, & titulo donationis inter viuos irreuocabiliter assignauit per suum anulum eidẽ fratri Matthæo quibus supra nominibus recipienti cum promissione prædicta, & subscripta per ipsum Ducem facta non obstante promissione, & donatione, concessione factis per dictum Dominum Episcopum Procuratorem, vt supra.

A supra. Subiungens etiam quod pro dotatione ipsius quidquid Deo mũdanum tribuitur, tanquam creditum præstanti debetur: Nàm ipse cum immensitate muneris, sed libertatem animi in donatione concernit. Hac consideratione suasus, vt fratres,& personæ aliæ in dicto Monasterio degentes omni futuro tempore valeant substentari commodè, & tàm ad luminaria, quàm ad alia, quæ ad diuinum cultum pertinent impensæ necessariæ ministrari: propterea modo infrascripto donationem,& concessionem fecit dictus Dominus Dux sua sponte prædicto die coram nobis de nouo. v3. In excambium Territorij capacitatis tumulorum quingentorum seminis eligendi in Territorio Clarimontis coniunctim, vel diui-
B sim, vt prædicitur donati,& pro dicta causa donauit donationis titulo irreuocabiliter inter viuos dicto Fratri Matthæo, quo supra nomine,recipienti dictum Territorium quod dicitur Territorium Sanctæ Helaniæ situm, & positum in Territorio Clarimontis per hos fines designatum v3. à parte Orientis Territorium,quod dicitur li Pantani di Santa Helania, sicut est à vallone versus timpas Sanctæ Helaniæ iuxta ipsas timpas à latere Orientis,& à parte meridiei Territorium etiam quod confinat cum Territorio Rubei à parte Occidentis dictus Vallonus,& Territorium Monasterij, à parte Septemtrionali viam veteram, quà Rubeum itur, & de-
C scendit ad Vallonem prædictum secũdum designationẽ arborum ibidem propterea assignatarum. Item donauit eidem Monasterio præter,& vltra Territorium prædictum donatum infrascriptum aliud Territorium.v3. A Territorio, seù Vallone prædicto S.Helaniæ vsque ad Vallonem S.Angeli modo inferius designato scil. à capite Vallonis, seù transitus ipsius Vallonis quo itur Rubeum, & per pendilia montanearum Curiæ,quantum ostendunt Terræ laboratoriæ secundum quod per limites apponendos, & alia insignia apparebunt, & à parte vsque ad Vallonem S. Angeli, & descendendo inferius per dictum Vallonem S. Angeli vsque ad flumen Signi,& descendit per dictum flumen Signi inferius vsque ad præfatum
D Vallonem S.Helaniæ secundum quos per limites apponendos,& arbores incisas ibidem, & alia insignia apparebunt, & demum ascendendo per ipsum Vallonem S.Helaniæ vsque in capite,& vbi est transitus ipsius Vallonis prædictus viæ qua itur Rubeum, seù Calabriam,& concluditur, & alios confines cum arboribus fructiferis, & infructiferis, Terris cultis, & incultis, planis, Montibus, Pratis, Nemoribus, Pascuis, Aquis, aquarum decursibus, Iuribus, & pertinentijs suis omnibus in eisdem distinctis Territorijs habitis,& contentis vti franca,libera,& exempta ab omni venditione,alienatione, donatione, concessione, obligatione, legato, censu, redditu, seruitio, nexu, onere,præstatione quacunque collectis, subexe-
E cutionibus, ac taxis quibuscunque impositis,& imponendis ad habendũ, tenendum, possidendum, vti fruendum, dominandum,laborandum,cultiuandum, ædificandum, massarias faciendum, vineas plantandum, ac iardena; & molendina construendum per ipsum Fratrem Matthæum nominibus quibus supra dictum Ordinem, ac Priores,& Fratres dicti Ordinis, qui pro tempore fuerint, seù erunt in eodem Monasterio construendo in dicto Territorio,vt dictum est ex nunc in antea liberè,ac disponendum, locandum, concedendum, & faciendum prout, & sicut faciunt alij Fratres,& facere possunt de bonis alijs Monasteriorũ dicti Ordinis prout quantum eis melius videbitur, & placebit. Ità quidem quod si dicta Territoria S.Helaniæ excederent mensuram capacitatis tumulorum quingẽ-

torum

torum feminis, & fexcentorum barriliorum vini,illud plus ad quamcun- A
que quantitatem,capacitatem,& menfuram afcendat,etiam gratiosè Dux
ipfe donauit eidem Fratri Matthæo præfenti, &c. & recipienti nomine
quo fupra. Et promifit, & conuenit Dux ipfe per ftipulationem folemnē
eidem Fratri Matthæo,vt fupra dare,tradere, & affignare,feù tradi,& affi-
gnari facere integrè, & fine diminutione anno quolibet in eodem Mo-
nafterio Fratribus, & Prioribus, & perfonis alijs in eo fiftentibus pro tē-
pore, & alij, feù alijs poteftatem habentibus pro eifdem anno quolibet
de vino bono barrilia fexcentum ad menfuram Clarimontis donec, &
quoufque dictum Monafterium effectualiter conftruxit vineas tanti an- B
nui redditus vini, quanti fuperius eft expreffum in Territorio prædicto
S.Helaniæ. Ità quidem quod cum,& quando dictum Monafterium con-
ftruxerit, & fecerit vineas in dicto Territorio,ex quibus prouenīat dicta
barrilia vini fexcēta, feù plus dictus Dux ad dictam affignationem dicto-
rum barriliorum fexcentorum vini minimè teneatur. Item dictus Dux
donauit, & conceffit eidem Fratri Matthæo præfenti, & pro parte dicti
Ordinis,& Monafterij,ac dare,& affignare, feù dari,& affignari facere pro-
mifit ex dicta dotis, & donationis caufa animalia Baccina numero quin-
quaginta, & pecudas numero quingentas pro vfu, & vita Fratrum dicti
Monafterij. Ità quidem quòd tam animalia Baccina, & pecorina,& fætus C
ipforum, & fætus fætuum veniendi,& prout,& ficut multiplicabuntur,&
omnia alia animalia Bouina,Pecorina,& Baccina dicti Monafterij in qua-
cunque quantitate, & numero fuerint poffint, & valeant vbique liberè,
impunè fumere aquas,& pafcua vbique per omnes Terras,& Territoria
dicti Ducis, & hæredum,& fucceflorum fuorum, ac fine folutione cuiuf-
cunque affidæ, defenfæ, pedagij, & iuris alterius cuiufcunq; & etiam pof-
fint fumere aquam,& pafcua in quibufcunque locis in quibus animalia
Curiæ dicti Ducis poffunt fumere,& fumunt aquam,& pafcua abfq; folu-
tione aliqua pedagij, affidæ, & iuris cuiufcunq; infuper dictus Dux do-
nauit, & conceffit denuò eidem Fratri Matthæo quibus fupra nominibus, D
& dicto Monafterio quod in Defenfa quæ dicitur la Claufura dē Terri-
torio Clarimontis fita iuxtà Vallonem S.Helaniæ ex vno latere,& ex alio
latere iuxta Vallonem Rubei poffint immittere, & tenere Boues prout,
& ficura Curia dicti Ducis haber actionem, & ius pro Bobus tantùm in
dicta Claufura; Boues tantum tenendi liberè, & fine impedimento. Hoc
amplius dictus Dominus Dux prædicto die coram nobis ex nunc in an-
tea,& in perpetuum pro fe,& fuis hæredibus, & fucceforibus dicto Fra-
tri Matthæo recipienti, & ftipulanti, vt fupra,& dicto Monafterio pro vi-
ctu indumentis calceamentis luminarijs, & alijs neceffarijs Fratrum, &
perfonarum ipfius Monafterij prædicti donauit,& conceffit annuum red- E
ditum vnciarum auri centum ponderis generalis, & carlenorum argenti
affequendum, & habendum in, & de bonis burgenfaticis ftabilibus fran-
cis,& liberis emendis per ipfum Dominū Ducem in ipfo Comitatu Cla-
ramontis, vel vbicunque in Terris Demanialibus Regni Siciliæ de pecu-
nia fua propria. Quæ quidem bona ftabilia burgenfatica annui redditus
vnciarum centum promifit ipfe Dominus Dux per ftipulationem folem-
nem eidem Fratri Matthæo,quo fupra nomine recipienti, emere nomine,
& pro parte dicti Monafterij, infra annos quatuor à prædicta die in antea
numerandos, illaque veniente dicto termino, & etiam ante, fi infra dictū
tempus empta fuerint dare, donare, & affignare eidem Monafterio fran-

ca,

A ca, libera,& exempta ab omni redditu, censu,tributo,& præstatione quacunque & ipsa ex nunc prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc donat donationis titulo inter viuos irreuocabiliter eidem Priori, & Monasterio vt supra recipienti ad habendum, tenendum,possidendum, vtilfruendum, locandum, dislocandum bona ipsa,& quodlibet ipsorum per Monasteriũ Fratres, & Priores,& faciendum tanquam de bonis ipsius Monasterij, & interim durante assecutione ipsorum bonorum stabilium burgensaticorum annui redditus vnciarum centum emendorum per ipsum Dominum Ducem,vt supra pro dicto Monasterio, Dux ipse sponte prædicto die coram nobis concessit, & dedit ipsas annuas vncias auri centum pro lumi-
B naribus, indumentis,calceamentis,victu,& alijs necessarijs Fratruum, & aliorum Deo seruientium dicti loci, seù Monasterij percipiendas, consequendas, & habendas per eosdem Monasterium Priores, & Fratres, seù alios nomine, & pro parte dicti Monasterij anno quolibet ex nunc in antea, & donec emerit prædicta bona stabilia in, & super Iuribus Baiulationum, & alijs infrascriptis infrascriptarum Terrarum suarum modo,qui sequitur infrascripto. v3. Item super Iuribus Baiulationis, & Herbagijs S. Martini de Rapario vncias auri viginti quinque, super Iuribus Baiulationis Castrinoui vncias quatuordecim auri, super Iuribus Baiulationis
C Officiorum Terræ Clarimõtis vncias auri triginta,sic modo prædicto frãcas, liberas,& exemptas ab omni præstatione seruitij, seù adogha cum hac declaratione adiecta, quod si dicta Iura dictarum Baiulationum excederent summam annuarum vnciarum centum, vt prædicitur illud plus sit Curiæ dicti Ducis. Et in casu quo non ascenderent ad dictam summã vnciarum auri centum illud quod defecerit dictus Dominus Dux teneatur, & debeat supplere vsque ad dictam summam vnciarum centum annuatim. Ità quidem quod tàm prædicta Territoria S. Helaniæ prædedestincta cum Terris cultis,& incultis, pascuis, aquis, aquarum decursibus,Molendinis construendis, Iuribus,& pertinentijs suis omnibus, &
D animalia Baccina,& Pecorina,quam dictæ annuæ vnciæ centum,seù bona stabilia burgensatica emendo, vt dictum est sic franca,& libera,vt superius continetur. Nec non dictum Monasterium, & Ecclesia, vt prædicitur,donata,sint à præsenti die in antea, & transeant in dominio,Proprietate,Possessione,& Potestate ex dicta donationis causa dicti Ordinis Monasterij, & fratruum dicti Ordinis Carthusien. ad habendum,tenendum, vti fruendum, possidendum, percipiendum, locandum,dislocandum, disponendum, & faciendum de eis, & qualibet parte ipsius prout & sic faciunt de Monasterijs, Ecclesijs, locis, & bonis Monasterij dicti Ordinis liberè per ipsos Priores,& fratres ipsius Ordinis,& in eodem Monasterio
E standum, morandum,& Deo seruiendum. Cedens, & transferens ipse Dominus Dux ex dicta donationis causa in eundem fratrem Matthæum præsentem,& recipientem quo supra nomine,& pro parte dicti Monasterij omne Ius,omnemque actionem,vsum dominium,& proprietatem realem, & personalem vtilem,directum, mixtum,& in rem scriptam, & omnem, & quamcunque aliam ipsi Duci, & suis hæredibus,& successoribus competens, competentem, & competituram in & super dicto Monasterio, et loco ædificando per eum, quàm Territorio ipso S. Helaniæ, seù Territoris prædictis prædestinctis ex causa prædicta,et omnibus alijs supradictis cum declarationibus expressatis eundem Fratrem Matthæum

ibidem

ibidem præsentem,& nomine,& pro parte Ordinis,& dicti Monasterij re- A
cipientem,ac in locum dominium,& Priuilegium suum. Et voluit dictus
Dominus Dux, quod præsens inuestitura per suum anulum modò præ-
misso facta de prædictis habeat vim, locum, & efficaciam veræ realis, &
corporalis possessionis,& assertionis illius lege, & constitutione qualibet
non obstante. Constituens eundem Fratrem Matthæum, quo supra no-
mine coram nobis recipientem, & cum omnibus priuilegijs, prærogati-
uis,& immunitatibus dicti Ordinis Carthusiæ Procuratorem vti in rem
propriam dicti Ordinis,& Monasterij. Et nihilominus dictus Dux consti-
tuit se precario nomine,& pro parte dicti Monasterij, & ordinis Carthu- B
sien.ac dicti Fratris Matthæi quibus supra nominibus dictum Monasteriū
locum,& Territorium præfatum S. Helaniæ, & omnia, & singula prædi-
cta donata,& concessa per eum ex nunc in antea habere, tenere, & pos-
sidere, donec ipse Frater Matthæus nominibus quibus supra per se, vel
per alium, seù alios dicti Ordinis Carthusiæ nomine, et pro parte ipsius
possessionem acceperit corporalem, quàm accipiendi, apprehendendi,et
in possessionem,et tenutam intrādi,ac manus iniectionem habendi,et re-
tinendi per ipsum Fratrem Matthæum quibus supra nominibus Ordinem,
Monasterium, Fratres Conuentum,et Capitulum ipsorum, vel alios, seù
alium ipsorum, vel alterius eorum nomine authoritate propria absque C
iussu Iudicis, licentia Curiæ, et Magistratus, seù Prætoris, et dicti Domi-
ni Ducis, ac Officialium suorum, et sine requisitione, et intimatione, et
denunciatione, solum præsentis Instrumenti vigore, et in possesioné,et
tenutam immisit, ac dictus Dominus Dux eidem Fratri Matthæo licen-
tiam dedit, ac omnimodam,et plenariam potestatem concessit. Et quod
ipse Frater Matthæus, et alij prædicti possit, et valeant,ac posint, et va-
leat quibus supra nominibus dictum precarium reuocare per se, et alios
dicti Ordinis, et Monasterij nomine,sine solemnitate quacunque, quan-
docunque voluerint, et sibi placebit. Et promisit, et conuenit per sti-
pulationem legitimam, et solemnem dictus Dominus Dux Venusij, ac D
obligauit se hæredes,et successores suos, et bona sua omnia mobilia, et
stabilia, feudalia, et burgensatica, seseque mouentia,et alia cuiuscunque
vocabuli appellatione distincta,habita, et habenda, præsentia, et futura
vbicumque sita, et posita dicto Fratri Matthæo nominibus quibus supra
recipienti, stipulanti solemniter obligauit dictam assignationem dicti lo-
ci,ac dotationem, dationem, donationem, promissionem, et concessioné
prædictam, et omnia, et singula supradicta, et infrascripta in præsenti
Instrumento contenta, et præsens Instrumentum semper omni futuro tē-
pore,et in perpetuum habere, tenere, et inuiolabiliter obseruare ratam,
gratam, et firmam, ratas, gratas,et firmas,ac rata,grata, et firma, et con- E
tra, et aduersus eam, et ea, et ipsorum alterius,ac eum non dicere, face-
re, opponere, allegare, vel venire, nec donationes,concessiones per eum
nouiter factas,et promissiones prædictas retractare, reuocare,cassare,di-
minuere,vel ab eis deficere, vel cessare, vel aliquod in contrarium præ-
tendere. Immò dictum Monasterium, & personas quascumque existen-
tes pro tēpore ad seruitia Dei in eodem,& bona ipsa donata,& assignata,
ac etiam assignanda,defendere, & attestare ab omnibus hominibus, &
personis Ecclesiasticis, sæcularibus,& alijs quibuscunque molestantibus
dictum Ordinem, seù Fratres quoscunque dicti Ordinis super proprieta-
te, possessione, ac potestate prædictorum, quàm circa susceptionem di-

A ctorum pascuorum. Nec non dictum Monasterium, & Ecclesiam ipsam cum Domibus, Claustris, Currerijs, Gallileis, Cellulis, Dormitorijs, Officinis, & beneficijs alijs opportunis, ac Campanile, & Campanis, libris vestimentis, paramentis, & alijs necessarijs ad constructionem, & ædificationem ipsius Monasterij, & Ecclesiæ sub vocabulo Beati Nicolai de Valle Clarimontis construere, facere, & fieri facere integraliter percōplere infra prædictum decennium, vt prædicitur, numerandum eiusdem Domini Ducis, hæredum, & successorum suorum sumptibus proprijs, & expressis. Nec non infra dictum quatriennium emere, & emi facere ad B suas expensas de suo proprio tanta bona burgensatica stabilia coniunctim, vel diuisim sita, & posita in dicto Comitatu Clarimontis, vel alibi vbicumque in Regno, vt dictum est, nomine, & pro parte dicti Monasterij, vt prædicitur ædificandi, quorum Iura, fructus, redditus, & prouentus ascendant ad dictum redditum vnciarum centum prædictarum sine requisitione, & dilatione, omni exceptione, & excusatione, & occasione remotis, & interim permittere pati, & sincere, liberè, pacificè, & quietè dictum Monasterium, & Fratres dicti Monasterij degentes in illo per se, vel alium, seù alios suo nomine, seù dictorum Fratrem Matthæum quibus supra nominibus percipere, recolligere, & habere dictum annuum redC ditum vnciarum centum super iuribus Baiulationum, & alijs Iuribus prædictis prædictarum Terrarum modo, & forma prædictis, ac tenere, & possidere dictum Territorium, seù Territoria prædestincta S. Helariæ sic frācum, & liberum, franca, & libera cultiuare, cultiuari facere per eosdem Priorem quibus supra nominibus, & fratres, Iura, fructus, redditus, & prouentus ipsius percipere, & percipi facere, Molendina cōstruere, ipsaq; animalia prædicta habere, & tenere, vt supra liberè, et sine contrarietate quacunque. Et interim dictus Dominus Dux constituit se tenere, et possidere bona ipsa sua omnia mobilia, et stabilia, seseque mouentia, burgensatica, et feudalia, vt prædicitur per eum obligata tenere, et possideD re præcario nomine, et pro parte dicti Fratris Matthæi quo supra nomine Ordinis, et Monasterij prædictorum, Fratrum, Conuentus, et Capituli ipsius, qui pro tempore erunt in illo ad pœna vnciarum auri decem millium medietate v3. ipsius pœnæ si eam committi contingat Papali, Archiepiscopali, Episcopali, Cameræ Apostolicæ, & regiæ Curiæ, seù alteri cuiunque tàm Ecclesiasticæ, quàm sæculari, vbi exinde reclamatio ipsa fiet, si secus inde fieret applicanda, et reliqua pœnæ medietate dicto Fratri Matthæo quibus supra nominibus, ac dicto Monasterio integrè persoluenda, me prædicto Notario tanquam persona publica pro parte dictarum Curiarum, et dicti Monasterij, Fratrum, Conuentus, et Capituli E eius, qui pro tempore erunt in illo, ac Ordinis supradicti, et dicto Fratri Matthæo quibus supra nominibus præsentibus à dicto Domino Duce pœnam ipsam stipulantibus modo præmisso. Et pœna ipsa toties committatur, petatur, et exigatur cum effectu, quoties fuerit exinde quomodolibet controuentum: et pœna ipsa soluta, vel non, aut gratiosè remissa, præsens contractus cum omnibus, quæ in se continet, in suo robore, et efficacia perseueret, cum refectione, et integra restitutione omnium, et singulorum damnorum, interesse, et expensarum litis, et extra, quæ fierent propterea quocunque modo in Iudicio, siue extra, quibus stari conuenerunt simplici verbo dicti Fratris Matthæi quibus supra nominibus, et eius successorum in dicto Ordine, et Monasterio nulla alia probatione

L quæ-

quæsita, ità quod non possit reclamare, appellare, seù ad arbitrium boni viri reduci petere, lege qualibet non obstante. Pacto expresse inter partes ipsas coram nobis voluntariè, quod in casu controuentionis prædictorum, seù alterius eorundem liceat, & licitum sit dicto Fratri Matthæo quo supra nomine, ac Monasterij prædictorum Fratrum, Conuentus, & Capituli capere, apprehendere, vendere, alienare, vel in solutum tenere, vel dare per se ipsos, vel alium, & alios eorum, vel alterius ipsorum nomine authoritate propria absque iussu Iudicis, licentia Curiæ, Magistratus seù Prætoris manu etiam armata, & militari, si expedierit, tantum de bonis dicti Domini Ducis, vel hæredum, & successorum suorum mobilibus, stabilibus, seseque mouentibus, feudalibus, & burgensaticis vbicunq; sitis & positis, debitis, & actionibus, ac nominibus debitorum ad electionem eorum, prout voluerint, pro dictis pœna, damnis, & interesse, & bonis donatis iàm dictis, donec fuerit, & sic eiusdem Monasterio, & Fratribus Côuentui, Capituli supradictis, seù alteri ipsorum integrè, & plenariè sadisfactum. De quorum omnium satisfactione stari conuenerunt simplici verbo, siuè Iuramento dictorum Fratris Matthæi, & Fratrum, ac Conuentus, & Capituli prædictorum nulla alia probatione quæsita, super quibus omnibus, & eorum singulis dictus Dominus Dux ex certa eius sciẽtia renunciauit expresse exceptioni doli, malis, vis, metus, & in factum rei prædicto modo non gestæ, vel aliter haberi, exceptioni dictæ donationis, traditionis, & assignationis non factæ, legi dicenti, donationem excedentem summam quingentorum aureorum reuocari posse, legi dicenti, donationem, sine insinuatione factam non valere: cum voluit ipse Dominus Dux quod præsens donatio non censeatur vna donatio, sed plures censeantur donationes, ità quod quælibet ipsarum donationum summam quingentorum aureorum non excedat, nõ obstante, quod præsens donatio facta sit per eum simul, & semel, seù vno tempore, lege in contrarium forsitan dicente quomodolibet nullatenus nõ obstante. Cui legi, vel eius beneficio prædictus Dominus Dux renunciauit expresse, & ex certa sua scientia, quoniam prædicta facta sunt per ipsum Dominum Ducem pia compunctione commotum ob reuerentiam Dei, & prædictã causam piam, & non ad subiectionem alterius, legi dicenti, quod donatio per superuenientes liberos reuocari posse, ac iniectionem manus, immo, & ingratitudinem, legi prohibenti pœnam in contractibus committi, exigi, & exposci. Conditioni indebitæ ob causam, sine causa, & ex iniusta causa. Priuilegio fori scripto, & non scripto competenti, & cõpetituro. Litteris, Priuilegijs, Cedulis, & rescriptis quibuslibet Regijs, Papalibus, & quorumcunque Dominorum impetratis, & impetrandis, & ipsis impetratis nõ vti, & omnibus alijs Iuribus tàm Canonicis, quàm ciuilibus contentis in corpore vtriusque Iuris, iurique dicenti, generalem renunciationem non valere, & Iuri per quod cauetur quod prædicto Iuri renunciari non possit, beneficio restitutionis in integrum, & omnibus alijs iuribus, exceptionibus, compensationibus, allegationibus, defentionibus Iuris, & facti, quibus, & per quæ dictus Dominus Dux, vel sui hæredes, & successores contra, & aduersus prædicta, vel aliquid prædictorum venire possent, aut ab ipsorum obseruantia se tueri in Iudicio, siue extra certioratus prædictus Dominus Dux, vt dixit de iuribus, legibus exceptionibus, renunciationibus, auxilijs, & effectibus eorundem per iuris peritum antequam renunciaret eisdem. Pro quibus omnibus, & eorum singulis

A gulis obſeruandis inuiolabiliter attendendis,& in nullo controueniendis per ipſum Dominum Ducem, hæredes,& ſucceſſores ſuos, & quod prædicta omnia vera ſint, & firmiter obſeruentur prædictus Dominus Dux Venuſij pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus ſponte prædicto die coram nobis iurauit ad Sancta Dei Euangelia per eum corporaliter tacta,& præſtitit iuramentum dicto Fratri Matthæo quibus ſupra nominibus præſenti, & ſtipulanti ſolemniter. Et voluit dictus Dux quod pœna periurij per pœnā pecuniariam,vna per aliam, & è contra,non tollatur, nec etiam ſuſpendatur,ſed de vtraque agi, & accuſatio fieri poſſit ſimul, B vel ſeparatim in vno Iudicio,vel diuerſis Iudicibus ad voluntatem dictorum Fratris Matthæi quibus ſupra nominibus,Monaſterij,Fratrum, Conuentus, Capituli,& Ordinis prædictorum,ſeù alterius eorundem,vel Procuratoris, aut legitimæ perſonæ pro eis, vel ipſorum altero. Reſeruato in præmiſſis omnibus, & ſingulis per ipſum Dominum Ducem Regis beneplacito, & aſſenſu quatenus fuerit opportunum, ac inſinuatione, authoritate, & decreto cuiuslibet Iudicis competentis, nec non regia confirmatione,authoritate, & decreto,& inſinuatione in præmiſſis omnibus, & eorum ſingulis neceſſarijs, & quatenus fuerit opportuna ad hoc, vt præſens donatio, ſeù donationes valeant,& firmæ,ac validæ omni futuro C tempore perſiſtant, licèt excedant ſummam quingentorum aureorum. Et promiſit dictus Dominus Dux dictum regium Aſſenſum, inſinuationem, autoritatem, & decretum, & confirmationem ſuper prædictis habendum impetrare, & obtinere à Regia Maieſtate ſuis ſumptibus, laboribus proprijs, & expenſis, & quolibet alio Iudice competente. Et demum impetrato, & obtento,aſſignare eidem Fratri Matthæo quibus ſupra nominibus pro cautela. Et voluit dictus Dux, quod ſi in præſenti Inſtrumento eſſent aliquæ clauſulæ omiſſæ ad validationem præmiſſorū, quod clauſula deficiens poſſit apponi ſemel, & pluries, & quoties opus erit. Et quod de prædictis poſſit fieri vnum, duo,& plura publica Inſtru- D menta conſimilia per manus mei Notarij ſupradicti veritatis ſubſtantia non mutata ad cautelam dicti Monaſterii, Capituli, & Fratrum dicti Ordinis, Priorum dicti loci, nec non dicti Fratris Matthæi, quibus ſupra nominibus, ſeù alterius ipſorum. Hoc amplius promiſit dictus Dominus Dux coram nobis ſolemniter, & ſolemni ſtipulatione dicto Fratri Matthæo præſenti, recipienti,& ſtipulanti vt ſupra, ſub pœna, obligatione, & iuramento prædictis, quod cum dictum Monaſterium erit conſtructum ædificatum,& completum per eum,vt decet; ſtatim ab omnem ipſius Fratris Matthæi nominibus quibus ſupra, vel Fratruum,& Ordinis prædictorum, ſeù legitimæ perſonæ pro eis requiſitionem, et voluntatē E ſimplicem,vel ſolemnem dictum Monaſterium cū dotibus, et bonis prædictis de nouo donare eidem Ordini, & donationem facere ſolemniter, ipſaque prædicta omnia,et ſingula adimplere,prout ſuperius ſunt expreſſa, et per eum promiſſa. Et hæc acta fuerunt coram nobis palam, purè, publicè, ſponte, et bona fide, et abſque aliquo vitio prauitatis, colludij, ſiue fraudis. Vnde ad futuram rei memoriam, et dicti Fratris Matthæi quibus ſupra nominibus, et Ordinis, Fratrum, Capituli, et Conuentus dicti Ordinis,et Monaſterij,ac Priorum dicti Monaſterij,et loci, et aliorū quorum, et cuius intereſt, et poterit intereſſe,et ſucceſſorum in dicto loco, ſeù Monaſterio cautela etc.factum eſt ex inde de prædictis hoc præſens publicum Inſtrumentum per manus mei Notarij Antonij ſupradicti

 ſigno

signo meo solito signatum, subscriptorum subscriptione mei prædicti Iudicis, & nostrorum subscriptorum testium subscriptionibus roboratum, ac subscriptione propriæ manus dicti Ducis Venusij munitũ, quod scripsi ego prædictus Antonius de Vrso publicus, vt supra Notarius, qui prædictis omnibus rogatus interfui, ipsumque meo consueto signo signaui, ac abrasi, & emendaui superius in vno loco, vbi legitur, habens specialem deuotionem, non vitiò, sed quod scribendo casualiter erraui, ideò pro valido habeatur. Ego Franciscus Scalensis de Neap. qui supra Iudex ad contractus subscripsi. Ego Dux Venusij rem prædictam fateor, & me subscripsi. Ego Franciscus de la Rattha Comes Casertæ, & Alexani, & magnus Camerarius Regni Siciliæ testis subscripsi. Ego Iacobus Cicarus de Neapoli Miles, & legum Doctor testis subscripsi. Ego Thomasius Brancacius dictus Imbriacus de Neapoli Regni Siciliæ Marescallus testis subscripsi. Ego Masseus Brancacius, dictus Imbriacus de Neapoli Miles testis subscripsi. Ego Petrus Rufulus de Neapoli Miles testis subscripsi. Ego Lisulus de Auersana de Neapoli Miles testis interfui. Ego Lisulus Minutulus de Neapoli Miles subscripsi. Ego Notarius Nicolaus Antonius Aiotus de Neap. testis subscripsi. Ego Notarius Clemens de Sinadaro de Neap. testis subscripsi. Ego Domnus Antonius de S. Agnete testis subscripsi. Ego Presbyter Frãciscus de Custantio de Neap. testis subscripsi.

Ego Presbyter Bartholomæus Palatius de Ciuitate Noua testis subscripsi. Et propterea dictus Frater Matthæus nomine quo supra Maiestati nostræ humiliter supplicauit, vt omnibus, & singulis tàm contentis in dicto Instrumento, quam dictis alijs contentis in alijs Instrumentis supradictis, de quibus in præfato Instrumento fit mentio, & de alijs de quibus forsan in ipso Instrumento mentio aliqua non fieret, & in dictis alijs Instrumentis continentur assentire, illisque confirmationis nostræ robur adijcere benignius dignaremur. Nos igitur considerantes, quod prædicta in hoc tangitur Ecclesia, quæ digno fauore per Principes, & Reges Populi prosequi debet, præfatis contentis in dicto Instrumento, & in dictis alijs Instrumentis de quibus fit mentio in Instrumento prædicto, ac omnibus, & singulis appositis in eisdem non obstante, quod super bonis feudalibus prædicta, seù ipsarum aliqua processerunt, de dicta nostra scientia, & speciali gratia earundem tenore præsentium cum deliberatione dicti nostri Consilij assentimus, ipsaque cum deliberatione qua supra ratificamus, & acceptamus, ac etiam confirmamus. Volentes, & iubentes expresè, vt prædicta omnia, & singula acta, & gesta inter dictas partes, vt præfertur, dictaq; Instrumenta, & contenta in eis dicto Ordini Carthusientium perpetuò efficacia, firma, & incommutabiliter persistẽt, & valida. Fidelitate nostra, feudali quoq; seruitio pro dicto Castro Claromontis, & bonis feudalibus ipsius per eundem Ducem Venusij, & suos iàm dictos hæredes, & successores nostræ Curiæ debito, nostris alijs, & alterius cuiuslibet semper saluo. In cuius rei testimonium præsentes litteras ex inde fieri, & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. Datum Neapoli per virum magnificum Rogerium de S. Seuerino Comitem Potẽtiæ Logothetam, & Prothonotarium Regni Siciliæ Collateralem Consiliarium, & fidelem nostrum dilectum. Anno Domini millesimo tricentesimo nonagesimo septimo die 1. Mensis Iunij quintæ Indict. Regnorum nostrorum anno tertio decimo. Nihil, quia exemptus ex Priuilegio

A uilegio Domini nostri Regis &c. N.de Petra, & Lya Registrata in Cancellaria Coll. &c.] Hactenus Priuilegium. De cæterorum adducto in Priuilegio Monasteriorum fundatione id mihi notum, quod Monasterium Sancti Martini famosissimum, in sui Auctores habuit Carolum Andegauensem Ill. Calabriæ Ducem, & pro Roberto Patre suo Neapolitano in Regno Vicarium generalem, qui ob ingentem deuotionem, qua erat affectus tùm erga S. Martinum Episcopum, & Confessorem, tùm etiam erga Ordinem Carthusiæ sanctitate admirabilem, anno Dom. 1325. Bernardo, & Ioanni Caracciolis germanis fratribus vncias auri 185. dedit pro loco

Ex monumentis S. Mart. de Neap. existentib. apud Adm. R.P. D. Matthæum Meum eiusdẽ Monast. Vicarium, & pra vita, & doctrinæ merito maiori officio & dignitate dignũ.

B quem ipsi possidebant in monte S.Erasmi, in contrata vulgò dicta Campanora, ac ibi sacram Domum plantauit. Inde ad paucos annos, nempe 1328. Carolo Duce è viuis sublato, filia eius Ioanna prima Regina, de consensu Roberti Regis Aui sui, qui filio superuixit, & deinde obijt 15. die Ianuarij 1345. Monasterij structuram admirabilem reddidit, & compleuit, atque annuas auri vncias 200. pro dote assignauit. Monasterium autem S. Iacobi Apostoli ad Insulas Capreas in sui Auctorẽ laudat quendam Iacobum Arcucciam Regni Camerarium, qui vt testatur Tutinus, illud instituit anno 1371. ac multis diuitijs ditauit cum eiusdem Reginæ consensu.

D.Camill. Tut. de variet. fortunæ pag. 17.

C

D

E

A

V A T. XVII.

Innocentium ſeptimum vaticinatur.

Decima diſsipabuntur in effuſione ſanguinis.

B

C

D

Secundus autem filius alia fera volans, ſerpens ad meridiem vinctus, magnus, & niger totus, priuatus lumine è Coruis, manifeſtans tempus à figuris litteralibus, qui ſuccedit paterno fini, exiſtens ſerpens miſer, & deſtructio Vrſæ. O quomodo es eſca miſerorum Coruorum, exiſtens enim genus abbominabile eorum. Ab oriente miſerabiliter turbaberis, te ipſum ſimilem ciuitatis lumen gentium dabis in tempore metus. Hæc Vates. Bonifacio nono Innocentius ſeptimus omnium Cardinalium ſuffragijs ſuffectus eſt 16.Kal.Nouemb.ann.1404. Coſmatus Melioratus ante Pontificatum vocatus, Sulmone è Pelignorũ oppido, Valuenſis Diœceſis in Aprutio, mediocri genere, & honeſtis parentibus ortus. *Secundus autem filius*, ſcilicet Vrbani ſexti fuit, qui eum in Romana Curia enutriuit, ac pluribus honoribus, & dignitatibus decorauit; primò enim Clericum Cameræ Apoſtolicæ eum fecit, deinde eiuſ- E

dem

A dem Cameræ reddituum Collectorem in Angliæ Regnum miſit, poſtea Archiepiſcopum Rauennatem creauit, mox ad Bononienſis Eccleſiæ ſedem tranſtulit cum commenda Rauennatis Eccleſiæ, tandem S.R.Eccleſiæ Theſaurarium,& Vicecamerarium inſtituit, demum cum à Bonifacio nono Presbyter Card. S.Crucis in Hieruſalem fuiſſet creatus 15. Kal.Ianuarij ann. 1389. ſub nomine Innoc.7. Petri ſolium conſcendit. Quando erat Cardinalis, priorum timiditatem Pontificum, atque negligentiam carpere conſueuerat, dicens, eorum ſecordia factum, ne ſchiſma,Romanæ Eccleſiæ, totiuſque Reipublicæ Chriſtianæ, pernicies,hactenus extinctum, & ſublatum eſſet. At cum tandem ipſe euaſiſſet Pontifex, ſecutus

B eſt in hac parte Vrbem, & Bonifacij veſtigia, & quos priuatus carpebat, non modò quod tantoperè laudabat effecit, verum etiam iniquo animo ferebat,ſi quis apud ſe, & de re verbum aliquod feciſſet. Igitur Innoc. 7. tanquam *alia fera volans*, & veluti *ſerpens ad meridiem vinctus*, ideſt ad Sedem Apoſtolicam contortus, ſeù tenaciter eam amplexatus,*magnus,& niger totus, & priuatus* deprehenditur *lumine* illo,quo,ante Pontificatum adeptum, illuminabatur. Idque *à Coruis*, ideſt à Romanis expertus eſt, *manifeſtans tempus à figuris litteralibus*, ideſt præſcriptis cap. præcedenti cum de Vrbani ſexti filijs dicebamus, *qui ſuccedit paterno ſuo*, ideſt cum *Alfonſus Ciacon. in vita Innoc. 7.*

C Papatum eſt conſecutus. Etenim adeò tumultuosè omnia gubernabat, vt cum ſemel Romani reſtitui in libertatem, reddique ſibi Capitolium, Pontem Miluium, & Arcem Sancti Angeli peterent;inſtarentque item,vt ſchiſma, rem pernicioſi exempli,de Eccleſia tolleret,bella extingueret,& ſeditiones,Rege Gallorum ad eam rem conficiendam operam ſuam pollicente, ac Petro de Luna, aliàs Benedicto 12. dicto 13. Antipapa, nequaquam tantam concordiam abnuente: vndecim ex primoribus ciuibus, perinde ac coruos, fures,& latrones, ad Ludouicum Melioratum, Nepotem ſuum,iuuenem 30. fermè annorum, audacem,& temerarium, Eccleſiaſtici exercitus Ducem,ad valetudinarium S.Spiritus de Saxia di-

D uertentem, tanquam ad certum carnificem miſerit (abutabatur enim Ludouicus Melioratus auctoritate Pontificis in perniciem aliquorum) Romanæ Reipublicæ labenti, negligentia Pontificis, conſulturi, ad Ludouicum producti, ſtatim fuere capti, illicò occiſi,& per eiuſdem valetudinarij feneſtras corpora exanima, ob maius Romanorum dedecus,in publicum ſuere iactata: & quod diceret eo modo tolli ſeditiones,& ſchiſma & non alio quidem poſſe. Et ità Innocentius *exiſtens ſerpens miſer* Romanos callidè,vt graui auctores aſſerunt,decepit. *Et Vrſam*, ideſt Rempubl. Rom. deſtruxit; *& eo modo eſcam miſerorum coruorum*, ideſt Romanorum,*& genus abbominabile eorum effecit*. Proinde irritatis Romanorum

E animis, armata manu multa patrauerunt, Ladiſlao Rege Neap. eos adiuuante, ſupplicium de Ludouico ſumpturi. At Pontifex declinaturus Romani populi furorem nonis Auguſti 1405. Viterbium cum Lodouico,& Curia citato gradu proficiſcitur, & ita *ab oriente*, ideſt à Sede Vaticana *miſerabiliter turbatus fuit* à Romano populo, qui eum ad fugam induxit, in palatium pontificium impetum fecit *decimas*, ideſt Eccleſiæ facultates *in effuſione ſanguinis diſſipauit*, eius Aulicos exagitauit, Capitolium cœpit, Pontem Miluium occupauit, & alia multa fecit; & patraſſet quoque ingentiora, niſi aduertiſſet,quod Ladiſlaus moliebatur Vrbem occupare,& quod Pontifex reuera fraude, & culpa carebat in occiſione ciuium Romanorum. Quapropter ab irato Populo Ladiſlaus Rex Vrbe

be pellitur, & Innocentius ad Vrbem vocatur, se ei Romani omnes subdentes, & Vrbis claues offerentes: prout anno 1406. Vrbem venit summis honoribus subter pallium excipitur, & Vniuersæ Vrbi dominatur. Confirmata autem suo Pontificatu pace, Ludouicum nepotem Agri Pigeni Marchionem creat, eundemque Firmanum Principem constituit, & tandem senex, & grandæuus secundo sui Pontificatus anno, die 21. ann. 1406. 8. Idus Nouemb. in schismate contra Benedictum Pseudopontificem, Romæ defunctus est, & in Basilica S.Petri sepultus. Reliquitque post mortem, cuilibet scelerato peccandi licentiam. Præcipuè vero Cabrinus Fundulus, Caroli Caualcabouis militum Dux, eius appetens ditionem, Carolum, fratresque, ac consanguineos, ab Vrbe Laude reuertentes, trucidauit in loco, Machasturna dicto, ad decimum lapidem à Cremona vrbe dissito. Mox Cremonam ingressus, Arce, & portis Ciuitatis occupatis, omnes, quos sui aduersarios suspicabatur, interfecit, & aliquos in exilium misit: nec aliquam crudelitatem omisit, vt propriam tyrannidem tutaretur. Gugegaldus Genuæ Gubernator, vt Mediolanum Galliarum Regi subijceret, conatus est. Otho, tertius Parmæ Dominus, de pace tractans cum Nicolao Estensi, de eiusdem Nicolai mandato, à Sfortia de Cotignola, apud Rouere Castrum trucidatus est. Et alij multi similia perpatrarunt. Et ità Innocentius 7. *se ipsum similem*, idest crudelem ostendens mittendo scilicet ad Ludouicum Melioratum nepotem suum homines suæ *Ciuitatis, lumen gentibus dedit in tempore metus*. Itaque depingitur Innocêtius, quod *leua teneat arundineam palmam supra quam coruus volat in os serpentis*: & significat quod Papa, quasi aliud agens, Romanos remisit ad Ludouicum Melioratum, nepotem suum, per *serpentem* significatũ, tanquam ad deuorandos. *Vexillum Ecclesiæ tenens manu dextra*: denotat ipsum de Romanis, & Ecclesia triumphasse. Hæc figura in aliquibus opusculis mendosis in vatic. 7. reposita reperitur, atque cum decima septima figura commutata; cum tamen vtraq; locum proprium à nobis positum, & declaratum, sibi vindicet, vt apertè est videri in opusculis antiquissimis, in Vico Equensi impressis, & in alijs.

VAT.

A

V A T. XVIII.

Gregorium duodecimum præſcribit.

Pœnitentia veſtigia Simonis magi tenebit.

Duplum tertium eſt auis crucifera, equus corniger, ſic multũ velox, ſicut promptus, & laſciuus, principium habens vnitatem, & finem, vnitati duplici vacationis prima, recurua figura numerorum, extremum in tempore ſicut boni anni. Venit dies, in qua tenebit medietatem curua figura: multum quidem magnus Rex volucrum Solis. Iſte enim recipiens principium à meridie, in quo explebit cornuto die mediante ſtella poli veſpere, & punitus, vt multum velox exiſtens, & ad bella praparatus. O Genus Bizantij habens auditus vobis inclinatos; ligna ſine fructibus. O amice, ſed vltima ſyllaba vulnus luctabitur te in locis irriguis, prater ſpem cadens principium, & finis corui eſt. Hactenus noſtri Prophetæ vaticinium, quo Gregorium duodecimum præmonſtrabat. Hic Gregorius Innocentio 7. præmortuo, pridie Kal.Decemb.ann.1406. ea lege ſuffectus eſt, vt primo quoque tempore pontificatu ſe abdicaret, ſi

E

Ioach. Abb.de Rom. Pontif. vatic. 18.

Alfonſus Ciacon. in eius vit. Platin. ibid.

Ioannes Mariana de reb. Hispan. S.Anton.par.3.hist. tit.22.cap.5, §.1.

idem Benedictus 13. quemadmodum se facturum iurauerat, præstitisset: ipseque, Pontificatu suscepto, iterato ad deponendum pontificatum, se scripto, adhibitis notarijs, & testibus, obligauit, quandocunque Antipapa Benedictus, qui alterum Pontificatum in Gallia tenebat, idem factitasset. Haud longe post Gregorius imperij dulcedine allectus, & à propinquis deprauatus, à quibus inanes formidines,& adumbrata pericula eius auribus instillata fuerant, optimam voluntatem mutauit, atq; in his, quæ ad pacem Ecclesiæ adferendam pertinebant, difficilem,& morosum præbuit. Cum verò de loco eligendo, quo sine discrimine Benedictus 13. & ipse, de Pontificatu contendentes, conuenirent, mentio haberetur; Gregorius Vrbe exiens, Senas primum, mox Lucam accessit, Benedictus Sauonam, qui locus statutus conuentui erat, aduenit. Cæterum cum de re inter eos non conueniret, collusores, & fidefragi, ab vtroq; Cardinalium conuentu sunt habiti, & maioris diuisionis auctores. Quapropter Pisis, generali Concilio indicto, vno consensu Gregorium, & Benedictum die 5.Iunij ann. 1409. dignitate pontificia priuarunt, consentientibus in eam sententiam omnibus fere Christianis nationibus: & in locum Gregorij, Alexandrum quintum suffecerunt die 26. Iunij. Cæterum absente Gregorio armis omnia Romæ circumsonabant, Ladislao Neapolitanorum Rege potissimum infestante. Gregorius autem quasi profugus Ariminum ad Carolum Malatestam, amicum suum, se contulit. Benedictus verò ad Castellum Panischolæ locum munitissimum confugit. Et licèt vterque exauctoratus fuerit à Pisano Concilio, neuter tamen destitit à creatione Cardinalium, maximè verò Gregorius, quo tutiorem papatum suum redderet, atque firmaret, tertium periurium faciens, Senis in Tuscia 14.Kal.Octobris, alteram decem Cardinalium creationem fecit.

Tarcagn, lib.17.

Tandem Sigismundo Romanorum Rege cum vrgente sponte pèr procuratorem suum, Carolum Malatestam Arimini domicellum, pro bono pacis, schismateque tollendo, 4.Nonas Iulij ann. 1415. absens, in Concilio Constantiensi, ad id congregato, se abdicauit Pontificatu. Quamobrem ex Synodi sententia, Episcopus Cardinalis Tusculanus, & Collegij Decanus renunciatus est,& apud Recinetenses vitam cum morte commutauit ann. 1417. Itaque Gregorius *Pœnitentia*, & vt alibi legitur, *Patentia, vestigia Simonis magis tenebat*, dum publicæ commoditati,& vtilitati, priuatam gloriam,& emolumentum præferebat. *Duplum tertium*, idest supplicium triplex, nempe priuationem in Pisano Concilio, fugam,& exilium à Conuentu Catholicorum, & abdicationem à Pontificatu in Constantiensi Concilio, pertulit,& hoc quare subiuit, quia veluti *auis crucifera*, idest aquila, *& equus corniger*, idest vnicornis, fuit *velox, promptus, & lascinus* ad Pontificatum consequendum, dum non curauerit illum acceptare ea conditione, vt primo quoque tempore Pontificatum deponeret, si idem Benedictus 13. quemadmodum se facturum iurauerat, præstitisset: ita vt magis procurator ad deponendum Pontificatum, quam Pontifex factus existimaretur. *Principium*, idest Principatum *habuit* ergo Gregorius propter *vnitatem* Catholicæ Ecclesiæ per schismaticos diuisam,& eiusdem schismatis *finem*, idest vt schisma ab Ecclesia tolleretur, & *vnitati duplici*, duabus nempe Christianorum partibus, quarum vna verum, altera falsum Pontificem sequebatur, catholicam vnitatem afferret adueniente tempore *primæ vacationis*, in quo pontificias infulas deponeret, atque susciperet *recurua figura numerorum extremum*, quod est centū, littera

A tera curua, nempe C. signaui solitum, hoc in loco significat, Cessionem, siue abdicationem. At quia nec ex se, neque à Pisano Concilio iussus, imò potiùs priuatus, Pontificatum deponere intendebat, *venit tandem dies, sicut boni anni* nempe tempus Constantiensis Concilij, *in quo tenuit medietatem*, & vt in alijs opusculis legitur *immediatè curuæ figuræ* litteram, nempe C. cessionem à Pontificatu: *multum quidem magnus* ille *Rex* Hungariæ, nomine Sigismundus, *volucrum*, ideſt Romanorum Imperator ad id sua industria contulit, & ad instar *Solis*, Ecclesiæ caligines dissipauit. *Iste enim* Sigismundus *recipiens principatum* ideſt principatum, siue papatũ

B Gregorio traditum, *in meridie* ideſt in medio consessus Cardinalium, & Constantiensis Concilij, *in quo* Pontificatum *explenit*, ideſt omninò ademit *cornuto*, ideſt Gregorio 12. (Angelus enim Cornarius, Venetus, antea dicebatur) *mediante, stella poli* nempe Carolo Malatesta, Arimini Domicello, & quidem *vespere* ideſt ad extremum, cum videret aliter amplius pontificatum retinere haud posse, *pauitus* enim erat *multum* metu Sigismundi, qui eum vrgebat, *& velox exultens*, ideſt anxius tollendi schismatis, *ad bella præparatus erat*, si Gregorius Pontificatu se abdicare renuisset. *Genus* ergo *Bizantij*, nempe Angelus Cornarius, quem ex Episcopo Castellano ann. 1400. Patriarcham Constantinopolitanum Bonifa-

Tarcagn. loc.cit.

Panuinus in Chronolog. ad hunc annũ.

C cius 9. creauerat *habens auditus sibi inclinatos*, ideſt nolens acquiescere sanis consilijs, vt staret promissis, à se in sui electione, & inito pontificatu statim Sacramento firmatis, *lignum* se ostendit, & arborem, *sine fructibus*, quia nil boni in pontificatu egit. Proinde exclamat vates. *O amice, sed vltima syllaba*, nempe *ce*, hæc enim est vltima syllaba amice, & vt diximus hoc in loco idem sonat, ac cessatio à Pontificatu, & *vulnus*, ideſt dolor ex orbitate resultans *lucratus est eum in locis irriguis*, quia eius spontanea depositio causa fuit, vt ipse ex Synodi Constantiensis decreto crearetur Episcopus Cardinalis Tusculanus, Collegijq; Decanus, & Picœni perpetuus Legatus. Et ità eius *præter spem cecidit principatum, & corui*, ideſt

D mali Pontificis *finis*, iam diù expetitus à cunctis, *est* obtentus. Præsignatus ergo fuit in figura à nostro sancto Vate, *Vnicornius*, qui vnitatem significat; *Aquila super thyaram pontificiam*, Imperatorem Romanorum Sigismundum; *& à dextris Pontificis adolescens*, Carolum Malatestam Oratorem. Ac si dicat propter concordiam, & vnitatem Gregorius 12. in gratiam Sigismundi Cæsaris per Carolum Malatestam Oratorem suum Pontificatu se abdicabit.

E

VAT. XIX. A

Alexander quintus depingitur.

Confusio, & error vitabitur.

B

C

D

Iste Collateralis quartus ab Vrsa, carens gladÿs, & homo mouens incisionē Rosa
tamen siccabitur sicut Rosa, & incidens Vrsam annis mortuus tribus, etenim
littera tertia, & tertium elementum illud videt. Recipiens enim principium, E
vt incideret florem, non miserebitur tui, quamuis in principatu maneas. Vide
enim, iste incipiet colligere Rosam, ante ferens in hominibus habens finem, in quo
latare multum frustra. Hactenus Prophetæ nostri vaticinium, quo Alexādrum quintum, loco Gregorij 12. abrogati, à Pisano Concilio substitutū, 26. Iunij ann. 1409. prædixit. *Iste Collateralis*, hoc est in locum Gregorij, Pōtificia potestate priuati, subrogatus, *quartus ab Vrsa*, idest ab Vrbano sexto, Potifex fuit. *Et carens armis*, idest sine armis, sed solo verbo Romanam Rempublicam gubernauit. Adeò munificus in pauperes erat, ac viros sua benignitate dignos, vt breui nihil sibi reliquerit: vnde per iocū dicere

Ioach. Abb. de Rom. Pontificib. Vatic. 19.

A dicere assolebat, se diuitem Episcopum, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem extitisse. In illo enim defuit illa habendi cupiditas, quæ vna cum re, & ætate accrescit simul: at hoc vitium cadere non potest in viros bonos, & rerum humanarum contemptores, qui quò magis consenescunt, eò minus viatici se indigere cognoscunt; & hanc ob rem cupiditates sedant, refrenant auaritiam, & cæteras animi labes expellunt. Firmius igitur, quod traditur ex tabula Dyptica Episcoporum Nouarientium, hoc tamen de illo narratur, quod cum esset in vltimis vitæ constitutus; dixisse, parentes suos ignorare, nec alicuius affinis notitiam vnquã

Platin. in eius vita, Genebrardus lib. 4. Chronog.

Baptista Fulgosius lib. 4. memorabiliũ factorum apud Ciaconum.

B habuisse, vt apud Baptistam Fulgosium legitur. Tanti insuper animi fuit quintus Alexander, vt Ladislaum Neapolitanorum Regem tum potentissimum, qui Ecclesiæ ditionem, Pontificibus absentibus, diù, multumque vexauerat, oppidaque aliquot vi occupauerat, in Concilio Pisano, illis approbantibus, qui tum aderant, Regno destituerit, atque ius illud Ludouico, Andegauiæ Duci, competere declarauerit. Idcirco inquit Abbas Ioachim. *Et homo mouens incisionem Rosa*, idest Regis Neapolitani. Soluto Concilio Pisano, Papa Bononiam se contulit; vbi cum grauiter ægrotare cœpisset, cognouissetque prope mortem instare, Cardinales ad se venientes, ad concordiam, ad pacem, ad tuendam Ecclesiæ dignitatem

Matthæus Palmerius in Chronicon Eusebij ad an. 1410.

C adhortatur: testatusque præterea est, per eam mortem, quam se continuò cernere dicebat, nec reformidare, conscientia benè actæ vitæ motus se existimare, & credere, quæ in Concilio Pisano decreta fuerant, rectè, atque integrè facta fuisse, omnia sine dolo, malo, fraudeue. Cum hæc dixisset, lacrymantibus omnibus, qui aderant, illud Saluatoris verbũ ægrè proferens [Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis] piè susceptis Matris Ecclesiæ Sacramentis *siccauit vt Rosa*, idest cum odore sanctitatis emisit spiritum, sui Pontificatus mense 10. die 8. 5. Nonas Maij, ann. 1410. Cæterùm illa Ladislai Regis priuatio magnam confusionem concitauit. *Incidit* enim Alexander *Vrsam*, & vt in aliis opuscu-

Platin. in vita.

D lis legitur, *Rosam*, idest Ladislaum, *annis mortuum tribus*, idest sub Innocentio, Gregorio 12. & Alexandro 5. Ecclesiæ ditionem infestantem, ac si animam non haberet, in qua post obitum à Domino puniri potuisset. *Etenim*, idest propterea, *tertia littera*, quæ in alphabeto est C. & hoc in loco significat Concilium Pisanum, *& tertium elementum*, idest Alexander Papa, vtriusque fori Principes sua dignitate præcellens, *illud* Ladislai flagitium cum *vidisset*, quasi *recepisset principium*, idest Pontificatum, *vt incideret florem*, idest Ladislaum Neapolitano Regno priuaret, *non miserius* vllo modo Ladislai, Regni iura illi abstulit, & Ludouico, Andegauiæ Duci, contulit, *quamuis in Principatu manserit*, idest Neapolitanum Re-

E gnum semper retinuerit. *Vidisti enim* Lector, quod Alexander *iste incæpit colligere Rosam*, idest corrigere Ladislaum, cuius correptionem *antetulit*, idest in Concilio Pisano, sed quia *habuit finem*, idest vitam breuem in Pontificatu, sicut *in eo multum letari* haud potuit, sic *frustra* supple laborasse visus est: cum varia fortuna inter Pontifices successores, & Ladislaum Regem bellum semper sit actitatum. *Confusioque, & error sint vitiati*, & vt alibi legitur *incitati*. Ad figuram veniamus. *Imago hominis coronati*, Ladislaum Neapolitanorum Regem significat, *Imago Fratris Religiosi* Alexandrum quintum denotat, qui fuit Ordinis Minorum, & Frater Petrus Philiargi è Candia dicebatur; à plerisque creditur, fuisse Cretensem, veraciter tamen è Churfinallo, Nouariensis ditionis, oriundus fuit,

primò

Abb. Vghell. Italia Sacra tom. 1. verbo Roman. Pontifices. nu. 205.

primò fuit Episcopus Vicentinus, postea Nouariensis, mox Archiepiscopus Mediolanensis, tandem Presbyt. Card. SS. Duodecim Apostolorum euaserat sub Innocentio 7. *Manus falcem Monacho porrigens*, significat Cōcilium Pisanum, quod Fratrem Petrum in Papam Alexandrum euexit. *Tres columnæ*, potentiam, & stabilitatem significat. Concilium enim stabile, & potens est, itidem & Pontificatus, & Regnum, ex quorum dissentione confusio, & error: sicut ex illorum concordia, robur, & fortitudo nascitur. A

V A T. XX. B

Ioannem 22. aliàs 23. prænotat.

Elatio.

C

D

E

Vide iterum alienum existentis modum, falcem magnam, & rosam manu ferētem, tertium autem duplicatum, in primo elemento diuisa sunt. Item coniunctæ falciferi quatuor mensium scribo: erit scilicet principatus autem omnis, quem consumpsisti cum gladio in templis idolorum, post paululum resuscitabis, tres annos

A *Inues in mundo vines, senex valde in infimum duabus tribulationibus in medio corrues*. Hactenus Florensis Abbatis vaticinium,quo Ioannes 22.dictus 23.notatur,quinto Alexãdro subrogatus Bononiæ 14.kal.Iunij, ann. 1410. dicebaturque Balthassar Cossa, Neapoli patre equite,& opulento satus. Bononiæ, adolescens vtrique iuri operam dederat, & Pontificatus ambitione concitatus, Romam profectus, primò cubicularius Bonifacij noni in patriæ gratiam, inde Archidiaconus, & Prothonotarius Apostolicus, postea Cardinalis Diaconus tituli S. Eustachij,& Bononiæ Legatus à Bonifacio nono Romæ adlellus est 13.kal.Martij Ann. Domini 1402. *Ioach. Abb. opuscul. cus. Vatic. 20.*

Bononiæ ergo Cardinalis Balthasar militem potius,quam Clericũ agens,
B tantas militum,& diuitiarum copias cumulauit,quæ sibi sat erant ad Cardinales subornandos, vt ipsum, & non alium Alexandro quinto substituerent. Hunc itaque *existentes* supple Pontificis, *modum* supple electionis, Abbas sanctus appellat *alienum*, idest contra sacros Canones,qui liberam,& absque simoniæ labe esse decernunt electionem. *Falcem magnam*, idest apparatus, & copias; *& rosam*,idest Ladislaum Regem Neapolitanorum, *manu tulit*; dum Paulum Vrsinum,& Sfortiam à Cotugliola suarum copiarum Duces secundo Lugdouico Andegauensi dedit, vt Regnum Ladislao adimeret; & ademisset vtique, si postquam apud Sancti Germani Vrbem Ladislaum superauit, victoriam fuisset prosecutus. *Plat. in eius Vita,& Ioannes Tarcagn. in historiæ mundi lib. 17.ad ann. 1410.* *Ioann. Tarcagn.vbi supra. ad ann.11.*

C Et sic *tertium duplicatum* scilicet elementum nempe Pontifices Alexander,& Ioannes, *in primo elemento*, nempe Rege Ladislao *diuisi sunt*, nam vt diximus ambo Ladislaum Neapolitano Regno priuarũt diuersimodè. Vnde Rex Pontificem sequenti anno bello vexare cœpit, Ostia Tiberina expugnata, Vrbem ingressus, murum versus Basilicam Lateranensem diruit, per quem ad Lateranense Palatium suis cum copijs progressus, multis diebus ibi permansit, vsque ad 13. Martij. Vnde Ioannes Papa timore correptus, Vrbe egressus, Florentiam primò, deinde Bononiam venit multis Romanis comitatus, quorum non pauci siti in itinere sunt
D enecti. Rex Sancti Angeli Arcem in deditionem accepit; ac nonnulla Ecclesiæ oppida occupauit. Quò tempore adeò fames inualuit, vt tritici mensura,quæ à Romanis rubium dicitur, 18. Florenis venderetur: multi ea caritate annonæ, fame peribant. Ladislaus Romanorũm cladem miseratus, è Sicilia magnam frumenti copiam nauibus Romam inuexit, egentibus illud distribuit, & Romanis, paruo pretio inde habito, dedit. Ioannes autem Laudæ, & Cremonæ cum Sigismundo Cæsare, de pellendo ab Vrbe Ladislao, Conuentum tenuit. Quo tempore Rex, ex Vrbe discedens, Florentiam contendens, Perusij febre correptus in itinere, Neapolim se recepit, vbi paulò post hominem exuit anno Dom. 1413. *Alfonsus Ciacon. in eius vita.* *Tarcagnota ad ann. 1413.*

E Sunt qui scribunt, Florẽtinorum industria, aliter potiri libertate non valentium, puellæ ministerio, quam Ladislaus adamabat, veneno ad pudenda apposito, Patris sui consilio,qui medicus erat,puellam, ac Regem perijsse. Ioannes Papa ex alia parte ad Constantiense Concilium nationum omnium consensu citatus, Constantiam proficiscitur cum viris quibusdam in omni doctrinæ genere præstantibus,qui multis disputationibus Germanos incertos,& ambiguos tenuerunt, quid potissimum diffinirent. Verùm post Pontificem,qui Constantiam aduenerat, & honorificentissimè susceptus fuerat 5. Kal.Nouembris die Dominico anno Domini 1414. Imperatore Sigismundo superueniente, factaque omnibus, quod liberet, dicendi libertate, multa, & quidem grauissima sunt Ponti-

fici

fici obiecta crimina. Quorum causa, noctu clam mutato habitu, de Constantia fugiens, Schafusiam, Friderici Austriæ Ducis oppidum, se contulit, in Burgundiam paulò post profecturus, veritus ne quid grauius in se experiretur. At Concilij, & Imperatoris studio de fuga retractus, in Insula S. Marci apud Constantiam in honesta custodia ex Concilij, & Sigismundi sententia est asseruatus, sui Pontificatus anno quarto, & mense decimo, vt tradit Platina. Quo in loco existens, processus contra eum formatus est, & articuli multi supra quadraginta sufficientissimè probati. Idcircò inquit Abbas. *Item coniuncta falciferi quatuor messium scribo*, idest conspirationes, & delicta falciferi Pontificis, qui contra Ladislaum Regem pro Ecclesia bellum designauerat, Constantiensi Concilio repræsentata fuere. Vnde factum fuit, vt *omnis principatus, quem cum gladio consumpserat, in medio idolorum*, idest in medio Patrum Constantiensis Concilij *post paululum resuscitaret*. Nam viso processu, seruatisque seruandis Ioannes vigesimus secundus, aliàs vigesimus tertius à Constantiensi Concilio de sede est deturbatus. Et in Castro Heydelbergæ apud Ludouicum Bauariæ Ducem inclusus, *tres annos in mundo vixit*, idest peregit in rerum omnium ægestate, & sine vllo cubiculario, vel famulo Italico. Teutones enim erant omnes custodes eius, quibus tantùm nutibus, & signis loqui poterat, cum nec ipse Teutonicam, nec illi linguam Italicam scirent. Coempta tandem triginta millibus ducatorum fuga, *senex valde in infimum duabus tribulationibus*, nempe captiuitate, & carentia famuli suæ nationis, anno Dom. 1419. liber factus, in fugitiui hominis forma, lacrymabundus, humi genibus fixis, & ad Martini quinti eius successoris, qui tunc cum Curia Florentiæ morabatur, pedes procumbens, eum vt Christi Vicarium est veneratus, à quo S. Romanæ Ecclesiæ Episcopus Cardinalis Tusculanus, & sacri Collegij Decanus adlectus sexto Kal. Iulij, *in medio* Florentiæ *corruit*, idest è viuis excessit 11. Kal. Ianuarij eiusdem anni 1419. En *Elatio* quanta mala Ioanni peperit. Ex his patet, quod *imago Pontificis manu dextra tenens falcem, & sinistra manu rosam*, designat bellum pro Ecclesia contra Ladislaum Regem. *Crus cum pede truncatum à sinistris*, deturbationem ab Apostolica Sede, & denudationem Pontificiæ clamydis denotat. *Littera B. à dextris* siue pro *littera ipsi B.* sumatur, siue pro *compedibus* maximè quia supina iacet, carcerem, & afflictionem repræsentat, sicut & mortificationem indicat cuculla, qua Pontifex indutus est. Cæterùm Ladislaus Rex antequam è viuis excederet, Venerabilibus Monasterijs Sanctæ Mariæ de Sagittario sacri Cistercienfis Ordinis, & Sancti Nicolai de Valle Clarimontis sacri Ord. Carthusiensis Priuilegium concessit totidem verbis connotatum.

Ladislaus Dei gratia Hungariæ, Ierusalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Crohatiæ, Ramæ, Seruiæ, Calitiæ, Lodomichiæ, Comaniæ, Bulgariæq; Rex, Prouinciæ, Forcalqterij, ac Pedemontis Comes. Vniuersis præsentes litteras inspecturis, tàm præsentibus, quàm futuris. Debetur gratitudo seruitutis, & amplioris exhibenda est exhibitio muneris personis diuinis obsequijs dedicatis; cum primùm à mundanis, quæ sunt caduca, deperdant, & reliquum ad rependendum animæ accedat. Sane ad Venerabilia Monasteria S. Mariæ de Sagittario Cistercienfis Ordinis, & S. Nicolai de Valle Clarimontis Ordinis Carthusiensis Anglonensis Diœcesis; nec non Religiosos Viros Abbatem, & Conuentum dicti Monasterij S. Mariæ, ac Priorem, & Conuentum ipsius Monasterij S. Nicolai Oratores, & fideles

nostros

A nostros dilectos,& ad dictos etiam Cistercientium, & Carthusientiũ Ordines in orbe satis Venerabiles, & acceptos, gerentes summum charitatis,& dilectionis affectum: nimirum sperantes Religiosorum prædictorũ, qui diuinis quotidie vacant obsequijs, deuotis orationum suffragijs à sinistris euentibus releuari. Moti quoque deuotis supplicationibus per Venerabiles,& Religiosos Viros fratrem Antonium Abbatem dicti Monasterij S. Mariæ de Sagittario, & Fratrem Ioannem de Lauria Priorem dicti Monasterij S. Nicolai de Valle Clarimontis Oratores, & fideles nostros dilectos super hoc culmini nostro porrectis,quibus annuere instinctu meritæ gratitudinis, qua Deo, suisque Ministris obligati rationabili-

B ter inducimur, & tenemur: attendentes præcipuè, quod ex collatione muncrum,quæ rogantur,corporis,& animæ retributionis remedium acquiritur, & salutis; tàm præfatum Monasterium S. Mariæ de Sagittario, Abbatem, Fratres, & Conuentum ipsius Monasterij, quàm iam dictum Monasterium Sancti Nicolai de Valle Clarimontis,Priorem, Fratres, & Conuentum ipsius Monasterij S.Nicolai de Valle Clarimontis,pro omnibus,& singulis ouibus, castratis,baccis,bobus domitis,& indomitis, porcis,capris,& animalibus cuiuscunque generis, quas, & quæ dicta Monasteria,& vnumquodque ipsorum in quibuscumque terris,locis,territorijs, & partibus Prouinciarum Principatus citra,& vltra, & Basilicatæ ad præ-

C sens habeat, & habere in futurum poterunt, à solutione,contributione, & exhibitione iurium Gabellæ omnium Castratorum, & animalium in dictis Prouincijs Principatus Citra,& Basilicatæ,seù generaliter in Regno nostro Siciliæ per Curiam nostram impositæ, seù imponendæ ex nunc in antea in perpetuum de certa nostra scientia tenore præsentiũ exemptos facimus,& francos reddimus, liberos,& immunes. Ità quod dicta Monasteria,& vnumquodq; ipsorum,ac eorum prædicti Abbas, Prior, Fratres, & Conuentus, seù Gregarij, & Custodes dictarum ouium, & omnium prædictorum animalium dictorum Monasteriorum distinctorum superius,vel aliarum quarumuis speciarum, & generum ad solutionem, con-

D tributionem,& exhibitionem iurium Gabellæ prædictæ ex nunc in antea vllo vnquam tempore realiter, vel personaliter non cogantur, & ex eo Vicegerentibus nostris Iustitiarijs, Capitaneis, & Erarijs Prouinciarum prædictarum,vel eorum Locatenentibus, cæterisque Officialibus, Commissarijs,& Credenzerijs,quacunque distinctione notentur,statutis,& statuendis per nos, & nostram Curiam in dictis Prouincijs, vel in qualibet ipsarum, super recollectione, & perceptione iurium Gabellæ prædictæ, ad quos spectat, spectareq; poterit, præsentes litteras inspectaturis, præsentibus,& futuris, dicimus vigore præsentium, expressiusq; mandamus: quatenus formam præsentis nostræ immunitatis, exceptionis, & gratiæ,

E quod ea diligenter attenta, illam ipsi,& quilibet eorum præsentes,& successiuè futuri, iàm dictis Monasterijs, & cuilibet ipsorum, & eorum Abbati, Priori,& Conuentibus officiorum eorum tẽporibus obseruent efficaciter,& faciant ab alijs quantum in eis fuerit tenaciter, & inuiolabiliter obseruare, dictaque Monasteria,& vnumquodq; ipsorum,& eorum prædictos Abbatem, Priorem,& Conuentus, seù Gregarios,& Custodes dictarum ouium, & animalium ipsorum Monasteriorum prædictorum, & cuiuslibet ipsorum, seù quas,& quæ dicta Monasteria per se,vel alios eorum nomine præsentialiter habeant, & in futurum habere poterunt in quibuscumque terris, territorijs, locis, & partibus dictarum Prouincia-

rum,& cuiuslibet ipsorum ad solutionem, contributionem, & exhibitionem iurium dictæ Gabellæ ouium, castratorum, & animalium prædictorum. A quorum solutione dicta Monasteria,& vnumquodq;ipsorum, & eorum Abbatem, & Conuentus pro dictis eorũ ouibus,castratis,baccis, bobus, porcis, & animalibus exemptos (vt prædicitur) facimus, compellere, molestare, vel impedire in personis, rebus, & bonis ipsorum, aut ab eis iura Gabellæ prædictæ petere, recolligere, vel exigere ex nunc in antea vllo vnquam tempore aliquatenus non præsumant,neque compelli,molestari,vel impediri ab alijs quomodolibet patiantur. Contrarium non faciant,quantum nostram gratiam caram habent: quinimmò reuocent,& reuocari faciant prorsus in irritum, quidquid per eos,aut alium, vel alios ipsorum aduersus dicta Monasteria, & ipsorum quodlibet, eorumque prædictorum Abbatem, Priorem, Fratres, & Conuentus, seù Gregarios,& Custodes dictorum eorum animalium alium, vel alios ipsorum,vel eorum res,& bona fieri,aut attentari propterea contigerit in posterum contra præsentium seriem, & tenorem. Et insuper attentè prouideant,quod præsentium prætextu oues, & animalia quarumuis personarum aliarum in huiusmodi immunitate, quam dicti Monasterij concessimus, non includantur in Curiæ nostræ damnum, quibuscumque commissionibus, litteris, cedulis, & mandatis per nos in contrarium fortè factis,vel à nostra Curia procedentibus sub quibusuis tenoribus, siuè formis, per quos,& quæ præsenti nostræ immunitati non intendimus derogari, non obstantibus quoquo modo. In cuius rei testimonium præsentes litteras exarari fecimus, & pendenti Maiestatis nostræ sigillo iussimus cõmuniri, quas ex dignis causis Nos mouentibus dedimus,& subscripsimus propria manu nostra. Datum in Castro nostro Nouo per manus nostri Prothonotarij anno Domini millesimo quadringentesimo duodecimo die 21. mensis Octob. sextæ indictionis. Adest sigillum pendens

A

VAT. XXI.

Martinus quintus delineatur.

Incisio, Hyppocrisia in habominatione erit.

B

C

D

Vacca autem quintum, & finis vrsos pascens, signa manifestat, & modum, & locum vnde aduentens solus manifestabit mihi amicos primos, habes virtutes,
E *plus dispensas circa amicos, propterea inuenisti dulcissimum finem. Solus sublimaberis à gloria, & mortuos relinques potentissimè potentias, sicut enim imbrem benè inuenies.* Hucusque S. Abbas. Ioanne 22. aliàs 23. à Sede pulso, vt supra diximus, Gregorius duodecimus ad præces Sigismundi Imperatoris, atque vrgentias, pro bono pacis, & schismate tollendo, 4. Nonas Iulij anno Dom. 1415. & sui Pontificatus anno 8. mense 7. & die 5. per Carolum Malatestam, Arimini Domicellum, procuratorem suum, absens in Constantiensi Concilio, eam ob causam congregato, Pontificatu se abdicauit. Quam ob rem ex Concilij decreto Episcopus Cardinalis Tusculanus creatus est, Collegijque Decanus, ac Piceni perpetuus Lega-

S. Abb. Ioachini Vatic. 21.

Abbas Vghell Italiæ Sacræ tom. 1. verbo Romani Pontifices. num. 204.

tus, omnibus eius actibus confirmatis, & Cardinales viuêtes ab eo creati, qui pro Cardinalibus non fuerant habiti, ex eiusdem Synodi decreto in cæterorum Collegium fuere ascripti, & apud Recanatenses, vt supra diximus, hominem exuit anno Domini 1417. paulò ante Martini creationem. Restabat Petrus de Luna, Arago, Hispanus, quem ex Archidiacono Cæsaraugustano Gregorius vndecimus anno Dom. 1375. sui Pontificatus anno 5. Mense Decembri Auenione, tituli S. Mariæ in Cosmedia Diaconum Cardinalem creauerat, Pseudopontificatum, quem sub nomine Benedicti tertij decimi tenebat, deponere. Misit proinde ad Benedictum Pseudopontificem, Perpiniani commorantem, Legatos suos B Constantiense Concilium; quos secutus est pijssimus, & Religiosissimus Imperator Sigismundus peregrinatione diuturna, & laboriosa suscepta, si quo modo posset, sua præsentia, & verbis in abrogationem Pontificatus hominem inclinare. Mense Septembri, ann. Dom. 1415. Sigismundus Perpinianum appulit & cum partim cum Benedicto, partim cum Ferdinando Aragonum Rege, partim cum ambobus simul quinquaginta dies Perpiniani egisset, tractans de negotio, ad quod venerat, videns tandem se nihil proficere, & duriorem illum euadere, decreuit illum relinquere tanquam mortuum. Conuentum tamen est inter Imperatorē Sigismundum, & Regem Ferdinandum, vt per publicum præconium sub grauibus C pœnis Regno indiceretur, ne vllus ei in aliquo obediret, neque pro Papa eum haberet. Benedictus statim, ac edictum Regium aduersus se publicatum competit, nauigationi se commisit, & ad oppidum, & arcem Penischolæ Regni Valentiæ, Dertucensis Diœcesis, se recepit, natura, & arte munitum, rupe quadam situm, mari vndique cinctum, angustissimum aditum terra præbens, & ideò Penischola corruptè vocatum, quasi pene insula; vbi toto vitæ suæ tempore mansit in sua obstinatione perdurans. Obijt anno Dom. 1424. sui Antipontificatus anno 30. Mense Septembri, translatum est eius corpus Igleucam Aragoniæ oppidum ibique intra arcem loco profano repositum, in ditione Comitis Moratæ, & cum in D Pontificatu egisset annos triginta, clarissimè illegitimus Papa ostensus est, cum nullus ex legitimis Pontificibus Romanis annos Petri viderit. Sigismundus verò Imperator per dispositos equos suscepti itineris, & legationis suæ ad Benedictum, certum fecit Constantiense Concilium, & mense septimo Constantiam peruenit. Concilij Patres habita pro vacāte sancta Apostolica Sede, vltima sententia aduersus Benedictum prolata, & Pontificatu deposuerunt, & schismaticum, & pacis, & quietis vniuersalis Ecclesiæ, ac totius Christianæ Reipublicæ perturbatorem declararunt; & qui eum tanquam Pontificem colebant, aut colerent tanquam schismaticos damnarunt. Sublatis ergo tribus schismaticis teterrimis capitibus, reductoque toto Orbe Christianorum ad Catholicæ Ecclesiæ vnitatem, Sede Apostolica iam tertio anno vacante, Otho Columna Romanus, clarissimo genere ortus, Cardinalatu tituli S. Georgij in Velabro ab Innocentio septimo decoratus Romæ pridie Idus Iunij anno Dom. 1405. nationum omnium, & Cardinalium consensu in eodem Constantiensi Concilio tertio Idus Nouembris anno Dom. 1417. non magis suo, quàm Ecclesiæ iam labentis tempore, sub nomine Martini quinti Romanus Pontifex est designatus. Qui in Papatu constitutus non somno, vel otio; sed negotio, & sollicitudini deditus, audire, refellere, approbare, suadere, dissuadere, hortari, & deterrere, ad Sedem Apostolicam

cam

A cam accedentes consueuerat, cognita petentium honestate, vel secus. Mira enim vtebatur facilitate, & honesta petentes, voti compotes dimittebat. In consultationibus miræ prudentiæ habitus est; nam, & quid agendum, & quid vitandum esset, statim re proposita acutissimè dijudicabat. Breuis in dicendo, cautior in agendo; adeò vt prius rem factam cernerent homines, quàm ab eo excogitatam putarent. Sermo autem eius sententijs plenus erat; eius ex ore nullum tàm crebrò verbum, quàm iustitiæ nomen prodibat. Ad eos verò, qui ius dicebant prouincijs, & Vrbibus, scribebat, vt illius diuini verbi meminissent, [Diligite iustitiam, qui iudicatis terram?] Indigebat tum profectò tali Pontifice Ecclesia Dei, qui

Plat. in vit. Martini quinti.
Alfonsus Ciaconius ibid.

B Petri nauiculam, schismatis, & seditionum omnium fluctibus quassatam, redigere in portum salutis, gubernaculo admotus sciret, & posset. Tantū ergo magistratum adeptus, cum restare adhuc cerneret caput renascentis Hidræ, Petrum Lunam cum aliquot Cardinalibus, & Prælatis, Penischolæ, tanquam in arce schismatis se continentem, quibusdam Aragoniæ populis in vtram partem inclinantibus, titubantibus adhuc, approbante Concilio, Alamanum Adimarium, virum doctissimum, patria Florentinum, tituli S. Eusebij Presbyterum Cardinalem olim Archiepiscopum Tarentinum Legatum è latere misit in Aragoniam, qui sub pœnis, & censuris Ecclesiasticis, Petrum admoneret, vt Pontificatu se abdicaret.

Garimbertus lib. 1. cap. 3. Io: Iuuenis de antiquitate, et varia fortuna Tarentinor. & alij de Alamano scribentes.

C Cardinales autem, qui Petrum sequebantur, vltimam Concilij, & Pontificis sententiam intelligentes, Petrum ipsum adiere, vt tandem de Ecclesia Dei omne schisma tolleret, quo magno annorum spatio vniuersa Christiana Respublica pessimis calamitatibus afflicta erat; addentes ob eandem labentis Ecclesiæ salutem, hoc idem à Ioanne, & Gregorio Pontificibus factum fuisse. Compertaque eius pertinacia, & sex Cardinalibus, qui eum erant secuti, eo relicto, quatuor statim ad Martinum quintum descecerunt; & osculatis Martini Papæ pedibus 16. kal. Aprilis 1419. ab eo in cæterorum Cardinalium collegium fuere cooapti; nam vsq; ad

D eam diem pro Cardinalibus habiti non erant. Martini quoque auctoritatem vniuersa Hispania seeuta est, ac tota Christianorum Respublica, excepta solùm Penischola, quàm Pseudopontifex incolebat. Et cū Balthasar Cossa in vinculis arctissimis à Comite Palatino adhuc detineretur in Germania, Martinus ad Florentinorum instantiam, maximè vero Cosmi Medices ad præces, vt tandem è carcere Balthasarem liberaret, facturum se id Pontifex est pollicitus. Verùm dum eò Legatum ob eam rem mittit, Balthasar, moræ impatiens, nummorum aureorum triginta millibus, Palatino Comiti persolutis, se è vinculis redimens, in Italiā rediens, adiunctus Legato Pontificis, qui eum in via conuenerat, nullis pactio-

E nibus interpositis, nulla cautione requisita, Florentiam appulsus, admirantibus cunctis, exosculato Pontificis pede, audientibus eum omnibus, Martinum quintum tanquam verum Pontificem, & Christi Vicarium canonicè electum salutauit. Mira profectò hæc res omnibus visa est, Dei potius, quàm hominum industria eò deducta, quo homo regnandi auidus, in summo rerum fastigio antea collocatus, in loco libero, vbi plurimum ab omnibus diligebatur, vteretur mansuetudine tanta. Quæ certè omnibus præ gaudio lacrymas excussit, maximè verò his Cardinalibus, qui eum priùs, vt Pontificem secuti erant. Martinus autem humanarum rerum vicissitudine motus, paucis inde diebus eum in numerum Cardinalium asciscens, Episcopum Cardinalem Tusculanum, ac sacri Collegij

Plat. vbi sup. et Tarcagn. ad ann. 1418.

Deca-

Vghell. Abb. vbi supra num. 206.

Decanum creauit sexto kal. Iulij anno Dom. 1419. *Vacca autem quintũ,* inquit in dato Vaticinio S. Abbas, idest Ioannes Papa à Constantiensi Concilio Pontificia veste depositus,& humili habitu indutus, Martinum quintum, vt verum Pontificem,& Christi Vicarium salutat, contra opinionem multorum, qui callentes eius animi magnitudinem,& sagacitatem, ac hominis audaciam, rursus schisma innouandum putabant; nec deerant, qui eum ad res nouas moliendas concitarent, adeò tunc rebus nouis studebatur. At *finis vrsos pascens*, idest Sigismundus Imperator schismaticos,& malos Pontifices suis suasionibus optimis nutriens, *signa manifestauit,& modum,& locum*, idest industriam, Constantiam Vrbem, & artem, *vnde* Martinus quintus *adueniens*, *solus manifestauit amicos primos*, idest pacem,& concordiam pristinam in Ecclesiam Dei, diù schismate,& varijs calamitatibus vexatam inuexit. *Habuit virtutes* multas, vt videri est apud Baptistam Fulgosium, qui eum viderat. Prudentia præ cæteris mira in dandis beneficijs vsus est, non enim vnicuique petenti ea conferebat, sed statim mente agitabat, quis potissimum esset idoneus, cui tali cura demandaretur. Quod si homines non nosset Prouinciarum, in quibus vacare beneficia contigisset, statim peritos Regionum consulebat, quis, aut in curia, aut in gymnasijs publicis esset doctrina, nobilitate, moribus, tanta prouincia dignus. Atque hac quidem ratione, & Ecclesijs,& hominibus honore dignis pariter consulebat cum maxima sui nominis celebritate; atque ità *plus dispensauit circa amicos*, idest omnia ritè,& rectè dispofuit. *Propterea inuenit dulcissimum finem*, idest summam obedientiam nationum omnium,& *solus fuit sublimatus à gloria*, ad supremum fastigium Pontificatus, extimationis, pietatis, & iustitiæ scilicet euectus. Et cum die 20. Februarij ann. Dom. 1431. & sui Pontificatus anno 13. Mense 3. die 10. vir in omni vita sua integer, prudens, modestus, mansuetus, & iustus anno suæ ætatis 63. ex apoplexiæ morbo hominem ex tuisset, *etiam mortuus reliquit potentissime potentias*, idest summã potentiam, atque obedientiam suo successori reliquit. Siquidem etsi Petri de Luna post obitum duo illi Anticardinales Dominicus de Bona Spe Carthusianus, olim Prior de Monte Alegre Monachus Carthusianus,& Iulianus de Dobla Hispanus, qui Petri in pertinacia remanserant. mense Septembri ann. 1424. Ægidium cognomento Mugnoz, Canonicum Barchionensem, genere Nobilem, sub nomine Clementis octaui in Pontificem delegerint, & hic Cardinales creauerit,& omnia ea fecerit, quæ veri Pontifices facere consueuerant: tamen adeò præualuit Martini veri Pontificis sapientia,& industria, vt iubente Alfonso Aragonum Rege, Clemens in manus Petri de Fuxo, tituli S. Stephani in Cœlio mõte Presbyteri Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legati, omnia sui Pontificatus iura deposuerit anno Dom. 1429. & Antecardinales ab ipso creati, sponte se Cardinalatu abdicauerint. Et sicut Ægidium Mugnoz Episcopatu Maioricensi benignè decorauit; sic duos illos Anticardinales, qui eum in Papam creauerant, & in pristina pertinacia perseuerabant, per eundem Legatum in carcerem trusos, vel necare, vel animi angore perire fecit, vt Ciaconius tradit: sed re verà tàm Dominicus de Bona Spe Carthusianus, quàm Iulianus de Dobla etiam in eiusdem Legati manus Cardinalatui cesserunt, ille quidem die 24. Augusti ann. 1429. hic verò die 16. eiusdem mensis,& anni, vt ex Bzouio tom. 15. probat noster Vghellus Abbas in notis Ciaconianis. Atque ità omne schisma vndique sublato, summam

Baptista Fulgos. lib. 8. rerum memorabilium.

obe-

A obedientiam apud omnes *sicut imbrem*, qui pergit, quò vis, *benè*, idest sine alicuius reluctantia, *inuenit*. Ad figuram enucleandam veniamus. *Papa manibus ad commiserationem positis*, Martini Papæ quinti pietatem, misericordiam,& probitatem significat. *Vacca ante pedes,& manibus supra Pontificis genu, quasi eum alloquens*, Ioannem 22. aliàs 23.Pontificatu depositum, Martinum quintum humiliter in verum Christi Vicarium recognoscentem, atque laudantem, ostendit. *Rex, & Regina* Ludouicum tertium, à Ioanna secunda, Ladislai Neapolitanorum Regis sorore, in filium adoptatum ostendunt. A Martino enim quinto, Cardinalium omnium consensu, Neapolitani Regni titulum,& Ioannæ secundæ Ladislai *Tarcagnot. ad ann. 1418.& 1423. Plat. in vit. Martin.5. & alij.*
B sororis, & Guillelmi Austriæ Ducis viduæ hæreditatem, Ludouicus tertius Andegauensis consecutus est ann.Domini 1423.Intelligi etiam possunt Sigismundus Romanorum Imperator, eiusque vxor, qui Constantiensi Concilio interfuerunt,& Martino Papæ debitam obedientiam præ cæteris præstiterunt. At si altera imago non Reginæ, sed Regis etiam est. Optimè de Alfonso Aragonum Rege intelligi potest. Nam Alfonsus de Martino palàm conquestus est, dicens, eius opera, & se à Regina Ioanna abrogatum Neapolitano Regno esse, quem prius hæredem instituerat, & Ludouicum nouum hæredem institutum. Et Martinus papa respondit, inquiens, Ludouicum nouum hæredem institutum. Et Martinus
C Papa respondit, inquiens, Ludouicum hæredem Ioannæ ab Alexandro quinto,& Ioanne 23. in Regno prius cõfirmatum fuisse; & reijciens eam omnem culpam in Reginam, addidit,ad se pertinere Ecclesiæ feudatarios cõfirmare, non autem tollere, nisi aliquod graue facinus in Sedem Apostolicam commisissent, seque non videre cur Ludouicus, Ioannæ suo iussu coronatæ, legitimus hæres esse non posset. Insuper Alfonsus Aragonum Rex post contractam cum Martino amicitiæ necessitudinem, adeò pro Martino laborauit, vt Ægidius Mugnos, aliàs Clemens octauus appellatus Pontificatus sui iura deposuerit, vt diximus. Itaque si duo illæ imagines Regum sunt, vna Ludouicum Andegauensem, altera Alfon- *Plat.in Vita Martini quinti.*
D sum Aragonensem indicauit. Et si non Regum, sed Imperatorum sunt,vt autumo: certè vna Sigismundum Romanorum Imperatorem significat, qui Martino summam obedientiam præstitit; altera Ioannem Palæologum Imperatorem Constantinopolitanum, qui eandem Martino Papæ præstare obedientiam discupiebat, & Legatos suos ad eum misit, publicantes velle in latinorum sententiam venire, si æquæ conditiones proponerentur: quod tandem vt mox dicemus, sub Eugenio Papa quarto effectum est. Ex Martini tandem sapientia,& industria, omnis *incisio, & Hypocrisis*, supple Schismaticorum, *in abbominationem fuerunt*, vt supra dictum est.

E

 A

V A T. XXII.

Eugenium quartum depingit.

Occisio, filij Balael sectabuntur.

B

C

D

Alia Vrsa pascens catulos, & in omnibus illi, præterquam in vmbra tantùm scripta similis natura temporum, Natiuitas abortiua præfigurat. In vltima enim scribuntur vltimæ subsolares, ante retroque corona manifestantes diuisionem totius pænitentiæ. Hactenus Vaticinium vigesimum secundum, quo Martini Papæ quinti successor describitur, Eugenius nempe quartus, Gabriel Condelmerius nuncupabatur ante quàm ad Petri soliũ conscenderet; Venetijs honesta familia populari, sed antiqua ortus, Canonicorum sæcularium cælestini habitus in Monasterio S. Georgij in Alga Venetiarum, cuius extiterat institutor, vestem indutus, Episcopus Senensis, dein Apostolicæ Cameræ Clericus, & Thesaurarius, tandem Presbyter Cardinalis tituli S. Clementis à Gregorio duodecimo, cuius erat ex sorore nepos, mense Iunio anno Domini 1408. creatus, & post Gregorij abdicationem,

E

Ioach. Abb. Vat. 22.

A cationem, à Constantiensi Concilio pro bono pacis, vnà cum Gregorio in Cardinalium numerum ascriptus. Renunciatus tandem sub nomine Eugenij quarti Pontifex Maximus 5.Non.Martij ann.Dom.1431.in vita varium se ostendit. Etenim inito Pontificatu malis consilijs ductus, diuina, humanaque omnia perturbauit. Nam & Basiliensi Concilio auctoritatem dedit, vnde infinita mala sunt exorta; & Romanum Populum Iordani Vrsini, Episcopi Cardinalis Albani, S.Romanæ Ecclesiæ maioris Pœnitentiarij artibus ad arma excitauit. Ideò inquit Propheta noster, *Alia Vrsa pascens catulos*, idest hic Papa à primi Vaticinij Nicolao Papa tertio, familia Vrsino, secundus est, qui Vrsinæ factioni faueat contra B Columnenses. Siquidem Eugenius *in omnibus fuit similis illi*, Nicolao nempe tertio quoad Vrsinorum patrocinium, *sed in vmbra tantùm*, idest non quod ipse fuerit ex Vrsina familia, cum è gente populari Condolmeria prodierit; sed Vrsinam familiam tantùm adumbrans, & repræsentans; ac si sub vmbra sua, suoque patrocinio, atque malis consilijs, omnia fierent. Dicamus aliqua. Eugenius 4. 5.Idus Martij ann.Dom,1431. ante fores Basilicæ Principis Apostolorum in Vaticano per Lucidum de Comitibus Romanum Diaconum Cardinalem tit. S.Mariæ in Cosmedin, aliàs Schola Græca, S.R.E.Archidiaconum suæ coronationis insignia susceptis, visitataque S. Ioannis Lateranensis Basilica, in Vaticanum re- C diens, Consistorium generale proposuit, indicta die, qua tanta multitudo adfuit, vt cum trabes deficerent, eius loci, vbi nunc publicum Consistorium teneri solet, trepidatum adeò tumultuosè sit, fugam omnes arripientes, vt in ipsa pressura Senogalliæ Episcopus, ciuis Romanus è gente Mellina, obtritus perierit. Instantibus deinde quibusdam delatoribus, qui dicebant, Martinum, congregandi auri cupidum, maximos thesauros reliquisse, idque sciturum Eugenium ex Martini familiaribus, atque Nepotibus Columnensibus, eo vesaniæ hominem perpulere, vt Oddum Poccium, Martini Vicecancellarium comprehendi iusserit, idq; negotium Stephano Columnæ dederit, quem suis copijs præfecerat (ab D alijs enim Columnensibus, solus Stephanus dissentiebat) Iordano Vrsino, & Lucido de Comitibus, Romanis, Cardinalibus, adiuuantibus, quorum artibus, hæc omnia contra Columnenses gesta putantur ob inueterata factionum odia. Mădauerat Eugenius, vt Oddo Poccius ad se sine vllo tumultu, & sine ignominia produceretur; quod contra à Stephano factum est. Nam eius bona à militibus sunt direpta, & ipse vi, tanquam latro, per ora hominum ad Pontificem tractus est. Qua indignitate motus Eugenius, Stephano admodum succensuit, eique interminatus est, quod & Oddonem, & Episcopum Tiburtinum Nicolaum de Cæsaribus Martini olim cubicularium, ità indecenter ad se pertraxisset. Veritus au- E tem Stephanus Eugenij iram, & Preneste ad Principem Columnam confugit, eumque adhortatus est, suas opes pollicitus; vt Eugenium ab Vrbe pelleret, quod diceret, ei in animo esse, Columnentium extinguere nomen: idque se optimè scire, eiusque consiliorum participem fuisse: ob eamque rem Roma aufugisse, quod sciret partem illius calamitatis, ad se quoque (nisi tantum mali simul declinarent omnes) peruenturam. Motus his verbis Princeps, & eorum calamitatibus, qui Papæ Martini familiares fuerant, sumptis properè armis, Pontificem aggredi instituit. Subsistit tamen aliquandiù, donec eius frater, Prosper Columna domicellus Romanus, tit. S.Georgij ad Velabrum Diaconus Cardi-

Alfonsus Ciaccon. in Vita Eugenij Papa 4.

lis, ab Vrbe discederet. Viso ergo Fratre, è Præneste, Marinum, atque A deinceps Romam; tanquam ex arce bellum in Eugenium mouens, occupata, per Ioannem Baptistam, porta, quæ dicitur Appia; Vrbem armato milite sine vllo maleficio primò ingreditur. Iàm peruenerant ad Sanctum Marcum, & in vicum Columnam, cum subitò Pontificis milites facti sunt eis obuiam, magna populi parte adiuuante; pugnatum est in Vrbe aliquandiù, acriterque; ita vt multi vtrimque ceciderint, & capti fuerint. Quare Columnenses, cum viderent populum Romanum, longe aliter sentire, quàm arbitrarentur, cedere ex Vrbe instituentes, omnia passim rapiunt, pecora abigunt, homines abducunt, Pontificis milites ex alia parte, Romano populo mixti, Prosperi Cardinalis, ac Columnen- B tium omnium, & eorum, qui cum Martino familiariter vixerant, domos hostilem in modum diripiunt, & vastant. Irritatis hoc modo vtrinque animis, non solùm aperto marte, verùm etiam proditionibus res agi cœpta est: capitur namq; Archiepiscopus Beneuentanus, Antonij Columnæ filius, ac quidam Masius frater; qui fassus est quæstione adhibita, sibi in animo fuisse, arcem S. Angeli dolo capere, interfecto ipsius Præfecto, eam Columnensibus tradere, eaque occupata Pontificem, & Vrsinos ab Vrbe pellere. De Masio, Sacerdotio abrogato, quod degradare appellant, sumptum supplicium est in Campo Floræ, eiusque corpus quadrifariam sub furca diuisum, ad quatuor Vrbis celeberrimas vias suspensum C est: de Archiepiscopo Beneuentano nulla mentione habita. Iacoboque Caldora, tunc in Aprutio existente, ad se se euocato, Salernitano Principi, cæterisque Columnensibus, multa oppida, quæ in Campanea Romana possidebant, ademit, Ioanna Neapolitanorum Regina etiam Pontifici Eugenio suffragante. Verum postea Eugenius quandam in ægritudinem cum incidisset, vel dolore animi, quo tantis in perturbationibus affictabatur, vel veneno, quod propinatum à Soldano suo quidam dicebant, ad se ipsum rediens, agere de pace cum Columnensibus cœpit; curante eam rem Angelo Fusco ciue Romano, quem non ità multo post, vnà cum Francisco Condelmerio nepote suo Cardinalem fecit: & remota *vmbra*, omnia prudenter, & constantissimè egit. Vir aspectu insignis, D & veneratione dignus, grauis in dicendo, potius quàm loquens, modicæ litteraturæ, multæ cognitionis, historiæ præsertim, liberalis in omnes, tum vel maximè in litteratis, quorum familiaritate delectatus est. Nam Leonardum Aretinum, Carolum Poggium Aurispam, Trapezuntium, & Blondum, doctissimos viros secretis suis admisit. Ad iram non facilè mouebatur ob illatas iniurias, & maledicentiam hominum, aut mimos, & dicteria scribentium. Gymnasia ante omnia, quàm diligentissimè fouit, maximè Romanum, ad quod omne litteraturæ genus adhibuit. Religiosos mirum in modum dilexit, eosque opibus, & immunitatibus auxit. E Constans in pactis seruandis prætere a est habitus, nisi quid pollicitus fuisset, quod reuocare, quã perficere satius esset. Splendidus in victu familiæ, parcus in suo, & à vino ità alienus, vt abstemius meritò vocaretur. Familiares habuit admodum paucos, sed viros doctos, & quorum opera in grauibus rebus vti posset; quosque tanquam suæ modestiæ testes in cubiculum cœnaturos admittebat, ac sciscitabatur, quid in Vrbe fieret, quid de Pontificatu suo sentirent homines, vt errata sua, vel suorum, si quid perperam factus esset, emendaret. Facta cum Columnensibus pace, adeò cum Vrsinis se gessit, vt ingratitudinis notaretur præcipuè erga Iordanum

Tarcagn. in histor. Mũdi ad ann. 1431.

Platin. in eius vita versus finem.

Platin. ibid. Ciacon.

A danum Cardinalem Vrsinum, quod eius opera, & studio in Pontificatum prouectus fuit, & Vrsinorum opera, ditionem suam amissam recuperauit. Non enim rependit beneficium, 33. Cardinalibus, ex infirma fermè conditione creatis, nullum tamen ex Vrsina familia in Cardinalium numerum cooptauit, etiam post Iordani Cardinalis obitum (hic enim hominem exuit 4. Kal. Iunij 1439. cum tamen multi ea tempestate viri insignes essent, & qui eum gradum promererentur. Exornare autem Ecclesias ædificijs, & sacellis est annixus, vt ex Cappella Pontificia, & æneis S. Petri valuis apparet; & Basilicis S. Petri, S. Pauli, S. Ioannis Lateranensis, Spiritus Sancti, S. Mariæ Maioris, S. Mariæ Rotundæ, S. Sebastiani, &
B S. Susannæ reparatis, Palatiũ ruinosum Apostolicũ refecit, pium in pauperes, inque maritandis puellis, & Virginibus collocandis liberalẽ se ostendit. Et hoc est quod S. Vates in dato vaticinio prædixit verbis illis, *scripta similis natura templorum*: idest elemosinarum in pauperes, puellis, & virginibus elargitio, ac si plura templa alia, & sacella exornasset, & ædificasset, habita est à prudentibus hominibus. Bella ità amauit, quod mirum in Pontifice, quo ad ea in Italia gesta, & Delphinum Caroli Regis Franciæ filium, composita prius inter Regem, & Ducem Burgundiæ pace, cum magno equitatu in Basilienses concitauit; cuius impetu dissipatus ille conuentus est, & adimpletum, quod prophetauerat Ioachim, *na-*
C *tiuitas abortiua præfigurat, in vltima enim scribuntur vltima subsolares*. Idest Basiliense Concilium ex præscripto Synodi Constantiensis à Martino Papa quinto de componendis Clericorum, & Laicorum moribus intimatum, & ab Eugenio 4. confirmatum, vix *natum*, idest congregatum *abortiua præfigurauit*, idest non leges, & decreta præscripsit, quæ ad Cleri, & Populi reformationem pertinerent; sed sub specie reformandi Rempublicam Christianam, pleraq; Romanæ Ecclesiæ priuilegia, & ea quæ erãt magis necessaria omninò tollere, & abrogare studuit. Quod veritus Pontifex Eugenius, reuocato Sedis Apostolicæ Legato, Basiliense Concilium Ferrariam transtulit, hoc prætextu, quod diceret Græcos cum Romana
D Ecclesia in articulis Fidei, in quibus aberrabant, conuenturos, eundem locum sibi deligere. Quæ omnia eò tendebant, vt Basiliense Concilium dissolueretur. Quo cognito, Patres Cõcilij Basiliensis (horũ antesignanus erat Ludouicus Alemannus, quem ex Episcopo Maclouiẽsi, Archiepiscopum Arelatensem, Vicecamerarium, & Presbyterum Cardinalem tituli S. Ceciliæ Martinus Papa quintus creauerat Romæ 9. Kal. Iulij ann. Dom. 1426. qui ab Eugenio quarto, cum quo graues simultates, & inimicitias habuerat, aufugiens, ad eos confugerat) non solum Basilea non discesserunt, sed ipsum, Cardinalesque omnes, ad Basiliense Concilium, legitimè congregatum, citarunt. Eugenius Basileam accedere renuens, quo
E illud Concilium omninò tolleret, vel infirmaret, Ferrariam cũ suis Cardinalibus profectus est, vbi Nicolaus Albergatus Cardinalis S. Crucis in Hierusalem Sedis Apostolicæ Legatus Concilium inchoauerat. Ingruente tamen repentina peste Ferrariam, transferre illud Florentiam Eugenius coactus est. Vbi Græci cum Latinis in omnibus fidei nostræ articulis conuenere. Interim Basilienses Eugenium Pontificem, Basileam accedere renuentem, & Florentino Concilio præsidentem, damnarunt, & anathemate notatum in publica sessione 34. 8. Kal. Iulij ann. 1439. summo Sacerdotio priuarunt, sui Pontificatus ann. 8. mense 3. & die 23. atque in eius locum nonis Nouembris Amædeum Subaudiæ olim Ducem, & Ge-

Platina loc. cit.

neux Comitem, eremiticam vitam cœlibem,& solitariam in Ripalia,Gebennensis Diœcesis, sub regula S. Augustini, in Monasterio à se extructo, Anglicam vitam agentem, sub nomini Fœlicis quinti, in Pontificem delegere. Hinc magna confusio in Ecclesia Dei, nam *fily Balael* hanc occasionem nacti, in *sectas* sunt diuisi. Alij enim Eugenio, alij Fœlici, alij neutrique obediebant,& neutrales vocabantur,& hi erant Germani: vnde magnæ seditiones, & *occisiones* resultarunt. Dixit autem S. Abbas *in vltima* supple Synodo Basiliensi, *scribendas esse vltimas subsolares*, vt prænotaret vltimum in Dei Ecclesiam schisma futurum sub hoc Pontifice Eugenio quarto. Lege lector histoiias, quod non reperies post hunc Fœlicem quintum Pseudopontificem, alterum Antipapam; neque vnquam futurum esse speratur, vt hoc in loco prædixit nobis sãctus Propheta Domini. Cæterum *ante, retroq; corona*, idest Imperator occidentalis, & orientalis *manifestati sunt*, idest præsentati sunt coram Eugenio Papa quarto, Sigismundus enim Occidentalis Imperator Romam cum magna pompa ingressus, Eugenium Pontificem humiliter est veneratus, à quo tandem in S.Petri Basilica imperiali aureo diademate decima octaua die Maij anno 1433. reductus est coronatus. Ioannes item Palæologus Orientalis Imperator in Florentini Concilij medio, Eugenio præsidente, discussa Græcorum,& Latinorum contentione, inter cætera, primus omnium, Romanum Pontificem, verum Christi Vicarium, Petrique legitimum successorem, primum in orbe locum tenere, cui & Orientalis,& Occidentalis meritò pareret Ecclesia, confessus est, vt omnes, quotquot extant astipulantur Auctores. Ioannem Paleologum, Imperatorem Orientis, Græci, Armenij quoque, ac Æthiopi, sunt imitati, subdentes se Pontifici,& Concilio, petentes formam, & regulam, quam in Christi Religione deberent obseruare, sublatis crebris disputationibus eorum erroribus, crediderunt in primis, Spiritum Sanctum à Patre, Filioque procedere, homousionque esse, non à Patre tantùm, vt ipsi credebant, prouenire; vtque in azimo, sine fermento, triticeo pane corpus Christi consecrari, ac Purgatorij locum esse crediderunt sicuti Romanum Pontificem vniuersalis Ecclesiæ caput, ac Christi Vicarium esse. Atque ità vtriusque Imperij coronæ *manifestantes diuisionem*, idest suggerentes Florentino Concilio rationes, cur Orientalis Ecclesia cum Occidentali non conueniebat; ambo Romanum Pontificem, in vniuersum orbem tenere primatum, & successorem esse Beati Petri Principis Apostolorum, & verum Christi Vicarium, totiusq; Ecclesiæ caput,& Christianorum omnium Patrem, ac Doctorem existere,& ipsi in Beato Petro pascendi, & regendi,& gubernandi Ecclesiam vniuersalem à Domino Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, humiliter confitentes: *totius pœnitentiæ*, idest pœnituerunt, quod ante quam Florentinum Conciliũ celebraretur, hæc omnia Græci, Armenij quoque, atque Æthiopes non credidissent. Fuere super hoc diuulgatæ Eugenij Papæ litteræ, cum inscriptiones. [Datum in Sacrosancti œcumenici Concilij Florentini, quod in Cathedrali Ecclesia habitum est, sessione. ann.Dom.1439. die 22.Nouembris.] Testantur huius veritatem historiæ carmina, in Eugenij Papæ quarti marmoreo tumulo apposita, formalia continentia verba.

Honofrius Panuinus in Chronolog. Plat. in Vita huius Pontificis,& aly.

A B C D E

Eugenius iacet hic Quartus, cor nobile cuius
Testantur vitæ splendida facta suæ.
Istius ante sacros se præbuit alter ab ortu,

Alter

A *Alter ab occasu, Cæsar vterque pedes.*
Alter vt accipiat fidei documenta Lupæ.
Alter vt aurato cingat honore caput.
Quo duce, & Armeny, Græcorum exempla sequuti
Romanam adiere; Æthiopesque fidem.
Inde Syri, ac Arabes, mundique è finibus Indi,
Magna, sed hæc animo cuncta minori suo, &c.

Obijt Eugenius Papa quartus Romæ in Palatio Apostolico Vaticano 7.kal.Martij an.Dom. 1447. sui Pontificatus 16. vitæ verò 64. cadauer sepultum est Sepulcro marmoreo in Basilicæ Vaticanæ S.Petri. Quod cum
B dirueretur in reædificatione nouæ Basilicæ Vaticanæ, Canonici S. Saluatoris in Aiga Romæ existentes, miserati memoriam tanti Pontificis labefactari, marmorea, quibus erat constructum emerunt, & monumentum ex ipsis in Claustro confecerunt, & dedicarunt cum huiusmodi elogio.

Vrbs Venetam dedit ortum,
Quid Roma? Vrbis, & Orbis
Iura dedit optanti
Cælica regna Deus.

Memoriæ Eugeny quarti summi, atque optimi Pontificis.
Hic in pace grauis, in bellis pro Christi Eccl. impiger, in iniurys patiens, Re-
C *ligiosorum amator, ac in eruditos viros munificus, Concily Basiliensis insolentiam aduersus Pontificiam Romanam potestatem, Concilio Florentino celebrato, refrenauit, ac fregit. In quo Ioannes Palæologus Græciæ Imperator Romanum caput agnoscens, eius pedibus se multasque externas, & remotas nationes humillimè substrauit. Congregatio Canonicorum S.Georgy in Alga Venet. Religiosissimo fundatori pietatis causa p. c.*

Ex dictis sup a facilè patet, quid significet imago præposita vaticinio. *Pontifex* enim *Vrsam*, ideſt Iordanum Vrſinum Cardinalem fouet; & hic ſub vmbra Eugenij quarti Papæ *catulos ſuos paſcit*, vt iam declaratum eſt. Cæterum de Ludouico Archiepiſcopo Arelatenſi
D Presbytero Cardinali Sanctæ Ceciliæ, quem ab Eugenio ad Concilium Baſilienſe defeciſſe ſupra diximus ſcripſerunt Faſciculus temporum, Chronicon Magnum Belgium, Ioannes Chenu, & Lambertus Vandenburchius, & inter cætera eius elogia, poſt mortem miraculis claruiſſe dixerunt, & Clemens ſeptimus in diplomate directo [Dilectis filijs Præpoſito, & Canonicis Metropolitanæ Arelatenſis Eccleſiæ, ac Priori, & Fratribus Domus Fratrum Cœleſtinorum Regularis obſeruantiæ Ciuitatis noſtræ Auenionen.] illuſtri ortum proſapia, vitam cælibem, caſtam, immaculatam eum egiſſe, mortalium illecebras contempſiſſe, puriſſimam animam Deo reddidiſſe, proindeq; ſine conſcientiæ ſcrupulo, pro
E Beato venerari poſſe, auctoritate Apoſtolica conceſſit, & indulſit. ſub dat. Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 9. Aprilis ann. 1527. ſui Pontificatus 4. Hæc ideò adiunximus, vt inde lector aduerteres quantum poteſt diuina gratia ad ducendnm inuios in via. Ludouicus obcæcatus non agnoſcebat veritatem, quam prædicabat Eugenius, & ideò inſimulatus, fuit ab eodem Eugenio purpura ſpoliatus. At diuinæ gratiæ luce affulgente facilè veritatem agnouit, reſipuit, & Nicolaum quintum veneratus eſt, & ab eodem purpuram, quam perdiderat à benigno Pontifice accepit, bono ſine quieuit, & miraculis coruſcauit.

VAT.

A

VAT. XXIII.

Basiliense Concilium præscribit.

Sanguis.

B

C

D

*Heu, heu misera Ciuitas substinens dolores, & pessiones. Ciuitas enim mise-
rabile vt appareat lumen, mox tenebie arma paruum temtus. Cædes erunt in
te, & effusio sanguinum. Vnde vnum incipientes non deficient in quinque prin-* E
*cipatus à Monarchia sua. Dracones oua confringent. Quæ comederunt vt ci-
bum, frustatim laniabunt membra sua non casa, & ad pugnam intestinam exci-
tata, innumerabilem multitudinem cadent gladio ad miliaria sex, septem nu-
merata, & omnis Ciuitas multiplicabitur fornicationi, et cades maculatus, adul-
ter, raptor, & iniustus. Sodomita videbit vltimum lumen ante oculos matris
eius.* Hactenus Prophetæ nostri Ioachim vigesimnm tertium vaticinium.
Quo procul dubio Basiliense Concilium supra memoratum ostenditur.
Et Basileam *Ciuitatem miseram substinentem dolores, & passiones* appellat
Abbas Ioachim, quia Concilium contraǀPontificem Romanum in ea ce-

lebrari

A lebrari voluit, suumque Concilium supra Florentinum,ab Eugenio celebratum, esse contendit. Abrogatoque Eugenio, Amædeum Subaudiæ Ducem, Eremitam agentem in Ripaliam cum quibusdam nobilibus, sub nomine Fœlicis, in Romanum Pontificem delegit. Ideoque dixit. *Ciuitas enim*, supple Basilea Pseudopontificem creauit, *vt appareret* in ea *lumen miserabile*, idest Antipapa, quem expectabat. At decurso *paruo tempore*, donec hæc omnia ad Eugenij aures deuenirent, *mox tenuit arma*, idest bellum passa est, *cædes fuerunt in ea,ac effusio sanguinum*. Nam Eugenius Papa quartus cum percepisset à Basiliensi Concilio factam de se abrogationem, & noui Pontificis electionem, Delphinum Caroli Gallorum
B Regis filium cum formidabili exercitu, equitum nempe 20000. & peditum 12000.in Basilienses concitauit,cuius impetu conuentus ille dissipatus est,ac Basilea Ciuitas lacrymabiliter afflicta. *Vnde vnum* scilicet impetum *incipientes* supple Delphini milites *non defecerunt*,donec *in quinque principatus à Monarchia Basiliensis Concilij*, idest in quinque nationes, Hispanam scilicet, Gallam, Germanam, Panuonam, & Italam, timorem etiam incutientes, veluti *Dracones qua* supple Concilij Patrum circulationes,*quas comedebant vt cibum*, idest quæ illis pro cibo inseruiebant, per dispersionem *confringerent*, *& frustatim laniarent* Concilij *membra non cæsa,& ad pugnam intestinā excitata* hoc est aufugientibus nationibus Con-
C cilij, Basileam Vrbem diriperent,& depopularentur; qua irruptione Galli milites *innumerabilem* Basiliensium *multitudinem cederunt gladio*, quæ quidem depopulatio,& clades *ad miliaria sex,vel septem*, & supra *numerata*, idest continuata fuit, etiam contra eos,qui Basilientium in adiutorium venerant: atque adeò *omnis circumuicina Ciuitas multiplicata fuit fornicationi,& cade: maculatus,adulter, raptor,iniustus,& sodomita viderunt vltimum lumen ante oculos matris eius*, idest Basileæ Vrbis. Ad figuram modò veniamus. *Vrbs armatis plena* significat seditionem Basiliensis Concilij, ac impetum Delphini contrà Basilienses.

Tarcagn. in historijs mundi lib.19.ad annum 1447. Plat. in Vit.Eugenij 4.versus finem, & alij.

Tarcagn. vbi supra.

D

E

VAT.

 A

V A T. XXIV.

Nicolaum quintum prædicit.

Bona gratia simonia cessabit.

B

C

D

Vulpinam figurasti amicitiam, patienter sensum refrenans, sicut multum senex, & canum habens sensum. Veniens autem dupliciter, voluptates, & species, voluptatem dimisisti confringendas ad inuicem, & in effusionem vallis sanguinū E *effundendas. Tu pro victoria expandisti manus bene, gloriosè brauium accepisti in fine sceptri.* Hactenus vigesimum quartū Prodhetæ Ioachim Abbatis vaticinium, quo Nicolaum quintum Romanum Pontificem prædixit. Hic ante Pontificatum Thomas Parentucellus, natus in oppido Sarzano, Patre Bartholomæo Doctore Phisico, & Medico, Lucēsis agri, cum diceretur, adiutus benificentia optimi viri Nicolai Albergati, adolescentis Thomæ ingenio admodum delectati, Bononiæ humaniores litteras, mox Philosophiam, & Theologiam didicit. Et Doctoris, ac Magisterij gradum in Bononiensi Gymnasio consecutus cum esset, acerrimis disputatio-

Vghell. Abb. in sua Ital. Sac. tom. 1. verbo Romani Pontific. num. 209.

A tationibus probatus, potissimum illis in disputationibus, quæ cum Græcis Ferrariæ, & Florentiæ sunt habitæ sub quarti Eugenij Pontificatu, vnde Græca Ecclesia cum nostra Latina coiuit; ab eodem Pontifice in Germaniam cum Ioanne Caruagial Hispano missus, vt de medio tolleret Basiliense Concilium, ac neutralitatem, quas ob res sponsa Christi Ecclesia grauissimas, & maximas, cum imminutione Pontificiæ maiestatis, incurrebat calamitates. Rediens ad Eugenium cum hac opinione, quod castigatis Germanorum postulatis, schisma, neutralitatemque, rem quidem Romanæ Ecclesiæ perniciosissimam, sustulissent, si stare promissis Germani voluissent, succlamantibus omnibus, Thomas Parentucellus, & Ioā-
B nes Caruagial, Cardinales decernuntur, eisque Eugenius ad Portam Flaminiam galeros obuiam mittit, vt insigniores Romani ingrederentur. Vno itaque, eodemque anno Episcopus Bononiensis, Cardinalis tituli S. Susannæ, ac Romanus Pontifex designatus Thomas Sarzensis, in sui benefactoris Nicolai Albergati Cardinalis memoriam, Pontificatu sibi collato, Nicolaus quintus voluit nūcupari. ***Vulpinam** ergo **figurauit amicitiam***, hoc est Basiliensis Concilij vulpinas artes in concordiam reuocare conatus fuit; ***patienter sensum refrenans***, ***sicut*** ideſt nunquam ***multum senex, & canum habens sensum***: nam pluribus in Conuentibus hac de re apud Fridericum tertium, Regem Romanorum, patientissimè discepta-
C uit, Ænea Piccolomineo, Senensi, qui deinceps sub nomine Pij secundi Pontificium clauum tenuit, & qui tunc Regius Secretarius erat, ad tantam rem adeò necessariam, longis orationibus omnes adhortante. Difficile enim erat, Germanos remouere à falsa præsertim opinione sua. Ideo Thomas è Germanina Romam ***veniens dupliciter*** Episcopatu scilicet Bononiensi, & Presbyteratu tituli S. Susannæ fuit donatus. Et Romanus Pontifex tandem creatus pridie nonas Martij anno Dom. 1447. ***voluptates, & species***, paruipendens, pacis, & quietis amator, cum vidisset Alfonsum Aragonum, Neapolitanorum Regem, Philippum Mediolani Ducem, Franciscum Sfortiam, Venetos, & reliquos Italiæ Principes, quos per
D suos Legatos monuerat, vt bellis tandem finem ponerent, irritam fecisse petitionem, præcesque suas; omissa re toties frustra tentata, ad Deum conuersus, opem ab ipso statuit implorare; decretisque supplicationibus publicis, ad Dei iram placandam, præcandumque, vt pacem Christiano populo daret, pedester à S. Petro vsque ad S. Marcum his Litanijs cum omni Clero profectus est, multam religionem, & pietatem præseferens; quod & pluries iterauit. Tandem cum omnes Principes conuenissent, ac Potentatus, & Dominicus Capranica Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem, ac maior pœnitentiarius, magnæ prudentiæ, & auctoritatis vir, Legatus à Pontifice missus, hortando, & monendo, pacis, & concordiæ,
E sequestrum se fore ostenderet, ita ad fœdus post longas disceptationes denique ventum est, vt firma, & stabilis ab omnibus pax haberetur. Data itaque per omnes fide, iureiurandoque adhibito, fœdus denique Neapoli firmatur, qua nulla memoria patrum nostrorum pax maior, aut firmior est habita. Et ità ***voluptatem dimisit***, ideſt auctoritatem suam commisit Legatis suis, quos diuersa in loca misit ***ad confringendas ad inuicem*** inimicitias; ideſt ad sedandos Principum exacerbatos animos; ***& in effusionem vallis sanguinum effundendas***, hoc est ad vlteriorem sanguinis profusionem impediendam. Nicolaus ***pro victoria***, ideſt pro pace continuādā ***expandit benè manus***, vt si quæ in futurum inter pacificatos Principes

Ciacon. & Platin. in eius vita.

P diſſen-

dissentio, vel discordia oriretur, eius tollendæ ius, & potestatem Romanus Pontifex haberet: & qui arma alteri inferret, cognitaâ Pontifice causa, is statim communis omnium hostis haberetur: *gloriosè* ergo *bravium* de his omnibus *accepit* Nicolaus quintus *in fine sceptri*, idest in fine sui Pontificatus; nam anno Domini 1455. die 2. Martij, pax Italiæ tubarum clangore publicata fuit inter Papam, Alfonsum Aragonum Regem, Florentinos, Venetos, Ducem Mediolani in viginti quinque annos, & fœdus ictum contra Turcas, qui Constantinopolim cœperant, 4. Kal. Iunij anno Dom. 1453. die Martis: Nicolaus verò quintus, siuè tædio animi, quo maximè cruciabatur, post Constantinopolim captam, siue febri, & podagra, qua potissimum grauabatur, Pontificatus sui anno octauo, die decimo nono, 9. Kal. Aprilis, hora inter quintam, & sextam noctis sequentis, anno Domini 1455. Romæ hominem exuit, sepultusque fuit in Basilica Vaticana S. Petri cũ Epitaphio, quod apud Ciaconium leges in eius vita. Præ cæteris eius animi dotibus, laudatur liberalitas, qua in omnes vsus est, maximè verò erga litteris præditos, virgines collocãdas, pauperes ab inopia subleuandos, sacrasque domos erigendas de nouo, & veteras instaurandas. Fridericum tertium Romanorum Regem, Romæ sumptuosa, & magnifica impensa susceptum, & Leonoram, Eduardi, Lusitaniæ Regis filiam, & Alfonsi Aragonis, Neapolitanorũ Regis neptam, quã Senis Fridericus offenderat, intra S. Petri Basilicam matrimonio copulauit die 9. Martij anno 1451. & decimo octauo die eiusdem mensis Martij imperatoria corona donauit. Auaritiæ autem adeò expers fuit, vt neque officium vllum vendiderit vnquam, neque beneficium simoniaca prauitate ductus, vlli collocauerit. Gratus erga de se, & Ecclesia Dei meritos, amator iustitiæ, pacis auctor, & conseruator, clemens in delinquẽtes, cæremoniarum diligentissimus obseruator, nihil, quod ad diuinum cultum pertineret omittens. Rectè ergo prædixit noster Propheta in hoc Pontifice Nicolao quinto, *bonam gratiam, & simoniam cessasse*. Ad Friderici tertij Romanorum Regis præces, Nicolao quinto instante, sponte Fœlix quintus Antipapa Pseudopontificatu se abdicauit, quod & significat *Vulpes vexillum, & claues Pontifici deferens*, vt ex figura. Erga quem Nicolaus hac vsus est benignitate. Ad eum misit galerum Cardinalatus, Sabinense Sacerdotium contulit, cum principatu sacri Senatus, perpetuaque Germaniæ legatione anno Domini 1449. 14. Kal. Ianuarij. Fœlix Antipapa, aliàs Amædeus olim Dux Sabaudiæ, Allobrox, beatè vitam finiuit Lausanæ anno Domini 1452. ibique in Cathedrali sepultus sub Pontificatu eiusdem quinti Nicolai Pontificatu.

Alfonsus Ciaccon. in Vita Nicola Papæ quinti, Tarcagn. ad ann. 1454. & 1455. Platin. in eius vita versus fin. & alij.

B

C

D

E

VAT.

A

V A T. XXV.

Constantinopolitani Imperij excidium præostendit.

Potestas, & vnitas imminuetur.

B

C

D

Veh tibi Ciuitas septem collis, quando K. littera laudabitur in manibus tuis. E *Tunc appropinquabit casus, & destructio tuorum potentium, & iudicantium iniustitiam. Qui habet digitos suos falcatos, qui est falx desertitudinis, & in altissimo blasphemauit. Q. V. R. G. & in C. V. Y facios, Citopam cædis sanguinis. Ioannes bona gratia, Constantinus pauper. Vide tu, qui sancta consideras & sancta fers super humerum, ne puluis tuus fiat opprobrium, & barba profunda iuste incides, & maximè vituperaberis ipse consiliarius in morte Pontificis, cuius nomen Io: Obi.* Hactenus Ioachim Vaticinium, quo Constantinopolitanæ Vrbis excidium lacrymabile præmonstrauit. Constantinopolis enim (teste Bellono apud Ioannem Antonium Maginum Patauinum in sua Geographia) septem montes murorum ambitu non minus claudit, quam

Bellonus apud Ioannem Anton. Magin. Patauinum in Geograph. verbo Thracia, nunc Romania.

Roma, triplicique muro cincta est. Minatur autem noster Propheta Constātinopolitanæ Vrbi flagella pessima, ex eo quod in Florentino Cōcilio anno Domini 1439. discussa Græcorum, & Latinorum contentione, initaque deinde concordia, vt in Eugenij quarti vita est dictum, Græci omnes, maximè verò Constantinopolitani, Marcum Ephesinæ Ecclesiæ Episcopum laudabant, & ad Cœlos vsque extollebant, pro eo quod cū cæteris Grecis, qui Florentino Concilio interfuerant, vnioni cum Latinis assentiri noluerat; immò in Græciam reuersus, ne dum sopitas Florentiæ contentiones, Constantinopoli renouauit; sed & in Asia multos errores disseminauit. Quare Constantinopolitani ad pristinum vomitum redeuntes, non cessabant *laudare in mœnibus suis litteram* K. idest Catholicæ fidei defectionem, à Marco Ephesino Episcopo concitatam. Propterea Cōstantinopolitanæ Vrbi, à magno Constantino anno 332. fundatæ, *appropinquanit casus, & destructio suorum potentium, & indicantium iniustitiam*. Nam Mahometus secūdus Ottomanus, Amorathis filius, & primi Mahometi nepos, Cōstantinopolitanis imperante Constantino decimo quinto Paleologo, Emanuelis secundi filio, & Ioannis, qui Catholicam fidem in Florentino Concilio fassus erat, fratre, comparato exercitu hominum 300000. alij 200000. scribunt, repentè Vrbē inuasit, & post arctam bimestrem obsidionem, magna suorum, & Christianorum clade, atque ipsius Vrbis præstantissimorum ædificiorum ruina, eam sibi regiam instituit 4. Kal. Iunij, anno Domini 1453. die Martis, die Lunæ, Imperatore Constantino 15. strenuè dimicante occiso, capiteque eius in opprobrium per Vrbem deportato. Anno itaque Domini 1453. Imperium Christianorum in Oriente, nobile, & antiquissimum, quod sub potestate Christianorum durauerat annis 1191. finitum est. Et quod mirabile extitit, Constantinus Magnus, Helenæ filius, illud fundauit, & erexit; alter autem Constantinus 15. filius item Helenæ amisit, vt fini initium concordaret. Constantinopolitanum Imperium, *quod habebat dignos suos falcatos*, idest falcibus, siue armis instructos, & *quod erat falx desertitudinis*, idest quod aduersus Thurcam pro Christiano nomine bellum gerebat, non credens quæ de catholica fide credenda erant, *in Altissimo blasphemauit*, vt supra dictum est post Florentinum Concilium; ideò Q.V. R. G. idest, Quot Vrbes Rex Græcorum possidebat, in Thurcarum potestatem deuenerunt, *& in C.V.* idest etiam in Constantinopolitana Vrbe, quæ *Isacios*, Comnenū scilicet ab anno 1057. vsque ad ann. 1060. & Angelum ab ann. 1185. vsque ad ann. 1195. in præstantissimos, & gloriosissimos Reges habuerat, & quæ dictis imperantibus, Constantinopolitani Turcarum imperum reprimebant, *Cttopam*, & vt in alijs opusculis, alibi impressis, legitur, *Syncopa*, idest concisio, *cædes, & sanguinis* effusio ineffabilis facta est. & *Constantinus* frater *Ioannis* septimi Imperatoris, cuius nomen *bona gratia* interpretatur *pauper fuit*, idest Imperio, & vita priuatus: quæ res Nicolao quinto, Petri nauiculam regenti, mortem acciuit. Monet proinde S. Abbas Romanam Vrbem, *quæ sancta considerat*, idest quæ circa Sanctorum Reliquias occupatur, *& sancta fert super humerum*, idest & quæ Apostolica decreta obseruar, *ne pulus*, idest populus *suus fiat opprobrium*, æque ac Constantinopolitanus, *& barba profunda iustè incidat*, hoc est in luctū incurrat, *& maximè vituperetur. Ipse consiliarius in morte Pontificis, cuius nomen Io. Obi*. In alijs, alibi impressis, opusculis ità legitur. *Item consiliarius mortis cuius nomen* Ca. Bo. Hoc fortasse innuit Sanctus Propheta Ioachim

Tarcagn. lib. cit. ad ann. 1439. Platin. in Vit. Eug. 4. Alfonsus Ciaccon. ibid. §. verū.

Michael Zappulla in Summario histor. p. 2. cap. 14. & alij.

Tarcagn.

Paulus Iouius Nouocomensis Nucerinus Episcop. lib. 35. suarum histor. [illegible] Ciacc. [illegible]

A B C D E

A ehim, quod ſub Clemente ſeptimo Romana Vrbs ab exercitu Caroli
quinti Imperatoris ſexta die menſis Maij anno Domini 1527. ex impro-
uiſo capta fuit, vaſtata, & in decimum quintum vſque diem miſerabiliter
direpta. Et Pontifex ipſe cum aliquot Cardinalibus, & Epiſcopis in
Arce Sancti Angeli obſeſſus, vbi paruus, ac ferè vllus erat in arce com-
meatus, paucis diebus tanta fama vrgeri cœpit, vt aſinina carne, Car-
dinalibus, & Epiſcopis, qui aderant, quaſi ad ſuauiſſimas epulas inuita-
tis, paſtus fuit. Tandem poſt plurimas illuſiones, in manus Germano-
rum, Hiſpanorumque ſeſe totum dedere fuit coactus ea conditione,
vt omnia ſibi à quinto Carolo imperata facturum reciperet, à quo litte-
B ras ſpectabat, vt perſoluto militibus ſtipendio, ſacroſanctæ Romanæ
Vrbis Imperium penes Romanum Pontificem remaneret. Clemens de-
inde, vt militibus ſatisfaceret, omnia ornamenta ſacra, aurea, argentea-
que vaſa, quæ in hoſtium manus non deuenerant, conflari, ac pecuniam
cudi iuſſit. Sed cum tantæ multitudini non ſufficeret, tres purpureos ga-
leros venales expoſuit, vt qui eam dignitatem ambirent, prolata vi auri,
licitando aſſequerentur. Quæ pecunia, ex diuendita dignitate collecta,
cum militum auaritiam explere non potuiſſet, obſides dare, quos milites
optaſſent, Clemens fuit coactus. Qui cum à barbaris Germanis, in
Campum Floræ cathenis alligati, more latronum ducerentur, vt aurum
C ſupplicij metu proderent, Pompeius Columna Presbyter Cardinalis tit.
Sanctorum duodecim Apoſtolorum, Sacerdotum periculum miſera-
tus, eos per vaporarium foci tubum, hoſtium manibus eripuit. Et
eiuſdem Pompeij Cardinalis induſtria, Pontifex à diuitibus eupediarijs
mutuam pecuniam impetrauit, vt ampliore ſtipendio, furentes copias
mitigaret. Obſides præterea Cardinales quinque dedit. Sic poſt menſes
ſeptem, à die quo captus fuerat, pace confecta, Clemens mutato habitu
Orbitum Tuſciæ oppidum properauit, & cum Cæſare amicitiam reno-
uauit, cuius potentiam ipſe imminuere tentauerat. Miſerabilis tantæ
Romanæ cladis *Conſiliarius fuit Ca. Bo.* ideſt Carolus Barbonius Dux
D exercitus Cæſariani, qui ſtare nolens conſcriptis inter Ducem Lanonij,
& Pontificem renouati fœderis legibus, ſubitanea 40000. militum col-
lecta manu, altis ſuperatis fluminibus, & itinere imbribus luculento cõ-
fecto, tanta celeritate rapiebatur; vt citius quàm opinione hominum
expectari poſſet, ad Vaticana mœnia peruenerit. Ergo pridie nonas
Maij anno noſtræ ſalutis 1527. impreſſione facta, aliquot hoſtes conati
murum conſcendere, à veteranis militibus, & Heluetiorum prætoria
cohorte, fortiter repellebantur. Quo in tumultu Dux Carolus Barbo-
nius ipſe, ſcalam vetuſto muro admouens tormenti manuarij, vt inquit
Iouius eiuſdem temporis ſcriptor, ictu in latere, & ſub inguine vulnera-
E tus, è muro pariter, & à vita cecidit. Sed tandem per ignobiles caſas
etiam ſuccedentes hoſtes, Romanam plebem, quæ ſub Regionum ve-
xillis conuenerat, vndequaque interceptam, incredibili ſæuitia trucida-
runt. Atque adeò ſæuitum eſt in turba inermi, vt nec templo, nec ipſis
adytis habitantes, aut ad ſacroſanctam aram confugientes, vitam tueren-
tur. Deinde tanta acerbitate Sancti Angeli arcem obſideri cæpit exer-
citus, vt pueros, qui olera funiculis extrahenda obſeſſis alligabant, im-
maniter transfigerent, & vetulam, lactucas Põtifici expetitas deferentẽ,
crudeliter eliſis faucibus ſuſpẽdari in conſpectu Põtificis Mendanus Hi-
ſpanus peditũ Dux, qui maledictus à Papa apud Monopolim occiſus fuit;
& plu-

Auctores cit.

Honufrius Panuin. in Vita Clem. 7.

Paulus Iouius Nouocomenſis Epiſc. Nucerinus lib. 24.

Idem lib. 26.

A

& plurima olim petulantissimè militaris insolentia designauit, acerba auditu ijs, qui Apostolicæ Sedi sinceriter adhærent. Patet ergo qualiter *consiliarius in morte*, idest in clade *Pontificis*, *Ca. Bo.* Hoc est Carolus Borbonius, alteram dati vaticinij partem compleuerit. Ad figuram modò enucleandam veniamus. *Ciuitas*, Vrbs Constantinopolis est, antiquitus [Ligo, Agios, Aethusa, Bizantium, noua Roma] dicta, quam duo amnes, nempe [Cydarus] vulgò nunc [Macleuam] & [Barbyses] nunc [Chartaricon] vocatus, in vnum concurrentes, alluunt: *Manus hinc inde abscissa*, Romanorum potentiam, post Constantinopolis captiuitatem, esse diminutam ostendunt. *Tres autem manus sunt alterutrimque depictæ*, propter violatam fidem, qua Romani Græcis succurrere tenebantur, idque in virtute Triadis, quam homousion in Florentino Concilio confessi fuerant, vt dictum est supra in Eugenio quarto.

Michael Zappulla in Summario histor. p.2.c.1.& Io: Anton. Magin. super Geographiam Ptolomei lib.3.cap.11.

B

C

D

E

VAT.

V A T. XXVI.

Caliſtum tertium præſignat.

Bona oratio, & vt alibi legitur, *operatio, theſaurum pauperibus erogabit.*

B

C

D

Et eleuabitur vnctus, qui habet pronomen Monachi, petram habitans, extrā venit, mihi aliena luctas relinquens, & victum agreſtem vua, mortuus, & ge-
E *mebundus congregans bona, diſsipans omne præmium iniquitatis, qui totus iuſtificatus. Quando ſtella apparebit nigra, tunc eris nudus item valdè in interiora terræ.* Hactenus vigeſimum ſextum de ſummis Pontificibus noſtri B.Abbatis Ioachim vaticinium, quo Nicolai Papæ quinti ſucceſſorem præſignauit. Enim quinto Nicolao vita functo Alfonſus Borgia Hiſpanus ex oppido inſigni, & antiquo, Setabenſi, Valentinæ Diœceſis, 6.Idus Aprilis, die Martis Paſchalis, hora diei quarta, anno Dominicæ natiuitatis 1455. à ſacri Senatus Patribus ſub nomine Calliſti tertij ſuffectus eſt. Hic in omni vita integerrimus fuit, & eleemoſinas in ſinu pauperum, ſeruorumque Dei frequenter abſcondebat. Virgines pauperes, collata

dote

dote, maritis collocabat. Nobiles ad inopiam redactos proprijs impensis in vita retinebat. Et ideò *bonam operationem,& thesauri in pauperes erogationem* illi tribuit S. Vates. Et subdit *& eleuabitur*, supple ad Petri sedē, *vnctus*, idest Episcopus consecratus: iste est Callistus tertius, de quo est sermo, qui factus à Martino Papa quinto Valentinæ Ecclesiæ Archiepiscopus,& ab Eugenio quarto, anno Domini 1444. 4.Idus Iulij,Presbyter Cardinalis tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, antequam ad summum Apostolatus apicem ascendisset, beneficium aliquod in commendam nunquam habere voluit,dicens, se vna sponsa,& quidem Virgine esse contentum, hoc est Ecclesia Valentina, vt ius Canonicum mandat. *Pronomen* autem *Monachi habuit* Callistus,quia veri Monachi vitam, & mores semper obseruauit. Nam etiam Summus Pontifex fuit in victu parcus, in sermone modestissimus, auditu facilis, quantum ei per ætatem licebat: iam enim octuagesimum attigerat annum, nec tamen de studijs suis quidquam remiserat. Legebat ipse, aut legentes audiebat, si quid in tanto rerum fastigio ei temporis supererat. Officium Transfigurationis Domini nostri Iesu Christi ipse composuit, festumque instituit,& iussit eo modo, atque his Indulgentijs haberi debere, quibus & solemnitas Corporis Christi. Edmundum Martyrem Angliæ Regem,ac Vincentium Ferrariensem, Hispanum, conciuem suum, Ordinis Prædicatorum,in Sāctorum albo conscripsit. Tantæ denique fuit sanctitatis, vt non dubitāuerit Vsuncassanus Persarum, & Armeniæ Princeps, superatis persæpe hostibus ad ipsum scribere, se quidem victoriam ex hoste reportasse ob præces ab eo ad Deum habitas, eiusque beneficij, diuini potius, quam humani se aliquando memorem futurum *Petram* insuper *habitauit* Callistus: quia in Ecclesia Dei, vera petra,firmus habitauit *extra* hoc est ex Hispania Romam *veniens*. Vix Apostolicæ dignitatis susceptis insignijs, in publico Concistorio,bellum sacrum, quod Cruciatam appellant, Turcis infensissimis fidei nostræ hostibus: qui paulò ante Constantinopolim, & totum Orientale Imperium, pulsis Christianis, occupauerant, indixit: id se ante Pontificatum vouisse ostendit suo chirographo his verbis scripto,quod in libro quodam extabat? [Ego Callistus Pontifex Deo omnipotenti, sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis voueo me bello, maledictis, interdictis, execrationibus,& demum quibuscunque rebus potuero, Turcas, Christi nominis hostes,sæuissime persecuturum.] Admirati sunt vniuersi,qui aderant,quod Pontificatus nomen sibi assumpsisset ante adeptā dignitatem. Et quod homo senex, ac ferè decrepitus, quippe septuagesimum septimū suæ ætatis annum agebat,tantum animi haberet. Vt autē quod promiserat, re ipsa præstare posset,prædicatores per totam Europā statim misit,qui omnes Christianos in Turcas concitarent: quique facultatum aliquid, & opum suarum ad tantam expeditionem conferrent, gratiam Dei,& Apostolicam lucrarentur. Ex his autem facultatibus ad sexdecim triremes, Romæ ædificatas, in hostem misit, Ludouico Scarampo, aliàs Media Rota, Patauino Patriarcha Aquileiensi, Presbytero Cardinali tit.S.Laurentij in Damaso, præfecto, qui triennio maritima hostiū Arianorum vexauit, Insulas quasdam cœpit, ac magnas calamitates hostibus intulit. Mandauit præterea,vt assiduo rogato Deus flecteretur, in meridie campanis signum fidelibus dari,vt orationibus eos iuuarent,qui contra Turcas continuo dimicabant. Creditum precibus communibus fidelium Christianos ad Bellogradum contra Turcas dimicantes, Duce

Platin. in eius Vita.

Ioanne

A Ioanne Hunniade Vaiuoda, viro clariſſimo, aſtante etiam Ioanne Capiſtrano Ordinis Minorum, Crucemque pro vexillo hoſtibus inferente, cum Bellogradum impugnantes, ingenti clade ſuperaſſe: ſupra viginti enim millia hominum ex hoſtibus trucidata ſunt, cum parua noſtrorum manu, anno 1456.22. die Iulij, centum ſexaginta tormenta bellica capta, & abducta, & commeatus intercepti, vt ad Pontificem, & ad Dominicũ Capranicam Romanum, Firmanum Epiſcopum, Presbyterum Cardinalem S.Crucis in Hieruſalẽ, ſcripſit Ioannes Caruagial Hiſpanus V.I.D. Diaconus Cardinalis tituli S.Angeli in foro Piſcium, qui ſuas etiam manus contulit aduerſus Turcam. Qua clade perterritus Mahometus ſecundus Turcarum Imperator in pectore ſaucius, Conſtantinopolim propere ſe recepit. Actum certè de crudeliſſimo genere tunc fuiſſet, ſi Chriſtiani Principes, odijs, & bellis inteſtinis omiſſis, terra, ac mari tantam victoriam fuiſſent proſecuti, quemadmodum Calliſtus prædicabat, & monebat, ipſeque ſuperuixiſſet diuturniori tempore. Ideoque *mihi*, (loquitur de Chriſtianorum vniuerſitate) *alienæ* ſupple religionis, *luctus reliquit,& victum agreſtem*, ad inſtar *vua*, quæ primò eſt peracerba guſtatu, deinde maturatu dulceſcit. *Mortuus*, ideſt valde ſenex,*& gemebundus, diſsipans omne præmium iniquitatis*, *congregauit bona*, nempe centum, & quindecim millia nummum aureorum, quos in vſus bellicos contra Turcas, Chriſtiani nominis hoſtes infenſiſſimos impenderet. Tandem *totus iuſtificatus, poſtquam ſtella apparuiſſet, nigra*, ideſt mala peſſima portendẽs, (apparuerat enim ante tertij Calliſti obitum ſtella crinita, rubra, & longa cauda, quam Mathematici ingentem peſtem, annonæ caritatem, magnamque aliquam cladem ſignificare dicebant: propterea Calliſtus ad Dei iram auertendam, aliquot dierum ſupplicationes decreuerat, vt ſi quid hominibus immineret, totum id in Turcas Chriſtianorum hoſtes conuerteret.) Pontifex morbo captus, & extremo ſenio confectus, anno Domini 1458. ætatis ſuæ 80. Pontificatus ſui 3. menſe 4. Romæ in Palatio Apoſtolico Vaticano 8.Idus Auguſti, hominem exuit, *& valde nudus*, vt vixerat, *iuit in interiora terræ* Eccleſiæ Vaticanæ, ad ſiniſtram Baſilicæ Principis Apoſtolorum. Propterea etiam *nudus ſupra ſaxum durum* depictus eſt *cui aſtat alius ſui Ordinis*, & hic denotat Dominicum Capranicã, Presbyterum Cardinalem tit.S.Crucis in Hieruſalem, ſummumq; Pœnitentiarium, grauitate, ſapientia, religione, & sãctis ſemper operibus admirabilem, qui, relicto de ſe ſummo deſiderio, dum Calliſti funus celebraretur, è viuis exceſſit, ſepultus iacet in Baſilica S.Mariæ ſuper Mineruam, ſacello S.Catherinæ virginis marmoreo ſepulcro, muro affixo, cum inſignibus, & hoc elogio.

Tarcagn. in hiſtorijs Mundi in hunc annum.

B

C

D

Dominici Cardinalis Capranici vitã, & geſta ſcripſit Ioãnes Baptiſta Poggius, egit etiam S. Antoninus 3.p. Hiſtoriar. tit. 22. c.16. in fin. Card. Papienſis in epiſt. & Garinbertus lib.1. cap.3.

E

Sedente Paulo ſecundo. Dominico Capracenſi TT. S.✠ in Hieruſalem Presbytero Cardinali, Antiſtiti Firmano, Maiori Pœnitentiario, 12. Apoſtolicis Legationibus claro pacis Italicæ in annos 25. conſtitutori, doctrina, religione, & ſanctis ſemper operibus admirabili, Angelus eiuſdem TT. Cardinalis Vnanimi Fratri, ac ſibi commune monumentum hoc fecit.

Vixit idem D. An. LVIII.

A

V A T. XXVII.

Pium secundum depingit.

Bona intentio.

B

C

D

Mortuus, & nunc oblitur aspectus, norunt multi, quamuis nullus istum videat, à Deitate manifestatus, ex insperato sceptra tenebit istius imperij, simul enim manifestatus, in Cœlo generatus præco inuisibiliter clamabit maximè. Item cum festinantia ad concidentem septem collis, inuenietis virum habitatorem amicum meum, fortem istum in Regias domos caluum, mansuetum, mitem, altæ mentis, acutissimum ad videndum futura præcipuè, & in te habebis septemcollis imperium. Hoc vaticinio depinxit S. Abbas Pium Papam, huius nominis secundum, Æneam Siluium Piccolomineum antea dictum, patria Senensem, natum tamen ann. 1406. 8. Kal. Septembris in villa gentilitia Corsiniana Vallis Vrciæ, vbi pater eius Siluius, & Victoria Fortiguerra mater, à plebe Senensi cum reliqua nobilitate è Republica deiecti, se receperant. Parcè, ac duriter, stante temporum calamitate, vitam ducens E

Abb. Io: Ioachim de Summis Pontificib. vatic. 27.

Gregorius Lollius ad Card. Papiensē epistola 47. apud Card. Papiensem.

A ducens, vt omnia ruris officia ob inopiam adire sit coactus, singulari memoria, ac summa docilitate, grammaticam didicit. Idcircò de eo prædixit Abbas sanctus, *Mortuus*, idest laboribus, aspera, & dura vita exrenuatus. De longa illius seruitute, & ærumnis ità scripsit Iacobus Amanutus, ab eodem Pio Papa Piccolominea familia donatus, atque insignibus, dictusque est Cardinalis Papiensis, epist. 365. [Beatæ memoriæ Pio, vt ex eo accepi, quinque supra viginti anni seruiendo erant consumpti, cum non dum erat census, vnde parari soleæ possent: & tamen orbem, ferè, Christianum ærumnis suis impleuerat; agitatus marij, vexatus procellis, à latronibus spoliatus, & captus, carceri inclusus, ad limen propè B primum mortis adductus, quorum patientia virtuti coniuncta non modò Episcopatum, & Cardinalatum, sed mox quoque vno ferè contextu, Papatum Romanum parauit.] *& nunc oblitur aspectus* Æneæ Siluij, quem *cognouerunt multi, quamuis nullus ipsum videret*, supple ad S. Petri solium promouendum fore, ad quod fuerat, *à Deitate manifestatus*. Tradunt enim historici communiter, quod Mater eius Victoria Fortiguerra per quietem visa est sibi infantem cum mitra parere, quæ verita est, ne somnium illud puero, nobilique suæ familiæ ignominiam aliquam portenderet: neque antea huiusmodi suspicione leuari potuit, quàm intellexerit, filium suum à Nicolao Papa quinto Episcopum Tergestinũ fuisse C creatum, *Ex insperato* autem *sceptra tenuit Pontificij imperij*: nam è villa Corsiniana Æneas Siluius Senas profectus, à necessarijs, & cognatis adiutus fuit, dum iuri ciuili operam nauabat: subortum est etiam bellum inter Senenses, & Florentinos, & caritatem annonæ veritus, & nobilitatem plebi Senensi suspectam cernens, neque studium diutiùs continuare valuit, ideoque voluntarium sibi velut exilium adsciuit. Dominicum Capranicam virum amplissimum, qui tunc Senis iter agens ad Basileæ Concilium properabat, secutus est, cui secretarij munus exercuit. Verum, quia Capranica denegante Papa Eugenio quarto, ne beneficiorum, paternæque hæreditatis fructus colligeret, ægestate magna vexabatur, illum D relinquere, & alteri inseruire fuit coactus inuitus. Adhæsit propterea Bartholomæo Nouarientium Episcopo, cum quo Florentiam, vbi Pontifex erat, adijt. Et quia Episcopus fuit in criminali iudicio ab Eugenio vocatus, etiam istum deserere coactus est. Ideoque in clientelam se commisit Nicolai Albergati, Ciuis, Episcopique Bononiensis, Ordinis Carthusianorum, Presbyteri Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem, patris certè optimi, pij, integerrimi, & omnium opinione sanctissimi. At dum Nicolaus Cardinalis ad Venetos Legationis Apostolicæ munus obibat, dum toruis oculis à Põtifice Eugenio se aduertit intueri, ad Basileam redire statuit. Cuius in Concilio factus est scriba, & litterarum Aposto- E licarum abbreuiator, magnoque in honore semper habitus apud omnes. Et inter collatores beneficiorum bis electus. In eoque Concilio persæpe orauit. Et quoties aliquid per nationes erat agendum, Æneas Siluius semper ex Italica deligebatur, qui rebus agendis præesset; tanta erat in homine morum facilitas, & ingenij dexteritas. Legationes plures Concilij causa obiuit, nempe ter ad Argentinenses, semel ad Tridentinos, bis ad Constantienses, & semel ad Francofurtenenses. Post Eugenij quarti priuationem, in noui Pontificis electorem Italicum (octo enim ex qualibet natione deligebantur à Concilio Basiliensi, quibus nouum Pontificem designare facultas esset) ipse est destinatus, quod quidem munus

Platin. in Vita Pij 2. Ciaccon. ibid. Tarcagnota, & alij.

Platina in eius vita.

obire renuit. Electoque Fœlice Antipapa, ab isto ad Fridericum tertium Imperatorem missus orator, tantum ingenij dexteritate apud hominem valuit, vt eum corona poetica donatum, in Amicum, & Prothonotarium receperit, ac tandem in Senatorium ordinem retulerit, & in intimum Cōsiliarium creauerit. Qui postea ad Eugenium nomine Imperatoris legationem obiuit, elegantissima oratione se prius iustificato de rebus à se dicto in Concilio gestis. Mortuo autem eo tempore Eugenio, dum alter Pont, fex in locum demortui suffragijs Patrum deligitur, Æneas conclaui præfuit: nullus enim orator tum in Vrbe erat tanto munere dignior. Interea moritur Episcopus Tergestinus, cuius in locum Æneas, se quidem inscio, à Pontifice Nicolao quinto suffectus est. Postea mortuo Nicolao Papa, & in eius successorem Callisto tertio subrogato, ab Imperatore Orator ad eum mittitur, vt vice sua Pontifici iuramentum de more exhiberet: tota eius oratio autem fuit potissimum de bello Turcis inferendo: adeò erat ad eam rem animatus. Inde in patriam iturus, Romæ à Callisto detentus est, à quo etiam non multò post nempe 16. Kal. Ianuarij, ann. 1456. Cardinalium omnium consensu in purpuratorum numerum refertur tit. S. Eustachii, & paulò post Presbyter Cardinalis S. Sabinæ. Apud Callistum verò tantæ gratiæ, & auctoritatis extitit, vt ipsum impulerit Oratores ad Senenses mittere, qui tunc discordia ciuili laborabant, vt tumultuantem populum ad concordiam adhortarentur, & pacem. At verò dum in balneis Viterbianis valetudinis causa esset, historiamq; Bohemicam inchoasset, mortuo Callisto, Romam statim redijt, cuius tanta fuit expectatio, vt magna pars populi Romani, officij causa, obuiam progressa, hominem, quasi diuinarent, vt Pontificē salutant. Ad hunc enim omnium consensu Pontificatus deferebatur. Ingressus itaque conclaue, patrum omnium votis, 14. Kal. Septembris ann. Domini 1458. sub nomine Pij secundi Pontifex maximus est renunciatus. Hinc patet qualiter Æneas Siluius Piccolomineus *ex insperato sceptra tenuit Romani Pontificatus*. Insuper etiam patet, qualiter fuerit *manifestatus* Pontifex *in Cælo generatus*, hoc est antequam ipse è matris suæ vulua exiret, Papa fuerat à Deo designatus matrique tantùm manifestatus, *præco inuisibiliter*, & vt in alijs opusculis legitur, *inuisibilis ter clamauit maximè*: idest vox Dei *ter clamauit maximè*. Primò per Callistum, qui omnium purpuratorum consensu Cardinalem, vt dictum est, declarauit. Secundo, mortuo Callisto, per populum Romanum, qui illi ex thermis Viterbianis Romam properanti, obuiam tanquam Pontifici maximo facti sunt. Tertiò denique per omnia suffragia Patrum, quibus Pontifex creatus est quorum singulorum clamor vtique maximus fuit. *Item*, & vt in alijs opusculis, alibi impressis, legitur, *Ite cum festinantia ad concidentem septemcollis*, & *inuenietis virum habitatorem amicum meum. &c.* Monet Cardinales vt *cum festinantia erant* ad Æneam Siluium, qui in Basiliensi Concilio existens, vt diximus, multa *conciderat* scriptu, & dictu, quæ *ad septemcollis*, idest ad Romani Pontificis auctoritatem, necessaria erant, vt tradit in sua vita Platina, qui subdit, coram Eugenio quarto Æneam Siluium suam innocentiam depurasse, dicens, illorum auctoritatem fuisse secutum, qui Basiliense Concilium confirmarant. *Cum festinantia* ergo Cardinales promouerunt ad Petri solium Æneam Siluium, & *inuenerunt* vtique *virum habitatorem*, idest quem Pontificatu decorare debebant, Dei *Amicum*, idest pium, vnde re, & nomine Pius fuit. Appellat *fortem*, quia magni animi, veluti

A veluti qui se totum, confirmata prius Ecclesiastica ditione, ad curã Reipublicæ Christianæ conuertit. Assisium, & Nuceriam enim statim ab hoste recepit. Bellum, ante eius Pontificatum in Vmbria exortum, omninò extinxit. Inter Ferdinandum Neapolitanorum Regem, & Sigismundum Malatestam, quod difficillimum factu videbatur, compositæ induciæ, quo Mantuam omnibus, vbi communem Christianorum conuentum indixerat, tutò proficisci liceret. Media hyeme ab Vrbe discessit, & per eas Ciuitates iter fecit, quæ ciuili discordia ad bellum magis, quàm ad pacem spectare videbantur, populos ad quietem, & concordiam adhortatus est.
B Mantuam postremò ventum est vndequaque; magnus aderat Principum numerus, magna Legatorum vis; ex tota enim Europa, nulla natio, gens nulla fuit, quæ non aut Principes, aut Legatos eò miserit. Actum denique est, Pio ipso dicente, vt bellum communi omnium decreto Turcis indiceretur. Nihil certè est ab eo prætermissum, quod ad mouendos Christianorum animos pertineret. Magna quidem in dicendo Pij Papæ secundi laus fuit, quod cum sæpius iisdem de rebus loqueretur, diuersa semper visus est dicere, tanta erat in homine elegantia, & copia. Gallorum querimonias, & calumnias, tribus actionibus acerrimè confutauit. Totam ferè Europam, relicto externo bello, ad intestinum animos, & arma
C conuertentem, ad pacem redegit, & sedauit, vt sigillatim describit eiusdẽ temporis Auctor Platina. Tanta denique constantiæ, & fortitudinis fuit, vt tota ægritudine, graui quidem, & longa, occupationes intelligendi, diuersarum gentium causas audiendi, inhibendi, decernendi, iudicandi, signandi, admonendi, castigandi, intermiserit vnquam. Non Reges, non Duces, non Populos, non Tyrannos in se, aut Ecclesiasticum quempiam delinquentes, bello, censuris, interdictis, execrationibus persequi prius destitit, quàm eos ad sanitatem redijsse cognouerit. Nihil Regibus, nil Ducibus, nil populis timore, & auaritia concessit vmquam. Quosdam verò seuerissimè arguit, quod ea peterent, quæ sine Ecclesiæ detrimento, &
D eius ignominia, fieri vllo modo possent. Hunc ergo *fortem, caluum, mansuetum, mitem, alta mentis, acutissimum ad videndum*, idest ad coniectandum *futura præcipuè*, vt patet ex eius oratione, quam habuit in Mantuano Concilio, contra Turcam, pericula, & calamitates præponendo, quæ Christianorum ceruicibus imminebant, ni tantum hostem superando supprimerent, collocauerunt Purpurati *in regias*, idest Pontificias *domos*. *Et in se habuit* Roma Vrbs *Septemcollis Imperium, & bonam intentionem*. Idcirco depingitur hic Pontifex, *coronam suam, à capite suo deponens, eamque sibi commissis ouibus dans, & impertiens*. Vadens in bellum, quod Turcis indixerat, dum Anconæ expectat Venetorum Ducem Christoforũ Mau-
E rum belli socium, sanctissimus Pontifex diutina, & lenta febri afflictatus ann. 1464. 19. Kal. Septembris hora inter 2. & 3. sequentis noctis virginalis Assumptionis die, vt ait Honufrius Panuinus in Chron. die profectò Reginæ Angelorum in Cœlum migrantis hora noctis circiter tertia, dũ sacra legerẽtur, mente in Cœlo defixus tanta quiete (ait Card. Papiensis) spiritum Domino reddidit, vt conniuentem, non morientẽ diceres emigrare, & sine sensu mortis excedere sui verò Pontificatus anno sexto, minus tribus diebus. Corpus eius Ancona Romam delatum die 24. Augusti, peractis de more exequijs, in Basilica S. Petri, ad altare S. Andreæ tumuratur, vbi eiusdem Apostoli caput, ad se è Peloponneso aduectum,

Card. Papiẽsis epist. 41. lib. 1. Comm.

collo-

Ioann. Gobelinus lib. 9. Commētariorum, de reb. gestis Pij 2. Iacobus Gaddus in suis oratorijs elogijs.

collocari iusserat. Vixit annos 58. menses 9. die 29. Pauca de tanti Pontificis vita dedimus, quæ ad vaticinij conferebant comprobationem; plurima & quidam præclara tacuimus, quæ videri possunt apud Platinam testem oculatum, Gobelinum magnæ auctoritatis historicum, Ciacconum, Iacobum Gaddum Patritium Florentinum, & alios. Sororem Pius Papa habuit nomine Laudomiam, quæ in matrimonium data Nanno Tudeschino, opulentissimo viro Senensi, quatuor filios genuit. Franciscus Piccolomineus secundus genitus ab Auunculo suo Pio, 3. Non. Martij, ann. 1460. Cardinalatu tituli S. Eustachij decoratus est; & anno 1503. 10. Kal. Octobris sub nomine Pij tertij totius Ecclesiæ Pontifex electus, Apostolicam Sedem conscendit, vir sanè insignis eloquio, prudentia, religione, innocentia, & grauitate. Dum de restituenda in pristinam maiestatem Christiana Republica agit, mors inuida eum de medio abstulit sui Pontificatus die 26. anno Domini 1503. 15. Kal. Nouembris, & suæ ætatis anno 64. mense 5. & die 10. Reliqui duo minores natu, eius gratia, & auctoritate ab Hispaniarum Rege equestri fuere ascripti Ordini, Primogenitus verò, Antonius de Aragonia de Piccolominibus nuncupatus, in vxorem duxit Mariam de Aragonia, Neapolitanorum Regis Ferdinandi filiam, à quo Ducatu Amalphitano donatus fuit anno Domini 1461, die 23. Maij, vt ex expedito desuper priuilegio, cuius exordium est. [Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hierusalem, & Vngariæ. Vniuersis, & singulis præsentium seriem inspecturis tàm præsentibus, quàm futuris, Maiorum nostrorum more, & quasi naturali iure vsitatum accepimus, illos dignitatum titulis illustratos fuisse, qui ad Reges, nostrosque Principes augendos, conseruandosque statum, fortunas, tempusq; omne posuerunt, nihilque omiserunt ad id decens necessarium, aut quod vtile videretur. Sanè occurrente humanæ sortis casu immortalis memoriæ diui, & excelsi genitoris nostri Regis Alfonsi, plerique Magnates, & Barones Regni, de quibus maximè confidendum erat, in nostrum statum insurrexerunt rebellionem notoriam committendo, & antiquum hostem nostrum Ioannem Lotharingiæ Ducem in hoc Regnum introduxerunt, expertis hinc inde guerris reipublicæ, Regni, ac nostro pacifico statu fluctuante pro ipsa Regia nostra celsitudine augenda, conseruandaque, ac restituenda, fidem, spemq; non mediocrem in Ill. Antoniū de Aragonia de Piccolominibus huius Regni Magistrū Iustitiariū, gentium nostrarum armorū Generalem Locumtenentē Collateralē, Consiliariumq; nostrorū, ac generum, filiumq; carissimum intimum, ob quæ multò maioribus eundem dignum reputamus, quàm sunt gratiæ infrascriptæ: nec non sperantes ipsum quotidie maiora, laudabilioraque pro statu nostro facturum ad hoc respectum debitum habentes ad paterna, innumerabiliaque beneficia in nos, & à Sanctissimo, ac Beatissimo Domino nostro Pio secundo Pontifice Maximo collata, & quæ quotidie magisque confert, vnde erga ipsum Antonium eius Nepotem meritò inducimur, vt simus liberaliores. Insuper vt erga Ill. & carissimam filiam nostram Mariam de Aragonia paternum affectum, charitatemque vt erga filiam benemeritam ostendamus. Necnon contemplatione Matrimonij inter ipsos Antonium, & Mariam per verba de præsenti initi, & firmati ad obseruationem Capitulorum de ipso Matrimonio factorum, & firmatorum, quæ in omnibus, & per omnia ad vnguem seruari intendimus, & volumus tenore præsentiū de certa nostra scientia, motu proprio, liberalitate mera, gratia speciali,

& no-

A & nostra Dominica, Regiaque potestate, & auctoritate eosdem Antoniū, Mariamq; cum omni prosapia liberis, hæredibusq; suis ex eorum corporibus legitimè descendentibus nobilitando, in Ducem, Ducissamq; eligimus, promouemus, & extollimus, Ducatusq; titulo, honore, & dignitate exornamus, decoramusq; ipsisq; Antonio, & Mariæ coniugibus, hæredibus, & successoribus eorum vtriusq; sexus ex ambobus descendentibus in futurum. Damus, concedimus, & donamus Ciuitatem Amalphiæ de Prouincia Principatus Citra cum honore, & titulo Ducatus, cum omnibus Ciuitatibus, Terris, Castellis, Fortellitijs, Districtibus, Casalibus, Villisq; subiectis eidem, vel eisdem ad ipsum Ducatum Amalphiæ spectantibus, & pertinentibus, videlicet. Ciuitatem Scalarum, Ciuitatem
B Rauelli, Ciuitatem Minori, Terram Maiori, Terram Tramonti, Terram Ageruli, ad præsens in dominio, & posse nostro existentes, & partē dicti Ducatus, videlicet Ciuitatem Amalphiæ, Ciuitatem Scalarum, & Terram Ageruli à nobis recuperatas, & expugnatas, quæ à nostra fide, & obediētia defecerant propter notoriam rebellionem, & crimen læsæ Maiestatis Helionoræ de Aragonia, & aliorum rebellium nostrorum notoriam adhærendo, parendo, fauendo, & assistendo Ioanni Duci Lotharingiæ hosti nostro notorio prædicto, & huius Regni nostri publico inuasori] vlterior priuilegij tenor videri potest in Magno Archiuio Regiæ Cameræ in libro priuilegiorum ab anno 1444. vsque ad annum 1451. à fol. 130.
C vsq; ad fol. 144. vbi priuilegium terminat hisce formalibus. [Datum in Castello nouo Ciuitatis nostræ Neapolis per spectabilem, & magnificum virum Honoratum Gaetanum Fundorum Comitē, Regni huius Loghotetam, & Prothonotarium Collateralem Cōsiliarium, & fidelem nostrum dilectum. Die vigesimo tertio Maij nonæ Indict. anno Dom. millesimo quadringentesimo sexagesimo primo, Regnorum nostrorū anno quarto. Rex Ferdinandus.]

D

E

VAT.

 A

V A T. XXVIII.

Paulum ſecundum vaticinatur.

Pro honoratio.

B

C

D

Ecce item homo de primo genere abſcondito intrans primum ſingularis in numeroſos annos. Nndè venit de terra tenebroſa, & ſecundam ſplendentem incipit vitam. Imago ſecundæ vitæ veteriſsima, tantùm ſolido, ſolidus duplicatorum annorum introibit mortuus petram. Hactenus Propheta Ioachim, Sanctiſſimi Papæ Pij 2. Tronum occupauit pridie Kal.Septembris, ann.Dom. E
1464. Paulus ſecundus, patria Venetus, Petrus Barbo antea vocatus, fuitque *homo de primo genere abſcondito*, ideſt ex ſorore Nepos Eugenij Papæ quarti, qui eum ann. 1446. 10.kal. Iulij, Cardinalem fecerat tituli S.Mariæ Nouæ, & Epiſcopum Ceruienſem; Nicolaus autẽ quintus deinde Presbyterum Cardinalem tituli S. Marci eũdem declarauerat. *Intrauit* verò *primum ſingularis in numeroſos annos*, nam in prima Patrum conuentione Romanus Pontifex eſt renunciatus, cuius quidem creationem ad-

B. Ioannes Ioachim in opuſc. vatic. circa Apoſtolicos viros, vatic.28.

mira-

A mirabilem fuisse iudicatam, scribit Alfonsus Ciacconius, siquidem solitum est per complures dies disceptari,& dissentiri,& nisi labore,& dexteritate in vnum aliquem duas vocum partes colligi, & votum ferri,quod in sola Papæ Pauli secundi creatione non contigit. *De terra tenebrosa*, idest de Vrbe Veneta, quæ tenebrosa est partim propter aquas Maris Adriatici, & partim propter mercaturas, quæ apud Venetos in pretio sunt, *nudè*, idest nullis disciplinis imbutus *venit*, supple Paulus secundus. Adolescēs enim prorsus indoctus in mercaturam ire statuerat,& iam scrinium,& arma in triremes intulerat, cum est ei nunciatum, Gabrielem
B Condelmerium, auunculum suum in Pontificem maximum delectum esse. Paulo Barbo fratre itaque,& amicis adhortantibus, subsistit, ac litteris, licèt adultus esset, operam nauauit: nec tamen propter ætatem admodum profecit: & quoniam quietem potiùs, quàm negotia appetebat, opera Pauli fratris, apud Eugenium solicitantis, Petrus ab auunculo Eugenio vocatus, Archidiaconatu Bononiensi, ac non multò post Episcopatu Ceruiæ, atque Prothonotariatu participantium donatus est. His autem facultatibus aliquot annos vitā ducens, primò Diaconus Cardinalis tit.S.Mariæ Nouæ instantibus quibusdam Eugenij quarti familiaribus, & demum Presbyter Cardinalis tituli S.Marci creatus est, vt supra-
C diximus. *Nudus* ergo bonis artibus,& virtutibus, Petrus Barbo *venit de terra tenebrosa*, Vrbe scilicet Veneta. Factus tandem sub nomine Pauli secundi Catholicæ Ecclesiæ Episcopus, & Pij secundi successor, licèt moribus dissimilis, mox *secundam*, hoc est pontificiam *vitam splendentem incæpit*, idest agere cœpit, *imaginem* tantùm *secundæ vitæ*, idest Pij secundi, non rem retinens. Pius enim viuendi rationem ità partitus erat, vt ocij,& desidiæ accusari nullo modo posset. Surgebat mane, aurora illucescente, & habita ratione valetudinis, ac re diuina castè,& piè facta ad negotia publica statim egrediebatur: functus officio, ac per hortos recreandi animi gratia delatus, prandebat. Mediocri cibo vtebatur non exquisito,& lauto, cibos rarò sibi apparari iussit, quod apponebatur, hoc
D edebat: vini parcissimus, dilutique, ac lenis magis, quàm austeri amator; sumpto cibo dimidium horæ cum domesticis, aut fabulabatur, aut disputabat: cubiculum deinde ingressus, cum paululum quieuisset,horis canonicis de more repetitis, tandiù legebat, aut scribebat, donec ei per munera publica licuisset; idem faciebat noctu,quod die, post cœnam, nā & legebat,& dictabat vsque ad multam noctem in lecto iacens, nec amplius quàm horis quinque, aut sex, quiescebat. Litteratos muneribus,& beneficijs Ecclesiasticis iuuabat: orantes, aut poemata recitantes libenter audiebat; eorumque iudicio, qui aliquid sapere videbantur, sua scripta committebat. Pij enim secundi tota voluptas,quando à munere
E publico vacabat, in lectione,& scriptione frequenti,reposita erat: libros plusquam saphyros,& smaragdos charos habebat,quibusChrysolitorum magnam copiam inesse dicebat. Opera,& quidem præclara, egregiaque, ab ipso composita, recenset Platina. Paulus verò secundus è contra, nam teste Tarcagnota,& alijs,noctu vigilabat,& die dormiebat, dum vigilabat,gemmas,& margaritas attrectabat, quarum erat ambitiosissimus. Nec nisi noctu post multas vigilias, si sibi fores patuissent, audire hominem, non audiri ab homine, necesse erat,litteris præditos acriter est persecutus: quinimmò,& eos qui Academiæ nomen, vel seriò, vel ioco cōmemorabant, pro hæreticis habebat; & Romanos hortabatur,vt tantùm

Plat.in Vita Pij 2.

legendi, scribendique, filijs suis artem permitterent, & adeundi Academias aditum cohiberent. En iniuria *Pro honoratione* data est litteratis. Varia ciborum genera apponi sibi volebat, & peiora semper degustabat. Clamabat interdum, nisi quæ expetebat ex sententia, ei apposita fuissent. *Splendentem* autem *vitam* Paulum secundum *incœpisse*, duxisseque, non est Auctor, qui eius vitam scripserit, quod hoc non testetur. Fuit enim in homine, quantum ad corpus pertinebat, maiestas digna Pontifice, siquidem erat magni, ac vasti corporis, adeò vt, dum ad rem diuinam proficisceretur, solus emineret, elegantem vultum præseferens. Circa corporis cultum, etsi nimis morosus non erat; nequaquam tamen negligens habebatur. De apparatu Pontificio non est cur ambigas, maiores omnes ab hoc vno superatos, Regno præsertim, siue Mitram velis appellare, in quam multas opes contulit, coemptis vndique, ac magnis pretijs, adamantibus, saphiris, smaragdis, chrysolitis, iaspidibus, vnionibus, & quidquid gemmarum in pretio est; [cuius hodie (inquit Iacobus Amanatus vulgò Cardinalis Papiensis, qui sub ipso Pontifice vixit) licitantium opinionibus amplius centum, & viginti millium est æstimatio] quibus ornatus, tanquam alter Aaron in publicum forma humana augustiore prodibat. Inspici tùm ab omnibus volebat, & admirari. Hanc ob rem nonnunquam peregrinos in Vrbe retinuit, intermissa ostendendi sacrosancti Sudarij consuetudine, quo à pluribus eodem tempore cerneretur. Præterea publico decreto mandauit, proposita pœna, ne quisquam biretam coccineam (ità appellant capitis tegmen) præter Cardinales ferrent: quibus etiam primo sui Pontificatus anno, eiusdem coloris pannum dono dedit, quo equos, vel mulas sternerent, dum equitarent. Voluit præterea in decretum referre, vt galeri Cardinalium, serico coccineo ferrent, sed id quo minus decerneretur, vetuere illi, qui benè sentientes, diminuendam Ecclesiæ pompam non augendam cum detrimento Christianæ Religionis prædicabant. Ædificauit splendidè, ac magnificè palatium pontificium S.Marci. At dum hoc construit, aliud equidem illustrissimũ, & admirabile opus destruit, nempè Amphiteatrum, quod Imperatores Vespesianus, & Titus eius filius, tantis impensis exædificarant, versus partem dexteram euntibus Basilicam Lateranensem, ademptis lapidibus illud detruncans. Quod exemplum secuti Raphael Cardinalis Riarius, & Alexander Farnesius, postea Paulus tertius, ille Palatium Cancellariæ ad S.Laurentium in Damaso, hic ad Campum Floræ suum pulcherrimum condidit. Ex his, & ex alijs à Platina, & ab alijs Auctoribus adnotatis, quæ breuitati studens omitti, satis liquidò apparet, quantum Paulus secundus fuerit mutatus à prædecessore suo Pio secundo, & auunculo suo Eugenio quarto, quorum non nisi fictam quandam imaginem, & externum vitæ splendorem præ se tulit. Ideoque subdit Propheta magnus Ioachim, *vetersissima*, & in alijs opusculis, alibi impressis, legitur, *verissimè tantùm solidè solidus duplicatorum annorum introibit mortuus petram*; idest putabat ad senectutem vsque se in vita permansurum, & falsus opinione, cum firmasset Pontificatum, & omnia iam pro voto composuisset, *duplicatorum annorum petram introiuit*, hoc est, sex annis in Pontificatu elapsis mortuus, sepultus est. Solidum enim dicitur, quod tres dimentiones habet; & hic dimentio pro anno accipitur; tria duplicata sex constituunt. Et Paulus secundus sexto anno, mense decimo, & die vigesimo sexto sui Pontificatus

Card. Papiensis lib. 2.Comm.

apo-

A apoplexia vitam cum morte cõmutauit anno Domini 1471. quinto Kal. Augusti, & suæ ætatis aano 53.mense 10. & die 26. Imaginis cæterùm hic est sensus. *Pontifex stans manibus iunctis, & digitis complicatis, quasi mœrens,* significat Paulum secundum apoplexia oppressum, qui secunda hora noctis, solus in cubiculo nemine vidente, cum eo die 5. kal. Augusti lætus Concistorium tenuisset, & cœnasset hilariter: pituitosis humoribus, quos ex nimio esu fructuum, præsertim melonum, duos enim prægrandes illo die ederat, suffocatus apoplexia fuisse creditur. *Angelus vero alatus dextra manu mitram Pontificis sustentans, ne à capite Pontificis cadat.* Denotat Dei auxilium, quod fortasse Paulus implorauit, ne post eius obitum
B Pontificalis auctoritas detrimentum aliquod pateretur. Meritò laudandus est Paulus secundus ob perenne studium pacis componendæ, belliq; detestandi. Boni enim Pontifices sunt censendi, qui nullum inter Principes bellum ferunt.

Honufrius Panuin. in sua Chronologia.

C

D

E

A

VAT. XXIX.

Sixtus quartus præſcribitur.

Occaſio bona.

B

C

D

Reſpice donum, ne pigriteris ſenex, ſed recipias potentiſsime, penſa, de fine, ad bonum dirige ſeptigena, alia quidem non metues, tempus etenim deſuper ſuper iſtud redemiſti, ſolum tribus aurorus circundantur anni. Vno denario ſtellas comple, bene fini Sacramentum, quod amittes, admiratione recipis. Reliquiſti *placidè plantam à luctuatione, ſequere vocantem ad præſentem gloriam. Bene finiſti diem in principijs, bono fine comple vniuerſam creaturam, & ambulationes ambula cæleſtes, in te enim principium bonorum, & finis.* Hactenus S.Abbas. Paulo ſecundo ſubitanea, & improuiſa morte è viuis ſublato, Sixtus quartus clauum tenuit Romani Pontificatus, à quinto Idus Augusti anno Domini 1471. vſque ad pridie Idus Auguſti anno Dom. 1484. Hic Sixtus fuit genere Ligur, patria Sauonenſis, familia de Ruere nobili, E

& anti-

A & antiqua natus anno Domini 1414. 7. kal. Augusti, ac Franciscus nominatus, ex eo quod, videre per somnium Mater visa est, ante partum editum, infantem à Beatis Francisco, & Antonio, cucullam, ac cingulum piè, & sanctè indui. Hunc habitum deinde assumpsit, & tandem Minoritarum Generalis Minister euasit. Fuit vir certè non minus arte, quàm ingenio clarissimus, politioribus litteris apprimè à teneris annis imbutus, labore incredibili ad diuinarum, humanarumque artium apicem ascendit, vt Italos omnes litteris lacescere, & vincere facilè potuerit; vt patet ex his, quæ de ipso scripsere Ciacconius, & Panuinus. Et vt ante Pontifica-

Alfonsus Ciaccon. in vita Sixti 4. Honufrius Panuin. ibid.

B tum adeptum, clemens, pius, & in omnes mansuetus extiterat, ità magistratu Pontificio insignitus, omni virtute cæteros præcellere cœpit: ad vitia testudineus: ad virtutes, & bonarum artium studia equis, velisque ocyùs anhelabat. In pauperes pius, in religiosos munificus, & ad ius cuique reddendum vigilantissimus erat. Nemo ad eam vsque diem Pontificum omnium Sixto quarto, nec animo ad munificentiam, libertatemq; propentior, nec in dando hilarior, & nec in promerẽdis hominibus proptior visus est. Miseros namque Principes militari clade à Turcis, vel aliàs, patria extorres, & Regnis, & Imperijs proprijs eiectos, præsertim Andræã Palæologum Moreæ, & Leonardum Toccum Epyri Regulos, honestis, &

C honorificis sumptibus aluit. Sophiam, (alij Magdalenam scribunt) Thomæ Palæologi filiam speciosissimam, ac neptem Constantini, vltimi Græcorum Imperatoris, Bonifacio, Regi Russiæ, in matrimonium collocauit, eidemque dotis nomine inter cætera munera, sex millia aureorum dedit. Carlettam Cypri, & Catherinam Bossinæ Reginas, Regnis, fortunisque omnibus spoliatas, & ad se confugientes, benignè suscepit, suaque munificentia subleuauit. Sicut etiam in complures alios à Turca infestatos Principes se liberalissimum ostendit, ac summa opera eosdem iuuare curauit. In publicis operibus construendis, vel reparandis Sixtus quartus verè maximus fuit. Vrbem Romam ante omnia sanè à situ, & cœno vindicauit, vijs Vrbis primùm munitis, & lateribus stratis, porticibusque, &

D mœnianis disiectis, quæ vias deformes, & inconcinnas redditas obscurabant. Pontem veterem Ianiculensem, quem Romani meritò Ruptum appellabant, publicè commoditati, & decori, à fundamentis, magna cura, & impensa, ex Tiburtino lapipe, restituit, suoque de nomine Sixtum vocari iussit, cum antea ab Antonino pio conditore, vt fama est, nomen haberet; opus certè omni antiquo Principe dignum. Hic Sixti Pons fuit incœptus ann. Dom. 1472. die 29. Aprilis, & sub anno Dom. 1479. fuit absolutus. S. Spiritus Xenodochium obsoletum, ac sordidum, & vetustate pœnæ collapsum totum, vsque ad solum disiecit; & pulcherrimis ædificijs in meliorem, & splendidiorem formam ampliauit. Et cum

E puellos expositos, puellasque ad pedes suos cum nutricibus prostratos vidisset, locum habitandi ijs assignauit; mandauitque puellas nubiles, maritis cum honesta dote locari, nonnullas verò religiosiores, infirmorum seruitio perpetuò dicauit. Nobilium quoque calamitate, & ægritudine motus, seorsum à promiscua plebe, loca idonea, decenterque ornata his attribuit. Religione deinde, & singulari pietate inflammatus, qua semper B. Virginem est prosecutus, nobilem Ædem, cum antiquo Cœnobio S. Mariæ de Populo Ordinis Augustinianorum à fundamentis erexit. Templum S. Mariæ de Pace, cum Monasterij parte, Canonicis Regularibus S. Augustini, ex Congregatione Frisonaria, Laterano

terano pulsis, media Vrbe de nouo ædificauit: nam Oliuerius Carafa, Neapolitanus ciuis, Archiepiscopusque, ac Presbyter Cardinalis tit. S. Eusebij Monasterium ipsum postea totum à fundamentis extruxit. B. Petri in Vaticano Basilicam ante repurgatam, marmoreis, & vitreis fenestris templo accommodatis, dilucidiorem reddidit, & ruinam sinistro latere minantem, additis lateritijs repagulis confirmauit. Basilicæ quoque Constantinianæ, & in ampliorem formam reductæ, latera strauit. Palatium vetus lateranense ruinosum resarciuit. Multas per Vrbem sacras ædes, vetustate labefactas, in his Sanctorum Apostolorum absidam, siuè tribunam, S. Petri ad Vincula, S. Susannæ, S. Vitalis, SS. Nerei, & Achilei, S. Balbinæ, SS. Quirici, & Iulitæ, S. Viti in Macello, S. Saluatoris Transtiberim, & alias multas sua impensa, vt ex eius insignibus, & elogijs liquet, refecit. Muros Vrbis multis locis, temporum iniuria collapsos restaurauit. Vtiliati Vrbanæ consulens, ductus aquæ Virginis, pœne confractos, climatos perpetuo fornice à monte Pincio ad Triuij fontem cum aqua perduxit. Cloacas Vrbis, qua sordes in Tiberim vehuntur, repurgatas firmauit. Marci Aurelij statuam æneam, equestrem, humili, & sordido loco iacentem in area Lateranensi, augustiore loco exposuit. Ædes Pontificias in Vaticano amplissimis porticibus deductis renouauit. Et nonnullis alijs varijs beneficijs sibi adeò Romam astrinxit, vt non iniuria ipsius alter Romæ conditor vocandus sit. A quarto sui Pontificatus anno Iubileum per totum Christianitatis orbem honorificè celebrauit, vt quandiù vitia delituerant recondita, statim corde contrito confessa Christi fidelibus abluerentur. Et licèt hic multos habuerit detractores (id quod viris sanctis proprium est) optimus tamen Pontifex fuit. Summa enim alacritate, & animarum custos extitit, & cupiditatem à se resecauit; & iras compressit; & malitias extirpauit. Idcircò ait S. Propheta Ioachim, *Respice donum*, idest Summi Romani Pontificis officium, *ne pigriteris senex, sed recipias potentissimè*, idest hilariter, ac prompto animo recipias. & non recuses. Et in Pontificia dignitate cōstitutus, *pensa de fine*, hoc est de corrigendis prauis Ecclesiasticorum moribus de pace componenda inter Christianos Reges, & de bello Turcis inferendo, qui per Christianorum prouincias grassabantur; prout Sixtus pensauit. Siquidem coronatus anno 1471. 8. Kal. Septembris ad rem Ecclesiasticam, Christianamque componendam animum adiecit, atque ante omnia Concilium Laterani se indicturum ostendit, in quo & res Ecclesiasticæ corrigerentur, & de bello Turcis indicendo tractaretur, quemadmodum Pius Papa secundus instituerat. Quam ob rem Cardinalium consensu Legatos summa cum potestate creauit, nempe Bessarionem Trapezuntium, Græcum, Constantinopolitanum, Monachum S. Basilij, Archiepiscopum Nicænum, Episcopum Cardinalem Tusculanum, sacrique Collegij Decanum, in Galliam; Rodericum Borgiam, Valentinum, Hispanum, Diaconum Cardinalem S. Nicolai in carcere Tulliano, S. R. E. Archidiaconum, & Vicecancellarium, in Hispaniam; & Marcum Barbum, Venetum, Episcopum Vicentinum, Presbyterum Card. sancti Marci, in Germaniam, & Pannoniam, qui desidentes inter se Principes ad concordiam reuocarent. Etenim Ludouicus vndecimus Galliarum Rex Burgundiæ, & Britanniæ Ducibus bellum intulerat; Ferdinandus Aragoniæ, & Portugalliæ Reges super Castellæ Regno armis certabant; Vngariæ, & Poloniæ Reges super vacante Boemiæ Regno

fini-

A similiter inter se bellum gerebant. Prioribus Legatis, quartum adiecit, nempe Oliuerium Cardinalem Carafam Neapolitanum, quem Classi maritimæ, in Turcas præparatæ, præfecit, magna cum impensa: singulis etenim in singulosquosque menses quingentos nummos aureos assignauit. Verùm Legati, qui ad Reges profecti fuerant, rebus parum fœliciter gæstis rediere. Oliuerius verò Cardinalis cum viginti quatuor triremibus Pontificijs, totidem triremibus Ferdinandi Neapolitanorum Regis, & quinquaginta Venetorum, bellum gerens, nihil præclare gessit, nusquam prodeuntibus ex Bosphoro in Ægeum hostibus. Smirna tantùm in Asia capta, incolæque omnes abacti: oppugnare siquidem Sataliam adorti erant, occupato per vim portu, refractaque catena ferrea, B cuius pars foribus Basilicæ Vaticanæ præfixa spectanda proposita, sed defendentibus acriter, qui in præsidio erant Turcis, prælium omittunt; atque ita re infecta abeuntes, plus terroris, quam calamitatis hostibus intulere; cum ferè omnium constans fama esset, Christianos eo anno Asiæ partem occupaturos fuisse, si ipsi mari, quemadmodū Vsuncassanus Persarum Rex terra, Turcas vexare voluissent. *& ad bonum dirige septigena*, alij *sceptrigeram* scribunt, & hæc Apuliæ Regnum interpretatur, *alia quidem non metuens.* Nihil enim Italiæ magis exitio fuit, quàm contentiones, C & bella pro Regno suscepta Neapolitano, tùm à Christianis Principibus, qui illud magnis calamitatibus afflixerunt, vt apud historicos est videri, tùm à Turca Mahomete, qui Constantinopolim cœperat, Paloponnesum, siue Moræam, & Bosnam expugnauerat; idemque de Rhodo Insula effecisset, ni Magnus Magister Petrus Daubuson acerrimè defendisset. verùm Insulam deprædatus erat, & magnam metalli vim abstulerat, ex quo sexcenta ferè tormenta bellica crassiora conflauerat; deinde furorem suum ad Regnū conuertit Neapolitanum, & Hydrunte capto, anno Dom. 1480 nedum Regnum, sed & Italiam omnem incredibili terrore compleuit; etenim exterminium minabatur: & ni manus Domini potentissimi percussisset illum ann. Domin. 1481. die 3. Maij in monte Tauro; nescio an fuissemus in libertate, qua sumus; adeòque erat armis, in-D genio, & viribus potens, vt vniuersos Italiæ Principes præcipuè Sixtum Pontificem de fuga sibi salutem quærere, cogitare compulerit eodem anno, quo Hydruntum occupauerat vnica impressione. Quapropter Sixtus, audito infensissimi Christiani nominis hostis obitu, Romæ in Burgo triduanas supplicationes indixit ad S. Petrum 4. Iunij Dominica videlicet, & secunda, & tertia ferijs sequentibus, quibus ipse cum Cardinalibus interfuit; & potiores Deo gratias egit, quàm ante præces Domino effunderat ad hostis superbiam clidendam, suamque sponsam, & Christianum populum ab omni Turcarum inuasione liberandum. *Tem-E pus etenim desuper illud redemit*; idest Sixtus contra Turcarum imperium, Mahometi mortem à Domino implorauit, vt liberatus à tàm truculento hoste, tempus, quod illi supererat, omninò sereret pro Dei Ecclesia, & Neapolitano Regno, quod à Turcis etiam post eorum Imperatoris obitum infestabatur, & nostris Hydruntum reddere renuebant. Liberato tandem Sixti quarti, & Alfonsi Calabriæ Ducis, Ferdinandi Regis primogeniti, virtute, Neapolitano Regno; à tàm crudelis tyranni potentia; à disceptantibus, & decertantibus Principibus liberari haud potuit, nisi post susceptum à Carolo quinto Romanum Imperium. *solùm tribus aureis circundantur anni*, idest spatium pensitationis Romani Pontificis

tificis Regno Neapolitano de perpetuam quietem inferendo, constat tribus Imperatoribus, Friderico tertio scilicet, qui imperauit à die prima Ianuarij 1440. vsque ad diem 19. Augusti ann. Dom. 1493. Maximiliano, qui ab obitu Friderici Patris vsque ad diem 12. Ianuarij 1519. & Carolo quinto, qui à die 28. Iunij 1519. vsque ad diem 12. Martij 1558. quo sponte per suum Procuratorem Imperio se abdicauit; nec non *vno denario stellas comple*, & vt in alijs opusculis legitur, *& vndenario stellarum completum*; idest vndecim Pontificibus dumtaxat completur. Nempe Innocentio 8. de quo mox, Alexandro sexto, ex Iberia Valentino, Roderico Borgia antea nuncupato, Sixti quarti successore, qui sedit à tertio Idus Augusti 1492. & ex mirabili lusu fortunæ obijt 15. kal. Septembris ann. 1503. Pio tertio Senensi, Francisco Piccolomineo antea dicto, Pij secundi Nepote, qui Pontificatum tenuit à 10. kal. Septembris ann. 1503. & vitam morte commutauit 15. kal. Nouembris eiusdem anni, Iulio secundo, Sauonensi, Iuliano Roboreo appellato, Sixti 4. Nepote, qui fuit Papa renunciatus kal. Nouembris ann. 1503. & è viuis excessit 9. kal. Martij 1513. Leone 10. Florentino, Ioanne Mediceo anteanominato, qui ad summum Pontificatum fuit euectus Idibus Martij ann. 1513. & fato cessit kal. Decembris 1521. Hadriano sexto, Traiectensi, è Flandria, qui absens præ nimia doctrina, & vitæ sanctitate, ad Apostolicum thronum fuit vocatus 5. Idus Ianuarij ann. 1522. & è vita discessit 8. kal. Octobris ann. 1523. Clemente septimo Florentino, Iulio Mediceo antea nominato, decimi Leonis patrueli, qui ad summum Pontificatum fuit promotus 13. kal. Decembris ann. 1523. & vita functus est 7. kal. Octobris ann. 1534. Paulo tertio, Romano, Alexandro Francisco antea dicto, qui Clementis septimi fuit successor 7. Idus Octobris ann. 1534. & decessit 4. Idus Nouembris ann. 1549. Iulio tertio, Hetrusco, è Monte S. Sabini, Ioanne Maria de Monte antea vocato, qui in summum Pontificem fuit cooptatus 6. Idus Februarij ann. 1550. & vitam cum morte permutauit 5. kal. Aprilis ann. 1555. Marcello secundo, Politiano, Hetrusco, Marcello Ceruino antea dicto, qui Pontifex fuit salutatus 5. Idus Aprilis ann. 1555. & Paulo quarto, Neapolitano, Ioanne Petro Carafa antea vocato, qui fuit euectus ad thronum Pontificium 10. kal. Iunij ann. 1555. & è vinculis corporis euolauit 15. kal. Septembris ann. Dom. 1559. Cæterùm quantas sub quinto Carolo, tertiæ auroræ Imperatore, Roma, & Italia ob Regnũ Neapolitanum passa sit calamitates, nemo non nouit. *Bene fini Sacramentum, quod amittes, admiratione recipis.* Et vt in alijs opusculis legitur, *Vni tandem fini sacratum, quod admiraris reliquisti*. Hoc est cum tempus hoc vndecim Pontificum transactum fuerit, tunc scias sacratorum, qui apud te sunt, prophanationem adfuturam. Haud falsus Vates, nam sub quinti Caroli Imperio, variæ hæreses, & contentiones sunt subortæ. Hæreses autem, quarum Antesignanus, & Princeps Martinus Lutherus, omnia sacrata, & sanctorum Martyrum reliquias, & sanctos, & Præsules, & vniuersum Clerum, & Ecclesiæ cæremonias, & venerabile, atque tremendum sacrificium, & quidquid in Ecclesia sacratum admiramur, euerterunt. Quin ne sacrati quidem sacratorum ratione habita, in sacratos desæuire omiserunt, quod Caroli Carafæ Neapolitani, Pauli Papæ quarti Nepotis, Diaconi Cardinalis tituli SS. Viti, & Modesti in Macello Martyrum, eo ipso tempore, de quo hic agit noster Abbas Ioachim, manifestè docet. Siquidem Carolus Carafa Diaconus Cardinalis existens, iussu Romani Ponti-

A Pontificis Pij Papæ quarti, qui duodecimus consecratus post Sixtum quartum numeratur, exactis illis vndecim, in Hadriani molem coniectus, & honoribus omnibus exutus, in eadē Hadriani mole carnificis manu, nocte quæ nonas Martij præcessit, ann. 1561. miserè strangulatus fuit, eam verò mortem non solùm religiosè, & piè, sed etiam fortissimè, tanquam à Deo missam Cardinalem Carolū excepisse dicitur. *Reliquisti placidè plantam à luctuatione*. Idest composuisti contentiones, & tumultus Italicos, *sequere vocantem ad præsentem gloriam*, annos enim tredecim, & dies quindecim, & vocationi incubuit, & piè pontificatum gessit. *Bene finisti diem in principijs*, ide st benè gubernasti sacrum Senatum, Populumq; Romanū, *Alfonsus Ciacconius in vit. Pauli 4. S. Carolus Carafa.*

B *bono fine comple vniuersam creaturam*, & vt in alijs opusculis legitur, *culturam, & ambulationes ambula cœlestes*, idest fac Pontifex officium, & verbo Dei fidelium corda confirma: nam si ita cursum tuum consumes, *in te supple erit principium bonorum, & finis*. Quasi diceret, qui ità complet, & suum cursum consumat, repositam gloriæ coronam, cui inest principium, & finis bonorum omnium, in Cœlis cum sanctis, & electis Dei, quam omnibus legitimè hac in vita decertantibus Deus Pater Domini Iesu Christi promisit, certissimè accipiet. Sixtus tandem diem suum clausit extremum in Vaticano palatio pridie Idus Augusti, noctis hora inter quartam, & quintam, cui Idus Augusti illuxerunt anno Domini 1484. ætatis suæ 70.

C die 22. adiecto horis 12. Pontificatus verò supra diem 4. anno 13. Multas Sixtus quartus sacras edidit constitutiones, decreuitque inter cætera, vt Dominicani, & Franciscani pacificè viuerent, posse quamlibet aduersantium opinionum in materia de Conceptione Virginis, sine peccato, & hæresis vitio credi. Multas veteribus solemnitates adiunxit, vt Conceptionis, & Oblationis, quæ Præsentationis communiter dicitur, Beatissimæ Virginis Deiparæ, Sanctorum Annæ, Iosephi, & Francisci, quas in Ecclesia celebrari iussit. Hic obiter in memoriam duco reuocandum, Sanctissimæ Conceptionis Deiparæ festum ab anno Domini 1330. Pontificatus Ioannis Papæ vigesimi secundi anno decimo quarto, Sacri nostri Cister-

D ciensis Ordinis exordij anno 232. Generalatus Guillelmi quarti de Valcellis, Cistercij Abbatis, anno 15. in aliquibus nostri Ordinis Monasterijs fuisse solemniter celebratum, & officium cantatum, vt in eiusdem Virginis Annunciatione. Patet hoc ex peruetusto instrumento authentico manuscripto, quod asseruatur in tabulario nobilissimi, & celeberrimi Monasterij de Sacramœnia, eiusdem nostri Ordinis, Segouiensis Diœcesis, haud longe dissiti à Fontidona, oppido insigni, & Comitatus titulo decoratur; & suis annalibus inseruit noster Angelus Manrique tom. 1. ad ann. Christi 1140, cap. 8. n. 13. Verùm non de Conceptione Virginis passiua intelligendum est festum à nobis celebratum esse ab eo anno; sed bene de

E Conceptione Virginis actiua, qua scilicet Virgo Deipara sine macula, & labe filium Dei concepit in suis castis visceribus. Neque hoc festum taliter intellectum fuit à Cisterciensibus primò celebratum, cum à prædicatione S. Iacobi Apostoli in Hispania solemnizatum testetur Flauius Lucius Dexter in suo Chronicon ad ann. Christi 308. cuius sub num. 9. ista sunt verba. [A Iacobi prædicatione celebratur in Hispania festum immaculatæ, & illibatæ Conceptionis Dei Genitricis Mariæ] Vide quæ scripsit hoc loco noster Franciscus Biuarius. Insuper Mellifluum Doctorem S. Abbatem Bernardum, Virginis deuotissimum, immaculatam Virginis Conceptionem, idest, præseruationem animæ ab originali peccato, non ne- *S. Bernard. in epist. 174.*

gasse in epistola, quam scripsit ad Canonicos Lugdunenses sub finem anni 1134. sed benè negasse B. Virginem fuisse sanctificatam ante animationem. Quantum autem in Ecclesia pondus habuerit scriptum Doctoris sanctissimi ea in epistola, ex eo facilè valet coniectari, quod constet Parisiensis Scholæ Theologos, ea visa, statim condemnasse errorem contrarium, vt memoriæ tradidit Albertus Magnus S.Thomæ Aquinatis Didascolus, qui Parisijs in re Theologica insignis habitus est sub Pontificatu Alexandri Papæ quarti, in 3. sententiarum, dist.8. art.3. & 4. [Dicimus] inquit Magnus Albertus loc. cit. [quod Beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem, & qui oppositum dicunt, est hæresis damnata à Beato Bernardo in epistola ad Lugdunenses, & à Magistris omnibus Parisiensibus] Hactenus Albertus; quippe à Bernardo Abbate Claræuallensi primo reprobatum, damnatumque, non dubitarunt ipsi condemnare: & meritò, nam cum subiectum peccati originalis primariò quidem sit ipsa essentia animæ; secundariò verò potentiæ illæ, quæ voluntatis imperio subsunt, & ad obsequium diuinum, atq; adeò ad subiectionem mentis erga Deum conferunt, vt docuit S.Thomas, sicut quoque iustitia originalis fuit primariò in essentia animæ, secundariò in eiusmodi potentijs: sequitur, vt antequam corpus formetur, & recipiat animam, quæ subiectum est primarium originalis peccati, nulla dari possit sanctificatio antequam corpus formetur, & animã recipiat, alioqui cogeremur asserere, Virginem habuisse sanctitatem antequam animam, quod est absurdum. Et Lutherani tantùm, ignorantes ea de quibus loquuntur, asseuerant peccatum originis in toto prorsus homine tanquam in subiecto esse, ità vt [à planta pedis] sic enim loqui consueuerunt [vsque ad verticem capitis non sit particula immunis à peccato originis.] Quinimmò contendit ineptissimus Martinus Kemnitius in examine sessionis 5. sacrosancti Cócilij Tridentini, ipsam etiam massam embryonis, antequam corpus formetur, & animam recipiat, originis subesse peccato. Merè commentitia isthæc sunt, & puerilia. Nam solùm potest esse originis peccatum in ea parte hominis, quæ ad oppositam iustitiam confert; cuiusmodi est anima, & eæ potentiæ, quæ voluntatis imperio reguntur. In semine verò, vel in embryone, vel in carne esse non potest, nisi causaliter; vt docet etiam S. Thomas loc.cit. art.1. & S. Anselmus, quem Bernardus iuuenis senem videre potuit; libro de Conceptu virginali, & peccato originali cap.3. Negauit itaque Bernardus Virginem fuisse sanctificatam ante eius animationem, sumendo Conceptionem, in vsu Doctorum illius temporis, nempe pro ipsa prima susceptione seminis. Quæ Conceptio, ne dum partui naturali, sed etiam abortiuo præsupponitur, & plerumque abortus contigit ante animatum fœtum. Animatio igitur conceptionem præsupponit, & inter se distinguuntur; vt apertis verbis docuit S. Anselmus, qui cum diffinisset loco citato, nullum peccatum etiam originale inesse semini ante animationem, vt explicet qualiter conceptio, quæ animationem præcedit, in peccatis dicatur, & immunda, capiti septimo hunc titulum præfigit? [Quod semen hominis dicatur immundum, & concipi in peccatis, quamuis in eo non sit peccatum] In corpore capitis hæc habet. [Videtur itaque sequi, quod aut infans statim ab ipsa Conceptione habeat animam rationalem, aut quod in eo non est originale peccatum, statim ac conceptus est. Quod autem mox ab ipsa Conceptione rationalem animam habeat, nullus humanus suscipit sensus] & tandè respondet,

Matth. Palmerius Florentin. in Chron. Eusebij Cæsariensis ad ann. 1257.

S.Thom. 1.2. qu.83. art. 2.

S.Thom. 1. 2. qu.83. artic. 1. S. Anselmus lib. de Conceptu Virginal. & pecc. origin. cap. 3.

A det, hominem dici concipi in peccatis, non quia in ipsa conceptione peccatum contrahat, cuius adhuc est incapax: sed quia in ea incurrit debitum peccati. Ad eum modum, quo verè dictum Adæ, [In quacunque die comederis, morte morieris,] nec tamen ea die morituro, sed eadem contracturo debitum mortis. Hæc pluribus Anselmus in eo capite, quibus & conceptionem ab animatione distinguit, & solam seminis susceptionem significare, ipso, quem conficit, discursu, manifestat. Eodem etiam sensu loquitur ipse Doctor Mellifluus in libro de anima cap. 2. dum humanam miseriam perpendit in hunc modum? [Fui enim] inquit, [in momento Conceptionis de humano semine conceptus; deinde spuma illa

B coagulata, modicū crescendo, caro facta est.] Sicut Anselmo Bernardus, ità Bernardo Doctores ætate posteriores consonant, in primis Alexander de Ales Minorita in 3. sentent. dist. 3. art. 4. Albertus Magnus Ordinis Prædicatorum 3. sent. dist. 3. art. 3. S. Bonauentura Minorita quæst. 1. art. 1. Doctor Angelicus eodem loco quæstiuncula 2. & 3. par. quæst. 27. art. 2. & omnes alij vtriusque Scholæ Doctores. Hæc ergo quæ nostro hoc sæculo certa sunt, & fixa, S. P. N. Bernardi tempore in dubium vertebantur: nec defuerunt, qui affirmatiuam partem tuerentur, nempe Virginem fuisse sanctificatam ante eius animationem, hoc est in ipsa cōceptione, seù seminis, ex quo concepta fuit, susceptione. Adeoq; præ-

C ualuit horum sententia in ea controuersia, vt Lugdunenses Canonici de dicta Conceptione (aliter maritalis copula dicenda erat) absque S. Sedis indultu, festum solemne instituerint. Quod cum percepisset Abbas Clareuallis Bernardus, exerto calamo, ad eos præfatam, equidem doctissimam, scripsit epistolam, festiuitatem redarguens, quæ tunc de nouo ab eis celebraretur. Bernardum autem negasse tantùm in Maria Conceptionem sanctificatam, sumendo Conceptionem pro seminis susceptione, ex eadem epistola patet. Nam in ea hæc ipsissima verba leguntur. [An forte inter amplexus maritales sanctitas se ipsi Conceptioni immiscuit, vt simul, & sanctificata fuerit, & concepta? Nec hoc quidem admittit ratio. *S. Bern. epist. 174.*

D Quomodo namque aut sanctitas absque spiritu sanctificante: aut Sancto Spiritui societas cum peccato fuit, aut certè peccatum quomodo non fuit, vbi libido non defuit? Nisi forte quis dicat, de Spiritu Sancto eam, & non de viro conceptum fuisse. Sed id hactenus inauditum. Lego deniq; Spiritum Sanctum in eam, non cum ea venisse, dicente Angelo, Spiritus Sāctus superueniet in te.] Et post pauca sequitur? [Si igitur ante conceptum sui sanctificari minimè potuit, quoniam non erat, sed nec in ipso quidem conceptu propter peccatum quod inerat; restat, vt post conceptam in vtero iam existens, sanctificationem accepisse credatur; quæ, excluso peccato, sanctam fecerit natiuitatem, non tamen, & conceptionem?] Ex

E adductis, & ex tota epistola liquidò constat Bernardum nullum fecisse verbum de Virginis Conceptione, secundum illam significationem, quā in Cathredis explicant Recentiores Theologi, dum probare quisque conatur, Virginem sacratissimam ab originalis peccati labe ab æterno fuisse à Deo præseruatam; sed tantùm de illa Conceptione, prout susceptionem seminis in vulua matris significat. Secundumque hanc significationem locuti sunt etiam quatuordecim illi Doctores nostri Cistercienses Ordinis, quos refert Vincentius Bandellus, atque ex Medina: dum docuerint Virginem in peccato esse conceptam, non vt animationem à peccato immunem impugnarent, quod Bernardus Pater non docuit: sed vt *Vincēt. Bandellus in tractatu de Concept. cap. 22. Medina 3. p. q. 27. art. 2.*

primam illam, rigorosam, & propriam conceptionem impugnatam à Bernardo, cum ipso peccato, idest debito peccati obnoxiam profiterentur. Cæterum, licèt, priori quæstione obliterata, aliter à recentioribus disputetur: non defuere tamen, qui S. Bernardi Abbatis mentem callerent. Nouissimè Franciscus Biuarius Mantuæcarpetanus, Monachus nostri Ordinis Cistercienfis, speciali de illa libello, edito Lugduni ann. Domini 1624. typis Iacobi Cardon, & Petri Cauellat, sub titulo [Sancti Patres vindicati in causa immaculatæ Conceptionis.] & alij multi ex nostris. Ex alterius Instituti Patribus primus certè extitit R.P. Don Henriques de Hassia, iunior, Monachus Carthusianus, qui circa ann. Domini 1330. ferè ducentis annis post scriptam epistolam, cum iam inciperet pati ab interpretibus, scripto, publicatoque libello, cui hic titulus [Contra disceptationes, & contrarias prædicationes fratrum Mendicantium, super Cōceptione S. Mariæ Virginis, & contra maculā S. Bernardo mendaciter impositā.] Meminit libelli huius Anton. Posseuin. Societ. Iesu in Apparatu sacro, tom. 1. littera H. Videtur autem huiusce libelli titulus ad imposturā adludere illam, qua dicitur, Bernardum apparuisse post mortem in magna gloria: macula tamen in pectore notatum, ob Deiparæ impugnatā conceptionem. Huius imposturæ Auctor extitit Nicolaus quidam, qui ex Monasterio Arremarenfi ad Clareuallenses transiens, ob probos in speciem mores, ingenium acre, & vividum, stylum dulcem, atque suauem, Notarius euasit Doctoris Melliflui. At dum se deinde multis criminibus deprehensum nouit: nempe super falsitatis reatum in duobus sigillis S. P. Bernardi Abbatis, & in altero Prioris, præter plures epistolas scriptas ad diuersos vtriusque nomine; violatorum votorum castitatis, paupertatisque, atque aliorum non inferioris notæ criminum, post sexennium inter Clareuallenses peractum, hoc est ann. Domini 1151. è Monasterio Clareuallen. & è tota Gallia, in Angliam in Monasterio S. Albani se recepit. Est S. Abbatis ad Eugenium Papam contra ipsum epistola, digna quidem, quæ ante prælatorum oculos, & præ manibus semper circūferatur. Est in ordine epistolarum 298. Hæcque sunt formalia. [Nicolaus ille exijt à nobis, quia non erat ex nobis. Exijt autem fœda post se relinquens vestigia. Et ego longè ante hominem noueram, sed expectabam, vt aut Deus eum conuerteret, aut instar Iudæ ipse se proderet. Quod & factum est. Præter libros, denarios, & aureos multos, in ipso exitu eius inuenta sunt super eum sigilla tria: vnum eius proprium, alterum Prioris, tertium nostrum: ipsumque non antiquum, sed nouellum: quod ob ipsius dolos, & furtiuas subreptiones mutare nuper coactus fueram. Hoc enim est, quod vobis tacito nomine scripsisse me memini, quia videlicet periclitati sumus in falsis fratribus. Quis possit dicere, ad quam multas personas sub nomine meo, me ignorante, quæ voluit, scripsit? Quis mihi det, vt ipsa Curia vestra ad purum purgetur fœce mendaciorum eius? Quis mihi det, vt vel eorum innocentia, qui mecum sunt, satis valeat excusari, apud circumuentos, & præuentos imprudentissimis eius mendacijs. Vobis quoque aliquoties in eadem falsitate scripsisse, & non semel, partim & confessus est. De turpidinibus eius, quibus terra sordet, & factæ sunt omnibus in parabolam supersedeo polluere labia mea, & vestras aures. Si ad vos venerit (nam hoc gloriatur, & amicos se habere confidit in Curia) mementote Arnaldi de Brixia; quia ecce plusquam Arnaldus hic: nullus perpetua dignior inclusione, nihil ei perpe-
tuo

Franciscus Biuarius in Bernardo vendicato.

Henriques de Hassia Carthusianus.

A tuo silentio iustius?] Hactenus Bernardi epistola, cuius vltima verba sunt valdè notanda [Nullus] inquit [perpetua dignior inclusione] ad indicandam flagitiorum Nicolai multitudinem, & grauitatem, pœna enim perpetui carceris peruersi, decoctique homines puniri solent, & addit. [Nihil ei perpetuo silentio iustius.] Ad ostendendum magnas blasphemias, quas cor suum eructaturum erat in Sanctum Domini: quas non ausus erat dicere Arnoldus Brixianus, tanquam hæreticus in Lateranensi Concilio ann. 1139. ab Innocentio secundo damnatus, & ab Italia pulsus: pro eo quod dicendi facultate præualens, nouitatis studiosus, prauas serere in Ecclesia opiniones, de Sacramentis Altaris,& Baptismi, B vt refert Otho Frisingensis in lib. 2. de rebus gestis Friderici; sed de Ecclesiasticis omni dominio,& possessione abdicandis plausibiliora dogmata, quibus & Principes, & vulgus (vtrumque auidum genus) solicitauerat; adeo vt Romanum Populum aduersus Innocentium concitauerat abijciendo Pontificis Imperio, & pristino Senatui reuocando: & cuius verbis,& concionibus adeò aliquando plebs fuit irritata, vt Guidonem Cardinalem, ad Pontificem proficiscentem, media sacra via, nefarij aliquot ciues aggressi, vno, atque alio vulnere illato, ad necem pœnè confecerint sub Pontificatu Hadriani Papæ quarti, sub quo debito supplicio affectus, Aruoldus vitam finiuit ann. Domini 1155. De Arnoldo hæc in- C ter cætera Bernardus in epistola ad Episcopum Constantiensem. [Arnoldum loquor de Brixia, qui vtinam tam sanæ esset doctrinæ, quam districtæ est vitæ. Et si vultis scire, homo neque manducans, neq; bibens, solo cum Diabolo esuriens, & sitiens sanguinem animarum. Vnus de numero illorum, quos Apostolica vigilantia notat, habentes formam pietatis, virtutem illius penitus abnegantes. Et ipse Dominus: venient (inquiens) ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Is ergo vsque ad hanc ætatem vbicunque conuersatus est, tam fœda post se, & tam sæua reliquit vestigia; vt vbi semel fixerit pedem, illuc vltra redire omninò non audeat. Denique ipsam, in qua natus est, D valde atrociter commouit terram, & conturbauit eam. Vnde & accusatus apud Dominum Papam schismate pessimo, natali solo pulsus est, etiã & abiurare compulsus reuersionem, nisi ad ipsius Apostolici permissionem. Pro simili deinde causa,& à Regno Francorum exturbatus est schismaticus insignis. &c.] & ad Guidonem Legatum scribens, inquit. [Arnaldus de Brixia, cuius conuersatio mel,& doctrina venenum, cui caput columbæ, cauda scorpionis est, quem Brixia euomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abhominatur, Italia non vult recipere, fertur esse vobiscum.] Hæc ex S. Bernardo ideo adiecimus, vt coniectetur malignitas Nicolai, quem [plusquam Arnaldum schismaticum] fecit dicta E in epistola ad Eugenium Papam. Quæ, & quanta disseminauerit post fugam vilis Apostata Nicolaus, argumento sunt epistolæ detrahentes Bernardo à tertio Alexandro in terris Sanctorum Cathalogo tunc ascripto & in Cœlis glorioso, quas ex Anglia,& Monasterio S. Albani, in Galliã ad Petrum Abbatem de Cella, dum Monasterij S. Remigij clauum tenebat, misit; & nisi fortè fortuna inter alias eiusdem Abbatis Petri Cellensis inuentæ fuissent, neque de suis dictis, aut scriptis notitia aliqua haberetur, tantæ erat prauæ opinionis, & famæ. Sopitam ergo iam de Immaculatæ Virginis Conceptione controuersiã suscitauit, tractatumq; edidit, non tàm pro Maria, quàm in Bernardũ,& in Cisterciũ: huius nugas, & næ-

nia,

Otho Frisingensis de rebus gestis Friderici lib. 2. cap. 20.

S. Bernard. in epist. 195.

Idem epist. 196.

nia, (nam sic vocabat) ; illius verò sanctitatem, & doctrinam carpens. A
Immò in totam Gallicanam nationem audacter arietizans, nulli parcens
S.Bernar.epist.293. conuitio, aut detractioni. Nicolao rescripsit Petrus Abbas Cellensis, ad
Monasterium S.Remigij translatus, Bernardi Sancti familiarissimus, & ad
quem directa legitur Sancti epistola 293. Rescriptum Petri est.
Petrus Abbas Cellensis lib.6. epist.28. [Petrus Sancti Remigij, Nicolao Monacho S.Albani. Vacui, aut vacā-
tis animi esset, singulis, quæ in litteris tuis sunt, recapitulatis, sigillatim ad
verbum respondere. Summam itaque responsionum mearum constrin-
gens, & potioribus epistolæ tuæ dictis adstringens, pacis, & bonæ patiē-
tiæ pactum prius hinc, inde interpono; ne quis nostrum cuiuslibet com-
motionis scintilla, pro quolibet verbo aduratur, vel inflammetur. Sola B
mihi S. Bernardi iniuria donatur, & quæcunque, & vndecunque vis, ia-
cula conglomera, siue vt meam rusticitatem confundas, siuè vt de sensu
meo vilissimas sententiarum quisquilias excutias; siue vt tesauros tuos
homini pauperi aperias, siue vt nescientem doceas, & sensus tuos fortis-
simis assertionum repagulis stabilias. Aggredior itaque phantasmata tua,
lenocinantia quidem pulchritudinis specie, sed titubantia stabilis funda-
menti egestate. Quidquid enim scripturæ vasibus authoritatum non
supportatur, nullius roboris stabilitate fulcitur] Iactenus velut de subie-
cto totius operis contra Bernardū magis, quā pro Maria: de quo vt appa-
ret, ante hanc epistolā, vltrò, citròq; missæ aliæ creburant. Quæ pro sua C
natione Gallicana Petrus Abbas Cellēsis respōderit audiamus. [Nec indi-
gnetur Anglicana leuitas, si ea solidior sit Gallica maturitas. Insula enim
est, circumfusa aqua, vnde huius elementi propria qualitate eius incolæ
non immeritò afficiuntur; & nimia mobilitate in tenuissimas, & subtiles
phantasias frequenter transferuntur, somnia sua visionibus comparan-
tes, ne dicam præferentes. Et quæ culpa naturæ, si [illegible] est natura ter-
ræ? Certè expertus sum somniatores plus esse Anglos, quàm Gallos. Ce-
rebrum namq; humidius, fumicitate stomachi, c[illegible] madefactur; & quasli-
bet imagines in seipso depingit, quæ animali v[illegible]ture, vtcunque spirituali
deferuntur, & ex occupatione omnium, tàm naturalium, quàm anima- D
lium, seù spiritualium virtutum, infra iudicij veritatem contingunt, vt
phantasmata, seù somnia appellentur. Non sic cauernosa, non sic aqua-
tica Gallia, vbi sunt montes lapidei, vbi ferrum nascitur, vbi terra suo
pondere grauatur. Quid ergo? non citò à suo sensu mouetur, & verita-
tis auctoritatibus tenacius innititur.] Hæc pro Gallica natione Petrus.
Pro Bernardo Sancto autem audi quæ scripsit. [Petra (inquit) scandali
est, quod Beatissimum Bernardum debita exuis veneratione: & verborū
iacula post eum emittis, tanquam famam eius possis extenuare, vel glo-
riam euacuare. Bona fide, quā te diligo, & fidelissima charitate laudo,
consulo, & rogo, ne amplius in Cœlum ponas os tuum: quia nisi caueris E
tibi, in caput tuum recasurus est lapis, quo ferreum vis penetrare Cœlū.
An excidit à mente tua omni Sancto competere: flagellum non appro-
Psalmo 90. pinquabit tabernaculo tuo? Super quē certè ceciderit lapis iste incautè
missus, conteret eum. Subrides, & fortè non dum correctus labia mor-
des; quæ inquiens, huius Bernardi sanctitas, quæ religio, quæ meritorum
prærogatiua? Nullus sum ego ad illius sancta præconia referenda. Vita
eius, fama eius, opera scripta, miracula, fides, spes, charitas, castitas, ab-
stinentia, mortificatio demum in membris eius, sermo, vultus, habitus,
& gestus eius, & his similia, ipsa sunt, quæ testimonium perhibent de eo.
Præ-

A Præmitto ista omnia; si non dum emolliri cor tuum potuit, vnum est, in quo, clauis in altum defixis, arbitror me, te apprehensurum, & in amorem Sancti Bernardi liquefacturum. Alumnus enim familiarissimus fuit Dominæ nostræ, cui non vnam tantum Basilicam dedicauit; ad cuius laudẽ politissimos tractatus, & facundos composuit. Si ergo potes tangere pupillam oculi Dominæ nostræ, scribe contra Bernardum suum, cui loquitur ipsa, Qui tangit te, quasi qui tangit pupillum oculi mei.] Pro Cistercio vero subiunxit inquiens? [Cistercientium quoque nugas nescio; quo præ alijs mortalibus, serijs, & sine fine mansuris intendere video. Hi sunt, qui regulam B. Benedicti penè combustam, sicut Esdras veterem legem, B restaurarunt. Hi, qui cum Apostolo Corinthijs, idest agricolis, & rusticis sæcularibus, onerosi: sed proprijs manibus laborantes, se, & alios pauperes pro posse exhibent. Claustra illorum castra Dei sunt, vbi nocte in psalmis, & orationibus, parati sunt suscitare Leuiatam, qui sub vmbra dormit in locis humentibus; & in die in agro Hiericho Principi militiæ occurrunt, qui tenet gladium bis acutum; vt superflua resecet cogitationũ, & operationum. Quærunt ergo cum Iosue dicentes: Noster es, an aduersariorum? vtilis quæstio, & ineffabilis solutio, vtrum Deus pro nobis, an contra nos. Si autem contra nos, quis pro nobis? Ampliorem prouocat amorem, si pro nobis; solicitudinem, & timorem, si contra nos. Po-C namus itaque animum nostrum in manibus nostris, si contra nos: quia & si horrendum incidere in manus Dei post sæculum; melius est tamen incidere in hoc sæculo propitiabili, quàm in manus Dœmonum: dicamus itaque cum Iob: Etiam si occiderit me, in ipso sperabo. Hæ sunt nugæ Cistercientium] Tandem inter cætera ad suscitatam Conceptionis controuersiam pertinentia, ait [vtinam salua veritatis auctoritate; lance communis Concilij hæc Domina, & moderatrix totius Christianitatis Conceptionem Virginis librasset, & approbasset, & à mari vsque ad mare hanc propagasset; Sole idest Apostolico, ac Luna, idest Curia Romana præeunte, tam securè, quàm expeditè, in lumine vultus eorum, gressos D meos ponerem, & disponerem, ex hoc videns vitare lubricum, & sequi solidum, & securum.] Non destitit propter hoc Apostatæ audacia, procacitas, petulantiaque; immò cum se à Petro retusum vidisset, nouum alium tractatum, in modum Apologiæ composuit ex nugis, & somnijs: quo præfatum de Bernardi macula publicauit figmentum insigne, ob impugnatam Mariæ Virginis Conceptionem, & Bernardum, & Ordinem Cisterciensem deturpans; eamque ad eundem Petrum S. Remigij direxit. [Inuentionis palliatæ saturatus opprobrio, & ironico crapulatus à vino, verè putabam me missionem accepisse, & fœdus iàm cum silentio pepigisse. Quid senserim sanè de priuilegio singularis integritatis in Virginum E Virgine, scripseram, & metam ibi fixeram, & ecce meus Petrus de noua materia, nouum suscitat ex insperato bellum; & omnes Virginis domesticos prouocat ad indignationem, & doctos in lege Domini ad præsumptionis minus Catholicæ contradictionem?] Hæc Nicolaus in exordio ad Petrum, cuius rescripto respondebat. At in Beatissimum Bernardum paulò infra sic. [Ad petram verò scandali de corde vestro tollendam, plusculum est immorandum; quia res exigit, vt palam faciam, quod clarè proposueram. Sanctus ille Bernardus, quem dicitis me debita exuere veneratione, & post eum verborum iacula emittere, quondam Sãctorum Cathalogo adscriptus, nuper est in Ecclesia canonizatus, & ab humano

Lib. 9. epist. 9.

judicio

iudicio exemptus ?] & post pauca[sequitur?[sed ne putes me magis pertinaci, quàm bona conscientia dicere, quæ dico, audi quid ab ipsis Cisterciensibus vera religione præditis, & Virginem in veritate diligentibus, acceperim de S.Bernardo; quorum nomina abscondi sub modio, ne odiosos faciam fratrum suorum Collegio. In Clareuallensi Collegio quidam Cōuersus bene Religiosus in visione noctis vidit Abbatem Bernardum niueis indutum vestibus, quasi ad mamillam pectoris fuluam habere maculam. Quem ex admiratione tristior alloquens. Quid est, inquit, Pater, quod nigram in te maculam. Quem ex admiratione tristior alloquens. Quid est, inquit, Pater, quod nigram in te maculam video? Et ille. Quod de Dominæ nostræ Conceptione scripsi non scribenda, signum purgationis meæ, maculam in pectore porto. Frater visa Conuētui innotuit, & aliquis fratrum in scriptum redegit. Relatum est in Generali Cisterciensi Capitulo, & de communi consilio scriptum perijt incendio; maluitque Abbatum vniuersitas Virginis periclitari gloriam, quàm S.Bernardi opinionem.] Hæc Apostata Nicolaus contra Sanctum Doctorem Bernardum, ac contra vniuersum sacrum Cisterciensem Ordinem. Ad omnia iterum respondit Petrus S.Remigij: verum Nicolaum deridens, quod tale mendacium, figmentum, somniumque scripserit, ne mendacio pretium aliquod ex suo responso daret, tantùm inquit. [Euangelio, non somnijs, de ipsa credo;] hoc est de Virgine sacratissima, ob quam Bernardus signo pectorali maculatus ostendebatur. Plura qui velit, Petri Cellensis opera legat, & inueniet tum Nicolai, tum eiusdem Petri scripta. Aduersus Nicolaum scripsit etiam B.Gualterus Daniel, nostri Cisterciensis Ordinis Monachus, Anglus, B.Ailredi Rieuallensis Abbatis Diaconus, qui, regnante in Anglia Rege Henrico huius nominis secundo ad superos euolauit ann.Dom.1170. vt ex Lelando notauit Ioannes Pitsæus. Cæterum Virginem sacratissimam, à labe originis præseruatam Bernardus ipse prædicauit serm.13. de Cœna Domini, apertèq; docuit hisce formalibus. *Non est in filijs hominum magnus, vel paruus tanta præditus sanctitate, nec tanto priuilegiatus honore, qui in peccatis non fuerit conceptus, præter matrem immaculati, peccatum non facientis, sed peccata mundi tollentis, de qua cū de peccatis agitur nullā prorsus volo habere quæstionē.* Et ab ipso sui ortus exordio Cisterc.familia semper coluit Conceptionē Mariæ in hisce Calabriæ, & Lucaniæ partibus præcipuè, antiphona singulo quoq; Sabato ab immemorabili tēpore decātata [Tota pulchra es Maria, & macula originalis nō est in te &c.] Hæc pro Mellifluo Doctore, Ordineque Cistereiensi dicta sint occasione solemnitatis Immaculatæ Conceptionis à Sixto quarto institutæ. Figuram modò Vaticinij expono. *Pontifex sedens infulis indutus, librumque manibus tenens*, Sixtum quartum Doctorem, verbiq; Dei concionatorem egregium significat. *Cidaris, à duobus Angelis tenta expansa post caput Pontificis*, denotat eundem Pontificem re vera fuisse optimum maximum, & dignum vt ab omnibus veneretur, laudeturque.

Ioannes Pitsæus tomo 2. ad ann. 1117.

A B C D E

A

V A T. XXX. ET VLTIM.

Innocentium octauum prædicit.

Reuerentia,

B

C

D

Bonam vitam inuenisti: ab ingloriatione, ac virtute autem accepisti, plusquam à fortuna; sed nequaquam virtuosam lucraberis gratiam. Inuidia enim con-
E *tingens iudicia sibi nocentia; non priuaberis à sorte desuper: Veh Ciuitas sanguinum vniuersa mendacij dilaceratione plena, non recedet à te rapina, vox impetus rotæ, & equi frementis.* Hoc vltimo nostri Prophetæ Ioachim de Summis Pontificibus vaticinio, Innocentius Papa octauus, quarti Sixti successor, describitur. Innocentius itaque Patria Ianuensis, è nobilissima Cibò familia, Ioannes Baptista antea vocabatur. Hic inter ministros tum Alfonsi, tùm Ferdinandi Neapolitanorum Regum existens, rem habuit quadam cum muliere nobili, vt Auctor est Panuinus, quam sibi matrimonio iunctam asserit Ciaconus ex qua legitimè Franciscum, Theodorinamque suscepit: vnde ea mortua, Neapoli, parua Regis Ferdinandi *Honufrius Panuin. in eius Vita.*

T satisfa-

satisfactione, secedens, Patauium concessit, vbi litteras didicit. Inde Romam pergens, longo tempore contubernalis extitit Philippi Calandrini, Sergianensis, Nicolai Papæ quinti ex Matre fratris, Cardinalis, Episcopique Bononiensis. Tantam autem gratiam inuenit coram oculis Philippi Calandrini, vt ne dum proprij corporis, rerumque suarum curam crediderit; sed & per omnes gradus ad Episcopatum vsque prouexerit. Factus ergo à Paulo secundo Sauonensis Episcopus, & mox à Sixto quarto in domesticum, & Datarium adscitus, vsque adeo industrium, fidum, vigilantemque, ac integrum se ostendit, vt à Sauonensi ad Melphitensem Episcopatum ab eodem Sixto translatus, etiam summo Purpuratorum omnium consensu, nec minori gratulatione, anno Dom. 1473. nonis Maij Presbyter Cardinalis tituli S. Balbinæ fuerit renunciatus, & post S. Cæciliæ, ac S. Laurentij in Lucina. Tandem Sixto quarto è viuis exacto, sub nomine Innocentij octaui ad Principis Apostolorum sedem conscendit 4. kal. Septembris ann. Dom. 1484. *Bonam* (itaque) *vitam* (Innocentius octauus) *inuenit*; quam *ab inglorlatione*, idest humili seruitute facta Cardinali Calandrino, *ac virtute* propria *accepit* potius *quàm à fortuna*. Pontifex factus inauditam, ipsique innatam humilitatem, quæ non minus in eodem iam Pontifice, quàm in omni anteacta vita excellenter emicuit, visus est retinuisse. Homo affabilis, mansuetus, eloquio facundus, humanus, facilis, & suauis erat. Quanta autem sermonis dulcedine, & elegantia, quanta pespicacia, atque memoria, quàm aptis rationibus, & postulata colligeret, & repetentibus responderet, nemo inquam sine admiratione potuit audire. Sui perspicacitas ingenij tanta erat, vt altiora rimanti facillime innotescerent. Nec defuit illi verborum lepor, non iniucundus, multis salibus cultus, cum tempestiuum erat. Siue in concedendo, siue in negando, illud obseruabat, quod Principis est proprium, scilicet vt neminem à se tristem dimitteret. Ad subditorum commoda, ad tuendam Ecclesiæ dignitatem, ad rebelliones delendas, ad religionem propagandam, mentem, curam, ac diligentiam conuerterat. Singulos Christianorom Principum oratores, cum in sui Pontificatus principio cum de more salutatum venirent, de pace, communique concordia diligenter agebat; suadens armis Templa profanari, funditus demoliri, Dei cultum intermitti, Vrbes diripi, puellas incœstari, fruges, & bonorum quodcunque genus populari. Hæc & similia sæpè repetebat etiam suauissimo litterarum genere; & veteres factiones inter Vrsinos, & Columnenses totis viribus nitebatur extinguere. *Sed nequaquam virtuosam lucratus est gratiam*; idest pro eo tunc pax inter eos inita non fuit. *Inuidia enim contingerunt indicta sibi necessia*; Nam spretis Pontificis monitis, cũ graui morbo ipse in lecto aliquando detineretur, Vrsini Proceres, Virgilio, & Paulo auctoribus, fulcitatis vereribus factionibus, arma Columnensibus, quorum principes erant, Prosper, & Fabritius, arma intulerunt. Quapropter Romana *Ciuitas sanguinum vniuersa mendacij dilacerationis plena, rapinam, flagellum, rota*, idest ignis, *& equi frementis impetum subiuit*. Siquidem intestinis bellis, & seditionibus, neglectis Pontificis Innocentij, qui conualuerat hortationibus, lacerabant Proceres antedicti non sine maximo, & lacrymabili Vrbis, & finitimarum Vrbi regionum damno & clade. Adeòque in mutuam perniciem exarserant, vt omnia non sine cædibus, rapinis, incendijsque transigerent, Romanorum ciuium bonis vbique direptis, Innocentio frustra reclamante. Eo etiam bello, Insula, Can-

Alfonsus Ciacconius in Vit. Innocentij 8.

Ciaccon. in Vita Innoc. 8.

A B C D E

A Campagnanum, Gallerea, Braccianum, Cæreuetus, & aliquot alia Vrsinorum oppida à Columnensibus direpta. Verum tandem aliquando Innocentius *non fuit priuatus à forte desuper*, idest non fuit esclusus à Deo, quin Vrsinorum, & Columnentium, ac omnium Regum, Principumque Christiani Orbis animos conciliaret, quod certe videbatur difficillimum. Adeò namque summa sua diligentia, zelo, virtuteque præualuit; vt ne dū Vrsinos, & Columnenses conciliauerit; sed & fœdus inijt inter Ferdinādum Neapolitanorum Regem, (cum hoc enim acriter propugnauerat Pontifex, pro eo quod census Ecclesiæ soluere renuebat, de rebus Ecclesiasticis ad libitum disponebat, & in Regni Proceres sæuiebat) Venetos, B Florentinos, Ducemque Mediolanum, & Papam ipsum. Pacem itē conciliauit inter Iacobum Regem Scotiæ, & filium eius, & Regna Hispaniæ, cum magna discordia esset inter eos. Ad pacem redegit Sigismundum Austriæ Ducem, & Venetos, qui bellum diù gesserant ad confinia Comitatus Tyrolis. Res sane admirabilis fuit, tot discordes animos in vnam concordiam copulare. At dum sistestat *reuerentia* obedire non poterant recusare. Pro totali Vaticinij explicatione, & comprobatione subiungimus, Zizimum (ab aliquibus Giemes appellatur) Baiazethis secundi Turcarum Imperatoris fratrem, & Mahometi secundi, qui orientale nostrum Imperium extinxit, filium, apud Prussiam, Bithiniæ Vrbem de Im- C perio certantem, victum, & profugum, subsidium Christianorum imploraturum, Rhodum primò, deinde Romam ad Pontificem Innocentium deuenisse. Nec multò post Baiazethem, Legatis ad Pontificem missis, Vrbem Hierosolymitanam, quatenus fratrem Zizimum sibi dedat, vltrò obtulisse. Innocentiumque, ne datam Zizimo fidem violaret, Baiazethis, & munera, & amicitiam repudiasse. Quis autem fuerit Zizimi accessus in Vrbem, Matthæus Bossus Veronensis tunc præsens tradidit hisce verbis, quæ leguntur apud Ciacconum in huius sanctissimi Pontificis vita. [Solemni] inquit Bossus [prompta, (Zizimus) exceptus, tota Vrbe spectāte. Incessit enim per speciosiores vias, insigni insidens equo, mediusque D inter Franciscum, Pontificis filium, & Magni Magistri Rhodiorum Equitum fratrem: denique in palatium Vaticanum deductus est, ibique honorificè habitus. Non multos post dies, publicum in Consistorium deductus, ad Pontificis Maximi conspectum, conspicuo in throno sedentis, neque flecti ante illum, neque deosculari ex more pedes, vt, qui præsunt sacris ritibus, & cæremonijs, illum edocebant, nullo passus est modo ille, qui sub patre Mahomete, tantum Christiani sanguinis effuderit sæuus, & impius, quantum riuus egeret. Aspectus Barbari Zizimi, sæuus, & truculentus, corpus compressum, & corpulentum, ceruix lata, pectus vastum, & prominens, statura vltra quam mediocris, habens, & oculorum E alterum luscum, ac toruum, nasum aquilinum, caput inquietum semper, omnia collustrans, & tanquam minax inspectans, ætas illi, vt videbatur anno quadragesimo proxima. Patrem (cuius imago cælata ære sæpè videtur) ad vnguem referens, & vt indole, sic & moribus pessimis, insigni atrocitate, atque sæuitia æquans.] Hæc Bossus. Vixit Zizimus toto deinceps Innocentij octaui Pontificatu Romæ in palatio Vaticano honesta custodia. Cuius ad substentationem Baiazethes, Constantinopolitanus Imperator, frater eius, quadraginta aureorum millia annuatim suppeditare non destitit. Dum aduersus Turcam tres formidabiles exercitus disponebantur à Pontifice, quorum primus ducebatur à Friderico, &

Matth. Bossus Canonicus Veronensis.

Massi-

Maſſimiliano Imperatoribus; ſecundus conduceretur à Rege Hungariæ, A
& tertius maritimus regeretur ab ipſomet, cum claſſe potente, aſſociato vno trium Regum Galliæ, vel Caſtellæ, vel Angliæ, cum parte Collegij Cardinalium, quæ annum vnum integrum exigebant: grauis morbus, & inuida mors, impediuit digniorem expeditionem, quæ vnquam in Chriſtiano Orbe fuit tentata, & Sanctiſſimum Pontificem è medio ſuſtulit 8.kal. Auguſti, hora noctis 5. Anno Domini 1492. ſuæ ætatis 60. ſui vero Pontificatus anno 7. menſe 10. die 27. ſepultus iacet Innocentius octauus in S.Petri Vaticana Baſilica. Patet ex dictis, figura quid ſignificet. *Papa offerens mitram ſuam vulpi, profuga, cornuta, & coronata, ſtans ante Pontificem verſa facie*. Eſt Innocentius octauus, qui Zizimo profugo B
totis viribus aduerſus Baiazethem ſe auxiliaturum, ſpopondit. Vtinam tam immani, & truculenti hoſtis repreſſa fuiſſet audacia in tempore opportuno, & facta fuiſſet reconciliatio in tempore iracundiæ Chriſticolarum Principum. Quod vtrunque nobis concedendo indulgeat ille qui ſolus poteſt. Amen. Amen. Fiat. Fiat.

F I N I S. C

VITA B. IOANNIS A CARAMOLA TOLOSANI,

CONVERSI SAGITTARIENSIS MONASTERII,

CONGREGATIONIS

B. MARIAE VIRGINIS

Vtriusque Calabriæ, & Lucaniæ, Sacri Cisterciensis Ordinis;

COLLECTA PER REVERENDISSIMVM PATREM

D. GREGORIVM DE LAVRO

S. T. D. eiusdem Venerabilis Monasterij, Congregationis, & Ordinis Abbatem, ex Officio, quod quotannis in die festo ipsius Sagittariensi in Ecclesia celebratur.

AD ILLVSTRISSIMVM, ET EXCELLENTISSIMVM DOMINVM

D. CAROLVM SANSEVERINVM

COMITEM CLARIMONTIS,

ET IN LEVCAE PROVINCIA PRO CATHOLICA MAIESTATE PROREGEM.

NEAPOLI, Typis Nouelli de Bonis Typographi Archiep. M. DC. LX.

SVPERIORVM LICENTIA.

SVMPTIBVS IOANNIS ALBERTI TARINI BIBLIOPOLAE.



Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino

D. CAROLO SANSEVERINO

COMITI CLARIMONTIS,

Et pro Catholica Maieſtate in Leucæ Prouincia Proregi vigilantiſſimo, Mœcenati Optimo, ac Domino Clementiſſimo.



LLORVM mos eſt antiquus, qui ad Cleanthis lucernas elaboratas vigilias in lucem dare proponunt, ſub patroni alicuius auſpicijs eas euulgare; atque hoc duplici ex cauſa, tùm ſcilicet ne pateant detrahentium, & nugiuendulorum inſultibus; tùm etiam, vt ſplendorem ſuo addant operi non vulgarem. Quare cogitanti mihi, cuinam dicarem meas lucubrationes in Vitam Beati Ioannis à Caramola huius Sagittarienſis Monaſterij Conuerſi, Tu Comes Excellentiſſime duplici etiam ratione protinus occurriſti; prima tanquam cunctarum virtutum compendium. Quis enim morum candorem, ſuauitatem, grauitatem, totiuſque vitæ integritatem; quis prudentiam, ſolertiam, conſilium, frugalitatem, iuſtitiam, æquitatem, vniuerſam ſcientiarum eruditionem, omnigenam denique dexteritatem in te vno non colat, & recolat? quis vnquam ſatis digno elogio proſequatur? vt

meritò Orbis ditioni, & Reipublicæ saluti natum te omnes, qui semel norint vno ore fateantur: cuius quidem veritatis(vt cæteros taceam)testimonium perhibent omnes Neapolitani Regni nostri Prouinciæ, à quibus, quandiu pro Regia, & Catholica Maiestate Austriaca eas gubernasti, non aurum, aut argentum emunxisti; sed à donis, & muneribus manus abstinentes habens, alieno ære grauatus ad propria semper remeasti. Omitto peruetustum Famliæ Tuæ splendorem, è qua tot Catholicæ Ecclesiæ Princeps, tot Antistites celebres, tot strenui Militiæ Duces, tot Regnorum, Prouinciarumque Proreges, tot Sæculares Principes, Comites, summæque ditionis Proceres multorum continuata seriè sæculorum processerunt, vt nullus sit in vtraque historia vel leuiter tinctus, qui non admiretur: quam sanè præcelsam generis nobilitatem animi æquas magnitudine. Nec est tibi impar Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus D. Aloysius Sanseuerinus frater Tuus Bisiniani Princeps, eximiarum exemplar virtutum, & cuius calamus multos edidit, & in dies edere non cessat, erudita cum soliditate libros, ac ità solidè, eruditè, ac lepidè omnia enucleat, vt vix credi possit, affabilem Principem, libellis vassallorum supplicibus occupatum, tantos reconditioris doctrinæ, eruditionisque è memoriæ suæ penu, fontes tàm largiter potuisse profundere. De Illustrissimo Domino, Domno Carolo Primogenito; adhuc adolescente, gesta non teneo. Video autem eius elegantissimam formam, laudabilem militiam, audaciam, & largitatem, beneuolentiam, pietatem, iustitiam, atque omnes Regias virtutes, quas ex ætate adolescentum possemus optare. Quamobrem nunquam in nobilissima Familia Tua defuturos speramus, qui consulent Christianæ Reipublicæ bono. Sed secunda, & quidem potissima ratio, quæ me ad tibi dicandum opusulum impellit, sanè est summa, eximia, & propè singularis deuotio, qua Te affectum deprehendi erga eundem Beatissimum Virum, & Dei humilem famulum Ioannem à Caramola, Sanseue-

rinæ

rinæ Tuæ Familiæ munificentissimum Protectorem: vnde gratitudinis ergò singulo quoque anno, & die solemnitatis ipsius de excessiuis Mensis Augusti caloribus non curans, e Clarimonte, propria sede Tua, ad Sagittariensem Ecclesiam aduolas, vt ad Beati honorem, Eucharistico pane refectus, diuina persoluas. Sanctam eius, ac Gloriosissimæ Virginis Deiparæ Domum in omnibus opportunitatibus protexisti, & protegis. Sagittariensemque Familiam, me præcipuè, vt aliorum nomina sileam, vbi opus fuit, & auctoritate ornasti, & tutela tranquilliorem reddidisti. Cæterùm excipe quæso Comes amplissime exiguum munus hoc, quod singularis meæ in Te obseruantiæ in signum Excellentiæ Tuæ audacter profero, subiecti potiùs dignitate, quàm calami tenuitate fretus, & cōceptum tua erga me, Sagittariensemque Familiam meam propensa voluntate studium deinceps implere perge. Quod dum volens polliceor, atque æternum voueo, me tandem in Tuæ auctoritatis sinum venerabundus conijcio. Ex Monasterio Beatæ Mariæ de Sagittario Kalendis Nouembris Dominicæ Incarnationis Anno M. DC. LIX.

V. E.

Deuotissimus, & Addictissimus in Christo seruus

D. Gregorius Laurus humilis Abbas Sagittariensis.

PA-

PATRIS
D. GREGORII
DE LAVRO
SACRÆ THEOLOGIÆ DOCTORIS,
Abbatis Sagittarienſis, Ordinis Ciſtercienſis.
IN VITAM
B. IOANNIS
A CARAMOLA
PRÆFATIO.

EMPER quidem opere pretium fuit, illuſtres Sanctorum deſcribere vitas, vt ſint in ſpeculum, & exemplum vitæ hominum ſuper terram. Exempla certè virtutum, quarum laude Viri Sancti celebrantur, ad eorum nos excitant imitationem: & miracula, quæ illorum gratia edidit Deus, ad eius nos vehementer incendunt amorem, quando benignitatem illius immenſam perpendimus, & charitatem, qua, quod ſibi diui-

Actuum Apoſt. cap. 19. num. 12. 4. Reg. c. 2. n. 8. & 14.

Exodi c. 7. 8. 9. 10. 14 & alibi.

nitatis iure proprium eſt, non modò ipſis ſanctis, ſed eorum ſemicinctijs, & ſudariolis communicare dignatus eſt. Et in veteri teſtamento Eliæ pallio Iordanis amnis aqua diuiſa legitur. Moyſis, & Aaron virgis non in Aegypto ſolùm, ſed in populi peregrinatione, miracula edita ſacræ litteræ referunt. Et nonnulla alia tàm veteris, quàm noui teſtamenti diuinis ſunt conſignata monimentis. Licèt enim gratiam patrandi mirabilia tùm Præſcitis, tùm Prædeſtinatis Deus conceſſerit; ſic Deum in ore Balaam verbum poſuiſſe legimus, ne Iſrael malediceret; & tamen Balaam mercedem iniquitatis amauit, & Regem Balac, mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, docuit edere illicita, & fornicari. Vbi Magnus noſter Interpres Beatus Ioachim Abbas.

Numeri cap. 23. n. 5. & n. 16. 2. Petri cap. 2. n. 15.

Apocalypſis cap. 2. n. 14.

Ioachim Abbas Florenſis in Expoſitione Apocal. cap. 2. text. 22.

Balaam (*inquit*) de Deo vera, et catholica prædicàns, non rectè coram Deo, auaritia deprauatus inceſſit. Docuit enim Balac (vt ſcribit in hoc loco Ioannes) mittere ſcandalum coram filijs Iſrael, edere illicita, et fornicari, et hoc quare? Quia Balac compulit eum, immo quia cupiditas eum obcæcauit. Sciebat enim reatum ſuum, nec ſe palliatione aliqua excuſare valebat; et ideo vt inuitus, ſed volens, ad docendum facinus perductus eſt. *Iudas item ille, qui Chriſtum Dominum noſtrum, & Magiſtrum ſuum denariorum numero tradidit Iudæis, ſicut & cæteri Apoſtoli, miracula fecit. Et Caiphas item peſſimus prophetauit. Quæ quidem dona non per meritum, ſed per officium Præſciti ſortiti ſunt, ac ſortiuntur, iuxta ſanctum Doctorem Melliſluum Clareuallis Abbatem. Et optimè, nam huiuſmodi à Deo*

S. Bernardus de Ad

homini-

hominibus supernaturaliter concessa facultas, non miracula patrantis sanctitatem, sed recipientis beneficium utile respicit. Et hinc est, quod quando venient isti in extremo iudicio dicentes. Domine, Domine, non nè in nomine tuo prophetauimus, et in nomine tuo Dæmonia eiecimus, et in nomine tuo virtutes multas fecimus. *Tunc respondebitur illis.* Quia nunquam noui vos, discedite à me, qui operamini iniquitatem. *Attamen quando dictæ facultati, miracula patrantis, annexa est innocentia vitæ; euidens tunc signum est, illum non per officium, sed per meritum huiusmodi facultatem consecutum, proindeque esse ostendit maximè sanctum, iuxta illud Ezechielis.* Ante frontes Templi pictura palmarum, *& iuxta sententiam Sancti Gregorij.* Plerumque (*inquit*) Sanctos Viros aspicimus, mira agere, virtutes facere, leprosos mundare, Dæmonia eijcere, tactu ægra corpora sanare, prophetiæ spiritu ventura prædicere. Cuncta hæc non dum palmæ sunt, sed picturæ palmarum: quia de eis foris ostenditur, quales apud Omnipotentē Dominum intus habeantur. *Talis fuit Beatus Ioannes à Caramola, Tolosanus quem Cœlestis ille Spiritus, à quo diuina munera manant, magnis donis, & splendidissimis habitibus, ac ornamentis illustrauit. Post Beati Ioannis Ioachim Abbatis Florensis Hergasiarum Alethia Apologeticæ opus, huius Beati Viri Ioannis à Caramola Vitam conscribendi onus suscipimus, vt sit fidelibus exemplum, atque ad virtutes incitamentum. Ideo enim Deus ad nostrum exemplum Sanctorum posuit virtutes, vt per illorum vestigia ad Regna possimus peruenire Cœlestia, vel si eos ad benè operandum sequi noluerimus, in pœnis inexcusabiles simus. Admirandas igitur eius res, Vitamque omnem religionis, & sanctitatis laude cumulatam, scripturi, ea tantùm narrando persequemur, non quæ aliquo modo apocrypha, quanè in obscuro lateant, sed quæ totius ferè Lucaniæ vocibus in apertum prolata sunt, ac testificata in antiquissimo eius officio, quod per immemorabilem temporis cursum quotannis vsque ad præsens in suo dici festo Sagittariensi in Ecclesia deuotissimè decantatur, nempe sub die vigesimo sexto Mensis Augusti, in quo humilis Dei famulus ex hac vita migrauit ad Christum. Cætera verò, quæ à singularibus accepimus personis, licèt dignæ sint omni fide, successoribus nostris describenda remittimus. Quatuor tantùm illis adiungemus, quæ cum Beatissimæ Mariæ Virginis de Sagittario Venerabili, ac deuotissimo aliâ vice inseruiremus Cœnobio, scitu, & notatu dignissima euenere. Ne quis autem fabulosarum me rerum inuentorem, aut somniorum commentetur interpretem, cum animalis homo non percipiat ea, quæ sunt spiritus Dei, testem inuoco eum, qui summa veritas est, illudque asseueramus cum Sacramento omnia, quæ conscribenda proponimus (quatuor prædictis tantùm exceptis, quorum trium testis fui oculatus, vltimum vero à dignorum fide Virorum, de visu testimonium perhibentium relatione didici, quos sic vitæ honestas, & morum grauitas reddunt dignos, vt nullo modo existimem eos voluisse mentiri) de proprio eius officio colligemus, maiorum in ibi habitantium Cistercientium adiuti traditione circa ea, quæ Beatus viuens perpessus, & quæ communi omnium ore sunt prædicata, licèt Historiographi licentia in eius Officio non apposita. Historiographum autem aliqua referre, & alia omittere posse, ad satietatem ostendit Sanctus Hieronymus in Commentarijs, quos scripsit in* Epistola *Sancti Pauli ad Galatas, dum agit de promulgata illa inter Petrum, & Paulum oborta Antiochiæ contentione, quam sanctus Euangelista Lucas prætermisit, ais.* Mirum non esse si Lucas hanc rem tacuerit, cum & alia multa quæ Paulus substinuisse replicat, Historiographi licentia prætermiserit, et non esse contrarium, si quod alius.

uentu Domini serm. 9 de vndecim oner. bus. Matth. cap. 7. n. 22.

Ezech. c. 40. n. 16.

S. Gregor. hom. 17 in Ezech. 4.

S. Bern. Abbas Claræuall. ad Sororem. serm. 16.

alius dignum putauit relatu, alius inter cætera dereliquerit. *Patet etiam à nostri Ordinis Scriptoribus hoc ipsum fuisse actitatum, ab ijs præcipuè, qui Sanctissimi Patris nostri Bernardi Vitam conscripserunt, qui præcipua, ac essentialia quædam omiserunt, quamuis cum eo familiarissimè conuersarentur, & maxima cum diligentia eius histôriam litteris commendarent. Quapropter videri est, eos non meminisse illius diuini fauoris, quo Angelorum Regina eum est prosecuta, dum virginei pectoris nectar ei propinauit. Nec etiam illius honoris, quo Mundi Saluator* Christus *Iesus eum affecit, dum brachia, quæ Cruci erant affixa, retraheret, eisque blandè eum fuit amplexatus. Et nonnullorum, Mortuorum præsertim resurrectorum, cum omnium fauorum, quibus seruorum suorum merita ostendit Deus, sit hoc signum maxima admiratione dignum.* Certissimum *enim est, quod Beatus Ioannes noster à Caramola veris cumulatus bonorum titulis, falso non eget honore; & nec Cisterciensis Ordo. Sed nec exigat à me meus Lector Adulterinos Ethnicorum flosculos, aut splendidam eloquij facultatem, cum iuxta ipsos Philosophos, de verbis controuersia haberi non debeat, dum constat de factis. Et alia quædam dicat auctoritas, quod ibi solùm verborum quæritur compositio, vbi teste virtute, veritas ipsa se non commendat. Verùm si ea, quæ colligemus, aliquibus perpauca esse videantur, & ideo paruifacienda, non erit sic. Nam sicut Dominus Deus est magnus in magnis, & in multis; ità etiam est magnus, ac admirabilis in paruis, & in paucis. Satis sit agnoscere, qualiter vniuersorum Dominus humilem seruum suum Ioannem à* Caramola *Sacri Cisterciensis Ordinis Conuersum in vita, in morte, & post mortem plurimis decorauerit miraculis.* Confido *autem in Domino semper, quod post nos exurgent, qui meliùs, & digniùs perficient, quod nos scientia indotati, & sermone impuri, in memoriam relinquere tentamus posterorum, & dignam digna vestient elocutione materiam, quam nos ad Beati Ioannis à* Caramola *præconium, Domini Nostri Iesu Christi, ac Deificæ Trinitatis gloriam, sub Sacrosancta Romana Ecclesia, quæ omnium Mater est, & Magistra, perpetua correctione, incipimus in nomine Domini, & Intemeratæ Deiparæ Virginis Mariæ. Amen.*

V I T A

A B. IOANNIS A CARAMOLA

TOLOSANI

CONVERSI SAGITTARIENSIS MONASTERII

CONGREGATIONIS

B B. MARIAE VIRGINIS

VTRIVSQVE CALABRIÆ ET LVCANIÆ,

Sacri Cistercienfis Ordinis;

COLLECTA PER REVERENDISSIMVM PATREM

C D. GREGORIVM DE LAVRO

S.T.D. eiusdem Venerabilis Monasterij, Congregationis, & Ordinis Abbatem, ex Officio, quod quotannis in die festo ipsius, Sagittarienfi in Ecclesia celebratur.

CAPVT I.

D De Patria, Parentibus, Natiuitateque, ac nomine Beati Ioannis à Caramola.

EATVS Ioannes à Caramola, celeberrimi Sagittarienfis Monasterij Conuerfus, Sacri Cistercienfis Ordinis, è Tolosa Vrbe, omnium Narbonenfis Galliæ Vrbium antiquissima, ac Archiepifcopali, & quæ post Parisium dignitate, opibus, & populo præcellit, at in qua est parlamentum, & Gymnasium Iuris florentissimum, suam duxit originem. Natiuitatis eius dies, & annus, E ficuti & Parentum nomina, adhuc desiderantur, vt in alijs Sanctorum Vitis frequenter, quorum nomina scripta sunt in Cœlis. Natus est autem Parentibus, & si fortasse mediocribus, at equidem Christianis, & vera religione, ac folida pietate imbutis: quales fuisse conuenit, à quibus filius tantus vir futurus, ad tam præclara piè agendi officia, primùm ineunte ætate informaretur. Non genus nobile, aut ignobile, vel mediocre Deus intuetur. *In veritate comperi,* (inquit fcriptura) *quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni genere, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi.* At Beatus noster Ioannes, quamuis nobili forfan genere non esset, cum huius curfum vitæ compleuerit fanctiffimè, & rerum diuinè gestarum, admirabiliumque splendore eluxerit, vtique ad

Officium eius lectione 2.

Ioannes Antonius Maginus in Geographia.

Actus Apostolor. cap. 10. num. 35.

fum-

summum claritatis splendorem, & splendoris culmen accedit. Hanc A nobilitatem generis, ac dignitatem Saluator Dominus hominibus attribuit, qui eum sequerentur, vt filij Dei vocarentur, & essent. *Quicunque enim* (ait Paulus Apostolus) *Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Si autem filij, & haredes, haredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Summo genere ergo est Beatus Ioannes à Caramola, qui diuino impulsus spiritu, se totum contulit ad Christi studium. Nomen, quod filio Genitores in sacro Baptismo voluerunt imponi, Parentum pietatem, & religionem indicat. Ioannem enim vocauerunt. Hoc ab ijs, qui Religionem Christianam integrè piè, ac purè colebant, eo factum est consilio, vt suscepta B proles frequenti recordatione nominis ad imitationem excitaretur tanti dilecti Domini virtutum: & quem imitari studeret, eum quoque præcaretur, ac spectaret Patronum tum animæ, tum corporis ad salutem defendendam sibi esse futurum. Pium sanè, & sapiens Parentum consilium: & res preclarè cecidit, vt maximè concupierant. Ioannes enim noster Apostoli, & Euangelistæ Ioannis virtute accensus, posthabitis, contemptisque omnibus huius vitæ rebus, quæ nihil solidi, nihilque expressi in se habent; sed inanem quandam bonorum præ se ferunt imaginem, vsque adeò Dominum Iesum Christum secutus est, vt ab eo diuelli non potuerit in omni vita. Cognominatur autem à Caramola, non quod à C progenitoribus tale cognomen duxerit; sed à monte Caramola, vbi per multos, & multos annos vitam degit asperrimam, vt infra patebit.

Paulus Apostol. ad Roman. cap. 8. n. 14. & 17.

Infra cap. 7.

CAPVT II.

De Aduentu Beati Ioannis in Lucaniæ Prouinciam, & Clarimontis Comitatum. Vbi & de eius exercitio.

AB ineunte ætate Beatus Ioannes à Caramola pijs operibus dedi- D tus, & iam factus homo, nescitur, quam ob rem aduenerit Lucaniæ, aliàs Basilicatæ Prouinciam. Tolosanam relinquendi Patriam, suaque bona omnia occasionem dedisse autumo Iubileum anno Domini millesimo trecentesimo Romæ celebratum, & à Bonifacio Papa octauo eius auctore, vt quidam volunt, eo anno indictum. Siquidem tanta maxima, ac indicibilis hominum multitudo ex omnibus Mundi partibus Romam confluxit, vt etiam vix per plateas Romani, & exteri, etiam Primates, ac titulorum stegmate & cohorte muniti valebant pertransire, vt tradunt Ioannes Nauclerus, Sabellicus, & alij, & Iacobus Caietanus Stephanescus Romanus, ab eodem Bonifacio creatus Diaconus E Cardinalis tituli S. Georgij in lib. de ratione, institutione, & celebrat. anni Iubilei, *Cateruatim*, ait, *populorum turma è vestigio Vrbem ingrediuntur, tanta numerositate, vt quocunque pergerent, exercitum, examenuè præfigurarent*, & cap. 6. *Vltimum, penultimosque dies silere potius ipsorum infinitam multitudinem, quam admirari libet.* Hæc scribere potuit Cardinalis, quia vidit: vt etiam Ioannes Villaneus, qui Italicè scripsit, quæ ex illo S. Antonius part. 3. hist. tit. 20. cap. 8. §. 11. latinè: nullum scilicet diem abijsse, quin ducenta hominum millia hospitio in Vrbe exciperentur, præter innumeram eorum multitudinem, qui in itinere erant. Et Ioannes Abbas Trithemius in Chron. Hirsaug. ad ann. 1300. inquit. *Res inaudita*

Alfonsus Ciacconius in vita Bonifacij Octaui, Bartholomæus à Sancto Fausto de Indulgentiis lib. 3. q. 5. Octauius Pancirola tract. .. Palmerius in Chronicon Eusebij Bonifacius Octauus in Bulla Antiquorũ in 6. & alij cum Platina in vita eiusdem Pontificis, & Panuino in Chronologia, & alijs.

prius

A. *prius, & noua, vt tanta multitudo ex omni Germania Romam proficiſceretur, vt infinita, & innumerabilis eſſe videretur. Ex eo tempore Iubilei vſus in Eccleſia Romana eſſe cœpit*. Inter cæteros Primates, qui multitudinem adauctauit: famoſiſſimus extitit Carolus de Valois, Philippi Gallorum Regis frater, qui ingentem Gallorum comitatum, ac peregrinantium turmam ſecum adduxit; quos inter, qui Iubilei gratia cum Carolo ſunt peregrinati, noſtrum puto fuiſſe Ioannem. Vbi quanta cum deuotione loca illa ſanctiſſima viſitauerit; & quantum in ſpiritualibus ipſe profecerit, argumento eſt, ab ipſo factum ad ſuos non redeundi propoſitum, &

B mirabilia, quæ per eius interceſſionem, ad eius oſtendendam ſanctitatem, & quod placita illi erat anima eius, Deus dignatus eſt operare. Aduenit itaque Lucaniæ Prouinciam, in Neapolitano Regno ſitam, inter non obſcuras Europæ Prouincias connumerandam; trahens moram continuam in, & circa comitatum, qui dicitur, Clarimontis, Anglonenſis Diœceſis. Comitatus Clarimontis conſiſtebat hoc tempore in Caſtris Clarimontis, Sancti Quirici, Caſtrinoui, Siniſij, Rotundæ Maris, Lategani, Rubei, Triſagiæ, Noæ, Bactibarani, Saraceni, Latronici, Epiſcopiæ, Calabræ, Scanzani, Lacu Zerſoni, & Agrimontis, vt notatur in Cedulario Reginæ Ioannæ ſecundæ de anno 1416. in pergameno pag. 87.

Ex lectione 2.

Magnum Archiuum Regiæ Cameræ.

C à tergo, pro quo toto Comitatu debebatur ſeruitium militum quatuor cum dimidio, vt proprijs inſpeximus oculis nobis hoc indulgẽte Viro eruditiſſimo, clariſſimo & præſtantiſſimo Nicolao Toppi Regio Archiuario. Eſt autem Clarimontis oppidum aliorum omnium in eadem Lucaniæ Prouincia exiſtentium antiquiſſimum pariter, & illuſtre, edito, ſublimique, ac ſaluberrimo loco conditum; munitiſſimum, & validum propugnaculum, ingeniorum præſtantia, armorum exercitio, agri amplitudine, & fertilitate præ cæteris præſtantiſſimum. At ea eſt laude florentius, quod perpetua habet monumenta Chriſtianæ religionis, & diſciplinæ; inque eius agro Sanctiſſimorum Opi, & Ioannis à Caramola ſunt

D Corpora ſacratiſſima, quæ tanquam duo lumnaria magna omnem obſcuritatis rugam à fidelium Chriſti, ad ipſa recurrentium, mentibus remouent, & deuotè petentibus conſolationis gratiam largiuntur. Poſſidetur verò, vt aliàs diximus, ab Illuſtriſſima, & Excellentiſsima Sanſeuerinorum familia, quæ ad inſtar ætherei firmamenti fulget, dum illud Syderibus, iſta verò Eccleſiaſticis, ſæcularibuſque Principibus; & ad illud celſitudinis faſtigium deuenit, vt minima eius enarratio magni voluminis, & ſapientiſſimi Chroniſtæ onus expoſtularet. In Claromontis ergo Comitatu Beatus Ioannes aliquandiù inter ſæculares permanens, ſed non ſæculariter viuens, honeſtiſsimam vitam duxit. Et vt in præſentiarum

In B. Ioannis Ioachim Abbatis Florenſis Hergaſiarũ Alethia Apologetica capite 15. pag. 34. A.

Ex eadem lection. 2.

E innoteſcat, quantæ puritatis extiterit, cum adhuc per Mundi huius impedimenta decurreret, narrandum eſt, quid antiquitus vulgi publico diuulgarunt oraculo. Dixerunt enim, quod cum in ſudore ſui vultus vellet ſuo pane veſci, & conductus denario, Siniſij oppidi, haud ſatis à Claromonte diſsiti, cuſtos cuiuſdam vineæ poneretur, ſine petita priùs, & obtenta à Domino vineæ ſpeciali, & expreſſa licentia etiam vnius vuæ botrum accipere, tanquam à graui facinore præcauebat. O mens timore caſto repleta, ò mens omni bono conſcia, cur tanto timore trepidas, vbi non eſt timore aliquatenus trepidandum? Pertimeſcis ne furtum committere, vbi credis Dominum permiſſurum? ſed ſanctarum mentium eſt, ibi culpam agnoſcere, vbi culpa non eſt.

Ibidem.

A

CAPVT III.

Eremita efficitur in Sancti Sabæ Eremo Vbi & de eius asperrima Vita.

ERga Deum amoris tanta vis est, quantam ex omnibus pietatis Christianæ monumentis intelligi licet. Diuino accensi amore fideles Christi neque minis, neque terroribus, neque doloribus, neque supplicijs, neque hostis sempiterni truculentia, neque nullis denique rebus alijs, vel maximè horribilibus labefactari, infringi, & à Christi Domini fide auelli, atque abstrahi vnquam potuerunt. Gladios spernebant, in ignes irruebant, cruciatus appetebant, in tormentis finire, & abijcere vitam cupiebant. Hoc ipsó cœlestis amoris ardore Dei homines inflammati, postquam diuino beneficio omnis persecutionum tempestas esse desijt, Paulus, Antonius, Macharius, & Isodorus, aliusque Macharius, Heraclidesque, & Pambus, Antonij discipuli, per Ægyptum, & maximè in Nitriæ partibus, Hilarion in Syria, Pacomius etiam, & alij deinceps, ab omni hominum conspectu remoti, vastas illas solitudines non horruerunt, sed vltrò abierunt. Et in ijs ab omnibus huius sæculi iucunditatibus alienam vitam secuti, ita crucem omni duriùs viuendi genere amplexati sunt, vt mens illorum tota, in Christi Domini imitatione defixa, cœlestia tantùm meditarentur. Hoc eodem erga Deum amoris impetu exardescens Beatus Ioannes noster à Caramola, Mundi huius abhorrens lenocinia, Sanctorum exemplo dictorum, vitam in solitudine ducere sibi primùm delegit, & cursu concito ad conuicinam, quæ erat, Eremum, Sanctum Saba nuncupatam properauit. Est Eremus ista in Claromontano agro, altissima in rupe, situs natura inaccessibilis, & inuia, ex vnaque tantùm parte ad eam patet accessus; & iste cùm ob nimiam cacumi is celsitudinem, tum ob itineris asperitatem, præ cæteris caput non habentibus validum, periculosissimus est etiam nunc post rupis incisionem, & aditum nostra ætate factum, & scalis superscanditur; cuius auctor extitit Eremita quidam venerabilis, & magnæ extimationis, frater Petrus Capharus appellatus, in Oppido Episcopiæ status, litteris, & moribus optimè imbutus, multisque fortunæ dotibus pollens, qui cum in sæculo vsque ad senectam suæ vitæ annos exedisset, abrenunciatis omnibus Mundi oblectationibns, & natis, ad huius radices Eremi Eremitam induit, & orationibus ieiunijs, disciplinis, laboribus, & alijs asperitatibus cæsus, contubernalibus suis sui desiderium derelinquens, iam decrepitus bono fine quieuit. Est sancti Sabæ Eremus ad instar peninsulæ, siuè, vt melius dicam, penè scopuli ingentis; siquidem à Septentrione, & Occasu torrens quidam hyberno tempore à dexteræ Clarimontis Montibus descendens, Eremi radices alluit, & in amnem Signi influit; & ab Occasu in Ortum præterfluit amnis Signi famosissimus in orientalibus oris nauigabilis, & ad Adriaticum mare se exonerat, vbi Lucaniæ plagam à Calabriæ Prouincia diuidit. Varia hic fluuius nomina sortitus est. Gabriel Barrius Francianus nuncupauit eum, *Syris*, in suo opere de antiquitate, & situ Calabriæ, quod dicauit Illustrissimo, & Excellentissimo Bisinianentium Principi Bernardino Sanseuerino; quem ex Principe Petro

Eusebius Cesariensis Ecclesiastica historia lib. 11. cap. 4.

Ex lectione 3.

Gabriel Barr. de antiq. & sit. Calab. lib. 5

B C D E

A pe Petro Antonio concepit eius Vxor Erina, filia Ducis Sancti Petri in Galatina ex progenie inuictiſſimi Domini Domni Scandalibecci Epiri famoſiſſimi Principis, & peperit Kalendis Maij anno Domini 1551. Bernardinus verò cum Iſabella de Rouere, Vrbini Sereniſſimi Ducis filia, fuit matrimonio iunctus. Ioannes Dominicus Surrentus in ſuo opere de rebus Calabris m.s. & Carolus Sigonius de antiquo iure Italiæ, eodē *Syris* nomine nuncuparunt. Accolæ communiter antiqui, *Signum*, appellarunt; nunc nomine corrupto, *Sinnum*, omnes nominant. Placuit autem nobis eum antiquo, *Signi*, nomine exprimere, nam ne dum in priuilegijs Sagit-
B tarienſis Monaſterij, Ioanne à Caramola antiquioribus, quorum vnum eſt Iacobi à Claromonte, ſupra in Vita Beati Ioachim Abbatis Florenſis relatum à nobis, & in alio Bartholomæi Panormitani Archiepiſcopi pro Monaſterio Florenſi etiam ſuprà à nobis dato. Sed & in ipſo Dei Viri Officio, & in alio quoque priuilegio Vincislai de Sanctoſeuerino Ducis Venuſij, Comitis Tricanici, & Clarimontis pro conſtructione, & dotis aſſignatione Venerabilis Monaſterii Sancti Nicolai de Valle Clarimontis Illuſtriſſimæ, & ſanctiſſimæ Carthuſianæ Religionis, de anno 1395. die 16. Ianuarij, Indictionis tertiæ, Neapoli rogato manu Notarij Antonij de Vrſo Ciuitatis Neapolis, Franciſco Callenſi eiuſdem Vrbis ad contractus Iudice, manu eiuſdem Excellentiſsimi Venuſij Ducis
C ſubſcripto teſtibus Franciſco de la Rattha Comite Caſertæ, & Alexani, & Magno Siciliæ Regni Camerario, Iacobo Cicaro de Neapoli Milite, & legum Doctore, Thomaſio Brancaccio, alias Imbriaco, de Neapoli, Siciliæ Regni Mareſciallo, Maffeo Brancacio, alias Imbriaco, de Neapoli Milite, Petro Ruſulo de Neapoli Milite, Liſulo de Arauſana de Neapoli Milite, Liſulo Minutulo de Neapoli Milite, Notario Nicolao Antonio Aioto de Neapoli, Notario Clemente de Sinadaro de Neapoli, Domno Antonio de Sancta Agnete, Presbytero Franciſco de Cuſtantio de Neapoli, & Presbytero Bartholomæo Palatio de Ciuitate Noua: &
D confirmato poſtmodum à ſecundo Ludouico Siciliæ Rege, ſub datum. Neapoli per Rogerium de Sanctoſeuerino Potentiæ Comitem, Logothetam, & eiuſdem Regni Prothonotarium, Collateralem Conſiliarium anno Domini 1397. die prima menſis Iunij, quintæ Indictionis, ſuorum Regnorū anno tertiodecimo, vt ſup. eſt videri Celebre hoc ſacri Ordinis Carthuſiæ Cœnobium in ſui Auctores laudat prælibatum Venuſij Ducē, Tricanici, & Clarimontis Comitem, Vincislaū de Sanctoſeuerino, & Venerabilem, Religioſumque Patrem Don Matthæum de Tito, Monaſterij celeberrimi ſancti Martini apud Neapolim ſacri eiuſdem Ordinis Priorē, qui ſibi ad id legitimè ædificandum à Reuerendiſsimo Patre Don Camil-
E lo, Magnæ Carthuſiæ Priore, delegata auctoritate, & facultate; refutato Sancti Philippi territorio, exiſtente in agro Oppidi Siniſij, ditionis eiuſdem Illuſtriſsimi, & Excellentiſſimi Ducis, quod permutationis gratia habuerat ab Archimandrita Sancti Eliæ de Carbono Ordinis Sancti Baſilii, per ipſum Ducem, pro eodem Monaſterio Ordinis Carthuſiæ ſub denominatione Sancti Nicolai de Valle ædificando in Territorio Siniſij, deſignato, & tradito anno 1392. die 19. Menſis Aprilis Venerando, & Religioſo Viro Patri Don Ioanni de Oliuario Carthuſiæ Sancti Iacobi de Capro Priori, & Carthuſiani Ordinis in tota Italia Generali Vicario, tanquam aeris de contage ſuſpecti, quam ob cauſam non dum erat ibi Cœnobium inchoatum; illoque commutato cum alio amæni, & ſalubris aeris

Ioannes Leonardus Tuſarellus Moranenſis in vita Fratris Bernardini à Roblano cap. 3. Io: Dom. Surrent. cap. de Calabri. poſitione, & cap. Litoralis, & Mediterranea Magna Græcia vetus & noua in modum itinerariæ deſcriptio. Carol. Sigon lib: 1. cap. 12.

B. Ioachim Abb. hergaſ. alethia Apolog. c. 15. pag. 35. & lit. E c. 46. pag. 157. lit. E. Offic. B. Io: à Caramola Antiphona ad Magnificat, & Reſponſorio nono.

Inſtrumentum ratificationis Vincislai de Sancto Seuerino contractus permutationis territorij S. Philippi cum territorio S. Helenæ, per ſuum Procuratorem Epiſcopum Tricaricenſem cū Fratre Mattheo de Tito Carthuſiano, apud Tabularium Carthuſia de Valle Claromontis

Sup. Explicat. hiſtorica, & ſymbolica Vaticinor. Romanor. Pont. B. Ioachim Abb. Floren. Vaticin. 16. pag. 70. litt. A

Inſtrumentum com-

mulationis, & permutationis Territorij Sancti Philippi in pertinentijs Oppidi Sinisij cum Territorio Sanctæ Helenia in agro Oppidi Claromontis initum inter Episcopū Tricaritensem ad hunc actum die 10. Octobris anno Dom. 1344. à Vincislao de Sanctoseuerino electum in suum Procuratorem, & P. D. Mattheum de Tito Priorem Carthusiæ S. Martini, rogatum apud Claromontem manu Notarij Cicci à Sinisio de Monte Syon anno Domini 1394. die 4. Decembris, apud Carthusianos S. Nicolai de Vallo Claromontis. Et instrumentum ratificationis dictæ commutationis, nuper citatum, cuius copia est penès me.

In Vita Ioach. Abb. Florensis cap. 15.

Ex eius offic. ant. 3. primi Nocturni Antiph. 4. secundi Nocturni.

bris aeris per ipsum, & alios probos, expertosque Viros conuicino in A
Claromontano territorio de eiusdem Domini Ducis voluntate comperato, & propriè in ea regione, quæ dicebatur Sanctæ Helaniæ, à Monasterio Sagittarij Sacri Cisterciensis Ordinis ad quartum lapidem dissita, & ab Eremo Sancti Sabæ, de qua est sermo, millarijs tribus cum dimidio distante, cum consensu, & benedictione Rogerij Anglonensis Ecclesiæ Episcopi, astantibus Clericis in diuinis ministrantibus, lapidem benedictum, & sanctæ Crucis charactere insignitum pro fundatione, & ædificatione sacrosanctæ futuræ Domus, & eius Ecclesiæ, ibidem apposuit die quarta mensis Decembris anno Dominicæ Natiuitatis millesimo trecen- B
tesimo nonagesimo quarto, Pontificatus Bonifacij Papæ Noni anno sexto & ab institutione nostri hodierni Sagittariensis Cœnobij anno ducentesimo quadragesimo secundo; hoc enim pro Cisterciensibus emersit anno Domini millesimo centesimo quinquagesimo secundo; vt scripsimus alibi. Sed redeat vnde discessit orationis nostræ methodus. In dicta ergo Sancti Sabæ Eremo sistens Beatus Ioannes quantæ austeritatis rigore seipsum afflixerit, quanta alimentorum inopia corpusculi sui membra siccauerit, & quanta aspera pro Redemptoris amore pertulerit, difficiliter posset exprimi, & difficiliùs quidem credi. Ibi enim septem panibus, qui ad septenum vix prandiolum sufficiissent, suam totius Quadragesimæ C
coarctauit refectionem. Nulla ibi interdum cibi solicitudine fatigatus, eo tantùm vesci suescebat edulio, quod ei deferebant agricolæ, ad ipsum deuotionis gratia confluentes: nec aliud quàm aquæ poculum hauriebat. Sciebat enim quod gula semper est in pugna, siue manducemus, siue bibamus, continuò adest gula nobiscum pugnatura, si benè non pugnamus, certè vincimur ab illa, quæ cum multis pugnat, & à paucis expugnatur. Et ideò tantò vehementius illam Ioannes expugnabat, quantò manifestiùs illam expugnandam cognoscebat. Corpus suum sanctorum more Eremitarum duriter tractabat. Otium, quod omnium vitiorū est seminarium, vitabat omninò. Otio deditos citò decipit luxuria ho- D
mines, & grauiùs vrit, quem otiosum inuenit, vt in Salomone Rege, qui per otium in multis fornicationibus semetipsum inuoluit, & per fornicationis cupiditatem adorauit Idola. Equidem quod salutare, ac vetus Eremitarum institutum fuit in illis, Aegypti præsertim solitudinibus, cum magnam ipse diei, & noctis partem sanctæ contemplationi, & orationi dedisset, quod reliquum erat, ad manuum opera traducebat. Et dum ore, aut mente Deum optimum maximum præcabatur, etiam manus haudquaquam habere volebat otiosas. Idque omne non ob victus solicitudinem, sed ob animæ salutem faciebat: ne perniciosis cogitationibus mens, otio languescens, vagaretur, & ad instar fornicationis Hie- E
rusalem, omni transeunti diuaricaret pedes suos. Varia vascula contexebat, & sportulas conficiebat ex virgulis, quæ prope Signi amnem extabant. In alijs etiam corporalibus operam nauabat exercitijs in parua illa altissimæ rupis planitie, quæ vix ad viginti circiter passus longitudinis, & vndecim latitudinis, se extendit. Et in qua ad hodiernum vsque diem est vna à Dei viro Ioanne plantata Oliuarum arbor, ad quam quartanario morbo laborantes deuotè confugiunt, & sumentes cum fiduci a de frondibus eius, per Beati intercessionem ab infirmitate conualescunt, & glorificant Deum in Sancto suo.

3. Regum. cap. 11.

Ezech. cap. 16. numer. 25.
Ex lect. 6.

CA-

A

CAPVT IV.

De his, quæ in hac ſolitudine paſſus eſt Beatus Ioannes.

CVmqne ad tantæ auſteritatis, orationis, & contemplationis faſtigiũ
in iam dicta Eremo aſcendiſſet Dei ſeruus Ioannes: ecce nonulli fi- *Ezechiel cap. 3. n. 7.*
lij Belial peruerſi, fronte attrita, & duro corde, inflexibileſque viri, ſuæ *Ex lect. 3.*
impetum cupiditatis exercentes; ſpe ſurripiendæ pecuniæ, illum pauper-
B tatis veriſſimum ſectatorem, qui præter Chriſti Crucem ſub Cœlo nil
aliud poſſidebat, funiculis vinxerunt, iniuriis affecerunt, & crudeliter
afflixerunt. Ipſe vero mitem, & patientem Dominum ſuum Ieſum Chri- *Antiph. 4. & 5. primi Nocturn.*
ſtum, eiuſque diſcipulum fulgentem Stephanum imitans, non ſolum præ-
nocenti Latronum turbæ miſertus eſt; ſed tanquam pro illis, qui neſcie-
bant, quæ faciebant rogauit Deũ, ne ſtatueret illis ſimile facinus. Et inter-
rogatus à Vindice, qui peruerſi Belial filios ob inde caſtigare grauiter in-
tendebat; ne dum Iudici, ſed nec nulli hominum tam foris, quam in Vrbe
reorũ voluit pandere delictum, Ad illud inſuper ſua miſericordia ſe exten-
dit, & pro reis apud Vindicem prævaluit, vt cuncti in eorundem Latro-
C num liberatorem eum agnoſcerent, & prædicarent. Alio etiam die cum
Venatores quidam prope Beati Eremum capreæ catulos viuos captaſ- *Ex maiorum traditione.*
ſent, ne eos aſportando, venationi impedimentum eſſent, Dei famulo
in cuſtodiam tradidere. Venatoribus inde diſceſſis, & per alia loca ve-
nantibus, caprea acceſſit, & natos vocitans, ad ipſam eos adire doce-
bat. Captiui autem ſuam gementes captiuitatem, ex Ioannis Cellula
quaſi flentes reſpondebant Matri: cumque per aliquod temporis ſpatium
natos ſuos caprea vocitaſſet, nec eam vidiſſet adeuntes, afflicta nimis,
quaſi humilitate, & rationalitate pariter prædita, ad Dei famulum ver-
D ſa, ſuos ab ipſo quibuſdam vocibus, quibus ſui triſtitiam cordis expri-
mere poterat, catulos poſtulauit. Ioannes verò, tanquam Macharius *Euſebius Cæſarienſis Eccleſiaſtica hiſtoria lib. 11. cap. 4.*
alter, cum intellexiſſet pro libertate catulorum Beſtiam ſupplicare, pie-
tate commotus, aperto cellulæ oſtiolo, capreolos à captiuitate liberos
reſtituit matri ſuæ; quæ cum catulis coniubilans receſſit ad propria. Ve-
natione completa, aduenerunt illi, qui capreæ catulos in cuſtodiam
tradiderant Eremitæ Ioanni, quærentes eos ab eodem. Ipſe verò veri-
tatem Venatoribus aperuit, & vt ei dimitterent, eos rogauit inſtanter.
At illi, pluſquam dici poſſet, furore obcœcati, & inflammati iracundia,
ac vlciſcendi libidine accenſi, manſuetiſſimum, & patientiſſimum Dei
Virum ex eodem Eremi, & rupis vertice præcipitarunt. At quia manus
E Domini cum illo erat non ſolùm cadens, & vſque ad rupis imum deſcẽ-
dens in nulla ſui corporis parte aliquam læſionem ſe perpeſſum agnouit,
ſed & Signi amnem, qui tunc ob aquarum copiam tranari nequierat, eius
ſtantibus aquis, tanquam Elias, aut Eliſeus alter, *viam gradiens eſt tor-* *4. Regum cap. 2. n. 8. & 14.*
rentis, vt propriis diuini eiuſdem Officij verbis vtar. Inſuper, quia dum *Antiph. 1. primi Nocturni.*
ruens, in duas altiſſimæ rupis partes offenderat in eaſdem, in quas cor-
ruerat, miraculosè amigdalæ duæ ortæ ſunt, quæ tanquam matres alia-
rum, ad earundem pedes aſtantium ad hodiernum vſque diem viſuntur;
cum ne dum in alio eiuſdem rupis loco, ſed nec in circumuicino agro
reperiantur. Venatores autem Dei ſeruum ex Eremi vertice trans Signi

flumen

flumen, vndis nimis turgidum, despicientes, & eius admiranres incolumitatem, de patrata sæuitia pœnituerunt; & in perfectiori deuotione in dies roborati, rem tàm miram sæpissimè ad Omnipotentis Dei honorem, & gloriam, & humillimi serui sui memorabile præconium, in veritate aiebant, verè seruus Dei erat ille, quem ab altissimo illo Eremi vertice deiecimus. Ioannes verò doctus non reddere maledictum pro maledicto, ad Signi fluminis ripam extemplò genuflexus; pro eis orauit Dominum, & cum gratiarum actione Deo, qui saluauit illum, erga Sagittarij Eremum gressus suos dixerit. Neque hoc indignum tanto Viro iudicari debet. Ipse enim Euangelicum illud, *Cum persequentur vos in Ciuitate ista, fugite in aliam*, Obseruari censuit à semetipso, pertimescens forsan, ne solitudinem rediens ad eandem, à persecutoribus occideretur, absque eo quod fideliter, & prudenter in agro Domini laborans, de cauernis petrarum, & montibus bestias venaretur; & de lacu fœcis, & miseriæ reatibus, pisces extraheret. Quod & ipse Christus etiam exemplo docuisse, testatur Sanctus Athanasius, inquiens, *Ideoque & ipsum verbum propter nos homines non indignum putauit, cum quæreretur, quemadmodùm & nos abscondere se, & cum persecutionem pateretur, aufugere, & insidias declinare*; & infra concludit. *Sancti homines, cum hanc quoque formam à Saluatore didicissent, vt legitimè certarent, fugiebant, & ab illis quæsiti, se abscondebant*. Hoc idem Paulum executioni demandasse, ad Corinthios Apostolus ipse testatur. *Damasci (inquit) Præpositus gentis Aretæ Regis custodiebat Ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet, à fratribus per fenestram in sporta demisus sum super murum, & sic effugi manus eius*. Licèt enim Paulus desideraret ab hac vita demigrare pro Christo, hominum tamen salutem appetebat, et seipsum prædicationi seruabat. Quo ex Pauli facto, Dei famulis aliquando ex inimicorum manibus fugam arripere, et iræ locum dare, licitum esse, Sanctus Gregorius volens ostendere, ait *Vt artificiosa virtute aduersariorum pugnam aliquando appetamus, & prudenter aliquando declinemus: atque ita Paulus, cum Damasci valdè obstinatas mentes persequentium cerneret, eorum noluisse aduersitati confligere: quia & seipsum, quem profuturum multis nouerat, vidit posse deficere, & aut nullis se sibi, aut paucis prodesse, secessum à certamine petijsse, & pugnaturum fœliciùs, ad alia se bella seruasse: non loco virtutem, sed locum virtuti defuisse; & idcircò fortissimum militem, ab obsidionis angustia, certaminis campum quæsiuisse*. Ex infra dicendis ò quam apertè constabit, quantum fuerit vberius in Domini campo nostri Ioannis fugæ iudicium, atque adeò tanto homine dignum, quo seipsum ad grauiora, et meliora seruauit.

Matth. cap. 10. n. 23

S. Athanasius in Apologia de fuga Christi.

Paul. 2. ad Corinth. c. 11. n. 32.

S. Gregorius 3. moral. cap. 14. f. 23. 24.

A B C D E

CAPVT V.

De Sagittarij Eremo, quam Beatus Ioannes inhabitauit, ac de vitæ eius asperitate. Vbi & de Sagittarij Monasterio.

SAncti Sabæ itaque Eremo relicta, vir Dei Ioannes Sagittarij solitudinem deuenit. Sita est Eremus ista in loco decliui, septentrionem spectante, & intra limites eiusdem Clarimontani territorij contento, distatque

ſtatque ob Oppido Clarimontis milliaribus ſex. Pollet Sagittarij Ere-
A mus nobilibus herbis medelæ percommodis. Prouenit enim ibi, vt ab herbarijs accepi, cytiſus, dragadas, cardus maſticem fundens, tragium, dictamum cretenſe, chamaleon bigenum, imperatoria, rehubarbarum, ſtellaria, piretrum, nardus celtica, turbit, anonides, peucedamum, anemone, manus chriſti, paris, ypcrichon, ſaxofragia, garofolaria, dentaria, valeriana, pionica, biſtorta, abrotanum, lingua paſſeris, agrifugina, hiſopum montanum, ſaluia, polipodium quercinum, capillum veneris, ſanguinaria, palma chriſti, ſeù morſus diaboli, lunaria, lupatoria, betonica, lingua ccrui, ſerpentaria, angelica, teſticulum vulpis, & aliæ mul-
B tæ. Extant & diſperſim fructiferæ arbores ad ſues alendos percommodæ, vt ſunt caſtaneæ, fagi, quercus, cerri, & ilices. Sunt & abietes, & ſylux ad domorum tigna, & nauium fabricam aptæ, & opportunæ, atque frutices. Inſunt etiam diſperſim fructiferæ arbores humano victui neceſſariæ, quales ſunt vites, nuces, auellanæ, ceraſa, pyri, mala, ficus, & nonnullæ aliæ pomorum ſpecies, quas intueutes, admiratione afficiuntur, dum naturaliter abſqne vllo hominis artificio beatus ille ager eas emiſerit, & emittat in dies. Sagittarium autem dicitur à Sagittario venatore, qui in ea ſolitudine Ceruam inſectari, & ſagittis configere ſtudens, (nullum tunc enim erat tormentum manuarium) cum aduerſus,
C eam vſque tertiò arcum tetendiſſet, & ſagitta ad eum fuiſſet reuerſa, tangens eum abſque læſione, venatione cupidus, ad Ceruam captandam ſe laceſſens, & ipſa lento, ſed faceto, venuſto, & feſtiuo pede gradum faciens, ad locum, in quo Intemeratæ, & Glorioſiſſimæ Deiparæ Virginis ſtatua diuinitus erecta, ad Caſtaneæ arboris concauũ recenter poſita erat, & nec dum fidelibus nota, deuenit. Vbi relicta Cerua, quæ ad Virginis locum ab oculis ſuis euanuit, viſo, & conſiderato miraculo, præ timore, & lætitia correptus, expauit. Inque ſalutanda deuotione ingenti Dei Genitrice ſacratiſſima, aliquo tempore conſumato, ad Epiſcopũ, Clerum, & Claromontanum Populum feſtinatò receſſit, quid ſibi acciderat, nunciaturus. Tantò correpti miraculo Claromontani tàm Eccle-
D ſiaſtici, quàm ſæculares, magni, & parui, in longiſſimam producti ſeriem, nobiles cum ignobilibus, & ſæculares cum Eccleſiaſticis permixti, celeritate, & deuotione ineffabili, maximè quia à Claromontana Eccleſia ad Eremum euolauerat, & nec inuenire poterant, licèt longè, latèque eorum ſe extendiſſet induſtria, ad ſemper Glorioſæ, & Beatiſſimæ Mariæ Virginis, locum deuenere. Solutoq; non abſque lacrymarum effuſione, ex tot inumerabilium ferè cordibus fidelium eructante, humillimè, & deuotiſſimè reuerentiæ debito, Deum optimum Maximum collaudantes, & Virgini Matri laudes, & gratias reddentes, ſimulachrum eius ſacroſanctum ad Clarimontis Eccleſiam, è qua diſceſſerat, aſpor-
E tarunt. At illa, in eodem, quem ſibi delegerat, loco, ac ſi vnquam fuiſſet aſportata, mane ſequenti reperta eſt, magno, ac mirabili non carens myſterio. Vnde Claromontani Ciues ibi Deiparæ Virgini Templum inſtituendum intellexerunt. Quod & eiuſdem Oppidi Comes iuſſit ædificandum, multa eidem bona, ac iura liberalitate magna concedens. Et quia hiberno tempore, niue præſertim ingruente, & deuotis ad illud acceſſum prohibente, debitus Deiparæ cultus ſubtrahebatur; vir quidam nobilis, Virginis ſtudioſiſſimus, Tancredus Murrinus vocatus, ad Eremi radices inter Signi, & Fridi amnes, eo propriè in loco, in quo nunc

est eiusdem Monasterij Grancia *Ventrilis* nuncupata, Monasterium cum Ecclesia construxit, illò Virginis Statuam transferendam curauit, atque Benedictini Ordinis Patribus excolendam concessit, circa annos Domini 1060. Huius Tancredi Murrini mentionem fecit Honorius Papa huius nominis tertius in diplomate ad Abbatis, & Fratrum Sagittarientium instantiam dato, *Lateran. per manus Guillelmi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Notarij* 14. *Kal. Octobris, Indictione* 4. *Incarnationis Dominicæ anno* 1216 *Pontificatus verò Domini Honorij Papæ* 3. *anno primo*. Quod nos vulgauimus, cum de B. Ioannis Ioachim ad Pontificem Lucium Tertium accessu. Et præfati veteris Sagittarij meminit anno Dom. 1248. Mense Aprilis, 6. Indictionis Iacobus de Claromonte in priuilegio moderno Sagittarij Monasterio concesso, quod nos etiam dedimus loco citato pag. 35. litt. E. Peccatis deinde exigentibus, præfato habitatoribus destituto Cœnobio, atque corruente, & Virginis Statua ad Eremi Templum ei primò ædificatum restituta. Comes Clarimontis, ex familia Clarimontis præstantissima, Gloriosissimæ Virginis deuotissimus, Mellifluo Doctore Bernardo Clareuallentium Abbate tunc florente, à Casamariensibus Cistercienfis Ordinis coloniam obtinuit Monachorum, & annuente, immò expressè illis concedente sub annuo constituto censu vnius bizantij Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Lauro sitam in tenimento Rotundæ Maris, ac vetus Sagittarij Monasterium cum omnibus obedientijs, & Ecclesijs suis alijs, atque possessionibus Anglonentium Antistite, tunc fortasse illo Guillelmo, qui à Guillelmo Siciliæ Rege huius nominis secundo, & in ordine Regum tertio, in expiationem animæ Guillelmi Patris sui, pro se, suisque in Episcopatu Anglonensi successoribus, Nucariæ Castrum cum omnibus iustis tenimentis, & pertinentijs suis accepit anno Domini 1167. Mense Octobri, 1. Indictionis, (asserere non sum ausus nomen Episcopi concedentis Cisterciensibus vetus Sagittarium simul cum Ecclesia S. Mariæ de Lauro, atque omnibus obedientijs eiusdē antiqui Monasterij, ob monumentorum concessionis, & etiam confirmationis Apostolicæ iacturam, de eis expressam facientium mentionem ante quàm Robertus Cisterciensis ex eadem Sagittarij Abbatia ad Anglonensem Cathredam conscenderet, & cum Sagittariensibus super S. Mariæ de Lauro iura concordaret sub Pontificatu Gregorij Papæ noni, mense Februarij ann. Dom. 1241. cuius conuentionis, & concordiæ instrumentum ex tabulario Sagittariensi dedimus loco supra citato pag. 41) Casamariensibus nouiter Claromontano adductis in Agro apud Virginis Phanum in Eremo Abbatiam erigendam constituit. Haud tamen statim apud Virginis Templum illicò fundatum Monasterium. Nam Cistercienses tunc nimis rigidam videntes solitudinem, aliam pro se, & Virgine eligere sedem in eodem certè Comitatu, sed in territorio vulgò dicto, *Sicileo* à Sacrosancto Virginis Phano ad octauum lapidem, & à deserto Sagittarij Monasterio ad quintum lapidem distitam, eo propriè in loco, vbi de inde circa ann. 1203. Raynaldus de Guasto Sagittarij filijs sub nomine S. Mariæ de Bonaualle Monasteriū ædificauit, quod post tēpus aliquod ob aeris infœlicitatē fuit habitatoribus destitutū, & eius possessiones, & iura Sagittariensibus Patribus incorporata. In Sicileo itaque summa celeritate Phano, Cœnobioque ad sublimia ductis, illò Virginis Statuam transtulere. At frustra, nam mane sequenti in nouo Sacello non inuenta, ac si nunquam fuisset amota, in veteri fuit sede reperta. Nec obinde

Sup. in Magni Dionisq. Propheta B. Io: Ioachim Abbatis Hergasiarum Alethia Apologetica cap. 15. pag. 38. lit. D

Ex Archiuio eiusdē Episcopalis Ecclesiæ.

(Margin letters: A, B, C, D, E)

A obinde Ciſtercienſes Mariæ, immò Dei voluntati, ſe conformandos intellexerunt; nam etſi viſo miraculo ilicèt Sagittarij Eremum conſcenderint; haud tamen apud Deiparæ Domum conſedere inclinabant. Diſcupientibus igitur Patribus Monaſterium ſibi fundari in loco, qui Auſtrum ſpectaret, & non apud Deiparæ Domum quæ Septentrionem ſpectabat (adeò tunc erat horrida ſolitudo) fundamenta data ſunt in loco, amni Fridi imminente, ſupra pontem torrentis Turni, vbi ſalutis ſignum, in ſacræ huius hiſtoriæ memoriam arboribus affixum, veneratur, diciturque communiter *lo Monaſterio vecchio*, Monaſterium vetus, B diſtatque à ſacra Domo paſſibus mille, & quingentis. Et inſtituto aliquali Sacello, eò Virginis ſimulachrum tranſtulerunt. Sed in Sacello mane ſequenti eo non inuento, re tàm mira denuò correpti, apud ſacroſanctam Virginis Domum, vnde tranſportarant, & in qua iterum inuenerant, hodiernum Sagittarium inſtituerunt, currente Dominicæ Incarnationis Anno milleſimo centeſimo quinquageſimo ſecundo, vt Ephitaphium conſcriptum in baſi columnæ ad Altaris maioris eiuſdem Eccleſiæ dexteram, Deiparæ Aſſumptioni dicati, paucis verbis teſtatur hiſce formalibus. HOC MONASTERIVM FVIT FVNDATVM ANNO MCXXXXXII. Anonimus Auctor in quodam M. S. de prædicta triplici Sagittarij fundatione nullam prorſus mentionem faciens, in anno 1200. Abbatiam ædi- C ficatam aſtruit, & ſacram hiſtoriam narrat totidem verbis. *Anno 1200. miraculosè fundata eſt, & condita hæc Abbatia Sanctæ Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis in Diœceſi Anglonenſi in Prouincia Baſilicatæ iuxta Oppidum Clarimontis, cum quidam venator per luſtra ſyluæ illius (eſt enim circumcirca Abbatiam hanc ſylua nemoroſa, & ſylueſtribus arboribus dentiſſima, puta abietibus, caſtaneis, fagis, quercubus, ſilijs, cornolijs, & reliquis huiuſmodi arboribus, & frutetis, vnde per conſequens venationi eſt optima) feris inſidiaretur, intendens emittere ſagittam in ceruum, velut alter Euſtachius à ceruo monitus, & cerui monitione perterritus, dum ea, quam emiſerat, ſagitta ad ſeipſum regreſſa eſt, abſque læſione tangens eum, illic proſpexit ima-* D *ginem Beatiſsimæ Virginis prope radices arboris caſtaneæ erectam; qua proſpecta viſione, perrexit ad Epiſcopum Anglonenſem, qui cum Clero ſe conferens, Eccleſiam illic Beatiſsimæ Virgini dicandam ædificari, eamque Ordini noſtro deſtinari ſatagit. Floruit Abbatia hæc, & nimia fuit deuotioni populo, aucta, ac magnificè dotata ab Comitibus Clarimontis, alijſque Principibus, & ab Anglonenſibus Epiſcopis mirificè priuilegijs, ac bonis dotata.* Alia verò ſcriptura, quæ maiorem ex caracthere antiquitatem redolet, Carolo V. Romanorum Auguſto, & vtriuſque Siciliæ Regi Neapolim ſolemniter ingreſſo die 25. Nouembris ann. 1535. nomine Monaſterii, Abbatis, ac Fratrum ipſius, præſentata, pro confirmatione priuilegiorum, gratiarum, exem- E ptionum, libertatum, &c. in ſermonis ſimplicitate ſic exorditur.

S. C. & C. M.

Lo Venerabile Monaſterio, Abbate, & Fratri de Santa Maria del Sagittaro delo Ordine Ciſtercienſe oraturi perpetui de V. Maeſtà humilmente le fanno intendere, che circa anne ſeicento, che ſtando in veneranda exſtimatione vna antiqua immagine de la intemerata Vergine Matre del Redeptore noſtro Ieſu Chriſto in vna Terra chiamata Clarimonte: tale immagine non trouandoſe al loco doue ſtaua: per le Citadine de dicta Terra in troaarla fo facta diligentiſſima inueſtigatione: & como piacque al Summo Creatore: andando cacciando vn Cacciatore in vno Appennino de longo circa ſetti miglia da dicta Terra. ſagi-

stando vna Cerua. quella fugendo se nascose in vno loco doue era detta diuinissima immagine. quale così miracolosamente trouata, andao subito ad reuelarla alle citadine, che cercandola andauano: quale stupide tutte de tal miracolo. insieme con le Signure, che in tando dominauano con deuotissime processioni andarnno in tal loco &c. quæ ad euitandam prolixitatem non apponuntur. A

N. Gregorius Ruffus in sua historia pag. 113.

Igitur si ex numero annorum 1535. aduentus Caroli quinti in Neapolitanum Regnum, vt testatur Notarius Gregorius Ruffus, qui tanquam Populi Neapolitani Electus, cum cæteris Electis Nobilium eum Neapoli exceperat die 25. Nouembris, in sua historia, quam etiam citat, & sequitur D. Camillus Tutinus Neapolitanus in suo opere de Origine, & fundatione sedilium Neapolitanorum, deducantur anni sexcentum miræ Deiparæ Virginis Statuæ inuentionis, vt testatur supplex libellus Carolo quinto præsentatus, necessitte calculi cogimur deuenire ad annum Domini 935. & consequenter circa hunc annum sacrosanctam Domum fuisse primò institutam in Eremo tenemur affirmare. Syluester Viola Neapolitanus in sua historia, cui est inscriptio. *Regno di Napoli sacro.* lib. 11. cap. 3. cui talem titulum præfigit. *Grandezze della Vergine gloriosa sotto il titolo di santa Maria del Sagittario presso la Terra di Chiaromonte.* anno Domini 1654. quæ modo ex libello supplici tradidimus de fundatione sacræ Domus subdubitanter affirmasse videtur hisce formalibus. B

D. Camillus Tutini Neapolit. in opere inscripto. Dell'Origine, e fondatione dei Seggi di Napoli cap. 9. pag. 93.

Distante dalla Terra di Chiaromonte di Basilicata da sei miglia in circa presso il fiume Sinno trà il paese di Sinisi, e Noia, scorgesi vn vago, & antico Monasterio di Frati Cistercensi di S. Bernardo di Chiarauall e nominato Santa Maria del Sagittario per vn miracoloso caso iui successo, il quale raccontasi essere questo. Andando à caccia vn gentilhuomo, che forsi fino à quest'anno 1654. sono trascorsi più di 600. anni, per auuentura si abbattè in vna Cerua, alla quale tirandoli tre frecciate con l'arco niuna gli colse: mà le freccie ritornauano in dietro: & ecco che s'accorse d'vna bellissima figura di Maria releuata d'altezza di palmi quattro, che staua dentro vn'folto, e grosso albero di castagna. Altri disero, che andando i Cacciatori di Chiaromonte à cacciare in detta montagna fù ritrouata da cani vna Cerua di bellissima sembianza, & i cani, e veltri se li gittorono à piedi distesi in terra, e sommesi, con lambire la detta Cerua, e con farli vezzi come è costume di cani à loro Signori: e quantunque li Cacciatori hauessero tirato delle saette per ammazzarla, e finirla, contuttociò le saette, e spiedi cadeuano in terra senza punto colpire la Cerua. Onde atterriti i Cacciatori, credendo ciò esser cosa sopra naturale, li diedero addosso alla Cerua, la quale non fù vista più; mà si bene vna figura della Vergine Madre in vn tronco di castagno in vna cassetta tanto capace, quanto la sacra figura di palmi quattro. Ritornati i Cacciatori pieni di marauiglia in Chiaromonte, confessando il loro errore, subito senza punto tardare, fù ordinato vna deuota processione, e scalzi, e battendosi, andorno nel luogo della caccia, e fù ritrouata la santa figura di Maria riposta dentro il troncone del castagno. Presero li Cittadini di Chiaromonte quella santa figura, e la condussero nella loro Terra, e la matina seguente si trouò nel luogo, da doue era stata presa nel bosco. Vn Conte poi volendoli fare, come già li fece vna bellissima Chiesa in vn luogo detto Bella Valle, & in processione ve la fè condurre; e la matina seguente si ritrouò nel primiero luogo. Il che visto, e considerato da tutti, vollero iui ademplire la volontà della Vergine, edificorno il Tempio, e Monasterio nelle Montagne di sopra, territorio di Chiaromonte. Da molte persone poi li furno concessi, e donati molti territory, e montagne come sono il Sicilio, C D E

A *le Zimeride, li territorij di Ventrile, li Molini di Chiaromonte, la Montagna chiamata la Grottola, & vn'altra chiamata Caſcia noua, vn'altra chiamata Iazzo della Puma, Magnano montagna, & altri territorij di vigne grandiſſimi, con alcune defeſe, e giardini che ſi poſſedono da dette Monaci Ciſtercienſi negri. Si celebra la ſua feſta à dì 15. d'Agoſto con gran concorſo di tutti li populi della Prouincia, e con molta veneratione, e deuotione.* Hactenus. Syluestri Violæ historia, cuius originale M. S. aſſeruatur penès omnimodæ Neapolitani Regni historiæ eruditiſſimum antiquarium, & Neapolitanæ Vrbis ornamentum Ill. Dominum Nicolaum Caputum, Marini, & Bea-B tricis Coppulæ filium, præclaras cuius animi dotes prædicabit non inuidioſa poſteritas, quando præſertim fœcundiſſima, & facundiſſima de Neapolitano Regno ab erùditiſſimo Viro iam compoſita volumina peruoluenda prodibunt. Sed quidquid ſit de aſſerto tempore fundationis Eccleſiæ in loco, quem Syluester nominat, *Bella Valle*, ac de territorijs, & montibus Sacræ Domui conceſſis, in quibus præ monumentorum ignorantia, & maiorum in ibi habitantium traditione carentia, facilè ſe decipere potuit: etiam ſi dicatur ſæculo poſt ann. 935. primarium templũ fuiſſe à Claromontanis fundatum, facile etiam fuit veteri Sagittarij Monaſterio, tot Eccleſijs, & bonis alijs ampliari vſque ad Alexandri Papæ ſecundi Pontificatum, quot recenſet Honorius Papa tertius in ſuo con-C firmationis priuilegio ſupra dato. Et notandum quod Honorius Papa tertius eas tantùm Eccleſias Abbati, & Fratribus Sagittarienſis Monaſterij confirmauit per citatum diploma, quas Alexander ſecundus, Gregorius VII. Vrbanus II. Paſchalis II. & Caliſtus item ſecundus Romani Pontifices ante ipſum confirmarant, eorumque ad inſtar, priuilegium Sagittarienſibus dedit, nulla prorſus facta expreſſione cæterarum Eccleſiarum, quæ poſt aduentum Ciſtercientium Sagittario acceſſerunt. Tales fuerunt Eccleſia Sanctæ Mariæ de Lauro, ſita in tenimento Rotundæ Maris, cuius meminere Robertus, & Leonardus noſtri Ordinis, Anglonenſes Epiſcopi, in priuilegijs ſupra adductis. Eccleſia Sanctæ Agathæ D inter Maluitum, & Sangenitum in Calabria, conceſſa à Raynaldo de Guaſto Comite S. Marci, conceſſione Epiſcopi Diœceſani, quam Sagittario confirmauit Gregorius Creſcentius Romanus Diaconus Cardinalis Sancti Theodori, Apoſtolicæ Sedis Legatus ſub datum, *Panormi 4. Idus Octobris, Indictionis 13. anno verò Domini Innocentij Papæ tertij 12.* vt ſupra eſt videri. Item Eccleſia Monaſterij S. Mariæ de Bonaualle, ſuæ Filiationis, erecta circa annum 1203. ab eodem Raynaldo de Guaſto, Agnete Vxore ſua, ac Riccardo viro Sororis ſuæ, filijs Vgonis de Claromonte, vt teſtatur monumentum in pergameno ſcriptum, & propria eorum manu firmatũ, cuius exemplar hic, vt iacet, ex Sagittarienſi Tabu-E lario exhibemus, vt ſaltem Monaſterij huius perennetur memoria, cuius nunc vix murorũ veſtigia extãt, atq; Sicilei feudi iura plenius innoteſcant Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Domino Commendatario, & conuicinis populis.

Supra in Vita B. Ioachim Abbatis c. 15. pag. 38. litt. D.

Loco proximè citato pag. 41. litt. B. & 42. litt. E.

Ibidem pag. 44. A.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Amen. Conceſſio facta à nobis Raynaldo de Guaſto, Agnete vxore noſtra, & Riccardo Sororio noſtro, Filijs quondam Domini Vgonis de Claromonte, vobis Venerabilibus Fratribus Monachis Monaſterij Sanctæ Mariæ de Bona Valle, omnibuſque canonicè ſuccedentibus vobis in perpetuum. In fluctibus criminum vagi, & naufragi in pelago peccatorum, poſt Dominum Sanctæ Dei Genitricis Mariæ refugium, nobis quaſi tabulam præelegimus, ſperantes in ea deuitare periculum, quod nobis con-

conscientiæ procella minatur. Huius itaque nos patrocinio committentes, sensimus, quod sæpius tam mergeremur in profundum, nisi ipsa teneret manum dexteræ nostræ, & in sua nos deduceret potestate. Ad exhibendum itaque quantamlibet gratitudinem receptorum, ad honorem Dei, & eiusdem paternæ nostræ Ecclesiam in Territorio Sicelij ipsa nobis cooperante fundauimus. In qua ex mandato, & concessione Domini Papæ Innocentij, & de gratuita voluntate nostra fuit, & sincera cordis affectione, Abbatem, & Fratres constituere Religiosos, & honestos Viros Venerabilis scilicet Ordinis Cisterciensis, pro cuius gratiæ reuerentia, & nostræ deuotionis affectu, dedimus, & concessimus eidem Ecclesiæ, Abbati, & Venerabilibus Fratribus in ipsa Ecclesia constitutis totum tenimentum Sicelij, sicut continetur in priuilegio excambij, quod in nobis fecit Vgo de Sicelio, & Mabilia Vxor eius, quod priuilegium ipsi Ecclesiæ dedimus. Vt autem Monasterium ipsum mera, & plena libertate gauderet, ab omni iure, & potestate nostra, & hæredum nostrorum ipsum, & res quas ibi contulimus, vel conferemus in futurum prorsus adhemimus nec nobis, vel hæredibus nostris in eodem Monasterio, tenimentis, & rebus suis aliquid reseruauimus. Sed Monasterium ipsum liberum sit, & ab omni nostra, & hæredum nostrorum iure, & potestate liberum fecimus, & quietum; & concessimus, vt vos Venerabiles Fratres eiusdem Monasterij, & vobis canonicè succedentes in perpetuum in eodem Monasterio secundum Regulam Beati Benedicti, Patris, & Doctoris omnium Monachorum, & consuetudinem Ordinis vestri Cisterciensis religiosè viuentis, congregantes ibi Religionis Conuentum, eligentes vobis Abbatem de Fratribus vestris, quem volueritis liberè secundum Ordinem Cisterciensem, & voluntatem vestram. Concessimus etiam, & donauimus ipsi Ecclesiæ Boues laboratorios viginti quatuor, medietatem armenti Vaccarum nostrarum, Pecudes quingentas, & Iumenta decem. Rogantes deuotiùs vt oretis Venerabiles Fratres in Christo, in eodem Monasterio constituti, pro remissione peccatorum nostrorum, atque nostrorum parentum: Progenitorum quoque nostrorum repetito annorum calculo reuoluta anniuersaria faciatis, similiter pro nobis, & hæredibus nostris, cum nos Deus voluerit de hoc sæculo transmigrare. Ab huius autem concessionis proposito si nos, vel hæredes nostri, diabolico vexati consilio temptauerimus resilire, & prædicta omnia in totum, vel in partem euacuare, vel minuere præsumpserimus, centum regales aureos Regiæ Curiæ, & totidem parti ipsius Monasterij componemus, concessione ista firma, & stabili permanente. Ad cuius securitatem, & memoriam, & perpetuum firmamentum, præsens scriptum per manus Præsbyteri Nicolai Cappellani nostri scribi fecimus, & subscriptione manuum nostrarum, & testimonio subscriptorum, & cerea bulla nostra roborauimus. Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo ducentesimo tertio. Mense Augusti. Sexta Indictione. Regni verò Domini nostri Frederici Dei gratia Magnifici Regis Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ anno sexto fœliciter. Amen.

✠ *Signum propriæ manus meæ Raynaldi de Guasto.*

✠ *Signum manus meæ Agnetis Vxoris Domini Raynaldi de Guasto.*

✠ *Signum manus meæ Riccardi.*

✠ . . . .

✠ *Ego Baiadas de Tagana testis sum.*

& alio caractere non tantam antiquitatem indicante à tergo priuilegij scriptum est. *Die tertio mensis Octobris nonæ Indictionis præsens priuilegium præsentatum extitit Domino Ioanni Baptistæ de Vrlandis* Regio Commissario *super reintegratione pheudorum, Terrarum Serenissimi Domini Principis Bisinia-*

A *ſiniani per Fratrem Thomaſium Priorem introſcripti Monaſterij, quod receptum, & admiſſum eſt, de quo penes Curiam remanet copia.* Inferius verò ſequitur rubrica non minorem priuilegio antiquitatem redolens, quæ talis eſt. *Priuilegium Sicelij factum per quondam Comitem Raynaldum de Guaſto Sanctæ Mariæ de Bonaualle Fratrum Sanctæ Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis cum omnibus iuribus, & in quibus iuribus intelligitur fida, & diffida.* Et nec iſta tantùm Sanctæ Mariæ de Bonaualle Monaſterio Sagittarij filiationis cōceſsere Raynaldus de Guaſto, & Agnes eius Vxor, ſed & tenimentum Pellicorij, cuius conceſſionis, & priuilegij tenor eſt

B qui ſequitur.

✠ *Ego Raynaldus de Guaſto Dei gratia Comes ſancti Marci hoc confirmo.*

✠ *Ego Agnes Comitiſſa Sacti Marci hoc volo, & concedo.*

In nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Amen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quartodecimo, Menſe Martij ſecundæ indictionis. Habere prouidentiam vnumquemque oportet fidelem, vt poſt auxilium huius mundi, domum in æternæ patria ædificet ſempiternam, cum exemplo vidimus quotidie, mundum iſtum poſſideri non poſſe, ſed omnia, quæ hìc habentur, incaſſa remittere, decet ſapientibus ſibi domicilium in cæleſtibus fabricare, vbi à Deo tantùm accipient præmium, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Idcircò Nos Raynaldus de Guaſto Dei gratia Comes Sancti Marci, vnà cum Domina Agnete nobiliſſima Comitiſſa chariſſima coniuge noſtra prævidentes, quod Dominus ſua benignitate, non noſtris meritis, ſed ſua gratia, nos in hoc ſæculo exaltauit, & donis ſuis optimis nos dignatus eſt honorare de multis, & amplis largitionibus, nobis à Deo factis, volumus noſtro Domino aliquam particulam elargiri, qui gratè non accipit donationis quantitatem, ſed à corde contrito, & humiliato gratanter accipit oblationem, vt ipſo annuente, à quo bona cuncta procedunt, cum ſeruis ſeruorum eius aliquem loculum Regni eius obtinere poſſimus. Et quia viſum eſt nobis, nullum tàm Deo gratum, quàm ſuam Eccleſiam honorare, & exaltare, bona, & gratuita voluntate noſtra pro noſtrarum remedio animarum concedimus, &

D *donamus Omnipotenti Deo, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Sagittario ſitæ in territorio Sicelij quodam tenimentum ſitum in territorio Terræ noſtræ Pellicorij, videlicèt in Maritima, cuius tenimenti iſti ſunt fines. Ab Oriente eſt via publica, quæ venit à Molendino noſtræ Curiæ, & vadit per caput terræ Hoſpitalis, & vertit ad ſtradam publicam, quæ venit à Pantano, & vadit per ipſam ſtradam, & per caput terræ Sancti Baſilij vſque ad Vallonem Sancti Gregorij, ab Occidente eſt quodam ſeminarium, quod incipit ab ipſo Vallone Sancti Gregorij, & vadit per Gigonem Gigonem vſque ad terram, quam tenebat Coſtantius Camerarius noſter, & vadit per Gigonem vſque ad Petram Stiream, à Meridie eſt Aquarium Molendinorum noſtrorum, & Pantanum, & à Septen-*

E *trione eſt prædictus Vallo Sancti Gregorij, & ità tenimentum ipſum concluditur de confinibus ſuis. Ipſum denique tenimentum concedimus, & donamus prædictæ Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Sagittario ſitæ in territorio Sicelij, cum tranſitu, & exitu ſuo, & omnibus infra ſe habentibus, vel continentibus, ipſum tenere, & poſsidere à modò, & omni futuro tempore liberè tamen, & abſolutè ſine noſtra, noſtrorumque hæredum, vel alicuius hominis moleſtia, contrarietate, vel requiſitione. Si quis verò hanc noſtram donationem infringere auſu temerario, ſeù euacuare præſumpſerit, teneatur perſoluere dictæ Eccleſiæ boni auri libram vnam, & hæc noſtra conceſsio, & donatio firma ſemper inuiolabilis perſeueret. Vnde ad confirmationem, & ſecuritatem ipſius Eccleſiæ præſens inde*

ſens inde ſcriptum praecepimus fieri per manus Ioannis noſtri fidelis Curialis Notarij Pellicorij, ſigno proprio noſtrarum manuum præſignatum, & à Iudicibus, & probis hominibus Terræ noſtræ Pellicorij roboratum. A

✠ *Signum manus Iudicis Aruerij.*
✠ *Signum manus Iudicis Guillelmi.*
✠ *Signus manus Syri Ioannis de Granano Iudicis Policory.*
✠ *Signum manus Syri Ioannis Tarentini Iudicis Policory.*
✠ *Signum manus Syri Roberti de Policorio.*
✠ *Signum manus Syri Franca.*
✠ *Ego Petrus Epiſcopus teſtis ſum.* B
✠ *Signum manus Syri Nicolai de Vitali.*

Petrus ipſe Epiſcopus Anglonēſis qui huic priuilegio pro teſte interfuit, anno 1219 depoſitus fuit ab Honorio tertio, tanquā ſuæ violator dignitatis, & ſuæ Eccleſiæ bonorum dilapidator. In ſuorū criminū Inquiſitores ab eodem Pontifice delegatos 3 Idus Nouembris ſui Pontificatus anno primo, Archiepiſcopum Cuſentinum, Epiſcopum Biſinianenſem, & Sambucinæ noſtri Ordinis Abbatem expertus eſt, vt ex eiuſdem Romani Pōtificis Regeſtu: & exauctoratus cum non haberet vnde viuere poſſet, fuit redītegratus ad illa tantum beneficia quæ ante adeptam Anglonenſis Eccleſiæ dignitatem habebat, & ea quidem obtinuit de eiuſdem Honorij gratia ſpeciali, vt ex Epiſtola ad Archiepiſcopum Acheruntinum data quinto kal. Aprilis ſui Pontificatus anno ſexto, eſtque 319. in ordine Epiſtolarum Honorij tertij.

Sunt & quinque alij teſtes ſubſcripti. Præfatum Pellicorij tenimentum fuit aliquando Sagittarij Monaſterio occupatum à Domino Guillelmo Malabranca, ſed ad Abbatis inſtantiam Sagittarienſis, Rex Carolus ſecūdus mandauit Ioanni de Laya Iuſtitiario Terræ Idronti, vt illum ad reſtitutionem cogeret occupati tenimenti. Sub *Datum Neapoli per Nicolaum Frizziam de Ranello Anno Domini 1307. die 2. Octobris 5. Indictionis*, vt ex Regeſtu dicti Regis Caroli ſecundi, in Archiuio Regiæ Siclæ ſignato 1306. & 1307. littera D. folio 244. à tergo, prout de facto fuit Sagittario redintegratum. Verùm quædam petia terrarum eiuſdem tenimenti Pellicorij, exiſtentium in contrata, quæ dicebatur Maritima, permutauit deinde Anno ſcilicet 1334. Regnorum verò Roberti Regis Hieruſalem, & Siciliæ anno 26. Menſe Iunij, die primo eiuſdem Menſis, 2. Indictionis, Rogerius Abbas Sagittarienſis, cum terris incultis, & nemoribus Notarij Nicolai Iudicis Ioannis de Cuſentia, exiſtentibus in eodem tenimento Pellicorij, in contrata, quam dicebant *Coſteria*, vt ex permutationis, & excambij inſtrumento deſuper confecto, & in Sagittarij Tabulario aſſeruato. Item Eccleſia Sancti Conſtantini, ſita in territorio Terræ Nohæ. Hanc vnà cum eius bonis dedit in emphiteuſim Iacobus Abbas Sagittarienſis Viro nobili Giliberto de Domino Nicheta de Siniſio Vallecta, & Siniſcalcho nobiliſsimi Domini Clarimontis, ac eius primogenito tantùm, cum onere ſoluendi in feſto fori ſancti Ioannis de Siniſio tarenos auri quindecim, vt ex conceſſione originali in membrana ſcripta, cuius verba libenter damus ad facti memoriam excitandam. C D

Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſexto. Regnante Domino noſtro Manfredo Dei gratia Illuſtriſsimo Rege Siciliæ, Regni verò eius anno octauo feliciter. Amen. Die Martis quindecimo Menſis Septembris nonæ Indicationis apud Noham. Nos Frater Iacobus humilis Abbas Monaſterij ſanctæ Mariæ de Sagittario de Ordine Ciſtercienſi, & Conuentus eiuſdem Monaſterij: per præſens ſcriptum publicum notum facimus vniuerſis præſentibus, & futuris, quod nos attendentes grata, & accepta ſeruitia, quæ tu Vir nobilis Gilibertus de Domino Nicheta de Sineſio Vallectus, & ſiniſcalchus Illuſtris Viri Domini Henrici de Riuello Domini Clarimontis dudum Monaſterio noſtro prædicto contuliſti: & quæ conferre poteris in futurum, non vi, vel dolo ducti: ſed gratuita, & ſpontanea voluntate noſtra in præſentia Nicolai de Sire Roberto, & Benedicti Iudicum Nohæ, Petri publici eiuſdem Terræ Notarij, & teſtium ſubſcriptorum, ad hoc ſpecialiter vocatorum, & rogatorum à præſenti concedimus, & locamus tibi prædicto nobili Giliberto, & vni primogenito tuo tantùm, Eccleſiam noſtram ſancti Conſtantini ſitam in tenimento Nohæ cum domibus, vineis, tenimentis, redditibus, terris cultis, E

& incul-

A *& incultis, & cum Iuſtitijs, & pertinentijs ſuis ad eandem Eccleſiam de Iure ſpectantibus, ad emphuteoticum Ius hinc ad annos vig. .... vt tu vel ipſe hæres tuus teneatis Eccleſiam ipſam cum omnibus pertinentijs ſuis, vt eſt dictum, à Monaſterio, & per Monaſterium ſupradictum, & reddatis nobis pro parte dicti Monaſtery Sagittary, vel ſucceſſoribus noſtris annuatim pro eadem Eccleſia, & prædictis tenimentis, redditibus. & poſſeſsionibus in die feſto fori Sancti Ioannis de Sineſio, quod ſit anno quolibet in vltima ebdomada Menſis Iulu, tarenos auri quindecim, bene ponderatos, & Eccleſiam ipſam & poſſeſsiones eiuſdem teneamini regere, colere, & beneficium in eis facere opportunum, ſic quod Eccleſia ipſa cum poſſeſsionibus augmentata, & meliorata de beno in melius videatur, & ſi fortè per biennium ceſſaueritis ſoluere nobis vel*
B *ſucceſſoribus noſtris cenſum prædictum, & Eccleſiam ipſam & poſſeſsiones eiuſdem non melioraueritis, monitus per nos vel ſucceſſores noſtros bis, & ter de meliorandis ipſis Eccleſia & poſſeſsionibus eius & eas nolueritis meliore, liceat nobis, & ſucceſſoribus noſtris auctoritate propria vos à poſſeſsione dictæ Eccleſiæ expellere, & ipſam ad Ius, dominium, & poſſeſsionem dicti Monaſtery reuocare, quibus annis finitis, ſi prædicta Eccleſia, & poſſeſsiones eiuſdem melioratæ fuerint, ipſa Eccleſia cum omnibus poſſeſsionibus & beneficijs ibi factis ad proprietatem & dominium ipſius Monaſtery liberè reuertantur. Vt autem noſtra conceſsio, & locatio robur obtineat firmitatis, præſens publicum inſtrumentum tibi exinde fieri fecimus per manus prædicti Petri publici Nohæ*
C *Notary ſigno eiuſdem prædictorum Iudicum & ſubſcriptorum teſtium, ac ſigillo noſtro pendenti, nec non ſubteſtatione noſtra & prædicti Conuentus ſignis & ſubſcriptionibus roboratum. Quod ego idem Petrus publicus Nohæ Notarius mandato ipſius Abbatis & Conuentus propria manu ſcripſi & meo ſigno conſueto ſignaui quia interfui, Anno, Menſe & Indictione præſcriptis.*

✠ *Ego frater Iacobus humilis Abbàs concedo, & confirmo.*
✠ *Ego frater Aſſuerus ſubſcripſi & teſtor.*
✠ *Ego frater Nicolaus Monachus, & Diaconus propria manu ſignaui.*
✠ *Ego frater Rogerius Monachus teſtis ſum.*
D ✠ *Ego frater Guillelmus de Claromonte Monachus Sagittary confirmo & concedo.*
✠ *Ego frater Nicolaus Monachus concedo, & confirmo.*
✠ *Ego frater Rogerius de Claromonte concedo, & confirmo.*

Item Eccleſiæ, ſancti Athanaſij apud Terram Vianelli cum vineis, & terris iuxta ipſam Eccleſiam poſitis. S. Nicolai de Pertuſio ſita in Territorio Terræ Roccæ Imperialis. Sancti Nicolai de Salza in tenimento Siniſij cum vinea iuxta ipſam Eccleſiam, vt ex Archiuio Regiæ Siclæ; faſciculo ſignato numero 41. fol. 51. ſub Rege Carolo ſecundo, vbi etiam fit mentio, quod eo tempore erat Abbas Sagittarij quidam venerabilis Angelus, ſub quo etiam Rege Carolo ſecundo præfatæ Eccleſiæ ſancti
E Nicolai de Salza ad petitionem Domini Nicolai Venerabilis Abbatis Monaſterij Sagittarij, & fratris Ioannis eiuſdem Monaſterij Monachi, & Prioris, Presbyter Petrus Miniani, & Baſilius Miniani germani fratres Terræ Siniſij confirmarunt, & conceſſerunt petium vnum terræ per eorum progenitores eidem Eccleſiæ datum, ſitum infra territorium dictæ Terræ Siniſij in loco qui dicitur Sancti Nicolai de Salza, cuius terræ fines ſunt, ab Oriente vinea quæ tunc erat eiuſdem Domini Petri Miniati Presbyteri, ab Occidente terra eiuſdem Eccleſiæ ſancti Nicolai de Salza, à Borea terra quæ tunc erat eiuſdem Petri Presbyteri, & à Meridie via (*Ex Archiuio Sagittarij.*)

angusta, vt ex documento propria confirmantium, & concedentium A
manu firmato Anno ab Incarnatione Domini 1309, Regnante Illustris-
simo Domino Carolo secundo Hierusalem, & Siciliæ Rege, Ducatus A-
puliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ Forcalquerij, & Pedimontis Co-
mite, Regnorum verò eius anno 25. die 21. Mensis Ianuarij, septimæ
Indictionis apud Sinisium. Item Ecclesia Sanctæ Ginapuræ cum terris,
& vineis, iuxta ipsam Ecclesiam positis, vt ex fasc. 57. fol. 51. a tergo, &
fol. 52. sub Rege Carolo primo, vbi etiam notatur, quod bona Sagittarij
existentia in Terra, & territorio Terræ Sinisij, cum essent burgensatica,
& frãca non fuerunt restituta Domino Riccardo de Claromonte, quan-
do post eiusdem Regis Caroli primi aduentum ad Regnum, fuit Riccar- B
do de Claromonte Terra Sinisij restituta. Item Ecclesia sancti Nicolai de
Frassis apud Terrã Ordeoli, cũ vineis, vincalibus, & terris cultis, & incul-
tis: cuius vineale vnũ, & confines erãt ab Oriẽte vinea prædictæ Ecclesiæ,
ab Occidente, fons, qui dicitur de Salina, à Borea vinea Ioannis Floris
de Terra Roseti, & à Meridie terra eiusdem Ecclesiæ S. Nicolai de Fras-
sis., Rogerio de Tertia terræ Roseti, eiusque hæredibus, & successoribus
cum onere soluendi decimam mustorum, ex eadem vinea proueniendo-
rum Rogerius Abbas Sagittariensis concessit anno Incarnationis Domi-
nicæ 1329. Regnorum verò Roberti Regis Hierusalem, & Siciliæ Duca-
tus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ Forcalquerij, ac Pedimon- C
tis Comite ann. 21. die 10. Septembris, 13. Indictionis, vt ex concessio-
nis instrumento scripto manu Raynaldi Saccurti de Terra Sinisij publi-
ci Notarij. Quam S. Nicolai de Frassis Ecclesiam, Monasterium filiatio-
nis extitisse Sagittariensis Abbatiæ, idẽ Rogerius Abbas innuit tàm in ci-
tato instrumento, quàm in altero, quod sic legitur in Sagittarij Tabulario.

Ex Archiuio Regiæ Siclæ.

Ex Archiuio Sagittariensis Abbatiæ.

*In nomine Dei. Amen. Anno ab Incarnatione eiusdem millesimo trecentesi-
mo trigesimo octauo mense Ianuarij, die decimo mensis eiusdem, sexta Indictio-
nis apud Rosetum. Regnante Serenissimo Domino nostro Rege Roberto Dei gra-
tia Hierusalem, & Siciliæ Rege, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Pro-
uinciæ Forcalquerij, ac Pedimontis Comite, Regnorum suorum anno vigesimo D
nono fæliciter. Amen. Nos Guillelmus de Testa Regius Iudex dictæ Terræ Ro-
seti pro eodem Anno sextæ Indictionis, Marinus de Baldino vbique per Iusti-
tiariatum Calabriæ, Vallis Crathis, & Terræ Iordani, Basilicatæ, & Terræ
Ydrontis publicus Regia authoritate Notarius, & testes subscripti ad hoc spe-
cialiter vocati, & rogati, præsenti publico instrumento notum facimus, &
testamur, quod constitutus in nostri præsentia Frater Rogerius de Sinisio Abbas
Sagittarij asseruit, Ecclesiam, seù Monasterium sancti Nicolai de Frassis tene-
re, & possidere subscripta bona stabilia, sita, & posita intus in Terra, & terri-
torio dictæ Terræ Roseti pertinentia eidem Ecclesiæ S. Nicolai de Frassis pleno
iure, vt idem Abbas Rogerius dixit, de quibus subscriptis bonis stabilibus,
idem Abbas Rogerius requisiuit Nos, qui supra Iudicem, Notarium, & Testes E
subscriptos, per Nos exinde fieri publicum instrumentum, vt quod in præsenti
de bonis ipsis stabilibus enarratur, illud idem perpetuo ad cautelam eiusdem
Ecclesiæ ostendatur memoria cuilibet in futurum. Quæ bona stabilia sunt hæc
videlicèt. Domus duæ sitæ intus eandem Terram Roseti prope Castrum ipsius
Terræ, limitata ex parte Orientis cum Domo Emẽn de Gratiano, ab Occiden-
te via publica, à Meridie similiter via publica, & vicus ipsarum Domorum, à
Borea domus hæredum quondam Petri de Baldino. Item Domus vna alia in-
tus eandem Terram, limitata ab Oriente cum Domo quondam Ioannis Falconis,*

quum

A *quam tenent eius hæredes, ab Occidente eſt vicus ipſius Domus, & via publi-
ca, à Meridie via publica, à Borea Domus hæredum Ioannis Cumbæ. Item
Vinea vna, quæ eſt in Contrata de Sancta Cruce, cuius fines ſunt ij, ab Orien-
te vinea Notarij Ioannis de Conſtantino, ab Occidente quidam curſus aquæ, à
Meridie vinea Nicolai de Syri Confredo, & fratris ſui, à Borea cum quodam
Canale magno. Item vinea vna alia in contrata Paſticij limitata ab Oriente
vinea quondam Iudicis Henrici, ab Occidente via publica, à Meridie ſimiliter
via publica, à Borea vinea Domini Conſtantij de Madij. Item vinea vna alia
in contrata de Sancto Helia, limitata ab Oriente cum vinea Ioannis Græci, ab
Occidente cum vinea, quam tenet Marinus de Alicaſtro pro parte vxoris ſuæ, à*
B *Meridie vinea Nicolai de Conſtantino, à Borea via publica. Et ſic ipſorum
bonorum ſtabilium alij ſunt ibi confines, vt idem frater Rogerius Abbas Sa-
gittarij nobis dixit, vnà cum ſubſcriptis teſtibus præſentibus cum eodem. Et
quia de bonis ipſis ſtabilibus eorum finibus ſic concluſis nobis conſtitit euiden-
ter ea eſſe Eccleſiæ, ſeù Monaſterij Sancti Nicolai de Fraſsis, exiſtentis ſub Mo-
naſterio Sagittarij, ad petitionis inſtantiam eiuſdem Abbatis Sagittarij, huiuſq;
rei memoriam, ſecuritatem perpetuam, & cautelam, præſens publicum inſtru-
mentum factum eſt exinde eidem Eccleſiæ, ſeù Monaſterio Sancti Nicolai iam
dicto, per manus mei qui ſupra Notarij Marini, ſigno noſtro conſueto, & ſub-
ſcriptione ſolita noſtrorum qui ſupra Iudicis, & teſtium ſubſcriptorum, qui præ-*
C *miſsis interfuimus, ſignis, & ſubſcriptionibus roboratum.*

✠ *Signum Crucis manus propriæ Guillelmi de Teſta Regij Iudicis Terræ Roſeti, qui ſupra.*
✠ *Ego Dominus Nonellius de Roſeto teſtor.*
✠ *Ego Cathaldus de Marturano Teſtor.*
✠ *Ego Presbyter Conradus Fauuel teſtor.*
✠ *Ego Tribus Fauuel teſtor.*
✠ *Ego Rogerius Fauueli teſtis ſum.*
✠ *Ego Iudex de Peſare teſtor.*
✠ *Ego Rogerius Fagogenius teſtor.*
D ✠ *Ego Presbyter Robertus de Roſeto dictus de Marturano teſtor.*
✠ *Ego Angelus Iudicis Conradi de Roſeto teſtor.*
✠ *Ego Marinus de Baldino vbicumque per prædictum Iuſtitiariatum publicus Regia authoritate Notarius, qui ſupra, præmiſsis rogatus interfui, ſcripſi, & me ſubſcripſi.*

Et denique alia item Eccleſia ſub vocabulo ſancti Conſtantini, ſita apud
Oppidum Colubrarij, cuius meminit aliud antiquum monumentum in
eodem Sagittarij Tabulario aſſeruatum, quod ad prolixitatem eluden-
dam non apponitur. Ceterùm tàm expreſſarum, quàm non expreſſa-
rum in dicto Honorij tertij diplomate Eccleſiarum, Commendarum tur-
E bine nulla conſiſtit, quinimò earundem bona, ſi Sicelij feudum excipias,
in ſæcularium commodum tranſierunt. Immò & hoc ipſum Sicilei feu-
dum fuiſſe quoque à ſæcularibus Principibus occupatum habemus ex
quadam Sacri Regij Conſilij ſententia, cuius tenor eſt.

In Dei nomine Amen. Viſo memoriali oblato Illuſtriſs. & Excellentiſsimo Domino olim Proregi pro parte Domini Hieronymi Vergalliti Abbatis venerabilis Monaſterij ſanctæ Mariæ de Sagittario contra Ill. Principem Noiæ, cuius tenor eſt. v3 Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Signore &c. Viſis denique videndis per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam dicimus, pronunciamus, ſententiamus, decernimus, & declaramus poſſeſsionem Sicilei per noſtrum ſacrum Conſilium

nuſſum reſtitui dicto Abbati Venerabilis Monaſterij de Sagittario per dictum A
Principem Noiæ, fore, & eſſe infra hos fines duplici linea in pictura in actis de-
ducta deſignatos, videlicet a Vallone de Minco per flumen Sinni vſque ad Val-
lonem de Rubeo aſcendendo ad Planum Lupirelli inter Planum ipſum, & Pla-
num de ſancto Nicola, & indè per directum ad Serram Cutelli per mediam
Serram, & ſcindit Viam, qua itur Noiam; & pergit ad Vallonem, vbi dicitur
l'Abbeneraturo, per Valloncellum, vbi eſt Trattarea, quæ venit de Sancta
Elena, & eundo per dictum Vallonem venit ad Caſtellum dirutum, & dein-
de ad Vallonem de Scannagatta, & reddit ad dictum Vallonem Minei, & ad
Flumen Sinni, & in modum prædictum per directum eundo apponãtur limites,
& termini, prout poni mandatur, quos partes non amoueant, nec deſtruant ſub B
pœna ducatorum mille. Lecta, lata, die 14. Iuly 1603. Miſtanza &c.

Hoc in feudo erat Caſtrum non ignobile cum Parœcia ſub vocabu-
lo ſanctæ Mariæ de Sicileo; & licèt Caſtrum, & Parœcia ſint deſolata,
& penitus deſtituta quintodecimo ſæculo decurrente, vi, & metu pro-
ſcriptorum hominum, de mandato cuiuſdam Principis (cuius nomen præ
honeſtate ſilendum) vt teſtimonium perhibet ſuo in examine egregius
vir Notarius Dominicus Vertunnus Claromontanus, & eiuſdẽ Caſtri Sici-
lei Capitaneus, à tunc temporis Commendatario deputatus, qui quoſdã
ad turturam, & alios ad furcas ob flagitia damnarat: nihilominus tamen
ad hæc vſque tempora Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Domni C
Franciſci Antonij de Luca ex nobilioribus, & locupletioribus non igno-
bilis Molphatæ gentibus, non modò litteris, ſed humanitate prope ſin-
gulari, inque rebus agendis prudentia, & iuſtitia præditi, inuictique ani-
mi viri, atque Eccleſiaſticæ iuriſdictionis, immunitatis, & libertatis acer-
rimi vindicis, hodierni Anglonenſis Epiſcopi, cui par eſt longam vitam
præcari, à quo fœlicem, fauſtamque nobili Eccleſiæ nobiliſſimam
adminiſtrationem vtriuſque fori gentes expectant, ſingulo quoque An-
no in feſto Natiuitatis Deiparæ Virginis, obedientiam exigit Anglo-
nenſis Antiſtes à Parocho Eccleſiæ ſanctæ Mariæ Caſtri Sicilei, ſicut à
cæteris Parochis Eccleſiarum adhuc conſiſtentium, & non conſiſtentiũ D
Rubij, & Agrimontis, ſuæ Diœceſis Oppidorum. Cæterum eiuſdem
Sagittarij Monaſterij Granciarum Viſitationis B. Mariæ Virginis, alias
Ventrilis, Sancti Honufrij, & SS. Annæ, & Bernardi Abbatis Clareual-
lenſis in Terra & Territorio Claromontis, ſanctæ Crucis in Oppido Sini-
ſij, & S. Viti in Oppido Epiſcopiæ, Anglonenſis Dioceſis, ſanctæ Annæ
in Oppido Caſtellucij, & Sanctiſſimæ Annunciationis in Oppido Rotun-
dæ Caſſanenſis Diœceſis, hic non meminimus, cum fuerint erectæ
multò poſt initam concordiam in anno 1573. ſuper expenſis tàm pro
Eccleſiaſtica ſupellectili, & reparatione dicti Monaſterij, eiuſque Ec-
leſiæ, quàm pro ſuſtentatione, victu, & veſtitu Monachorum eiuſdem E
Monaſterij, cum Domino Domno Hieronymo Virgallito tunc Abbate
Commendatario. Qui prædeceſſorum ſuorum veſtigia præmens Sagitta-
rienſibus neceſſaria denegabat, ob indeque diù controuerſum, litiga-
tumque; & tandem, Deo ſic volente, amicabiliter diffinitum, concorda-
tum, & conuentum dicto in anno: quam conuentionem, atque concor-
diam confirmauit Gregorius Papa huius nominis tertius decimus per
ſuas litteras incipientibus. *Ex ſolita Sedis Apoſtolica clementia ad ea quæ*
ſublatis litium, & contentionum anfractibus perſonarum quarumlibet, præ-
ſertim ſub Religionis iugo Altiſſimo famulantium &c. ſub Datum Romæ
apud

A apud ſanctũ Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ 1575.... Idus Decẽbris Pontificatus ſui anno quarto. Sed mirum porrò eſt, quod me ſemper torſit, & torquet, Monaſterium Sagittarij, præter ſacrum Templum, perpauca habere ſigna antiquitatis; ſpiritui fortaſſe priſcorum Monachorum id tribuendum, qui Cellulis ex tabulis, & trabibus, fabrè appoſitis, contenti, ad inſtar Sanctorum Ægypti, & Hitriæ Patrum, de ædificiis ſumptuoſis, & altis non curantes, ex humili habitatione humillimum Domino exhibebant famulatum. Sacrum eius Templum non magis in temporalibus, quàm in Spiritualibus exuberans eſſe dignoſcitur conceſſione Indulgentiarum Romanorum Pontificum, & Anglonenſis Eccleſiæ &
B aliarum Antiſtitum, quarum ſola fama ſuperfluit, cum diplomata omnia perierint, vno tantùm excepto à Ioanne tunc Caſſanentium Epiſcopo, Merimagni expedito Anno Domini 1316. 15. Indictionis, Pontificatus Ioannis 21. alias 22. anno 1. Menſe Iunij die 26. quod ex originali in pergameno, & ſigillo in cera rubra ex cordula pendente roborato, tranſcriptum ſic legitur. *Ex Sagittarij Archiuio.*

Ioannes miſeratione diuina Epiſcopus Caſſanenſis. Vniuerſis Chriſtifidelibus præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & ſinceram in Domino Charitatem. Virgo venuſtiſsima, & omnium virtutum floribus inſignita, Virgo Dei Genitrix Glorioſa, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, cuiuſque præ-
C *cibus miratur populus Chriſtianus Florem immarceſcibilem, & æternum Dominum Ieſum Chriſtum humani generis Redemptorem ineffabili Sancti Spiritus cooperatione produxit, ob cuius reuerentiam Virginis loca in eius honore conſtructa, ſunt à Chriſtifidelibus venerandi, vt cuius pijs aditi ſuffragijs æternæ retributionis præmia conſequi mereantur. Rogamus itaque Vniuerſitatem veſtram, & hort..... in remiſſionem peccaminum: iniungentes quatenus ad Monaſterium Beatæ Mariæ de Sagittario Anglonenſis Diœceſis imploraturi à Domino veſtrorum veniam delictorum in humilitate ſpiritus accedatis. Nos enim vt Chriſtifideles quaſi per præmia ſalubriter inuitemus ad merita, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius*
D *auctoritate confiſi, & omnibus verè pœnitentibus, & confeſsis, qui ad Eccleſiam ipſam in Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis eiuſdem Virginis feſtiuitatibus, ac per octo dies feſtiuitates ipſas immediatè ſequentes cauſa deuotionis annuatim, nec non totiens, quotiens ad fabricam ipſius Monaſterij manus porrexeritis adiutrices, quadraginta dies de iniunctis ſibi pœnitentijs miſericorditer relaxamus. Dummodò Diœceſani ipſius Monaſterij ad id conſenſus acceſſerit. In cuius rei teſtimonium præſentes litteras exinde fieri fecimus, & noſtri ſigilli appenſione muniri in teſtimonium præmiſſorum. Datum Merimagni Anno Domini MCCCXVI. XV. Indiction. Pontificatus Domini Ioannis Papæ Anno 1. Menſe Iunij die XXVI.*

E Diſcrepant hiſtoriographi in anno, & modo creationis huius Romani Pontificis. Quidam 7. Idus Auguſti, alij 8. Idus Auguſti anno 1315. alij 1316. & alij 1317. Quidam vt Panuinus, & alij à 23. Cardinalibus poſt longam Cardinalium altercationem electum ſcripſere. Alij vt Ioannes Villanæus & alij ex compromiſſo ſeipſum Papam elegiſſe notarunt. Diploma allatum tutiorem reddit Ioannem electum ann. 1315. Non aduertentes ad huius diplomatis datam, in anno 1316. Ioannem 22. ad Petri ſolium conſcendiſſe diximus in Expoſit. Vaticin. Vaticin. 9. pag. 27. E. cum in anno 1315. conſcendiſſe verè dicendum erat. Sed ad noſtrum. Sagittarii venatoris cuius in principio huius cap. mentionem fecimus, *Panninus in Chronologia, & in Epitome, Platina in eius Vit. Abraham Bzouius to. 14. Annal. & Chronic. magnum Belgicum ad Annũ 1316. Io: Villanæus lib. 9. hiſt. capit. 79. S. Antonin. part. 3. hiſt. tit. 21. c. 4. Nauclerus Generat. 44.*

arcus

Marianus Florentinus lib. 4. c. 15. Fasc. Chron. Ordin. Seraph. Massonus in Ioanne 22. Ioannes Pineda in Monarchia Ecclesiastica. Vide vtramque sententiam apud Victorellum in notis Ciacontanis.

arcus, & pharetra, duæque itidem sagittæ, sacrosancto in eodem Beatæ A Mariæ de Sagittario Phano asseruantur ad hodiernum vsq; diem ad tanti memoriam signi. De certo huiusmodi autem inuentionis anno, aut mense non inuenio veram, & firmam sententiam apud eiusdem Ecclesiæ monumenta. Annua tamen ipsius Ecclesiæ dedicatio solemni ritu celebratur die decima tertia mensis Iulij. Mirabilia, quæ in hoc Sacratissimo Sagittarij Templo per suæ sanctissimæ Matris intercessionem in dies operatur Altissimus, quis enarrabit? Et quis ad minimam eorum partem attingere poterit? Locus iste, quem pro se elegit Maria Virgo, Eremus est, sed dilitijs affluens, tanquam Terra promissionis. Inter asperos, & præcipites Montes locus reperitur nulli (ne Tempe quidem) amœnitate B secundus, & in Sagittario non mors, sed vita largitur, & sanitas, vt mirabilis sit ad ipsum fidelium, deuotorumque concurrentium multitudo. In Beatissimæ Virginis Ara, nuper sub nostro moderamine ad elegantiorem formam restituta, sequentia deuotus quidam apposuit in eiusdem Virginis Sagittarij præconium.

PELLIT, ALIT, LVSTRAT, REGNATRIX, INNVLA, VIRGO,
HOSTES, NATOS, CASTOS, ARCVBVS, VBERE, FLORE.

Ex maiorum traditione Cistercientium

Ad quendam ergo dictæ solitudinis locum, nunc *Eremitorium B. Ioannis* nuncupatum, non satis à sacro Cœnobio dissitum, aduenit Ioannes humilis Dei famulus; ibique ad cuiusdam magni lapidis latum arctissimum C ex arborum ramis, & breue sibi erexit tuguriolum. Vbi totum orationi se, & contemplationi dicans, acerrimè corpus suum ieiunijs abstinentijsque, ac disciplinis affligebat. Solitis herbis inconditis, ac puris aquis se sustentabat, quas hauriebat ex fonte infra eius tuguriolum existente. Et lacessitis sui corporis membris, quàm breuissimam requiem indulgere volens, supra durum lapidem prædictum cubabat, in quo solùm contractus poterat accumbere: & lapis ipse demonstrat, magna enim moles est, ac stabilis, & decliuis vndique, ea tantùm eius parte excepta, in qua Dei Virum cubasse, constantissima fama fertur, & vt talis ad omnibus veneratur, & colitur. D

CAPVT VI.

Deuotorum concurrentia exagitatur.

Ex maiorum Sagittariensium relatu.

Coepit paulatim crescere conuersationis eius laudabilis opinio, & famæ ipsius odor longè latèque dispergi, ac ipse à magnis, humilibusque personis frequentari. Ioannes autem, qui delitescere, & latere discupiebat sub suæ modio humilitatis, adnentantium ægrè ferebat accessum, se reputans simili honore indignum. Quare si quemquam de Ma- E gnatibus ad se venturum esse sciebat, præ maxima humilitate, latebras petens, abscondebat se, vt sic absque offentione colloquium declinaret ipsius. Si autem ab aliquibus præueniebatur, ità vt subterfugiendi ei additus non adfuisset, & illis, pro vitando scandalo, colloqui cogeretur, non nisi requisitus, & cum tanta cordis angustia eos alloquebatur, vt ferè pœnis illud compararet Purgatorij. Quod vltra haud ferre valens, inde absistere, & secessum decreuit petere secretiorem.

A

CAPVT VII.

Interiora deſerti petit, & Caramolæ Montem inhabitat.

AD ſe concurrentium multitudine fidelium fatigatus Beatus Ioannes, Anteſignanorum ſtatuit veſtigia præmere Eremitarum, qui in Ægypto, & Tebaida ſanctæ vitæ huius ardentiſſimi æmulatores, in ſolitudinum penetralibus degentes, anguſtiati, & afflicti, cellas ipſi ſibi ædificabant, in quibus tecti tantummodò, & circumſpecti à turbine, & à pluuia in locis tutabantur aſperrimis, & ab omni omninò hominum conſortio ſequeſtratis. Eiuſdem Sagitttarienſis ſolitudinis ergo loca penetrans Eremita Ioannes, deuenit tandem ad Caramolæ Montem, intra Clarimontani territorij limites exiſtentem, & à Sacroſancto Sagittarij Phano ad quartum circiter lapidem diſtantem. Vbi loci aſperitate, & ſolitudine captus, cæteriſque eius iuxta votum qualitatibus allectus (conſedunt enim ibi per totum fermè anni circulum niues in quantitate non mediocri, viget frigus, ad apribus, cæteriſque feris tantùm inhabitatur, nemora impenetrabilia adſunt, abieteſque, ac arbores glandiferæ diſperſim) pedes ſuos fixit, & in quadam ſemicauerna, ſeptentrionem ſpectante cellulam proprijs manibus ſibi conſtruxit. Vbi ac ſi tranſacta vita imperfectionibus plena fuiſſet, ſupra modum ſtrictioribus obſeruantijs, durioribus pœnitentijs, aſperioribus diſciplinis, diuturnioribus ieiunijs orationibuſque, ac contemplationibus corpus ſuum macerauit, excruciauitque. Quibus Caramoliticæ frugalitatis delitijs tandiù, & vſque adeò vſus eſt, vt ab hoc Caramolæ Monte ab omnibus promeruerit cognominari. *S. Bern. de Vita Solitaria.*

B

C

D

CAPVT VIII.

Qualiter Sagittarientium Monachorum magnæ egeſtati ſubuenerit.

SVbticendum non eſt famoſiſſimum illud, quod Venerabiles Sagittarij Cœnobij Monachi antiquitùs publicò diuulgarunt oraculo. Quodam enim anno tanta niuis in hyeme ingens copia cecidit, & conſedit in Sagittarij ſolitudine, vt non abſque vitæ diſcrimine peregrinantium euidentiſſimo, ad ſacram Domum pateret acceſſus, nec Sagittarienſes aliquo modo è ſacri Cœnobij Clauſtro egredi ad ſuorum victui neceſſaria procuranda valebant. Quare tot deuotiſſimi in ibi commorantes Monachi, non habentes vnde viuere, nam veluti captiui detinebantur à niue, quæ pro eorum opportuna erant ſuſtentatione, ſupplices, & accliui, humilitèr, & deuotè à Beatiſsima, & Glorioſiſſima Deipara Virgine, expoſtulabant, ne famulos ſuos fame perire permitteret. Omnia iſta in ſuo ſpiritu intelligens fidelis ſeruus, & prudens Ioannes, ſolitam petendi cauſa elemoſinam (conſueuerat enim ipſe ſingula quaque Dominica in ſacro Sagittarij Phano ſacrũ audire, & à Cœnobij Cellerario in eleemoſynam pro tota hebdomada parum panis accipere) ſacrum

E

Cœnobium accessit. Pulsatoque Ostio, signum audientes, dicto prius, A
Deo gratias, eum, qui Ostium pulsauerat, interrogauerunt, dicentes. Quis es tu, qui per tantam niuium congeriem gradum faciens, ad nos venisti? Quam hominum multitudinem tecum habes? At ille. Solus sum, & Ego Eremita Ioannes humilis Dei, & vester seruus. Illi autem audientes, quod Ioannes à Caramola erat, vehementer conterriti, expauerunt; & Abbati eorum tunc Rogerio nomine, ex Oppido Sinisij, quod Frater Ioannes à Caramola erat ad Ostium, nunciauerunt festinatò. Hoc Rogerius Abbas quasi capere non potuit. Ostium aperiri iussit diligenter, ne niues Monasterlj Claustrum ingrederentur, & Fratrem Ioannem ad ipsum adduci. Cumque Abbatis cellam intrasset Ioannes, benedi- B
ctionem priùs, & deinde panis buccellam petijt ab Abbate. Qui Ioanni compatiens, suo Cellerario imposuit, vt micas, quæ præuia diligentia in Cella, vbi panis asseruari consueuerat, fortè poterant inueniri, Dei famulo daret. Patri Abbati inquit Cellerarius. Pater mi dilectissime, scias, me multotiès panis dispensam perlustrasse, & omnia panis fragmenta collegisse pro infirmorum Fratrum sustentatione: & propter niuium copiam non valens aliunde infirmorum necessitatibus consulere, leguminibus, ordeo, frumentoque coctis, sicut & nos reficimur, infirmi quoque ipsi per nostrum infirmarium reficiuntur, iam sunt dies plures. Non cessauit à suis postulationibus ad Cellerarij verba Ioannes, immò eas C
resumens, eò magis à Rogerio panis frustulum reflagitauit. Iste verò firmiter credens, quod Deus, qui nunquam deserit sperantes in se, & est eorum adiutor in omni tribulatione, & angustia, verè Ioannem humilem eius famulum miserat, vt supplicantium votis, & petitionibus prouideret, iterum suo Cellerario præcepto mandauit ad Cellam panis adire, secumque Fratrem Ioannem conducere. At ò mirabile dictu.
Ex firmissima maiorum traditione. Tanta panis copia in Cella illa, quæ ante Ioannis aduentum præter aerē nil aliud in se continebat, à Cellerario reperta est, vt nunquam cæteris senioribus Patribus similem extitisse videretur. Cellerarius præ admiratione, & lætitia se ipsum non capiens, cæteris Venerabilibus Patribus D
coniubilans, in gratiarum actione, & Dei laude effundebatur, qui pro suo, & aliorum alimento tàm mirum per humilem Eremitam seruum suum operari dignatus fuerat. Beatus tandem Ioannes apud Sagittarienses remanere respuens, accepta panis eleemosyna, ad Eremum suam decreuit omninò properare. E Cœnobio itaque egresso, & ad suam solitudinem Ioanne remeante, Venerabiles illi Patres, qui de illius ad eos accessu præ cæteris stupidi, inque excubias positi, recedentem speculabantur à fenestriculis, viam eius aperiri, & à duabus facibus, quia serò erat, ab Angelis in iuuenis forma manu gestis, illuminari, deprehenderunt. Vnde conuentualiter omnes Ecclesiam adeuntes, Deo, eiusque E
Matri gratias egerunt innumeras, collaudantes diuinam largitatem in humili seruo suo.

CAPVT IX.

De eius erga Pauperes Charitate.

QVis poterit erga pauperes Ioannis charitatem explicare? Prout ipse dederit, pro cuius amore præsentis operis sudat intentio, in alio-

A aliorum exemplum maxime admirandum narremus vnum. Sciens Ioannes, quod nihil valet virginalis puritas fine charitatis operibus, atque de ijs ſolos iuſtos in die extremi iudicij in ſede maieſtatis ſuæ ſedentem Dominum laudaturum, & horum propter defectum damnaturum, dicente ipſo. *Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet quidem oues à dextris, hædos autem à ſiniſtris. Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, poſsidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Eſuriui enim, & dediſtis mihi manducare; ſitiui, & dediſtis mihi bibere: hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, &* B *cooperuiſtis me: infirmus, & viſitaſtis me: in carcere eram, & veniſtis ad me. Quia quandiu feciſtis vni ex minimis meis, mihi feciſtis. Tunc dicet his, qui à ſiniſtris erunt. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus eſt Diabolo, & Angelis eius. Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitiui, & non dediſtis mihi potum: hoſpes eram, & non collegiſtis me: nudus, & non cooperuiſtis me: infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me. Quia quandiu non feciſtis vni de minoribus his, nec mihi feciſtis.* Aduertens itaque Ioannes ad operum dignitatem charitatis, quæ ſola in diſtricto laudari merentur examine, in omni ſtatu eius ſiue in ſæculo, ſiue extra ſæculum,

C quidquid habebat, aut acquirebat, egenis, & pauperibus erogabat. Et adeò pauperum afflictiones, & miſerias geſtabat in corde, & corpore ſuo; vt cum conductus denario, adhuc in ſæculo exiſtens, cuiuſdam hominis vineam Siniſij Oppidi cuſtodiret, & pro ſeipſo nec vnius vuæ botrum arripere ſine ſpeciali, & expreſſa ſui Domini licentia tanquam à graui facinore præcaueret, quando pauperes, & peregrinos ad ſe venientes videbat, abſque vlla Domini licentia vineam ex vna parte vindemiãs, vuas illis adminiſtrabat. Hinc contra vinitorem Ioannem ad eius Dominum acris inſurrexit accuſatio, ac ſi omnia vineæ bona diſſipaſſet, & fructus. Proindeque indignatus vehementer vineæ Dominus ad vi-

D neam properauit, cerniturus damnum, ſibi à vinitore illatum. Deuentus ergo ad locum vbi Ioannes erat, his, & ſimilibus verbis indignabundus eum affatus eſt. Nonnè in cuſtodiam vineæ meæ poſuit te, quare omni fidelitate non cuſtodiſti eam? Quare vuas meas expendiſti? Quare bona mea diſſipaſti? Quare, quare ad extremum quaſi paupertatis terminũ conſtituiſti me? An talentum, quod pro cuſtodia vineæ meæ promiſeram tibi, denegaui tibi, vel non tradidi tibi? An licentiam, vt pro te colligeres vuam, quoties petijſti, non conceſſi tibi? Veh tibi, veh tibi ingrate, impie, infidelis, & ſcelerate vinitor, lues vtique pœnam. Scio, ſcio, quod faciam. Ad vindicem irremiſibiliter te conducam, à quo

E crudeliſſimè cœſus, & verberatus, vt ſis in verecundia apud omnes, conſtituam te. Ioannes autem ea, qua erat humilitate donatus, reſpondit. Domine mi. Verum eſt, quod talentum mihi promiſſum, & vuas, quoties petij pro me, nunquam denegaſti mihi. Verum etiam eſt, quod ego quoſdam vuæ racemos pauperibus, aduenis, pupillis, viduis, ac peregrinis abſque vlla tui licentia erogaui: ſed eos inciſi ex quadam tuæ vineæ parte, quæ ob eius ſterilitatem vindemianda non erat; vt eſt videri ex alia parte conſimili, & illi contigua, quæ non dum tacta eſt à me: quam vtique, ſi vis prudenter agere, vindemiatoribus prætio conducendis non expones: proindeque pauperis, pupilli, & viduæ iuris efficietur,

D dicen-

S. Bern. de Paſſione Domini cap. 32.
Mattheus Euangeliſta cap. 25. nu. 31. & ſequentib.
Ibid. nu. 40. & ſeq.
Ex maiorum Sagittarientium traditione.

Deuteronom. c. 24. nu.20. Leuit. cap.19. n.9. & c.23. n.22.

dicente, & præcipiente Deo. *Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ, pupilli, & viduæ, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore manuum tuarum.* Si modo, aut auaritia, aut ira concitatus vis à me pretium erogatarum vuarum; & si non habeam vnde soluam, Deus soluet pro me. Ascendamus, & æstimemus eas. Firma enim fide teneo, quod Deus certè soluet pro paupperrimo, & humili seruo suo, & custode vineæ tuæ, redens tibi centuplum. Ipse namque dixit. *Quicunque potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli. Amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Ascenderunt tandem ambo, & inuenerunt vites, è quibus Ioannes vuas collegerat, adeo vuis oneratas, vt nunquam antea. Tanti miraculi oculorum inspectione correptus Dominus eius, & conterritus vehementer, laudauit semper in posterum seruum fidelem, & prudentem, quem constituerat super vineam suam, & charitatis opera in futurum maxima liberalitate decreuit exercere. Ioannes insuper Dei famulus, siue in sæculo, siue extra sæculum commorans, quando videbat pauperem, infirmum, aut peregrinum, aut in carcere positum, & non habebat vnde illis subuenire valuisset, tanquam indigens membrum Christi, agnoscebat Christum in illo, omni compassione permotus, non claudebat viscera compassionis ab illo; sed pro illo orationes, & gemitus effundebat, & frangebat panem consolationis his, qui in præssuris, siue in languoribus corporis, siue paupertatis in onere erant constituti.

Matth. c. 10. nu.42. & cap.19. nu.30.

A B C

CAPVT X.

De Beati Ioannis à Caramola in sacrum Cistercienſem ordinem ingreſſu.

Ex lect.5.

CVmque multos, & multos annos in Caramolæ Eremo posuisset Anachorita Ioannes, diuina actum est voluntate, vt is Anachoriticæ vitæ exercitationibus ante optime assuetus, ordine, vt videtur præpostero, sed nō præpostero merito, relicta vita Anachoritica, ad Cœnobiticam descenderet, & in sacrū Sagittarij Cœnobium Cisterc. Ordinis se reciperet. Vbi pietatis ardore, & disciplinæ progressione assecutus est omnia, quæ sibi maxime proposuerat ad perfectioris imitationem vitæ. Nam Sagittarij Claustrum Paradisus erat, regio vallo disciplinæ munitum, in quo pretiosarum erat mercium fertilitas. Gloriosissima res, homines vnius moris habitare in domo: bonum, & iucundum habitare Fratres in vnum. Videbat Ioannes ibi illum peccata sua flentem, alium in Dei laudibus exultantem, hunc hominibus ministrantem, illum alios erudientem, hunc orantem, illum legentem, hunc miserentem, illum peccata punientem, hunc charitate flagrantem, illum humilitate pollentem, hunc in prosperis humilem, illum in aduersitate sublimem, hunc in actiua laborantem, illum in contemplatiua quiescentem. Et dici poterat, *Castra Dei sunt hæc. Quàm terribilis est locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cœli.* In his ergò nundinis Dei famulus Ioannes se consecrauit. Et licèt latinam linguam, & scribendi artem apprimè calleret, maximam tamen ob eius humilitatem in Conuersorum numerum cooptari humiliter ab

D E

A liter ab Abbate Rogerio petijt, atque obtinuit. Et qui Magiſter eſſe meruerat (duxerat enim in Caramolæ Eremo vitam Angelicam potiùs, quàm humanam) ſumpta forma Diſcipuli, ſed non ceſſans à præteritæ vitæ auſteritatibus, curuauit verticē humiliter regularibus diſciplinis. Et tanquam apis argumentoſa perambulans virtutes cohabitantium in domo Domini virtutum, eaſque circumiens, adeò ex Sanctis illis Patribus virtutes aſſumpſit; vt ſolus ipſe ſanctarum virtutum omnium ſeminarium, & officina in ſacro, & celeberrimo Sagittarij Cœnobio eſſe videretur. Etenim eum tanta ſui cordis lætitia accinxerat lumbos fortitudine ſuos, ad currendam viam anguſtam, & arctam, quæ ducit ad vitam, ac ſi nihil eſſet, quod pro Chriſto antea feciſſet. Totis ergo viribus ad anteriora
B ſe extendens, ſupernæ vocationis ad palmam ſequebatur.

Ex eadem lect. & reſponſ. 6.

CAPVT IX.

Rogerio Abbati Angeli Domini Rubij, Monaſterio debitoris, obitum prænunciat.

AT cum per tot bona adhæreret Altiſſimo, & iam ſecundum ſcripturam, cum eo ſpiritus vnus eſſet effectus, inter alia chariſmatum dona
C deſuper de theſauris Domini ſibi collata, non mediocriter Prophetiæ ſpiritu refulſit. Erat ſanè ea tempeſtate in Lucaniæ Prouincia, Anglonē ſi Diœceſi, & Comitatu Claromontis Oppidum quoddam, Rubium nuncupatum, quod ſoluebat Reginali Curiæ annuas vncias duas, & tarenos quindecim, vt notatur in Cedulare Reginæ Ioannæ ſecundæ, & ſub eadem fuit habitatoribus penitus deſtitutum, dirutumque. Cuius Oppidi Baro, Dominus Angelus de Rubio appellatus, multa ſacræ Domui per ipſum ablata, reddere tenebatur; nec Rogerius Abbas præ ergò illum reuerentia admodum eum pro reſtitutione premebat. Cumq; Beatiſſimus Dei famulus Ioannes, Angelū, & ſi ſanum, & incolumē, morti tamē
D proximū præuidiſſet, mox humillimis greſſibus ad Abbatē ſuum accedēs, eum talibus verbis eſt allocutus. *Vade citò, dic illi Angelo, vt illud, quod Monaſterio noſtro reſtituere tenetur, reſtituat, & citò ſoluat vinculū debiti; nā ſatis breuis terminus eſt, quo eſt carnis debitū ſoluturus.* Quod ità quippè factū eſt, quoniam infra breue temporis ſpatium de hac fuit luce ſubtractus, & tota familia extincta. Superuixit quidem Richardus de Rubio, & vt autumari fas eſt, eiuſdem Domini Angeli conſanguineus, Caſtri Epiſcopiæ Baro; at parum. Nam ob Richardi de Rubio mortem, filijs non relictis, Epiſcopiæ Caſtrum ad Ioannem Vincislaum de Sancto Seuerino Clari-
E montis Comitem deuolutum, cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus, hominibus, vaſſallis, molendinis, aquis, aquarumque decurſibus, domibus, nemoribus, pratis, paſcuis, vineis, oliuetis, viridarijs, terris cultis, & incultis, debitis, redditibus, & bonis alijs quibuſcumque ſub ſeruitio, & adogha vnciæ vnius, tarenorum quindecim, & granorum vndecim vſualis pecuniæ Regni, ponderis vſualis, ab Vgone, & Thoma de Sanſeuerino patruis, & tutoribus prædicti Ioannis Vincislai, tutorio, & adminiſtratorio nomine, ob integritatem deuotionis, & fidei, ac grata plurimum, & grandia ſeruitia, quæ præſtiterat multipliciter prædeceſſoribus ſuis, & quæ præſtabat tàm ipſis, quàm nepoti eorum, datum, traditum, conceſſum, & aſſi-

Cedularē factum in ann. 1416. pag. 46. et in alio Cedulari facto in ann. 1456. per Mendragolū de Lupulo de Neapoli Reginalem Secretariū, & allor. Magiſtrum Reginalis Cameræ Summariæ pag. 114. in cuius marg. etiam legitur hæc appoſita rubrica. Conſtat per Commiſſarios fuculariorum quod non habitat. aſſeruatur vtrumque in magno Archiuio Regiæ Cameræ.

Ex Reſp. 2.

Ex lect. 4.

assignatum lego nobili Viro Thomæ de Succurto de Sinisio carissimo fa- A
miliari,& socio eorum, ac suis hæredibus, & successoribus anno Domini
1365. die 10. Decembris, 3. Indict. in suo originali concessionis priuile-
gio, quod asseruatur in Tabulario Illustrissimi Domini Marchionis Epi-
scopiæ.

CAP. XII.

Comitissæ Margaritæ de Claromonte sterili, futuram prolem prædicit. B

Vide priuileg. Miseratione &c. relatum in Vit. B. Io: Ioachim Abb. Florensis c. 15. pag. 35. E. Ferdinand. de Marra Dux Guardiæ in suo opere de familijs extinctis &c. Neapoli impresso ann. 1641. dum de familia de Tricarico pagin. 308. & 414.

EX antiquissimo Caroli Magni Gallorum Regis stemmate ortum du-
cens Margarita de Claromonte, Iacobi Comitis Clarimontis filia,
& vxor nobilissimi viri Iacobi de Sancto Seuerino Tricarici, & Clarimō-
tis Comitis (hic descendit à Targisio, è Nortmannorum Principibus san-
guine procreato, qui primus S. Seuerini Comitatum sui iuris effecit, ex
quo de Sancto Seuerino cognomentum suos in posteros dimanauit: &
Iacobus iste primus Sanseuerinorum extitit, qui Margaritæ de Claro-
monte matrimonij iure, post Vgonis de Claromonte fratris obitum,
Claromontanis imperauerit) cum per annos, & annos fuisset sterilis, & C
iàm de perpetua sterilitate vehementer reformidaret; sæpenumero Sagir-
tarium veniens, nostri Beati Ioannis præcibus pro impetrānda progenie
se commendauerat. At cum vice quadam Margaritam, mæstas nimium
hanc ob rem voces expromentem, Ioannes deprehendisset, hisce eam
sermonibus est affatus. *Forti (inquit) animo esto. Noli te plus mærore con-
sumere, indubitanter multa, & grata tibi soboles est futura.* At mirum di-
ctu. Non post multum dierum spatium, reserata fuerunt occlusa Co-
mitissæ viscera, & vtriusque sexus proles inde exijt vberrima, Deo, Ma-
tri, quæ genuit, & hominibus valdè grata. Fœminarum nomina non
habemus. Mares fuere tres, qui ad nostram deuenere notitiam. Roge- D
rius veluti primogenitus in Comitatu Tricarici, & Clarimontis Iacobo
Sanseuerino Genitori successit. Vgo Porentiæ Comes, ac Magnus Re-
gni Prothonotarius euasit. Et Thomas Montiscagiosi Comitatum posse-
dit; pro Ludouico Andegauensi Neapolitano in Regno Proregis officium
exercuit, Romanum Pontificem Vrbanum huius nominis sextum, à
Nuceriana obsidione liberauit, & Sagittario Rotundæ Maris, & Trisagiæ
tenimenta concessit. Concessionis, & Regiæ confirmationis in nostro
Archiuio monumenta non habemus neque originalia, neque exemplata:
ea tamen fuisse originaliter præsentata ann. 1406. 18. Nouembris, 15. In-
dictionis Magnifico Viro Francisco Buccaplanula Neapolitano, Regio E
Commissario super demanialibus Basilicatæ deputato, & illorum vigore
præfatorum tenimentorum possessio data Fratri Antonio Decretorum
Doctori Abbati Sagittariensi, habemus ex eiusdem possessionis originali
Instrumento, formalia continente, v3.

Scipio Ammiratus cum de Familia Sāseuerina cap. di Giacomo Conte di Tricarico primo. fol. 25. Filibertus Campan. in lib. de Insignibus Nobilium. cap. de Conti di Tricarico. fol. 97. D. Camillus Tutini Neapolitan. de variet. Fort. pag. 9. & habetur in calce sui operis de Origine, & Fundat. sedilium Neapolitan.

*In nomine Domini nostri Iesu Christi. Amen. Anno Natiuitatis eiusdem
millesimo quadrigentesimo sexto. Regnante Serenissimo Domino Domino no-
stro Ladislao Dei gratia Hungariæ, Hierusalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ,
Ramæ, Seruiæ, Galitiæ, Lodomeniæ, Comaniæ, Bulgariæque Rege, Prouinciæ, &
Forcalquerij, ac Pedemontis Comite, Regnorum verò eius anno vigesimo. Fæ-*

A *liciter Amen. Menſe Nouembris die decimo octauo menſis eiuſdem anni, quintæ decimæ Indict. apud Siniſium. Nos Antonius de Melle de Laurino annalis Iudex eiuſdem Terræ Siniſij, Nicolaus Notarij Riccardi de eadem Terra publicus vbique per Prouincias Principatus Citra, Terrarum Idronti, Baſilicatæ, Vallis Crathis, & Terræ Iordanæ* Regali *authoritate Notarius, & teſtes litterati ſubſcripti, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſente publico inſtrumento fatemur, notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die accerſitis nobis ad petitionis inſtantiam Domini Fratris Antonij Decretorum Doctoris, ac Abbatis Sanctæ Mariæ de Sagittario coram Magnifico Viro Franciſco Buccaplanula de Neapoli Regio Commiſſario ſuper Demanialibus deputato in Prouincia Baſili-*
B *catæ, vt de eius commiſsione nobis plenè conſtat, ante domum Archimandritæ Carboni, vbi ipſe Franciſcus ad præſens moram trahebat, in cuius præſentia dictus Dominus Abbas præſentauit in noſtri præſentia quædam priuilegia quõdam Domini Thomaſij de S. Seuerino, & confirmationem præſentis Regiæ Maieſtatis priuilegiorum ſupradictorum, quorum vigore dictus Dominus Abbas petijt cum inſtantia à Franciſco prædicto, vt ipſum Abbatem nomine dicti ſui Monaſterij reduceret, & apponeret in corporalem poſſeſsionem auctoritate* Regiæ *Maieſtatis, qua fungebatur ad præſens, tenimentorũ Rotundæ Maris, & Triſagiæ, ſicut in donatione dicti quondam Domini Thomaſij, & confirmatione dictæ Regiæ Maieſtatis plenius continetur, confinatorum ex vna*
C *parte cum flumine Signi, ex alia parte cum bambacaria Rodiani eundo per dictam viam, & exeundo ad bellummontem, exeundo ad limpidinam ſupra bellummontem conferendo ad cipponem zappariæ per caput vallis latæ, exeundo ad zappariam, veniendo ad palumbariam Fabalis, & per ſerram defenſæ, quæ fuit Petri Preſmathij, veniendo per ſerram ſerram Maſſæ de orbis, deſcendendo ad vallonem Bollitæ, & ex alia parte confinando cum tenimento dictæ Terræ Bollitæ, & ex alia parte cum Mare, & aliorum confinium, iuxta quod dictus quondam Dominus Thomaſius de S. Seuerino donator ſupradictorum tenimentorum tenuit, & poſſedit. Qui Franciſcus auditis iuſtis petitionibus Abbatis prædicti, priuilegia in noſtri præſentia publicè legi fecit, ipſaque legere*
D *audiuimus, ac inſpeximus diligenter, & in ipſis erat, quod quondam dictus Dominus Thomaſius de S. Seuerino dicta tenimenta Rotundæ Maris, & Triſagiæ donauerat Monaſterio ſupradicto; nec non & dicta donatio erat per præſentem Regiam Maieſtatem gratioſè, & benigniter confirmata; quorum priuilegiorum authoritate dictus Franciſcus præſens, vt dixit, ſuper hoc habito maturo conſilio cum hominibus antiquis patriæ, prædictæ ſententibus, dictum Domnum Abbatem nomine dicti ſui Monaſtery per anulum, quem geſtabat in digito, in corporalem poſſeſsionem induxit tenimentorum ſupradictorum Rotundæ Maris, & Triſagiæ, vt aſſeruit, vt ſupra confinatorum, iuxta quod tenuit, & poſſedit quondam dictus Dominus Thomaſius ſupradictus donator tenimentorum ſu-*
E *pradictorum ad habendum, tenendum, poſsidendum, vſufruendum, locandum, vendendum, animalia ibidem affidandum, terragia, quarteria, plateagia, & ſcagnagia exigendum, ac omnia alia iura ad dicta tenimenta ſpectantia, & quæ dictus donator percipiebat percipiendum, nec non aquarum decurſus, & quæ quilibet alius Dominus, & Patronus à ſuis proprijs tenimentis percipit, & ſolitus eſt percipere percipiendum. Mandans inſuper omnibus Baronibus, & alijs Officialibus Regijs præſentibus, & futuris authoritate* Regia, *qua fungitur in hac parte ad pœnam vnciarum quinquaginta, ac indignationis* Regiæ Maieſtatis, *vt dictum Abbatem nomine Monaſterij ſui ſupradicti in dicta poſſeſsione, vt prædicitur, inductum, manuteneant, & defendant, non turbent,*

neque

neque molestent; sed potius à turbatoribus, & molestantibus, vt supra, manuteneant, & defendant, transgressores acriter puniendo, nec nō à prædictis transgressoribus prædictas pœnas irremissibiliter exigendo. Et quia dictus Dominus Abbas de tali actu scilicet positionis corporalis possessionis, vt supra, asseruit esse necessarium in dicto suo Monasterio habere publicum instrumentum, & requisiuit attentè nos, qui supra, Iudicem, Notarium, & Testes subscriptos, vt de præsente positione corporalis possessionis conficeremus publicum instrumētum: nos verò attendentes quod nostrum officium, quod est publicum, nemini possumus denegare, ad rogatum dicti Domini Abbatis de dicta positione corporalis positionis confecimus præsens publicum instrumentum, quod in testimoniū cuius rei, & tàm præfati Domini Abbatis, & pro parte dicti Monasterij sui, & successorum eius, & quorum interest, & interesse poterit ad cautelam factum est per manus mei prædicti Notarij, qui præmissis rogatus interfui, & vero solito signo signaui. Locus signi ✠

Ego Antonius Melle de Laurino qui supra Iudex Terræ Sinisij.
Ego Syluester de Varcyone de Tarento testis sum.
Ego Palumbus Nicolai Iudicis Martini de Sinisio testis interfui.
Ego Leo de Ayntardis de Venusio miles testis sum;
Ego Fauellus Fauuelis testis sum.
Ego Gualterius de Cilento prædictis testis interfui.
Ego Magister Ioannes Petri Ioannis de Sinisio testis interfui.

Concessionis tenimentorum Rotundæ Maris, & Trisagiæ præfatorum à Thomasio de S.Seuerino Sagittario factæ, fit quoque expressa mentio in alio originali monumento in pergameno scripto anno Natiuitatis Domini 1411. Regnorum Ladislai Regis Hungariæ, Hierusalem, & Siciliæ ann. 24. die 9. Mensis Iunij 4. Indict. apud Sinisium. In quo coram Ioannutio de Cilento annali Iudice Terræ Sinisij eiusdem anni, Nicolao Notarij Riccardi de eadem Terra publico per Prouincias. Principatus Citra, Terras Montorij, Basilicatæ, Vallis Crathis, & Terræ Idronti Regali authoritate Notario, ac Actor. magistro Curiæ Baiulorū, & Iudicum eiusdē Terræ Sinisij, ac testibus litteratis numero nouem deponunt, declarant, & testantur Goffridus Calsonus, Nicolaus Volinterius, & Guillelmus de Foracio quondam custodes Iumentorum fœlicis memoriæ Thomæ de Sancto Seuerino, quod termini, & confinia appofita in supra relato instrumento possessionis corporalis positionis per Magnificum Virum Franciscum Buccaplanulam Regium Commissarium super Demanialibus deputatum in Prouincia Basilicatæ, tenimentorum Rotundæ Maris, & Trisagiæ ad beneficium Venerabilis Monasterij S.Mariæ de Sagittario, sunt prorsus eadem, quæ limitabant, & terminabant tenimenta prædicta tempore quo possidebantur tùm à Comitissa Clarimontis, tùm etiam à præfato donatore Thoma de S. Seuerino antequam largiretur ea Sagittario prædicto: hocque scire testantur, quia per multos annos tempore bonæ memoriæ Thomæ de S.Seuerino eius iumenta ibidem custodierant. An autem Rogerius, & Vgo maiores natu fratres, aliquid fuerint Sagittario impartiti, adhuc mihi non exploratum. Verū Rogerij primogenitus Ioānes Vincislaus de S.Seuerino ita dictus dū erat impuber, Comes Tricarici, & Clarimōtis, ac Margarita de Sagineto Tricarici, Clarimōtis, Altimōtis, & Corioliani Comitissa eiusdē Vincislai Vxor, ann. Dom. 1380. Regnorū Reginæ Ioannæ primæ ann. 38. die 24. Mensis Iunij, ob magnā deuotionem quā gerebant erga Sagittarij Ecclesiam, & in remissionem suorum

A rum peccatorum, ac prædeceſſorum ſuorum dederunt, & tradiderunt Eccleſiæ prædictæ, ac eius Venerabili Abbati Fratri Guillelmo de Vineola duo molendina ſita in Comitatu Clarimontis, vnum ſcilicet poſitum in territorio dictæ Terræ apud amnem Signi in loco, qui dicitur Carroſus, alterum in territorio Caſtri Siniſij de Comitatu prædicto Clarimontis, in loco qui dicitur Embulus in contrata Milioti, cum iuribus, rationibus, & pertinentijs ſuis omnibus, franca, libera, & exempta, cum aquis, aquarum decurſibus, ac vijs, ingreſſibus, & egreſſibus, ac iuribus, rationibus, & pertinentijs quibuſcumq; ad dicta duo molendina, & ad quodlibet ipſorum ſpectantibus, & pertinentibus quoquo modo, nihil prorſus ſibi reſeruando; immò expreſsè concedendo, quod ſi fortè præfata duo molendina, vel aliquod ipſorum quocumque tempore in eorum aquarum decurſibus indiguiſſent refectione, licitum eſſet præfato Abbati Guillelmo, ac ſucceſſiuis pro tempore Abbatibus Sagittarij, & Officialibus eorum, nulla licentia petita ab eo, hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis, vel officialibus eorum, ſed propria authoritate in virtute ſola præfatæ conceſſionis, reficere, vel de nouo facere dictos aquarum ductus, & curſus tàm in locis antiquis, quàm alibi per totum territorium dictarū Terrarum vndecumq; quacunque, & per loca quæcunque eis habilia viſa fuiſſent, & opportuna, vt largiùs eſt expreſſum in inſtrumento deſuper confecto manu Notarij Guillelmi Peregrini de Siniſio in præſentia eiuſdem Domini Comitis, & Dominæ Comitiſſæ, Silueſtri Narij de Tarento per Prouincias Baſilicatæ, Terræ Idronti, Terræ Iordanæ, & Vallis Crathis, reginali authoritate ad contractus Iudicis, Thomaſelli Succurti de Siniſio annalis Iudicis eiuſdem Terræ Siniſij, Thomæ Succurti militis Caſtri Epiſcopiæ Domini, Nicolai Miſſanelli Domini, Ioannucij Calabræ Domini, Hugonis de Paulino, & Iudicis Amillarij de Tricarico teſtium vocatorum, & rogatorum, qui propria manu præfatum inſtrumentum tanquam teſtes muniuerunt anno, & die ſupraſcriptis. Ad prænominati Guillelmi de Vineola Abbatis inſtantiam, & ob ſingularem deuotionem qua erat affectus erga Sagittarij Monaſterium ad honorem, & reuerentiam Deiparæ Virginis, ac noſtri Beati Ioannis à Caramola conceſſit quoque Vincislaus Sagittario priuatiuè quoad alios facultatem vetera molendina reficiendi, & noua ædificandi in territorio Terræ Clarimontis, vt ex priuilegio deſuper expedito ann. Dom. 1383. quod dandum cenſemus ad oſtendendum quanti fecerit noſtri Beatiſſimi Viri. Sic enim ſe habet priuilegium.

(B, C, D: margin letters)

✠ In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno à Natiuitate eiuſdem milleſimo trecenteſimo octogeſimo tertio regnante Sereniſſimo Domino noſtro Domino Carolo tertio, Dei gratia, Rege Hieruſalem, Siciliæ, Prouinciæ, Forcalquerij, ac Pedemontis Comite, Regnorum verò eius tertio, fœliciter. Amen. Die decimo Menſis Iunij ſextæ Indictionis, apud Siniſium. Nos Thomaſellus Succurtus eiuſdem Terræ Siniſij annalis Iudex, Guillelmus Peregrinus publicus vbique per Prouinciam Baſilicatæ, & Principatus vltra, Terras Montorij in Reginali authoritate Notarius, & ſubſcripti teſtes, ad hoc ſpecialiter vocati, & rogati, præſenti publico inſtrumento notum facimus, & teſtamur, quod prædicto die in noſtri præſentia conſtitutus Magnificus Vir Vincislaus de S. Seuerino Comes Tricarici, & Clarimontis, aſſeruit coram nobis fuiſſe pro parte fratris Guillelmi de Vineola Abbatis Monaſterij S. Mariæ de Sagittario Ordinis Ciſtercienſis Anglonenſis Diœceſis humiliter ſupplicatum, vt pro honore Virginis glorioſæ, & Sancti Ioannis de Caramola gratioſè concedere dignaretur, vt *Ex eiuſdem Monaſterij Tabulario.*

E

in

in territorio Terræ Clarimontis nullus possit molendinum ædificare de nouo, aut reficere, si pro tempore aliqua fuerint vetera, tùm vel de nouo aliquod Molendinum possit ædificari, esset maximum præiudicium Monasterio supradicto, cum nullos alios redditus meliores habebat Monasterium supra scriptum. Ipseque aduertens ad singularem deuotionem, quam semper gessit circa Monasterium supradictum ad honorem, & reuerentiam Virginis Mariæ, & Beati Ioannis de Caramola, considerans etiam, quod ob prædictam deuotionem sicut quondam prædecessores sui multa, & diuersa alia donauerunt modo supradicto, non vi, dolo, metu; sed libera, gratuita, & spontanea voluntate concessit, vt nullus in territorio dictæ Terræ Clarimontis possit, seù valeat Molendinum ædificare de nouo, seù vetera reficere sine ipsius Abbatis mandato, & licentia speciali. Vnde quia dictus Abbas Guillelmus asseruit dictam gratiam, & concessionem esse vtilem, & necessariam Monasterio supradicto, nos qui supra Iudicem, Notarium, & Testes rogauit attentè, vt de dicta concessione, & gratia conficere deberemus publicum Instrumentum. Nos verò videntes, quod dictus Abbas iusta petebat, & iusta petentibus non est denegandus assensus, ad futuram memoriam, & dicti Monasterij Abbatis, & Conuentus ipsius, & successorum suorum cautelam, & certitudinem, & plenam fidem, & omnium aliorum, quorum interest, & poterit interesse in futurum, factum est ex inde hoc præsens publicum Instrumentum per manus nostri supradicti Notarij modo solito de concessione prædicta signatum, nostrorum qui supra Iudicis, Notarij, & Testiũ subscriptionibus, & subtestationibus roboratũ, quod scripsi ego prædictus Guillelmus, vt supra, Notarius, qui præmissis omnibus rogatus interfui, ipseq; modo consueto signaui. A B C

Locus signi

✠ *Signum Crucis propriæ manus Thomaselli Sucurti annalis Iudicis testis scribere nescientis.*

Ego Thomasius prædictis interfui, & fateor vera esse.

✠ *Signum Crucis propria manus Nicolai de Martina, qui supra testis interfui scribere nescientis.* D

✠ *Signum Crucis propria manus Magistri Guillelmi de Caua, qui supra testis illitterati scribere nescientis.*

✠ *Signum Cruces propria manus Rogerij Succurti, qui supra testis illitterati scribere nescientis.*

Cæterum Iacobus Sanseuerinus, & Margarita Claromontis coniuges, quorum in huius capitis exordio fecimus mentionem anno præcedente ad nostri Beati Ioannis transitum, se ostenderunt Sagittariensis Monasterij munificentissimi protectores, dum ne dum confirmarunt donationes per suos quondam prædecessores Sagittario factas, & contra illud in aliquo perturbantes, vel molestantes decem vnciarum auri pœnam indixerunt; sed & tenimentum, Sagittario datum per quendam eorum prædecessorem, & infra quod Monasterium fundatum fuerat, & in concessionis Instrumento desuper expedito, nullis legebatur fuisse finibus limitatũ, ipsi liberalitate, & munificentia largiflua limitarunt ab omni parte. En desuper confecti priuilegij tenor. E

Ex eiusdem Sagittarij Tabulario.

✠ *Nos Iacobus de Sancto Seuerino Tricarici, & Clarimontis Comes subscripta fatemur.*

Nos Iacobus de Sancto Seuerino Tricarici, & Clarimontis Comes, & Margarita Comitissa coniuges, tenore præsentis priuilegij notum facimus vniuersis

harum

A *ſtarum ſeriem inſpecturis. Quia conſiderantes, quod Dei filius Dominus Ieſus Chriſtus ſuam ſponſam Eccleſiam ſuper petram firmiſsimam confirmauit, & ſic quiſquis ipſam inquietare tentaret, Deum per culpam grauem offenderet, & eius indiſſolubile conſilio contineret: & ſic in eius conſpectu eſſet omni auxilio destitutus, cum ſcriptum ſit. Si peccauerit vir in virum placare ei poſſet Dominus, ſi autem in Deum, quis orabit pro eo. E conuerſo autem ipſam protegentes, à Domino protegentur, vt ipſe poſt Templi perfectionem eſt pollicitus Salomoni. Ponam (inquit) thronum Regni tui ſuper Iſrael in æternum. Hæc firmiter opinantes, & interuenientibus precibus Fratris Rogerij Abbatis Venerabilis Monaſtery S. Mariæ de Sagittario pertinentiarum noſtræ Terræ Cla-*
B *rimontis, omnes donationes eidem Monaſterio factas per quondam prædeceſſores noſtros iuxta priuilegia, & munimina inde confecta confirmamus. Et in perpetuum confirmamus, & volumus, vt ad tranquillam ipſorum bonorum poſſeſsionem habendam, & quod ipſum Monaſterium inde à nemine perturbetur, quicumque Vaſſallorum noſtrorum ipſum exinde inquietare præſumpſerit, in pœnam vnciarum auri decem incurrat ipſo facto noſtræ Curiæ applicandam. Quia verò per quendam prædeceſſorem noſtrum fuit eidem Monaſterio collatum quondam tenimentum, infra quod ipſum Monaſterium eſt fundatum, quod in priuilegio inde confecto nullis erat finibus limitatum, duximus ſecundum poſtulationem eiuſdem Abbatis ijs finibus diſtinguendum. v3. à parte Occiden-*
C *tis, & Meridiei Serram, quæ dicitur, de Breaculoſa, & vadit per illam Serram vſque ad Planum, quod dicitur, de Plaza amara, & ab illo Plano deſcendit per Coſtam, quæ dicitur, de Plaza amara vſque ad Vallonem, qui dicitur, de lo Turno, & deſcendit per illum Vallonem vſque ad Flumen Fridi, & poſtea aſcēdit per dictum Flumen vſque ad Vallonem, qui dicitur, de Calcenario, & aſcendit per illum Vallonem vſque ad iam dictam Serram de Breaculoſa, & hic eſt finis ab omnibus partibus. Vnde ad futuram memoriam, & eiuſdē Monaſterij cautelam præſens priuilegium inde fieri mandauimus, ſignis noſtris munitum, ac noſtri prædicti Comitis ſubſcriptione roboratum. Actum Siniſij Anno Domini milleſimo trecenteſimo trigeſimo octauo die decimo tertio Menſis*
D *Septembris ſeptimæ Indictionis.*

Sed Margarita de Claromonte Comitiſſa Clarimontis orbata Viro ſuo Iacobo Sanſeuerino, ne dum ſpecificè confirmauit Anno Domini 1350. die 2. Iulij 3. Indict. quæ generaliter vnà cum Viro ſuo ann. 1338. confirmarat; ſed expreſsè conceſſit, vt dicti Sagittarienſis Monaſterij, & omnium hominum, paſtorum, & ſeruientium ipſius, animalia liberè poſſent per totum demanium Comitatus Clarimontis, ac per Terras ſuas paſcua ſumere etiam in defenſis tàm antiquis, quàm nouis ſine moleſtia, aut vexatione aliqua poſt tamen ingreſſum animalium Curiæ ſuæ quoad libertatem ſumendi paſcua in defenſis. Conceſſit quoque Fratribus, homi-
E nibus, oblatis, ſubiectis, & ſeruientibus eiuſdem Monaſterij libertatem vendendi, & emendi, abſque nulla vexatione, vel exactione. Inſuper indulſit, vt homines tàm oblati, quàm ſubiecti, & ſeruientes eiuſdem Sagittarij pro eo tempore, quo actu ei inſeruiunt, non aſtringantur aliqua annali ſolutione, vel collecta, & neque ab aliquo ſuorum officialium, aut ſubditorum ſuorum aggrauentur, aut moleſtentur quacunque occaſione, ratione, vel cauſa. Facultatem denique eſt Sagittario elargita, vt ſi vellet, poſſet abſque terragij ſolutione ſeminare, aut aliquod opus facere in territorijs ſuis. Atque in omnium à ſe confirmatorum, & conceſſorum perpetuam obſeruantiam, pœnam vnciarum auri centum Regiæ

Curiæ, & totidem Sagittariensi Monasterio persoluendarum, sibi, & suis A hæredibus impo'uit, atque indixit, & Vniuersitatibus omnium Terrarum sui Dominij si in aliquo dictum priuilegium reuocare, aut retractare tentassent, & infra mensem sine diminutione aliqua non redintegrassent Monasterium prælibatum. Cuius quidem priuilegij tenorem eo libentiùs damus, quò magis insudauimus etiam procurando diras Apostolicas pro eius, & aliorum in hoc capite adductorum recuperatione priuilegiorum. Sic enim sonat originale.

Nos Margarita Clarimontis, &c. Considerantes, quod vita huius Mundi breuis est, & velut vmbra, & quasi nauis, quæ pertransit flumen aquæ: cupientes etiam, cum Deus nos de hac vita vocare voluerit ad patriam nostram Hie- B *rusalem supernam, vbi propriam mansionem secundum fidem nostram indubitanter habemus, cum lætitia redire, iuxtà illud Apostoli, Non habemus Ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus; etiam quia in hoc Mundo sumus Christi dispensatores, & nihil nostrum est, aut inseparabile permanet, nisi illud quod Deo sancimus, & donamus, & pro anima nostra proprys manibus in Ecclesys, & pauperum proprijs manibus necessitatibus elargimur, iuxtà illud Beati Augustini, Quidquid Deo pro anima tua tradideris, tuum est, omne enim quod hìc reliqueris, totum perditum est. Præfatis & sanctis, & iustis rationibus commoti, præsenti scripto publico notum facimus, & declaramus vniuersis, & singulis, tàm præsentibus, quàm futuris. Cum ad magnitudinem nostram* C *spectet, omnia ad meliorem statum reducere, & præsertim illa, quæ ad libertatem Ecclesiarum pertinent deuotius confirmare. Visis igitur, & inspectis diligenter quibusdam priuilegijs, & alys scripturis, & donationibus factis à prædecessoribus nostris bonæ memoriæ, nec non ab Imperatoribus, & ab alijs Principibus, & Dominis Regibus præteritis temporibus Venerabili Monasterio Sanctæ Mariæ de Sagittario Ordinis Cisterciensis Anglonensis Diœcesis pro remedio, & salute animarum suarum, desiderantes insuper ipsius Monastery Venerabilium Fratrum apud Dominum nostrum Iesum Christum, Gloriosam Virginem Mariam, & Matrem hìc & in futurum precibus adiuuari ipsorum Fratrum iustis postulationibus inclinati, quia primò nobis constitit per præ-* D *dictas scripturas, secundò per sufficientes probationes quorundam bonorum Virorum, & veterum de contrata, & territorio, & de dominio nostro ex donatione tàm nostrorum prædecessorum, quàm aliorum dominorum, dictum Monasterium tenebat, & possidebat, ac iusto titulo teneat, & possideat ad præsens, volumus, irreuocabiliter præcipimus, & mandamus, dictum Monasterium nunc, & omni futuro tempore in suis iuribus, iurisdictionibus, & honoribus nullo vnquam tempore defraudari, & in omni suo perpetuo robore permanere, & maioribus pro anima nostra gratys ampliari. In primis locum ipsum de Sagittario in quo dictum Monasterium situm est cum largissimo tenimento circumcirca ipsum liberum, & quietum à qualibet molestia, &* E *hominum seruitute, cum omnibus iuribus, & pertinentys suis, cum fida, & diffida animalium cæterorum hominum cuiuscumque gradus, & authoritatis existant, cum quarterys, carnagys represalys, & alys honoribus quibuscumq; & sub pœna vnciarum auri duodecim soluendarum per quemlibet molestātem, & intrantem dictum tenimentum sine voluntate, & licentia Abbatis, & Conuentus Monastery prædicti, quarum medietas persoluatur Curiæ nostræ, & alia medietas dictæ Ecclesiæ irremissibiliter. Item tenimentum Castri Sicley liberum, & quietum propè flumen Sinni suis certis finibus limitatum, prout in priuilegio concesso eidem Ecclesiæ per quondam bonæ memoriæ excellentissimum*

Domi-

A *Dominum* Comitem *Renaldum de Guaſto latè continetur, cum omnibus iuribus praeminentijs, ac honoribus ſuis, cum fida, & diffida animalium omnium hominum, cum carnagijs, quarterijs, & alijs honoribus, & repreſalijs. Item defenſam limitatam, & confinatam cum dicto tenimento de Sicileo vocatam Santa* Chinapura*. vz. à parte Orientis eſt vallonus de Sicileo, & aſcendit per ipſum vallonem ſurſum per Chriſtam Serra Sanctæ Genapuræ à parte Meridiei, & vertitur ad Canalem de Rubio, & deſcendendo per prædictum Canalem vſque ad flumen Sinni, & per prædictum flumen reddit ad pranominatum vallonem de Sicileo, liberam, & quietam, & ſine aliquorum hominum moleſtia, cum fida, & diffida, carnagio, & repreſalijs, & alijs honoribus quibuſcumque,*
B *& ſub pœna vnciarum auri duodecim prædictarum modo, & forma ſoluendarum vt ſupra. Item Molendinum* Clarimontis *cum hortis, hortalitijs, & terris circumcirca vſque ad flumen Sinni, cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis. Item Eccleſiam Sancti Nicolai de Salza propè Siniſium cum vineis, domibus, & poſſeſsionibus, & rebus, & omnibus iuribus ſuis. Item Eccleſiam S. Mariæ de Lauro cum tenimento Rotundellæ Maris, & Triſagia cum omnibus iuribus, & pertinentijs ſuis, libero, & quieto, fida, & diffida omnium animalium cæterorum omnium hominum cuiuſcumque gradus, & dignitatis emineant, & ſine aliquorum hominum vexatione, & moleſtia. Item tenimentum, ſeù foreſtam S. Nicolai de Fraſcinis in territorio Ordeoli liberam, & quietam à qualibet mo-*
C *leſtia cum fida, & diffida animalium omnium hominum cuiuſcumq; gradus, & conditionis permaneant, cum terris exiſtentibus in contrata, quæ dicitur lo Gruttuni ſuis certis finibus limitatis. Item tenimentum Matinæ Pellicerij, liberum, & quietum à quolibet hominum moleſtia cum iuribus, & pertinentijs ſuis, quæ omnia acceptamus, & ratificamus, concedimus, & confirmamus, & de nouo quantum ad Excellentiam noſtram pertinet, deuotè eidem Monaſterio largimur, & volumus, vt liberè, & quietè, vt ſupra dictum eſt, amodò in antea dictum Monaſterium prælibata bona, tenimenta, poſſeſsiones, & terras perpetuò habeat, & teneat, & poſsideat abſque cuiuslibet hominis contrarietate, vexatione, & moleſtia, capiendo affidaturas, repreſalia, carnagia, & quarteria,*
D *alioſque honores in prædictis tenimẽtis eo modo, & forma, vt ſuperius eſt expreſſum. Item volumus, & in remiſsionem peccatorum noſtrorum, & in perpetuum concedimus, quod animalia dicti Monaſterij, & omnium hominum, paſtorum, ſeruientium ipſius liberè, & ſecurè depaſcant per totum demanium noſtrum, & in terris dominationis noſtræ tàm in defenſis antiquis, quàm nouis, & intrantibus animalibus noſtris præfatas defenſas tàm nouas, quàm antiquas animalia dictæ Eccleſiæ, & ſeruientium ipſius liberam habeant immediatè, & ſine licentia poſt ingreſſum animalium dominationis noſtræ facultatem intrandi, ibidemque morandi, & paſcendi, & omnia eorum neceſſaria ſine moleſtia, & vexatione liberè habendi: nec non Fratres, & cæteri homines dicti Monaſterij tàm*
E *oblati, quàm ſubiecti, & ſeruientes pro ipſo tempore eidem Monaſterio in toto noſtro Demanio vendant, & emant abſque aliqua exactione, vel vexatione; nec etiam dum in ſeruitijs Eccleſiæ propè dictæ ſtabunt, aliqua annali ſolutione, aut collecta aſtringantur, nec etiam ab aliquo noſtrorum Officialium, aut ſubditorum noſtrorum aggrauentur, aut moleſtentur aliqua occaſione, ratione, vel cauſa. Intercedere remiſsione peccatorum noſtrorum, & pro anima noſtra, ſi Abbas, vel Conuentus pro vtilitate, & commoditate dictæ Eccleſiæ aliquid de terris noſtris dominationis noſtræ pro ſeminando, aut aliquod opus faciendo accipere vellet, quod liberè, & ſine aliqua ſolutione terragiorum aliquo modo poſsit, & valeat ſibi capere, & ab aliquo nullo vnquam tempore euitetur. Vnde vt præ-*

dicta omnia, & quo singulorum prædictorum perpetuam habeant firmitatis robur, & inuiolabiliter seruentur, si fortè aliquo tempore Vniuersitas alicuius Terra nostri dominij, & Nos, & hæredes nostri hoc priuilegium in aliquo reuocare, aut retractare tentauerint, pœnam vnciarum auri centum ipso facto incurrant Regia Curia persoluendam, & tantundem eidem Monasterio sine remissione satisfaciant, nisi infra mensem vnum dictum Monasterium sine diminutione aliqua integrauerint, prædicta tamen confirmatione, & concessione in suo semper robore, & firmitate durante. Et sic Nos, & hæredes nostri pro prædictis inuiolabiliter obseruandis, bona nostra præsentia, & futura solemnè obligauimus. Et propterea ad futuram rei perpetuæ memoriam, præsens priuilegium fieri mandauimus, nostroq; solito sigillo cum cordula de serico ialdo, & rubeo pendente muniuimus. Datum in Castro Sancti Quirici Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo. Die primo Iuly tertia Indict. Registrata etc. A B

Archiuiũ Illustrissimi Dom. Marchionis Episcopia.

An autem Margarita post hunc annum 1350. aliquod aliud erogauerit Sagittario priuilegium est mihi incognitum. Eam adhuc superstitem cōperi in quodam priuilegio à se dato ann. 1354. die prima Ianuarij, quo concessit Thoma Succurto suo familiari ob seruitia præstita, & quæ præstare in futurum sperabat, ac suis hæredibus de suo corpore legitimè descendentibus, natis iàm, & in antea nascituris, super iuribus, redditibus, & prouentibus Baiulationis Terræ suæ Sinisij auri vncias duas, percipiendas annuatim de redditibus, iuribus, & prouentibus quibuscumque ad dictam Baiulationem spectantibus, & pertinentibus quoquomodo. Item C Thomæ eidem, ac suis hæredibus, seruitiorum sibi diutiùs factorũ intuitu concessit quod quotiens ipsũ, hæredesq; suos contigisset in Terris sui Comitatus Clarimontis, seù aliqua eorundem animalia vendere, & res alias suas, seù emere, vel etiam animalia macellari facere, nullum ius ipsi, seù Curiæ suæ soluere teneretur. Itemque libertatem indulsit eidem Thomæ, ac suis hæredibus, vt animalia quæque sua in tenimentis Terrarum sui Comitatus, herbarum, & glandium pascuis liberè perfruerentur nulla fida, seù alia causa quacunque, pro causa huiusmodi exhibenda, defensis tantùm antiquis dumtaxat exceptis, quas pro animalibus suæ D Curiæ voluit reseruatas expresse. Sed siue Margarita de Claromonte aliquod aliud priuilegium Sagittario dederit, siuè non; eiusdem nostri Beati Ioannis à Caramola meritorum intuitu, singula quæque priuilegia, concessiones, libertates, exemptiones, Iurisdictiones, & Iura per Imperatores, Reges, Principes, & Dominos vsque ad annum Domini 1378. die 10. Maij Sagittariensi Monasterio concessa, confirmauit, ratificauit, acceptauit, & de nouo perpetuò dedit Regina Ioanna prima, Caroli Andegauensis Illustris Ducis Calabriæ filia, & nepta Roberti sapientissimi Neapolitanorum Regis: atque insuper in peccatorum suorum remissionem, & pro animabus progenitorum suorum super introitibus, & reddi- E tibus Duanæ Neap. duodecim auri vncias annuatim, Sagittario est elargita, vt ex priuilegio desuper expedito, quod, quiamulta cōplectitur, & digna sunt nostrorum notitia posterorum, vt temporis edacitatẽ eludat, hìc transcribendum, & apponendum duxi. Sic enim se habet exemplar.

Ioanna Dei gratia Regina Hierusalem, & Sicilia, Ducatus Apulia, & Principatus Capua, Prouincea, Forcalquerij, ac Pedemontis Comitissa. Vniuersis, & singulis præsentes has inspecturis præsentibus, & futuris. Licèt additionis plenitudo non egeat, nec firmitatem exigat, quod est firmum, confirmatur tamen interdum non quod id necessitas exigat: sed vt confirmantis sinceritas benigni-

tatis

A *tatis clareat, & res gestæ robur cautelæ plenioris accedat. Sanè pro parte Venerabilis, & Religiosorum Abbatis, & Conuentus Monasterij B. Mariæ de Sagittario Ordinis Cisterciensis Anglonensis Diœcesis oratorum fidelium nostrorum dilectorum fuit Maiestati nostræ reuerenter expositum, & humiliter supplicatum, quod dictum Monasterium fundatum, & ædificatum fuit iam sunt anni plures, & tempora, & existunt Monachi, & Fratres dicti Monasterij laudabiliter vixerunt; adeò quod, Deo inspirante, quidam ex dictis Monachis, scilicet Frater Ioannes à Caramola fuit ibidem sanctificatus, multisque miraculis tàm in vita, quàm in morte claruit, & continuè claret, & maximè in Terris Sinisij, & Clarimontis, vbi multos homines diuersis languoribus, & infir-*
B *mitatibus infestos pristinæ sanitati restituit, cuius sanctissimum corpus de præsenti in prædicto Monasterio esse dignoscitur; nec non alij quamplures Fratres laudabiliter vitam sanctam, & laudabilem duxerunt, opera charitatis in eodē Venerabili Monasterio exercendo: propter quod quondam inuictissimus Imperator Fridericus semper Augustus, qui summè dictum Monasterium honoribus; & dignitatibus, & maximis libertatibus ampliauit; nec non serenissimus piæ, & sanctæ memoriæ quondam Illustrissimus Rex Robertus, Riccardus Comes Clarimontis, Margarita Comitissa Clarimontis, quondam Domina Albreda Domina Colubrarij, Noa, & Rotunda, Rainaldus de Guasto multa, & diuersa priuilegia, & ingentissimas libertates dicto Monasterio concesserunt, multa bona cumulando, & largiendo eidem. Videlicet. Tenimentum, in quo*
C *dictum Monasterium situm est, spatiosum, & amplum, tenimentum de Sicileo, forestam Terræ Ordeoli liberam ab omni seruitute, tenimentum Rotundæ Maris, & Trisagiæ, tenimentum S. Nicolai de Frascinis, locum Sanctæ Agathæ inter Malnetum, & Sanginetum, tenimentum Pellicorij, Molendina, & alia plura tenimenta, & bona, ac territoria, franchitias, & libertates, & maximè vt animalia Monasterij prædicti, & seruientium sibi possint, & valeant liberè, & expeditè sine aliquo impedimento sumere pascua, glandes, herbas, & omnia necessaria non solùm in toto Comitatu Clarimontis, tenimentis ipsius, & in defensis; sed etiam in toto Regno Siciliæ per Terras, & loca Demanij nostri, quàm aliorum Dominorum dicti Regni, sine molestia, & angaria, aut exactione ali-*
D *cuius rei; aliasque similiter concessiones, donationes, libertates, & gratias eidē deuoto Monasterio fecerunt, sicut ipsorum donantium literæ, & priuilegia continere ponuntur. Inde factaque Maiestati nostræ clarissimè constiterunt, & Nos omnia prædicta vidimus, & inspeximus, propter quod per ipsos Abbatem, & Conuentum fuit in culmine nostro supplicatum humiliter, vt tenimenta, terras, loca, territoria, forestam, molendina, donationes, concessiones, franchitias, immunitates, & gratias prædictas per supradictos donatores eidem Ecclesiæ factas ratificare, confirmare, & de nouo concedere, & donare de gratia speciali dignaremur. Nos autem concessiones, & gratias Ecclesijs præcipuè factas intendentes maximo prosequi cum fauore, & specialiter dicto Mona-*
E *nasterio, quod valdè zelamus, & deuoto corde gerimus, dictorum Abbatis, & Conuentus precibus benigniter inclinati, supradictas immunitates, libertates, & gratias, & cætera bona prælibata eidem per dictos donatores factas, et largita, in quorum, & quarum possessione, vel quod dictum Monasterium extitit ad præsens iuxta tenores literarum, & priuilegiorum dictorum donantium in robur plenioris cautelæ, de certa nostra scientia tenore præsentium omnia prædicta ratificamus, acceptamus, & perpetuo de nouo damus, & confirmamus. Damus insuper, & perpetuò concedimus in remissionem peccatorum nostrorum, & pro animabus sanctæ memoriæ Progenitorum nostrorum super introitibus, &*

& reddi-

& redditibus Duanæ Ciuitatis Neapolis vncias auri duodecim annuatim. Mandantes nihilominus tenore præsentium vniuersis, & singulis Officialibus nostris præsentibus, & futuris, & personis alijs ad quos spectat, vel spectare poterit in futurum quocumquo titulo nuncupatis, quod dictos Religiosos nomine dicti Monasterij, aut alios pro eisdem super possessione dictorum bonorum, & gratiarum manuteneant, protegant, conseruent, & defendant, nec eos permittant à quopiam molestari, aut occasione aliqua perturbari. Si quis autem has litteras nostras, seu præsens scriptum annihilare, aut aliquo contraire præsumpserit, pœna temeritatis sua componat libras auri duodecim auri purissimi, medietatem Curiæ nostræ, & reliquam medietatem Ecclesiæ prædictæ, cui molestiam, & damnum intulerit, nisi reatum suum infra terminum dierum triginta emendauerit, & dictæ Ecclesiæ integraliter satisfecerit, præsente tamen priuilegio semper in suo robore permanente. In cuius rei testimonium, & dicti Monasterij robur, & firmamentum in futurum præsens priuilegium exinde fieri iussimus. Datum Neapoli per Virum Magnificum Iurulum de Neapoli Militem, Logothetam Prothonotarium Regni Siciliæ Collateralem Consiliarium, & fidelem nostrum, Anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo octauo, die decima Maij, prima Indict. Regnorum nostrorum anno trigesimo.

Hic obiter supponendum multa alia priuilegia Sagittariensi Monasterio accessisse, tùm ante, tùm post expeditum modò adductum Reginæ Ioannæ primæ priuilegium, de quibus nulla mentio facta est à Neapolitanorum Regina prælibata. Nam inter cætera priuilegia, quæ supersunt Sagittariensi in Archiuio, ac impias manus euaserunt, illud est, quo Guillelmus de Marra Miles, Terrarum Atiliani, Sancti Archangeli, Cinapuræ, & Vagnani Dominus, ad diuini reuerentiam nominis, charitatis intuitu, ac in progenitorum suffragium animarum, Sagittariense solium occupante Guillelmo Abbate, cuius bonitas faciebat eum maioris gratiæ dignum, de sua liberalitate mera, & gratia speciali, concessit in perpetuum, & irreuocabiliter Venerabili Monasterio S. Mariæ de Sagittario, cuius reuerentia stringebatur, & honore, vt omnia suarum Massariarum animalia cuiuscumque generis, speciei, & sexus habita, & habenda, possent, & valerent in omnibus Terrarum suarum territorijs, defensis antiquis Curiæ suæ solùm exceptis, pascua sumere glandium, herbarum, & spicarum, ac etiam aquam, francè, & liberè, sine præstatione fidæ, seu iuris alterius cuiuscumque & in illis, vel ipsorum quolibet morari, & esse absq; sua, & hæredum, & successorum suorum molestia, seu contradictione quacumque si & quotiens dicto Abbati Guillelmo, ac successoribus eius placuerit, ac melius, & vtilius pro dicto Monasterio visum fuerit, vt hæc, & alia latiùs est videri in suo originali priuilegio propria eiusdem Guillelmi de Marra Militis manu firmato. Actum est priuilegium in Rocca noua ann. Domini 1369. die primo Septembris, 8. Indict. At dum hæc, & multa alia meritis præcipuè nostri B. Ioannis à Caramola, florente Sagittario, Cisterciensibus accedunt, orto in Ecclesia Dei schismate, sub Pontificatu Vrbani Papæ sexti, cæteris omnibus pessimo, & diuturno, vt aliàs diximus, nonnulla de Sagittarij summa bonorum, ac libertatum decedunt. Nam dum Orthopontifex, & Pseudopontifex exercendæ potentiæ causa, & vt facilè homines ad suscipiendas eorum partes traherent, & in factiones allicerent, cuncta dispensantes, maximè verò Ordinum Regularium Monasteria nouæ commendæ supponentes: Commendarij Sagittariensis Monasterij, ac eorum Agentes, & Procuratores, qui fuerunt pro

In Exposit. Historica, et Symbolica Vaticiniorum de Apostolicis Viris siue de Roman. Pontificibus pag. 59. litt. A.

A pro tempore, vſque ad Pontificatum fœl.rec. Pij Papæ quarti, qui Petri Nauiculam gubernauit à die 26. Decembris ann. Dom. 1560. vſque ad diem 9. eiuſdem menſis Ann. 1565. non tàm bonorum, & Eccleſiæ commendatæ iurium conſeruationi, quàm Sagittarienſium excidio totali incubuerunt. Quapropter Sagittarienſes Patres non valentes vltra ferre tyrannidem, quàm in eos exercebat Hieronymus Virgallitus Commendatarius, per Ioãnem Aloyſium Virgallitum Terræ Siniſij, Procuratorem ſuum, ad Pium IV. Romanum Pontificem acceſſere de ſibi illatis iniurijs conquerentes; à quo Breue obtinuerunt manu Ludouici Cardinalis Simonettæ firmatum in præſentia eiuſdem Sanctiſſimi Domini, ſub datum
B Romæ apud S.Petrum ſub anulo Piſcatoris die 4. Octobris 1564. vt Epiſcopus Anglonenſis, ac eius in ſpiritualibus Vicarius generalis, exceſſus in libello ſupplici contentos, vocatis vocandis, vſque ad diffinitiuam ſententiam, ac eius executionem procederet, & Menſæ ſeparationem Sagittarienſibus faceret aſſignari. Erat hoc tempore Anglonenſis Antiſtes quidam Ioannes Paulus Amanius, Patria Cremenſis, multa rerum experientia nobilis, ac auctoritate, & doctrina præpollens, & propterea interfuit Tridentino Concilio, cui ſe ſubſcripſit, & Pio Papæ IV. non erat modicum charus. Quadragintaquatuor obijecere crimina per Procuratorem Venerabilem Patrem Domnum Carlucium de Ciminello Caſtel-
C lucienſem, eiuſdem Monaſterij Monachum Sagittarienſes Patres Ioanni Aloyſio Virgallito: quem tandem in omnibus ſibi obiectis criminibus pro confeſſo declarauit præfatus Epiſcopus Ioannes Paulus Amanius per ſuum decretum propria manu firmatum, & Curia pro tribunali ſedente lectum, & latum die 7. Menſis Februarij 1565. At dum Epiſcopus Ioannis Aloyſij acriter corripere delicta ſatagit: Hieronymus Abbas Commendatarius auertens cor ſuum à malo, Saggittarienſium animos componere, & in ſui fauorem allicere inſtituit. Eò demum res producta eſt, vt facta aſſignatione bonorum, & iurium pro victu, & veſtitu Monachorum, & pro vtenſilium, & Monaſterij reparatione, Sagittarienſes
D cauſæ cederent, ac contra Ioannem Aloyſium Procuratorem ſuum conceptum odium deponerent: quod ità quippe factum eſt, vt maximè concupierat; confirmatumque fuit conuentionis, & concordiæ inſtrumentum à Gregorio XIII. vt aliàs diximus. Vt autem appareat, quæ tenimenta, libertates, & iura in ſupra datis, & citatis priuilegijs contenta, Sagittarienſi Monaſterio deceſſerint Commendatariorum culpa, in Comitatu Clarimontis, placeat ad verbum dare ſententiam latam à Sebaſtiano de Valle V.I.D. Cuſentino Regio Commiſſario deputato, ſuper redintegratione Status Illuſtriſs., & Excellentiſs. Principis Biſiniani, Comitis Clarimontis, &c. quæ etſi longa, non erit Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Mo-
E derno, & pro tempore Commendatario, & Sagittarienſibus DD.PP. nociua, & nec ſtudioſo, & curioſo ingrata Lectori. Tenor eius eſt.

Ex authentico proceſſum Archiuio Sagittarienſi aſſeruato.

Hic c. 5. pag. 20. E.

A tergo: *Sententia Reuerendi Abbatis de Sagittario*. Intus verò: *In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Amen. Anno à Natiuitate ipſius milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſexto, regnantibus Sereniſsimis, & Catholicis Dominis noſtris Dominis Carolo quinto Romanorum Imperatore ſemper Auguſto, Rege Germaniæ, Ioanna Matre, eodemque Carolo eius filio, Dei gratia Regibus Caſtellæ, Aragonum, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, &c. de Menſe Maij, die vigeſimoſeptimo eiuſdem, quartæ Indictionis. In Caſtro, ſeù Palatio Ill. Domini Principis Biſiniani ſito intus Terram Siniſij, iuxta ſtratam publicam circum-*

Ex eiuſdem Sagittarienſis Abbatiæ Tabulario.

circumcirca. Nos Sebaſtianus de Valle V. I. D. & Commiſſarius Ordinc Sac. A
Cæſ. & Cath. Maieſtatum, per Ill. Dominum Regni Proregem; depntatus in
reintegratione Status Ill. Domini Principis Biſiniani, vt patet per infraſcrip-
tas noſtræ Cõmiſionis litteras prædicti Ill. Domini Regni Proregis, cum inſerta
forma litterarum Commiſsionalium Sac. Cæſ. & Cath. Maieſtatum expeditas
ſub datum in Caſtro nouo Neapolis die 15. Decemb. 1543. & per alias litteras
prædicti Ill. Domini Regni Proregis, ſimiliter cum inſerta forma litterarum
Commiſsionalium Sac. Cæſ. Cathol. Maieſtatum expeditas, ſub data in Caſtro
nouo, Neapolis die 4. Decembris 1545. ſolitis regijs ſigillis à tergo impreſſas,
ipſas Commiſsionis litteras, alijſque ſubſcriptionibus roboratas. (In ſenten-
tia ſubſecuta reintegrationis bonorum Biſiniani Principis habentur lit- B
teræ commiſſionales præcitatæ Regni Proregis, cum inſerta forma lit-
terarum Caroli V, ſub data in Oppido della Specia 27. Septemb. 1541.
in quibus Caroli V. litteris, tota ſiſtit Regij Commiſſarij reintegratoris
poteſtas, hanc tamen expreſsè Carolus V. ad fauorem poſſidentium bo-
na in Statu Biſiniani Principis, limitationem adiecit: *Quod Commiſſa-*
riorum poteſtas non comprehendat ea bona, quæ triginta annorum ſpatio, ac
cum regio aſſenſu à dicto Statu, eiuſque Terris, & Feudis alienata ſunt; verùm
ſuper his agatur via ordinaria coram Iudicibus competentibus, contrarium
nullatenus tentaturi, ſi vos Illuſtris Vicerex complacere, cæteri verò officia-
les, & ſubditi noſtri præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam du- C
catorum auri mille cupiunt euitare, &c. Legi præfatas commiſſionales litte-
ras in Plateis, ſeù Inuentarijs authenticis Terrarum Clarimontis, & Sini-
ſij, atque in Magno Archiuio Regiæ Cameræ.) *Aſsidente nobiſcum egre-*
gio virò Matthia de Lando, dicti reintegratoris actorum Notario, pro tribunali
ſedentes, & Curiam regentes, dicimus, notum facimus, & declaramus, quod cum
pro ipſarum noſtra Commiſsionis litterarum ad Terram Clarimontis, nos con-
tuliſſemus pro reintegratione facienda in Terra prædicta, emanauit noſtro or-
dine edictum pro deſcriptione, & inuentario bonorum feudalium, demania-
lium, iurium, & iuriſdictionalium, quæ dictus Illuſtriſs. Dominus Princeps
habet, & habere prætendit in dicta Terra, eiuſque pertinentijs, & diſtrictu D
cum inſerta forma petitionis eorundem bonorum, & iurium per magnificum
Procuratorem dicti Illuſtriſs. Principis oblata, in qua petebat, omnia feuda,
territoria, iura tenta per quaſcunque perſonas etiam Eccleſiaſticas, exiſtentia
in territorio dictæ Terræ Clarimontis, reintegrari, & vniri menſæ feudali
dicti Illuſtriſs. Principis, tanquam indebitè detenta, & poſſeſſa. Super quo
quidem edicto citatis more ſolito Sindico, Electis Vniuerſitatis, & hominibus
dictæ Terræ, ac feudatarijs, & omnibus alijs deſuper intereſſe prætendenti-
bus. Comparuit inter cæteros Magnificus, & Reuerendus Ioannellus Virgalli-
tus Abbas, ſeù Commendatarius Venerabilis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Sagit-
tario, & expoſuit ipſum, alioſque Abbates ſuos prædeceſſores tenuiſſe, & poſſe- E
diſſe, & de præſenti tenere, & poſſidere infraſcripta bona, & iura, & immu-
nitates, eiſque, & ipſorum quolibet gauiſos fuiſſe vigore ampliſſimorum pri-
uilegiorum dictæ Venerabili Eccleſiæ per retro Principes conceſſorum, ac tanto
tempore, in cuius contrarium memoria hominum non exiſtit. In primis com-
prenſorium vnum terrarum poſitum in territorio Clarimontis in contrata de
Armentana, quod incipit à muro veteri, & limitibus ipſius loci, vſque ad
frontem tendentem ad Vallem de Layno, & Concam de Ventrile, & per Cri-
ſtam Criſtam, vſque ad Petram de Farace, quæ eſt iuxta flumen Frigidi, &
deſcendit per ipſum flumen, vſque ad medietatem plani, vbi coniungitur cum

primo

A *primo fine à parte orientis, cum iure paſcendi, cum proprietatibus, iuribus, actionibus, prærogatiuis, terragijs, & pertinentijs ſuis omnibus francum. Item duas alias culturas, vnam v3. ſitam in contrata vbi dicitur Corrari, ſiue Grottula, ſubſcriptis finibus limitatam, v3. incipit à Petra de Faraco, quæ eſt iuxta flumen Frigidi, & deſcendit per ipſum flumen vſque ad tartaream, & deinde deſcendit ad dictam Petram de Faraco. Alia verò cultura in loco de Mantineo, ad præſens dicta di la Palumbara, vt incipit à flumine Sinni, & aſcendit per quendam vallonem, qui dicitur de Caſino, & aſcendit per ipſum vallonem vſque ad frontem, qui eſt ſupra ipſam viam, & deſcendit per ipſum frontem vſque ad flumen Frigidi, & deſcendit per ipſum flumen vſque ad flu-*
B *men Sinni, vbi etiam ſunt duo molendina, & ſunt ipſius Eccleſiæ, cum quadam ſerra, & battinderijs, & cum iuribus, & pertinentijs ſuis omnibus, francam, & francas. Item duo alia molendina cum terris circumcirca citra flumen Sinni, in contrata de Carroſo, iuxta aqua ductum aſcendendo vſque ad petrarium Sinni, & propriè in pede vallonis de Grance, deſcendit per flumen ipſum vſque ad aqua ductum veterem, & per ipſum aqua ductum ſurſum exit ad viam qua itur ad molendinum, iuxta Terras Sancti Nicolai Carthuſienſis, cum pertinentijs ſuis omnibus, franca. Item locum in quo dicta Eccleſia eſt ſita cum largiſsimo tenimento, ſicut incipit, v3. à parte occidentis, & meridiei ſerram, quæ dicitur de Imbriaculoſa, & vadit per illam ſerram ad planum,*
C *qui dicitur de Plazamano vſque ad vallonem, qui dicitur de lo Turno, & deſcendit per illum vallonem vſque ad flumen Fridi, & poſtea aſcendit per dictum flumen vſque ad vallonem qui dicitur de Calcinaro, & aſcendit per illum vallonem vſque ad iam dictam ſerram de Imbriaculoſa, & hic eſt finis ab omnibus partibus, quod tenimentũ eſt francũ, liberũ, & exēptum dictæ Eccleſiæ, cum iuribus, iuriſdictionibus, actionibus, prærogatiuis, quarterijs, repraſalijs, & alijs pertinentijs ſuis omnibus, cum pœna vnciarum auri duodecim per quemlibet intrantem in dictum tenimentum, ſine voluntate Reuerendi Abbatis dictæ Eccleſiæ, cum iuriſdictione ciuili, criminali, & cognitione cauſarum ciuilium, criminalium, & miſtarum, v3. a die decimotertio Menſis Auguſti,*
D *vſque per totum diem decimum ſextum eiuſdem Menſis, in, & ibi conuenientem. Item tenimentum Sicilei, quod quidem territorium de per ſe ſeparatum à territorio Claromontis, & ab alijs territorijs, propè flumen Sinni, & vallonem de Mineo, & propè vallonem Rubei, & pariter cum Rubeo, & aſcendit per ipſum planum Luparelli, & Sancti Nicolai de Diacono, & aſcendit per antrum Vulgariorum, & vadit ad viam tranſuerſam, quæ vadit Nobam, & exit per tartaream, quæ tranſit per viam Eccleſiæ Sanctæ Helenæ, quæ vadit per Terram Curtelli, & reddit ad vallonem qui dicitur de Scannagatta, & deindè reddit ad vallonem de Mineo, & per medietatem ipſius vallonis vadit ad flumen Sinni. Intus quod tenimentum eſt quædam defenſa ipſius Eccleſiæ,*
E *quæ incipit ab infraſcriptis limitibus, à parte orientis eſt vallonus de Sicileo, & aſcendit per ipſum vallonem ſurſum per criſtam ſerræ dictæ Sanctæ Ginapuræ, & à parte meridiei vertitur ad canalem de Rubeo, & deſcendendo per prædictum canalem vſque ad flumen Sinni, & per prædictum flumen aſcendit ad prænominatum vallonem de Sicileo, liberam, & quietam, & ſine aliquorum hominum moleſtia, cum fida, & diffida, carnagijs, repraſalijs, & alijs honoribus quibuſcumque, & ſub pœna vnciarum auri duodecim, præfatarum modo, & forma ſoluendarum, vt ſupra, cum iuriſdictione, & cognitione cauſarum ciuilium, criminalium, & miſtarum, & ciues, & habitantes, qui fortè ad habitandum congregabuntur in dicto territorio Sicilei, iuxta formam priuilegio-*

F rum,

rum, & non aliter. Item ius prohibendi molendina in territorio Clarimontis, nec non vetera reficiendi; ita quod nemo potest in dicto territorio Terræ Clarimontis, eius districtu, & pertinentijs, noua molendina facere, nec vetera reficere in praiudicium dictæ Ecclesiæ. Item ius pascendi cum animalibus dictæ Ecclesiæ, & eius Oblatorum, per Demanta Comitatus Terræ Clarimontis, & Terræ Sinisij sine aliquo impedimento. Item oliuetum, siue hortalem dictæ Ecclesiæ, cum alijs arboribus fructiferis in contrata Sancti Christophori, confinatum à parte orientis, occidentis, & meridiei, vijs publicis, ex parte boreæ, cum hortale Ecclesiæ S. Leonardi, cum terragys, & fructibus, liberum, & francum. Item petium terra dictæ Ecclesiæ in contrata de Maiolongo, seu Fontanella, francum, & liberum, confinatum ex parte boreæ, cum vinea Ioannis de Arbio, ex parte occidentis, cum vinea vna dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quali tenino à decima Linardo de Cliento, & Vicenzo Rosata, & alijs finibus. Item in contrata Manclusso petium vnum terrarum, hys finibus limitatum ex parte meridiei, cum flumine Sinni, ascendendo sursum per vallonem de Cauallano, per essa valle, vsque ad Terras ad præsentiarum tenet Todaro di Todaro, quæ sunt Curiæ, exit ascendendo ad cristam terrarum de feudo de lo Cannito, siue de Lathonia, sicut pendet aqua versus orientem, & per dictam cristam descendit ad prædictum flumen, & concludit. Item in contrata Ponti vineam vnam cum certis vinealibus, hijs finibus limitatam, vz. à parte occidentis cum via publica, ex parte meridiei, cum vinea Antonelli Magistri Cicchi ex parte orientis, cum vinea Ioannis Mariæ Vrgallitt, quæ quidem vinea fuit Notarij Hugonis de Motta. Item vineale vnum in contrata Gafart, cum alys aliquibus arboribus oliuarum, his finibus limitatum, vz. ex parte occidentis cum oliueto Iacobi Antonij Virgalliti, & via publica, ex parte meridiei, cum terris Baptistæ de Diambra, ex parte orientis, cum terris S. Nicolai de Carthusia, cum oliueto Hospitalis, & terris Augustini Gallaretti. Item in contrata de Mal'denaro vineas duas, cum certis vinealibus, & terris circumcirca, cum multis arboribus confinatas ex parte orientis, cum via publica, ex parte boreæ, cum vineali hæredum Thomasij de Gratia, & via publica, ex parte meridiei, cum vinea Heliæ Grossi, & alijs finibus. Item petium vnum terrarum in contrata de li Manchi, confinatum ex parte meridiei, cum via publica, ex parte orientis, cum vallonello, & cum terris Ecclesiæ Trinitatis Sinisij, ex parte occidentis, cum terris S. Ioannis Clarimontis, & alijs finibus. Item oliuetum vnum cum alijs arboribus, in contrata de la Grutta de l'acqua, hijs finibus limitatum, vz. à parte meridiei, & orientis, cum horto, & oliueto Notarij Iannucij Virgalliti, & Augustini Gallarati, ex parte boreæ via publica, ex parte occidentis, cum terris, seu hortali, & oliueto Petri Antonij, & Ioannis Loysij Virgalliti, & Iacobi Antony Vrgalliti, & ex parte boreæ, cum hortali Notarij Iannucij Virgalliti. Item vineam vnam, cum certis vinealibus, & terris vacuis in contrata Coracis, hijs finibus limitatis, ex parte orientis via publica, qua itur molendinum, ex parte boreæ via publica, ex parte occidentis, cum vinea Caroli Barisani, ex parte meridiei, cum vinea, quæ fuit Cathaldi Sancti Martini, & alijs finibus. Item serram vnam aquæ dictæ Ecclesiæ actam ad serrandum tabulas, in contrata de li Suazæ, iuxta vallonem de lo Turno, & Iazzum de la Puma, & alios fines, cum annuo censu carolenorum quinque Principali Curiæ. Item Iurisdictionem ciuilem, criminalem, & mixtam, merum, & mistum imperium, in vasallos, in familiares, & oblatos, & in seruientes dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, & eius Abbati, seu Commendatario. Item ius prohibendi piscationes

ſcationes in flumine Frigidi, incipiendo à vallone de lo Turno, vſq; ad Piſca-
A *riam flumen. Item immunitates ſcandagiorum, vz. de animalibus maſſariæ,*
ſeù bobus emptis per vſum maſſariæ, non ſolum ius ſcandagij, ſed immunita-
tem plateatici. Item trappetum vnum oliuarum in contrata Sanctæ Sophiæ,
iuxta dictam Eccleſiam, ſtrictulo mediante, & viam publicam. Item com-
prenſorium terrarum in territorio Siniſij, cum redditibus, & alijs bonis; prout
in alia comparatione præſentata de bonis ſitis in Terra Siniſij continetur. Item
dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ de Sagittario habet ius, quod infra curſum dicti
Monaſterij, & Granciarum, nemo poteſt capere homines ex quacunque cauſa
etiam criminali. Item in contrata de lo Caſali vineale vnum, quod tenet
Dominus Antonellus Coppula, cum redditu granorum quindecim, confinatum, &
B *hijs finibus limitatum, ex parte borea cum dicto Antonello Coppula, ex parte*
occidentis cum Riccardo de Alfano, ex parte meridiei, & orientis vijs publi-
cis. Item tenet vias duas contiguas in contrata Coracis, hijs finibus limitatas,
vz. ex parte orientis cum via publica, ex parte meridiei, cum vinea quam te-
net Martinus de Saluo, quæ eſt Sancti Nicolai Carthuſienſis, ex parte occiden-
tis, cum vinea Helionoræ Virgallitæ, & vinea Domini Leonardi Perpignani, ex
parte borea, cum vinea eiuſdem Magnificæ Helienoræ, quas quidem vineas
tenet ad annuum redditum, & cenſum carolenorum vndecim, ipſa prædicta
Magnifica Helienora. Item in contrata dell'Oliueto, ſeù de Mayneri, tenet
dicta Eccleſia venialia duo contigua, cum nonnullis pedibus Oliuarum, & Si-
C *comorum, & alijs fructibus his finibus limitata, vz. ex parte meridiei cum*
vinea Salerni de Rotunda, & alijs partibus cum vijs publicis. Dictus Reue-
rendus Dominus Abbas, nomine prædicti Monaſterij Sanctæ Mariæ de Sagitta-
rio, in territorio Terræ Siniſij, tenet infraſcripta bona, redditus, ſeù cenſus, vz.
petium vnum terrarum in contrata de Borrello, ſeù de la Vena, his finibus
limitatum, vz. à parte borea cum flumine Sarapotimi, & ab ipſo flumine aſcen-
dendo per viam veterem, qua ibatur Claromontem, & deſcendit ad Oliaſtra,
& deſcendendo per viam, qua itur nunc à Claromonte Siniſium, tranſuerſando
à parte meridiei, exit ad Terras, quas tenet nunc Fœlix de Paulino, & cum
vinea Hieronymi de Helia, & exit ad flumen Sarapotimi primum finem.
D *Item oliuetum vnum in contrata Fontanellæ, contiguũ cum Scipione Cutugno,*
& vinea Sancti Franciſci, & via publica, & alios fines. Item Caſalenos duos
in contrata de Sancta Maria, iuxta domum Sancti Heliæ, viam publicam ex
parte occidentis, ſtrittulo mediante. Nobilis Scipio, & Victorius Cutugnus,
pro domo vno in contrata de la Piazza, & pro domo alia in contrata Sancti
Franciſci, tenentur ſoluere tarenos tres, & granos decem, & ſeptem. Metha
de Sancto Archangelo, pro domo vna in contrata Sancti Michaelis, tarenos
duos, & granos decem. Magnifica Vincentia de Sancto Donato, pro domo in
contrata de Sancta Cruce, tenetur ſoluere granos tres. Nicolaus la Camera,
pro domo in contrata Sancti Michaelis, & pro Grutta in contrata de lo Portel-
E *lo, tenetur ſoluere tarenum vnum, & granos quindecim. Franciſcus de Napo-*
lione, tenetur ſoluere pro Grutta in contrata Sancti Michaelis, granos tres. Lu-
cianus de Paulino, pro domo in ſupradicta contrata, tenetur ſoluere granos de-
cem. Notarius Franciſcus Colantonij, pro vinea in contrata de la Sauza, &
pro alia partita empta ab hæredibus Nardi de Stratella, tenetur ſoluere tare-
num vnum, & granos decem, & ſeptem cum dimidio. Petrus de Toya, pro oli-
ueto in contrata de la Guardia, tenetur ſoluere granos vndecim. Notarius Po-
lidorus de Afflitto, pro vinea in contrata de la Serra della Guardia, tenetur
ſoluere, vt ſupra, tarenum vnum. Antonellus de Helia, pro vinea in contrata

A de la Sauza, tenetur soluere tarenum vnum, & granos quinque. Nicolaus de Mero, pro vinea in contrata de la Sauza, tenetur soluere granos sex. Dominus Colicchia la Mendara, pro Olineto in eadem contrata, tenetur soluere granos septem. Hæres Notarij Loysij Marini, pro vinea in eadem contrata, tenetur soluere granos nouem. Hæres Ioannis Oris, pro vinea in contrata de Sauza, tenetur soluere granos octo. Cathaldus Focarazus, pro olineto in eadem contrata, tenetur soluere granos decem cum dimidio. Creusa de Iannico, in eadem contrata, tenetur soluere granos quinque pro vinea vna. Dominus Ioannes Carolus Craccho, pro vinea in contrata Sant' Acqua, tenetur soluere granos decem. Nardus Libro, pro vinea in contrata de la Sauza, tenetur soluere granos decem, & septem cum dimidio. Antonius Boi, pro vinea quæ fuit Salerni lo Vicario, in contrata de lo Caraculo, tenetur soluere granos duos. B Hæres Vincentij de Paulino, pro vinea in contrata de la Sauza, tenetur soluere tarenos tres, & granos decem, & pro alia vinea in eadem contrata, granos quindecim. Laurentius de Paulino, pro domo in contrata Sancti Michaelis, tenetur soluere tarenum vnum. Dominus Nicolaus Iacobus Missanellus, pro vinea in dicta contrata, tenetur soluere granos decem. Hæres Zamorri, pro vinea in eadem contrata, tenetur soluere granos quinque. Dominus Nicolaus de la Mendolara, pro vinea in contrata de la Sauza, tenetur soluere musti menzanellas duas cum dimidia. Hæredes Notarij Loysij Marini, pro vinea in eadem contrata, tenentur soluere vini musti menzanellas sex. Nicolaus Daniele in eadem contrata, tenetur soluere granos octo. C Hæredes Pirnella de Iorgio, pro vinea in contrata de la Sauza, granos quindecim. Hæredes Ioannis Francisci de Vito, pro Grutta in contrata de Sancta Catherina, tenentur soluere granos sex. Hæredes Notarij Gilberti Marini, pro olineto in contrata Sancti Petri, tenentur soluere tarenum vnum. Magister Ioannes Paulus Gangarella, pro domo in contrata Sanctæ Mariæ de Prasbyterato, tenetur soluere tarenum vnum. Iulius Rufulus, pro vinea in contrata di la Vena, tenetur soluere granos sex. Hæredes Colangeli de Marino, pro vinea in contrata de le Sauze, tenetur soluere granos quinque. Iacobus de Paulino, pro vinea in contrata Sancti Ioannis la Serra, tenetur soluere granos septem. Nardus Angelus de Mastro Grasso, pro vinea in contrata de Taynale, soluere tenetur granum vnum. D Hæres Vincentij de Paulino, pro vinea in contrata de la Sauza, tenetur soluere ceræ libram mediam. Dominus Victorius Seuerus, pro domo in contrata de la Piazza, tenetur soluere ceræ libram mediam. Aquila de lo Ribeo, pro vinea in contrata de le Sauze, soluere tenetur vini musti mezzanellas quinque. Bernardinus de Monte, pro vinea in eadem contrata, tenetur soluere vini musti mezzanellam mediam. Rinaldus de Turcio, pro vinea in eadem contrata, soluere tenetur vini musti mezzanellas duas, & tertiam. Petium vnum terrarum in contrata di lo Pinno di la Mandica, his finibus limitatum, & confinatum cum fornace, & Not. Ioanne de Noya, & via publica, & cum bonis nobilis Marci de Notario Rogerio, & via qua itur ad forum, & cum bonis hæredum Angeli Imperiti, & bonis Trinitatis. E Molendina in contrata de Embulis, seù Picocco, seù de lo Trubalo, cum terreno circumcirca, & iuxta vineas quas tenet Dominus Nicolaus Iacobus de Messanello ad censum in emphiteusim pro annuo caroleno; & iuxta vineam Nardi de Durantii, quam tenet ad censum emphiteusim pro annuis granis quinque, & iuxta vineam Colellæ de Rocca, quam tenet vt supra pro granis quinque, & iuxta vineam Notarij Danielis, quam tenet vt supra pro granis octo, iuxta possessiones Trinitatis Simsij, viam publicam, & ex parte orientis, & ex parte borea viam publicam. Protestatusque

que

A *quæ fuit inſuper, quodſi qua bona iuriſdictiones, iura, & immunitates in præſenti ſententia non fuerunt declarata, & declarata, poſsit de eis in iudicijs actionem experiri ad eas, & ea recuperanda à quibuſcumque indebitè detentoribus. Et factis hinc inde aliquibus replicationibus, examinatis teſtibus, præſentatis priuilegijs, & ſcripturis, & omnibus alijs legitimè ſubſtitutis, fuimus tandem pro parte dicti Magnifici, & Reuerendi Abbatis, debita cum inſtantia requiſiti, vt ad cauſæ expeditionem, & ſententiæ prolationem procedere deberemus. Vnde Nos qui ſupra viſis petitionibus, teſtiumque depoſitionibus, priuilegijs, & ſcripturis, & omnibus alijs in proceſſu deductis, benè diſcuſsis, & conſideratis, ex cauſis mentem noſtram dignè mouentibus, Chriſti, eiuſque Glo-*
B *rioſæ Matris Virginis Mariæ nomine repetitis, de quorum vultu recta iudicia procedunt, & oculi iudicantium reſpiciunt veritatem; dicimus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus prædictum Magnificum Reuerendum Ioannellum, & Abbatem dictæ Venerabilis Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Sagittario fore, & eſſe abſoluendum, & liberandum, ac abſolui, & liberari debere, prout hac præſenti noſtra diffinitiua ſententia ipſum abſoluimus, & liberamus ab impoſitione dicti Magnifici Procuratoris Illuſtriſsimi Principis, & dicta bona, redditus, cenſus, iura, iuriſdictiones, franchitias, immunitates, & omnia alia ſuperius particulariter notata, & deſcripta ſpectaſſe, & pertinuiſſe, & in præſentiarū ſpectare, & pertinere ad dictam Eccleſiam, eiuſq; ad prædictum Reuerendum*
C *Abbatem, & dictam Eccleſiam, & Abbatem qui pro tempore fuerit ipſius Eccleſiæ, tenere, & in futurum poſsidere poſſe franca, allodialia, burgenſatica, libera, & exempta ab omni onere ſeruitutis, ſinè cenſus, præter dictam Serram in dicta contrata delli Sauzi, quæ eſt redditiua Principali Curiæ dictæ Terræ Claromontis, in annuis carolenis quinque, & de dictis omnibus diſponere, prout de rebus allodialibus, francis, & burgenſaticis ipſius Eccleſiæ. Reſeruantes etiam prædictæ Eccleſiæ, & eius Abbati præſenti, & qui pro tempore fuerit nomine ipſius Eccleſiæ, ius agendi contra quoſcunque indebitè detemptores bonorum, & aliorum iurium prædictæ Eccleſiæ: alijs verò immunitatibus prædictis per dictum Reuerendum Abbatem ad dictam Eccleſiam ſpectantibus, volumus*
D *quod per præſentem ſententiam præiudicium aliquod in futurum non inferatur hanc noſtram in his ſcriptis ſententiam taliter proferentes, quam valere volumus omni meliori modo. Sebaſtianus qui ſupra Regius Commiſſarius. Lecta, lata, & recitata eſt præſens ſententia, die prædicto vigeſimo ſeptimo menſis Maij, quartæ Inductionis, milleſimo quingenteſimo, quadrageſimo ſexto, in Caſtro, ſeù Palatio prædicto. Præſentibus Iacobo de Amato de Siniſio Regio, ad contractus Iudice, Domino Franciſco Strambo, Diacono Aurelio de la Rocca, Nobili Antonello Sanſeuerino, Magnifico Marco Antonio Sanſeuerino, Magnifico Iulio Sanſeuerino, Magnifico Mario de Roya, Nobili Marco Antonio Vergallito de Claromonte, & Egregio Camillo de Presbyteris de Coſentia, præſen-*
E *te Magnifico Ioanne Antonio Lignito Procuratore dicti Illuſtriſsimi Principis, & dictam ſententiam audiente, præſente dicto Reuerendo Abbate Ioannello Vergallito Abbate, ſeù Commendatario dicti Monaſterij, & Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Sagittario, & dictam ſententiam, quatenus pro ſe, & dictæ Eccleſiæ facit, laudante, & acceptante.*

Cæterùm Vir Dei Ioannes à Caramola multa alia prophetauit, quæ non ſunt ſcripta in eius officio: adeòque in prophetiæ dono profecit, vt Iſaiæ, Dauid, & Hieremiæ Prophetis veteris legis, meruerit à Sagittarienſi Eccleſia in iubilatione aſſimilari. *Reſponſorium primæ lectionis.*

CAP.

A

C A P. XIII.

Qualis fuerit Beatus Ioannes à Caramola in vtroque homine.

CVM humillimus Dei seruus Ioannes suauè Domini nostri Iesu Christi iugum subiecisset: non huic sæculo, eiusque desiderijs, quemadmodum diximus, in posterum alligatus, quæsiuit, aut egit, quæ gentes inquirunt; sed quæ Dei sunt. Vbi verò primùm Sanctissimi Patriarchæ nostri Benedicti Regula, & Sacri Cistercienfis Ordinis Constitutionibus,se deuinxit; tanquam verus obedientiæ filius, paratus in omnes Dei voluntates, mirificè cucurrit viam mandatorum eius. Omnes itaque suas cogitationes in eo potissimùm fixas habuit, inque eo omnibus viribus contendit, vt quam sibi delegerat viuendi disciplinam, eam singulari studio,atque omni officio semper exprimeret. Nemo proculdubio illis seruandis diligentior, quàm is fuit: siquidem non tantùm ne minimum quidem à præscriptis discessit; sed zelo exarsit, vt si quem fortasse aliquando in aliquo inobseruantem deprehendisset, ad veram eius obseruantiam, eum præclaris exemplis perpetuò reuocare studuerit. Itaque tàm inflammati, ad Sacri Cistercienfis Ordinis præcepta seruanda, studij viam ille primùm ingressus, non modò aditum quendam, sed latissimum sibi campum patefecit, in quo exercitationes, & curricula conficeret summarum, & diuinarum virtutum. Humilitatis officia, quæ Christianæ Religionis propria virtus est, ac virtutum omnium officina, ita coluit, vt ea, & charitate, qua omnes diligebat, maximam excitaret admirationem sui. De se humiliter sentiebat, seq; præ cœteris contemnebat, ab illa nominis sui gloria, per circumuicinas regiones longè diffusa,valdè abhorrebat. Respexit autem Deus illum, pauperem spiritu, nimirum humili, & dimisso animo, pio metu in diuina lege ambulantem: & ità respexit, vt eius humilitatem etiam ex eo perspici licet magnam fuisse, Deoque gratam; quia illum humiliter præcantem, in rebus mirandis diuina benignitas exaudiuit. Non enim superbi placuerunt Domino; sed ei humilium, & mansuetorum semper placuit deprecatio. Humilitatis ergo, quæ virtutum omnium custos est, rerum cunctarum Dominum Iesum Christum habuit auctorem, qui cum in forma Dei esset, neque rapinam arbitraretur se esse æqualem Deo, seipsum ad humilitatem nostram demisit, in similitudinem hominum factus,& forma inuentus vt homo. Is vitam in terris humilem, & ab omni cultu elegantia remotissimam secutus est: insignes contumelias pati, grauissimas ignominias accipere, multis flagris cædi, & quod mortis genus, olim erat maximo dedecori, in Crucem tolli voluit. Cuius in primis Ioannes Magistri cœlestis instructus exemplis, in illis frequentibus meditationibus, quas eius ad Crucem adhibebat, præclarissimam tantæ vim virtutis animo, mentique suæ impressit mirabiliter. Et sicuti erat, vt infra dicemus, Beatissimæ Virginis Deiparæ cultor egregius: in eius potissimùm festiuitatibus, cum eam omni pietatis officio veneraretur, tunc ad imitationem animo cernebat, reliquas virtutes omnes sibi esse præpositas, & maximè humilitatem, quàm Deus respexit in Ancilla sua. In his sanctarum contem

B C D E (margin letters)

Iudith cap. 9. n. 16.

Paulus ad Philippẽ-ses cap. 2. num. 6.

S. Lucas in Euãgel. cap. 1. num. 48.

A templationum Scholis exercitatus Beatus Ioannes, & humilitas in omnibus inueniri poteſt, ſummè humilis non eſſe non potuit. Obedientiæ ſtudio, ità noſter Ioannes ſe ipſum dedit, vt voluntate ſua quaſi ſepulta, eorum, qui præerant, iuſſis omnibus obedientem ſe maximè omnium præſtiterit: nam tanquam paratus, & inſtructus ad obedientiæ leges, non attendit vnquam, vt erat ſingulari animi ſimplicitate præditus, quale eſſet, quod præcipiebatur, eo ſolo contentus, quod ſibi erat à ſuperioribus iuſſum, quibus non obedire nepharium putauerat, dicens intra ſe: *Non veni facere voluntatem meam*. Et illud: *Melior eſt obedientia, quam victima, & auſcultare magis, quàm offerre adipem arietum, quoniam quaſi* (1.Regum c.15.n.22.)
B *peccatum ariolandi eſt repugnare, & quaſi ſcelus idololatriæ non acquieſcere*. Cernebatque quantum, & quale erat inobedientiæ malum, quod idolatriæ, magicíſque comparabatur artibus. Qua religioſæ mentis incitatione ductus, ſine vlla cunctatione, ſed hilari, promptoque animo mandata exequebatur iubentis. Eam ob rem humilia potius, quàm magnifica, aſpera, & difficilia, quàm iucunda, & facilia ſibi cupiebat imperari. Cùm ſæpè auditione accepiſſet non modo obediendi normam, quam Sancti Monachi Ægypti tenuerant; ſed Abrahæ exemplum, qui fidelis ſenex ad Domini iuſſionem reliquit terram natiuitatis ſuæ; & quamuis in multis locis frequentes iniurias, grauesq; foret perpeſſus labores, nunquam aptæ obedientiæ pœnituit: immò ſuum vnigenitum dilectiſſimum (Geneſis cap.12. — S.Bernard.de ordine Vitæ.)
C Iſaac immolare iuſſus, non expectata luce, ſed nocte intempeſta ad id faciendum properauit. Proindèque quod perfectæ obedientiæ eſt, non metu ſeruili, ſed charitatis ardore, non pœnæ formidine, ſed rectè agendi ſtudio, maiorum præceptis obtemperabat extemplo. A Sanctis Patribus commendatam abſtinentiæ virtutem, omnes à ſe carnis delitias, ac incitamenta depellentem, quàm valdè ea in re totis viribus Vir Dei ſe exercuerit: perſpicuè manifeſtum erit ex ieiunijs, cæteriſque operibus ad corporis pertinentibus macerationem: etenim etiam annoſus multa panis parcitate ſe ſubſtentabat, & pro reprimendo æſtuantis ſitis ardore, (Geneſis cap.22.n.3.)
D raro aliud, quàm aquæ poculum hauriebat. Ipſe paupertatem, vt diximus, ad Sanctiſſimorum Eremitarum exemplum, ac Glorioſiſſimi Patriarchæ Benedicti Regulam, & Sacri Ciſtercienſis Ordinis Conſtitutionum præſcriptum, toto animo, totiſque viribus coluit: paupertatis virtute egregiè munitus, omnia aſpera, dura, vilis, & abiecta pro delitijs habuit, Chriſti namque Domini noſtri amor, mirabiliter amara omnia dulcia reddit, atque ſuauia. Eccleſiaſtica, Regulariaque ieiunia adeò rigorosè, & exactè obſeruauit, vt his non contentus, pane ferè ſemper, & aqua omni tempore veſceretur, & Sacro Quadrageſimæ tempore adueniente ſeptem panibus arctaretur in arctiſſima Cellula, vt Eliam ipſum, qui Corui roſtro, & Viduæ manu cibatus fuerat in deſerto, ſupera- (Ex lect.5. — Hymnus ad laudes. Antiph.3.1. noct. &, lect.3.)
E uerit. Ad tantam autem ieiunij auſteritatem, ſæpè ſæpius ſui corporis verberationem adiungebat, qua ità fortaſſe vtebatur, vt à capite vſque ad talos vehementer ſe flagris cædens, tam horribilem carnis cruciatum, non humana, ſed diuina potiùs virtute ferre poſſe putaretur. Ad tale denique ſe deduxit martyrij genus, vt ſibi feciſſet breuiſſimum lectulum quadratum, & concauum, ac quadrupedalem menſuram vix tranſientem, vbi poterat ſolùm contractus accumbere, tribuendæ quietis non gerens ſpeciem, ſed laboris. Addens, quod nullus extitit Monachus, qui illum dormientem aliquando conſpexiſſet. Nunc quidem de Deo (3.Regum c.17.n.6. — Lect.5.)

cogi-

cogitabat,& Sanctis Angelis eius, atque immarcessibili æternæ Beatitudinis gloria; nunc verò de versutijs Diaboli, de peccatis suis, de hora mortis, de pœnis Inferni, de die tremendi Iudicij; nunc de profunditate diuinarum scripturarum, de natura virtutum, de compositione morum; & denique tanta contemplationis erat intentus sedulitate, vt semper videretur cum Maria sedere ad pedes Iesu, & in carnis adhuc mole summersus totius carnis grauedinem pertransibat. Pythagoras legem dedit silentij discipulis suis, vt tacentes per quinquennium, loqui discerent. At Ioannes talem dedit legem labijs suis, ponendo ori suo custodiam, vt non mereretur dici tàm tacitus, quàm elinguis, & tanquam alter Moyses in silentio loquebatur, & in otio operabatur. Ambulans, vel sedens, laborans, aut à labore vacans, adeò Beatus Ioannes orationi operam nauabat, vt non solùm quidquid erat in se corporis, & cordis, verùm etiam operis, & temporis præcationi dedisse videretur. Media nocte surgebat ad laudandum Dominum, & in alijs statæ horæ vigilijs, præcando excubabat, tanquam optimus Christi miles. Sæpenumero solemnioribus præcipuè festiuitatibus totam noctem sanctis illis mysterijs intima pietate meditandis collocabat. Sæpè è concauo, & quadrato, duro, ac vili suo lectulo intempesta nocte exiliens, ad pedes imaginis Christi Crucifixi se macerabat, toto animo ad cœlestium imitationem raptus. Singula quaque nocte centies humiliter venias petebat, genua flectendo, & corpus suum profundissimè inclinando, frequenti hac membrorum agitatione, & corporis incuruatione se ipsum non parum vexans, dura membra continuo hoc labore cruciabat; & quo magis se stratum videbat, eo vehementiùs diuino amore exardescebat. Omnia dicta, facta, & excogitata, referebat ad Christum Iesum Saluatorem suum. Sanctissimam Dei Matrem Mariam, post Christum filium, præcipua veneratione coluit, & quam vniuerso Cisterciensico gregi Patronam Sancti Patres Antesignani Cisterciensium elegerant, eam singulam, & præcipuam sibi Aduocatam esse voluit ardentissimo illius colendæ studio. Mellifluum Patrem suum Bernardum Clareuallensem Abbatem sedulò imitatus, piam Iesu Matrem, cordis sui visceribus impressam, meditatione venerabatur assidua; addens illi frequentem coronæ Virginis vsum, & eiusdem Deiparæ quotidianam Officij recitationem, cuius quidem Officiolum tabulis coopertum, in pergamenaceis paginibus manuscriptum, adhuc in Sacro asseruatur Sagittarij Phano. Neque ea tantùm veneratione contentus, etiam cultu imitationis venerabatur, quo gratior esset eius deuotio. Actuosis enim illis, luminosisque virtutibus, quarum exemplar in Beatissima Maria Virgine cernitur, humilitate, charitate, misericordia, vitæ castitate, & alijs, sanctitatem illius, operante Domino, pro virili sua imitari contendebat. Verè pius, verè deuotus, ac verè Religiosus Beatus Ioannes, eamque ob rem Beatus, quia Deum timens, nihil in vita antiquius, potiusque habuit, quàm vt Christi Domini amore flagrans, diuina eius mandata animo ardentissimo, summaq; voluntate obseruaret: ac Matrem eius Immaculatam, & Sanctissimam coleret tanta, & tàm singulari deuotione, quantam verborum copia non videor assecutus. Crucem etiam Domini præcipua, eximiaque, atque insigni amplexus est veneratione. Eius amore acriter inflammatus, toto animo ad meditationem attentissimus, corpus suum verberibus, & acerrima viuendi norma, mirum in modum affligebat. Illam quotidie præ-

Apud Sanctum Bernardum de Ordine Vitæ.
Psalm. 38.
Lect. 5.
Responsor. 4.

A B C D E

A præcipuè hora ſexta præ oculis habebat, vt aſſidua cogitatione vulnera repeteret, conuicia, dolores, cruciatus, ſanguinemque tanta largitate perfuſum Chriſti Domini, cui totum ſe dediderat. Crux in omni contra Dæmonem certamine ſibi præſidium erat, in mœrore ſolatium, ac in omni vita ſpes, & firmamentum. Beatus Ioannes, veluti quadam diuinitùs imbutus ſimplicitate, de qua Chriſtus Dominus noſter: *Eſtote*, inquit, *Simplices, ſicut columbæ*. Quæcunque apertè mala non erant, in meliorem partem accipiebat omnia: *Bonus enim homo de bono theſauro, cordis ſui profert bonũ, & malus homo de malo theſauro profert malum*. Simplici ergo, & aperta via iter huius ſæculi faciens, quod ſimplex, verũ, ſincerum, & certum videbatur, in eo totus euigilabat, vt maximè ſequeretur. Simplici, & recta diuinorum myſteriorum fide contentus, illa tantùm cogitabat, & meditabatur, quæ præceperat Deus. Humanitate, & benignitate ſemper emicuit, nec dum vixit, alicui nocuit aliquando. Ab otio quàm maximè fugiebat, quod tanquam propriæ animæ inimicum exiſtimabat; etſi orationi, ac meditationi ſemper eſſet intentus, in ſportulis ferè ſemper conficiendis occupabatur, veluti miniſterio cœteris omnibus humiliore. Adeò per tot ſanctarum virtutum gradus ad Dei peruenit amicitiam; vt (relictis in vita per ipſum patratis miraculis) ad ſolius ſportarum, quas ipſe contexerat, oſtentionem, cuidam de Siniſij oppido, vt infra dicemus, priſtinam brachij ſanitatem, reſtituere non recuſaret. Virtutum omnium conceries extitit, ac ſanctitatis materies; fuit enim magnanimus in fide, longanimis in ſpe, profuſus charitate, præcipuus pietate, iucundus ad opprobria, ad obſequia verecundus, ſuauis moribus, meritis ſanctus, & miraculis glorioſus. Corpus eius ob abſtinentiam, & ſeueriſſimam macerationem, erat attenuatum, & quaſi ſine carne. Statura eius breuitati potiùs, quàm longitudini propinquior apparebat.

Antiphona ad Sextam. *Matth. c. 10. n. 17.* *Lucas in Euang. c. 7. num. 45.* (B) *Antiphona 1. ad Veſperas.* *Sanctus Benedictus in Regula cap. 48.* (C) *Hymnus ad laudes.*

CAP. XIV.

D

De obitu Beati Viri Ioannis à Caramola Toloſani.

ANnoſus iam Vir Dei Ioannes, in grauiſſimam incidens corporis inualitudinem, præcipuè genuum ob tumiditatem, capitis dolore concomitatam, quaſi nil boni anteà feciſſet, vt quò diù viueret, eò diutiùs pœniteret, humanum ab Abbate auxilium cum inſtantia poſtulabat. At quæ carnis fortitudo poſſet in conſpectu talium affectionum ſubſiſtere? Si enim ſecundum ſententiam Sapientis, frequens meditatio eſt carnis afflictio, quomodo continuæ meditationi addita multa, & frequens affectio, non eſſet carnis deſtructio, ſiuè mortificatio, & virium eneruatio? Nonnè omni petenti te tribuens, vt Martha omnibus te laboribus expoſuiſti; & poſt pietatis opera tibi intendens, & ſoli Deo vacans, te Mariam nihilominus demonſtraſti, ò Ioannes? Nunquid quodlibet ex iſtis duobus exercitijs non erat ſatis validum, vt corpus tuum infirmaret, atque deijceret? Non enim fortitudo lapidum fortitudo tua, nec caro tua ænea erat, vt in meditationis æſtu, genuflexionibus, orationibus, diſciplinis, & laboribus vitam protrahere potuiſſes, quare cum tanta anxietate annoſus iam poſtulas in ſua infirmitate remedium? O' verè

Lectione 5. (E)

rè pauper spiritu Beatissime Dei famule Ioannes, qui post tot annos A
quos in diuino obsequio mirabiliter, & perseueranter consumpsisti, tibi
nihil fecisse videbatur pro anima tua. Oh miseri nos, quàm vice versa
facimus; vix enim duos ieiunamus dies, vix duas oras in oratione con-
sumimus, vix vnam, aut alteram disciplinam accipimus, vix duos obolos
propter Deum pauperibus erogamus; & iam Nos sanctissimos arbitra-
mur, & ad summum perfectionis fastigium putamus ascendisse. Quid in
extremò dicturi sumus examine? Quid de nobis erit? Ergo dum tempus
habemus, operemur bonum pro anima nostra, sanctorum vestigia per-
seueranter imitantes. Quòd si in nimietate seruus Christi excessisse cre-
ditur, habet equidem excessus huiusmodi, apud pias mentes reuerentiam B
suam. Quid enim si virtutum plenitudinem, quam habebat à gratia,
labore etiam corporis cumulare studuerit? Non enim quæ spiritus cœ-
perat, caro aliquando consumauit; sed dum caro defecit, inualuit spiri-
tus, & dum aruit artus, viruit affectus. Ioannes sic in spiritu valens erat in
carne debili, & infirma, vt rectè cum Apostolo dicere posset: *Quando
infirmor, tunc fortior sum, & potens.* Vides ne, quòd infirmitas corpo-
ris spiritui vires adaugeat, subministret vigorem? E contrariò noueris
carnis fortitudinem, debilitatem spiritui operari. Sic enim Deo placuit
eum ab actibus extrinsecis sequestrare, vt sic illum solis interioribus de-
ditus, sibi astringeret arctiùs. Nolebat fortassis Christus in humili fa- C
mulo suo exercitatione corporis, quæ ad modicum valet, exercitationes
spiritus interrumpi, volens vacare totaliter eum sibi. Cæterùm spiritus
est Deus, & quos spiritualiùs sibi vult astringere, spirituales efficit. Tam
spiritualem autem Ioannes omni infirmitatis suæ temporis, vitam duxit,
vt non solùm spiritus, sed & corpus ipsius, quodammodò spiritualiter
viuere videretur. Quis enim credere posset, quod ipse Fratrum ieiunia
obseruare potuisset in corpore imbecilli, senectute fracto, & penè inuti-
li? Ipse autem nòn solùm illorum ieiunia custodiuit, sed in ieiunijs, & vi-
gilijs semper præ cæteris omnibus abundauit. At cum tandem decre-
uisset diuina largitas fidelem seruum suum de suis laboribus largissimè D
remunerare, oppressit eum infirmitate mortifera. Qui decidit in lectu-
lum quadratum, & concauum, & vt diximus, quadrupedalem mensuram
vix transientem, & cœpit deficere de die in diem iufirma caro. Demum
vt esset finis laboris, quem tamen ille vix senserat præ amore, animam
eius sanctissimam Christus transtulit in abyssum suæ claritatis, septimo
kalendas Septembris, Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, regente San-
ctissimo Patre Benedicto XII. etiam Tolosano, & ex eodem Sacro no-
cro nostro Cisterciensi Ordine ad Pontificiam dignitatem assumpto, An-
glonensem Ecclesiam Ioanne Episcopo, & Sagittariensem Ecclesiam
Rogerio Abbate, moderantibus, regnantibus verò, in Romanorum Im- E
perio Ludouico V. Bauaro, in Neapolitanorum Regno Roberto, Caro-
li II. filio, in Claromontano Comitatu Iacobo Sanseuerino, Anno à Na-
tiuitate Domini nostri Iesu Christi, à qua omnis nostra salus, & Sancto-
rum gloria, millesimo trecentesimo trigesimo nono. In ipso autem eius
transitu tantus venti impetus insurrexit, vt totam eius Cellulam, totum-
que Sagittariense Cœnobium concutere videbatur. Sed mirum dictu,
Tàm validus ille ventus, qui totam Cellulam, totumq; Cœnobium con-
cutere videbatur, per foramina illius Cellulæ transgrediens, magnas
quinque simul faces potuisset extinguere, nullam ibi exiguarum arden-
tium

Paulus 2. Corinth. c. 12. num. 10.

Lectione sexta.

Abraham Bzouius in annalibus Ecclesiasticis ad an. 1334. n. 4. Aubertus Miræus in Cronic. ad annum 1318. Thomas Vualsingam ad an. 1313. & 1334. Platus lib. 2. de bono status Religiosi cap. 28. Arnoldus Vuion lib. 1. Ligni Vitæ cap. 43. Ioãnes Chenu in Cronic. Roman. Pontif. Alfõsus Ciacconus in Vit. Pontificũ, Chrysostomus Henriquez in Menolog. sub die 25. Aprilis, & alij apud ipsum.

Lect. 6.

A tium lampadarum extinguebat. Diuulgato tanti Sancti Viri obitu, ruens vndique populorum multitudo creuit, & concurrentium finitimorum ſacrum corpus tangere, & deoſculari cupientium. O' mira pietas, & in Sanctum deuotio. Omnes certatim paululum veſtis habere contendebant. Nemo autem quiſquam ferè tunc extitit, quin aut eius indumentum, aut Angelicæ Salutationis Coronam, aut Beatiſſimæ Virginis Officiolum, cœterarumque orationum libellum proprio ori præ ardentis, ergo illum pietatis ſtudio admoneret. Viſum fuit tandem gementibus Patribus eum; quem in vita cognouerant admirabilem, ſepulturæ tradere, & auertentibus animis ab illo graui ſingultu, quo totum Sa-
B gittarienſe Cœnobium perſonabat, ac complodantibus palpebras aduerſus lacrymas, quibus in ſuo clariſſimo tranſitu Sagittarium fluebat, iuſtis completis, Sacrum Sancti Viri Corpus, in loco, quem ſibi inhabitaculum ante tranſitum delegerat, ſepulturæ tradidere. *Reſponſ. 7.*

CAP. XV.

De eius Sacri Corporis translatione.

C NOno autem die à Beatiſſimi Viri Ioannis obitu Sagittarienſibus Veneralibus Patribus, adhuc triſtibus, iucunditate, & triſtitia admixtum, quoddam accidit admirandum. Etenim Sagittarium deuenere Beati Ioannis à Caramola conſanguinei quidam, præcioſiſſimas Corporis Sacratiſſimi margaritas quærentes, & dicentes. Scitote Venerabiles Patres, quod ſeparatim in Toloſana Vrbe habitantibus, & leniter dormientibus nobis, apparuit quidem ſenex forma pulcherrimus, baculum manu geſtans, & habitu indutus Conuerſorum Sacri veſtri Ciſtercienſis Ordinis, & vnicuique noſtrum talia dixit: *Ego ſum Ioannes veſter conſanguineus, & ſi mei notitiam habere deſideratis, ite ad Monaſterium Or-*
D *dinis Ciſtercienſis, quod appellatur Sagittarium, in Comitatu Clarimontis, Prouinciæ Lucaniæ*. His dixit diſparuit. Mane autem facto, vnus alteri, & alij cœteris conſanguineis noſtris ſuper huiuſmodi viſione verba fecimus, vnuſquiſque noſtrum ſibi ſoli apparuiſſe auctumans. Congregatis tandem in vnum omnibus nobis, ac omni maturitate viſione conſiderata, decreuimus ad Monaſterium Grandis Syluæ veſtri Ordinis in noſtra Toloſana Diœceſi, nos conferrè deberemus, meliorem, & clariorem de noſtro Ioanne habendi cauſa notitiam. Vbi cum aliqui ex noſtris ibi ſe contuliſſent, quendam Conuerſum etiam Ioannem appellatum inuenerunt, quem præ cæteris omnibus alloqui concupiebant, ob eximiam
E ſanctitatis eius opinionem, quam ſanctiſſima eius vita in fidelium pectoribus ingeſſerat, & in dies ingerit, & tanquam magnus habetur in conſpectu Domini. Hic ergo Beatus Vir cum noſtros vidiſſet, dixit illis. Vos eſtis Toloſani, & conſanguinei cuiuſdam Fratris noſtri Conuerſi, quem tanquam mortuum, vel deperditum diù deploraſtis. Ipſe quidem iàm ſunt anni plures mortuus eſt Mundo, & ſoli Deo viuit, ac multa, & magna Deus per ipſum operatus eſt, & in dies operari non deſinit. Noſtri autem admirantes audita, interrogauerunt eum dicentes. Vnde hoc habes Pater Sancte. Mihi peccatori, inquit ipſe, apparuit meo habitu indutus, & cum ſcire voluiſſem, cui Monaſterio inſeruiret, reſpon-

Reſponſ. eodem.

Ex maiorum traditione Sagittarienſiũ

spondit. Sagittarij Monasterio, in Comitatu Claromontis, Anglonensis Diœcesis, Lucaniæ Prouinciæ, in Regno Neapolitano, & parum victurum se dixit. Redierunt nostri è Grandis Syluæ Cœnobio, à quibus talia auditis, vt hucusque veniremus, communi voto decreuimus expedire. Læto itaque, ac hilari animo peregrinati sumus vsque ad vos Venerabiles Patres, inter viuos existere putantes eum: at quia ab humanis excessisse, iter agentes, audiuimus; vos propterea oramus suppliciter, vt nostri Ioannis Corpus nobis ostendere, & largiri dignemini, vt iuxta propositum ad nostros, atque nostrates illud traducamus. Sagittarienses verò Patres, sacrum Corpus exhumare, responderunt, vt viderent; at alienare nequaquam. Eodem itaque nono die à transitu viri sancti, hoc est die quarto mensis Septembris anno 1339. gementes, & flentibus Monachis, consanguineis astantibus, & præ dolore lacrymantibus, facta fouea, atque tellure deiecta, tanta odoris suauitas processit è tumulo, vt omnium hominum nares, & vniuersum repleret Sagittarij ambitum. Dic ergo quæso, quæ rosæ? quæ lilia? quæ aromata? his quæant odoribus coæquari. Recedunt violæ, thura refugiunt, & omnis veris gloria delitescit. Istæ profectò sunt Paradisi deliciæ, angelicæ fragrantiæ, cœlestia odoramenta. Ecce Fratres, quantum sit in cœlis homo, in terris dignatur ostendere Deus, & quanta gloria apud Deum spiritus hominis perfruatur, ante homines hominis corpus solet ostendere, vel extinctum. Et quia iste Sanctus nimis omnium caruit fœtore vitiorum: mortuus vnguentis est angelicis delibutus. Quo circa, & nos repellamus à nobis nunc omnium inquinamenta facinorum: vt in æternum cum eo *Responsorium septimum citat.* cęlestis gloriæ odorem speremus. Sacrum igitur Dei famuli corpus Augusti mense conditum, in quo magnus viget Solis calor, post nonum diem, mira re suadente, extractum, tantum abfuit, vt fœde putresceret, vt pro fœtore odorem, & pro putredine fragrantiam, ac mirificas afflaret odorationes, atque emitteret, & vsque nunc emittere, & emanare non desinit, etiam si nullis vnguentis delibutum, aut balsamo conditum in sepulturam traditum esset. Magnus vtique, & admirabilis Dominus Deus, & semper laudabilis in omnibus, & in hoc præcipuè, quia non dedit Sanctum suum videre etiam corporis corruptionem. Tantò conterriti miraculo Sagittarienses Patres, non solùm Deo gratias egerunt innumeras, sed & sacrum, sui famuli corpus, vt inextimabilem margaritam è cœlo demissam custodire, ac vllatenus supplicantium Consanguineorum votis annuere, votum firmauerunt. Verùm cum Rogerius Abbas deprecantibus illis, partem aliquam concedere denegasset, decreuit tandem, crura tantùm, & brachia Tolosanis elargiri. Quæ, etsi omnem adhibuissent diligentiam, nullo ferreo instrumento valuerunt incidi, vel secari, quàm eodem rudi gladiolo, quo & herbas excauare, & sportulas homo Dei assolebat efficere. Quem gladiolum, vnà cum eiusdem corrigiæ annulo, quo vtebatur, quando erat Eremita, & Beatissimæ Virginis officij libro inter cæteras Reliquias sacrosanctas, Sagittarienses asseruant. Abbatis decreto non obstante, crus vnum, & brachium serui Dei Tolosanis subtraxere Patres quidam, quibus præ cæteris, ab Abbate elargitio facta, displicuerat: & illis statim discessis, communi Sagittariensium applausu, cum Dei laude, & gratiarum actione ad sacrum corpus reportarunt. Extant ab immemorabili tempore vsque ad præsens super Altare eidem Dei famulo Ioanni à Caramola dicato, eodem certè

David Psalm. 15. Actus Apost. cap. 2. num. 31. & cap. 13. num. 35.

A in loco, vbi fuiſſe fertur Beati cellulam, ad latus Eccleſiæ ſeptentrionem verſus. Super huius Beati Viri Cappellæ oſtium, quod occidentem reſpicit, varijs expreſſæ coloribus cernuntur effigies Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, ad huius dexteram Sancti Doctoris Melliflui Bernardi Abbatis, & à ſiniſtris Beati Ioannis à Caramola, cum ſplendoribus laureolis, ſiuè radijs; quæ quidem imagines vetuſtatem plurimam præ ſe ferunt. Quando autem Sacroſanctum Corpus Beati Viri ſuper Altare eleuatum, nulla eſt mortalium penitus memoria. Quotannis à Sagittarienſibus Venerabilibus Patribus, ſub die vigeſimo ſexto Auguſti proprium eius recitatur officium ante eiuſdem Dei Viri Aram, procerum, magnatum,
B & populorum gratias à Beato Ioanne impetraturorum multitudine concurrente non parua; & hoc etiam à tempore in quo non eſt hominum memoria in contrarium. Singulo quoque die in maiori officio, tum ad Veſperas, cùm ad Laudes de eodem fit commemoratio ſpecialis, quæ per idem tempus nunquam deprehenſa eſt intermiſſa, quæ talis eſt.

Ad Veſperas Antiphona.

PAtent cunctis miracula, per quæ mirificatur, obtinet tabernacula, cœli regno locatur.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi regnum Dei.

Ad Laudes Antiphona.

C GAudeat Chorus Monaſticus tantò Viro lætatus, meritò ciuis Cœlicus eſt mundo migratus.

℣. & ℟. vt ſupra.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Beatum Ioannem Confeſſorem tuum arctioris vitæ meritò decoraſti, tribue quæſumus, vt quem in terris cognouimus miraculis coruſcantem, in cœlis agnoſcere mereamur pro nobis pijſſimum præcatorem. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

D

CAP. XVI.

Homo ad baculi, & ſportarum B.Ioannis oſtentionem, à maligno brachij vlcere liberatur.

RObertus dictus Maccaronus habitator Siniſij, cuius brachium vetus, & dirum vlcus inuaſerat, adeò vt ipſius membri omni erat *Lect. 6. & Reſp. 8.* destitutus officio, perrexit ad quendam Chirurgum, pro alicuius mede-
E læ ſubſidio implorando. Cui Medicus inquit: *Perfodit tibi multum humoris malignitas, nam ſurſum, deorſumque corrodit brachium. & niſi per inciſionem ventamus ad radicem vlceris, nullam tibi poſſum medelam prabere ſalutis.* Hanc medelam, tanquam martyrij genus præconcipiens, Robertus recuſauit. Interea Sancti Viri Ioannis tranſitus, qui in omnium opinione magni apud Deum meriti habeatur, cœpit vndique reſonare. Quo lætanter æger audito, inquit: *Non terreſtrem medicinam ſuſcipiam: de Cœlo, credo, quod ſoſpitatem mihi homo iſte ſanctiſsimus impetrabit:* Et ſumpta grandi, pluſquam dici poſſet, fiducia, ad Sagittarij Monaſterium accedit, Sancti Ioannis Cellulam ingreditur, vbi ijs, & ſimilibus verbis

verbis eũ Abbas alloquitur: *Hic est baculus, quẽ senex gestare solebat in manu, hæ sunt sportellæ, quas ipse contexerat.* Nec vlterius Abbatis sermo progreditur: nã inter verba illa ægrotus se respicit, mox sospitemque se cernit. Et tunc omnes astantes stupor maximus apprehendit, dum repentè vident membrum tumefactum, & tenue, putridum, ac vlcerosum; mundum, solidum, & sanum; adeò vt nulla ibi miro modo morbi, & vlcerationis imagines remanerent. A

Locis citatis.

CAP. XVII.

Mulier Beati Ioannis tunica à brachij fistula conualescit. B

Lect. 7. Resp. 10.

THomasella quoque, filia Ioannis Magistri Odonis, eiusdem Terræ Sinisij, ità habebat brachium fistula inueterata depastum, vt frustratim defluerent inde ossa. Cumque pater eius ad iam dictum Sagittariense Cœnobium deportasset eam, inuento Abbate, ijs sermonibus orat eum: *Ostende nobis corpus Sancti, si fortè dignabitur, sanare filiam meam. Non,* inquit Abbas, *sacrum Dei famuli corpus ostendere possum,* (latenter enim deposuerat illud, ne tantus thesaurus sibi furto subtrahi posset,) *sed de vestibus eius tibi dabo pantidem, in qua membrum illud inualidum inuoluens, si placuerit Domino, potens est in tua genita mirificare hodie sanctum suum.* Quo inuoluto, ibidem pernoctarunt. Credibile quidem est, vt ad vestimenti contactum mox salus euenerit: sed quia nisi soluto quodam dono, quod vouerant, brachium non detegerunt, tunc ipsum inspexerunt plenissimè sanum: & qui tristes accesserant, gaudentes repedarunt. C

CAP. XVIII.

Sacerdos ad Viri Dei sepulchrum pristinæ voci restituitur. D

Lect. 7. Resp. 12.

DOmnus Ioannes Capanus de eadem Terra Sinisij, biennio habuit vocem penitus suffocatam, nulla ipsum longè, latèque quæsita iuuare potuit peritia Medicorum. Erat tandem ad tantam desperationem inductus, vt iàm girouagare per mundum proposuerat, erubescens in tantæ infœlicitatis fato inter notos, & amicos sic turpiter conuersari. At de omni hominum suffragio destitutus, ad Domini clementiam se conuertit, & ad Beati Ioannis à Caramola merita recurrit. Petijt itaque raucus Presbyter ad Dei famuli tumulum, vbi tota nocte flexis genibus humiliter vigilans, ac pro suæ vocis puritate deuotissimè orans, tandem lacessitus, ac somno correptus, super Beati Ioannis tumulum declinauit, & post temporis aliquantulum experrectus, mox pristinam sanitatem impetrasse se cernit. Hinc factum fuit, vt nunquam Domnus Ioannes Capanus ab ore, & nusquam à corde tantum beneficium meritis, & intercessione Beati Ioannis à Caramola, à Domino receptum, obliuiscens, recederet, & Deo semper gratias ageret, qui non tantùm ab ipso E

depu-

A depulerat improperium, verùm etiam rutilans organum, & puriorem, ac clariorem ei vocem ad munerum largitorem laudandum, & ſanctum ſeruum ſuum benedicendum conceſſerat.

CAP. XIX.

Puer per Beati Ioannis merita à brachij tremore liberatur.

B PVer de Noiæ Oppido, Gentilis nomine, at verè Catholicus, & Chriſtianus fide, diuturno tremore brachij vexabatur; adeò vt ſi interdum pro experienda læſionis ſuæ menſura, vas aqua plenum manu tentabat arripere, illicò penitùs fundebatur. Cum nullum aliundè remedium inueniſſet; qua debuit, fixa animi pietate, ac ſincera fide ſe Beato Ioanni à Caramola commendauit, & ardentiſſimo deuotionis ſtudio opem eius implorauit. Nec talis commendatio fruſtrata eſt fructu ſuo, nam ſancti huius meritis, & præce extra omnium ſpem extemplò ille, qui nullis medicorum remedijs ſanari poterat, eſt pleniſſimè factus ſoſpes. *Lect. 8.*

C

CAP. XX.

Mulier clauda ad Dei famuli ſepulcrum præſtinæ ſanitati reſtituitur.

MVlier quoq; de eadem Terra Noiæ patiebatur tumorem durum, & veterrimum ſupra pedem: eamque ob rem, nec ſtare, nec incedere vllo modo poterat, niſi baculo niteretur. Auditis rebus Beati Viri Ioannis à Caramola admirandis, quæ ſermone celebrabantur omnium, ad Beati Viri ſepulcrum iumento vecta, vbi Deum optimum maximum de valetudine ſua ob Beati Ioannis merita præcata, tumor ille Dei beneficio, & Sancti huius virtute, incomparabiliter citiùs, quàm fluit cera à facie ignis, aut glacies à facie Solis, eſt reſolutus, & quæ infirma, ac clauda acceſſerat, cum gratiarum actione, & iubilatione receſſit incolumnis. *Ex eadem Lectio.*

D

CAP. XXI.

Baro quidam ad tractum herbarum lectuli Dei Viri à tibiæ vlcere conualeſcit.

E

AT celebratum in Ioanne, Oppidi Armenti Domino, memoria dignum, ſubticendum non eſt admirandum. Iſte Baro Ioannes, cum haberet ſic tibiam morbidam, ſic turpiter vlceratam, vt neſciretur quid ibi plus fuerit de putrido, an de ſano; confeſtim, vt Sancti huius ingreditur Cellulam memoratam, ad tactum herbarum, quas in ſuo ſolebat lectulo ſternere, totius tibiæ horrenda læſio pertranſijt, & omnium vlcerum inſtanter eſt ſolidata ruptura, tota corroſionis eſt concauitas *Ex eadem Lect. 8.*

adim-

adimpleta. Quare non est segniter attendendum, qualiter diuinæ largitatis exuberantia etiam ex tramine lectuli famuli sui Ioannis à Caramola infirmos curari, ac ægenis subueniri concessit. A

CAP. XXII.

Religiosos de graui morbo, & mortis periculo absoluitur.

RElígiosus Clericus Sagittariensis, Thadæus nomine, cognomento Terracius, dum Philosophicæ disciplinæ, in Sagittariensi Collegio operam daret, in dyssenteriæ morbum cum mordacibus, & abrasiuis in ventre doloribus, ac cum febri ardentissima, & vomitu incidit: qui ex toto deficiens, nimirùm ob diuturnam sanguinis emissionem, continuatosque dolores, & febrim, exhaustis sui corporis viribus, iam positus erat in extremis, absque Sacrosanct Eucharistiæ Sacramenti per modum Viatici refectione, adeò frequenter vomitus infirmum angebat. Cumque lugentes Patres summo eius animam commendarent Altissimo, Thadæus mente à Beatum Ioannem à Caramola pro sua valetudine, maxima cum deuotione confugit. Et ecce quòd ille qui per duas ante horas vsu caruerat linguæ, & qui mox migraturus attendebatur à Patribus, è lectulo surgens, dicit se ad B. Ioannis Aram, adire velle. Lætantur astantes, accinguntur Infirmarij ad illum sustinendum. At ille, qui ad sellam propè lectulum existentem, nisi à duobus ad minus adiutus, approximari nequiuerat, Ecclesiam adeundo tàm Infirmariorum, quàm aliorum, etiam baculi auxilium refutauit. Pedetentim ad iàm dictam Aram peruentus, iterum B. Ioanni se commendauit deuotissimè, vbi signatus in ventre Sanctæ Crucis signo cum eodem Dei famuli pede, qui abscissus à corpore, sed cum Sacro Corpore, vt supra dictum est conseruatur; hauriens post Eucharisticam sumptionem eiusdem sanctæ Reliquiæ lotionis poculum, statim febris aufugit, stat sanguis, excessiui cessant dolores, & sanum se reperit, nisi quod longa inedia, & larga sanguinis minutione debilis per aliquot dies remansit, & tàm ipse, quàm omnes cum gratiarum actione gaudentes, & lætantes Deo, & humili seruo suo Ioanni gloriam, & laudem dederunt. B C D

CAP. XXIII.

Conuersus Beati Ioannis sacrarum Reliquiarum lotione à sanguinis fluxu, & febri liberatur. E

FRater Cosmus, cognomento Vacca, Conuersus eiusdem Sanctæ Domus, cum ob sanguinis fluxum, febrim acutissimam morti proximum se cerneret, ad Beatum Ioannem à Caramola sui Patronum, tota deuotione conuertit: & sumpta maxima cum fiducia sacrarum Beati Ioannis Reliquiarum ablutione, quam à Priore, Martio Frezza nominato sibi asportari petierat, extemplò à sanguinis fluxu, & acutissima febri absolutum se reperit, & sanum agnouit, non fine Prioris, & Monachorum admiratione.

CAP.

A

CAP. XXIV.

Oblatus item à conſimilibus infirmitatibus mirabiliter conualeſcit.

FRater Io: Camillus Donadeus Caſtellucienſis, & Sagittarienſis Cœnobij Oblatus iiſdem omninò infirmitatibus fatigatus, ad id deuenerat, vt nulla de eo ſpes haberetur ſalutis, & infirmus de dierum breuitate querebatur, aliquod expetiſcens pro ſua longæuitate remedium.
B Tandem deuotione ingenti, & humilitate non exigua, petijt Dei famuli Ioannis à Caramola refici lotione. Prior antedictus Sancti Viri Reliquias aſſumpſit, lauit, & demum ſanguinis fluxum patientem, & febri acutiſſima adurentem, cum amborum deuotione ex ablutione potauit. Vnde Omnipotentis Dei, & famuli ſui gratia factum eſt, vt continuò ſanitate potitus, Deo, & ſeruo tuo Ioanni in propria eius Ara gratias ageret innumeras.

C

CAP. XXV.

Saponaræ Comitiſſa ad intuitum Veli, quo ſacrum Dei famuli Corpus tectum fuerat, ab infirmitate, & mortis periculò liberatur.

ILluſtriſſima, & Excellentiſſima Domina, Domna Delia è nobiliſſima Sanſeuerinorum proſapia, Illuſtriſſimi, & Excellẽtiſſimi Domini, Domni Ioannis Sanſeuerini Saponariæ Comitis Vxor, ob geminorum ab ortum fatigata doloribus, ac febris æſtu, atque horrore, per multos dies
D grauiſſimè cruciata, iàm in mortis erat adducta periculum; ſiquidem per alios totidem dies, nec ſomnum, nec quietem, & nec cibum capere poterat, & ſenſibus omninò ferè carebat. Cuius martyrium, ob amorem ſingulariſſimum, quo erga eam afficiebatur, in proprijs Comes ſentiebat viſceribus, adeò vt etiam ipſe mox infirmandus videbatur præ nimia afflictione. Cumque fruſtrà celeberrimorum remedia Medicorum fuiſſet expertus, fide tandem magna ad merita Beati Ioannis noſtri mente recurrit, eundem deuotiſſimè depræcans, vt Comitiſſæ vxoris ſuæ opportunitatibus dignaretur occurrere. In mei notitiam deuenerunt hæc
E omnia. Mane in Cappellam Dei famulo dicatam ex Abbatialibus ædibus deſcendi, & aperto ſacri theſauri oſtio, luminaribus priùs accenſis, Hymno, antiphona, verſiculo, & collecta, ſolitis, conuentualiter deuotiſſimè decantatis, ea deuotione, & reuerentia, qua decebat, & debebam, ſacrum inde velum, quo Beati Viri Ioannis à Caramola Corpus tegebatur, deprompſi, & illud ad Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum Comitem benè reconditum, quadam mea epiſtola ſociatum, tranſmiſi; vt Comitiſſæ, & Comitis neceſſitatibus aliqualiter ſubuenirem. Nec vtriuſque fiducia fruſtrata eſt fructu ſuo, nam vix viderat, & coluerat Comitiſſa ſacrum Dei famuli velum, quod extemplò tales vires acquiſiuit, vt ſurgens è cubili, illicò per Caſtrum incedere cœpit, vt teſtatur ipſe deuo-

tissimus Comes in sua epistola mihi directa, totidem continente. Foris. A
Al Reuerendissimo Padre mio osseruandissimo, il Padre Don Gregorio Lauro Abbate del Monasterio del Sagittario. Intus verò. *Reuerendissimo Padre. Quando gl'amici sono veramente amici, non aspettano d'essere richiesti nell'occorrenze, mà di sè stessi, conoscendoui necessaria la loro opera, ve l'impiegano senza indugio, e con feruore: come à punto hà fatto V. P. Reuerendissima nell'hauermi inuiato il velo del Beato Giouanni, ch'è stato miracolosissimo per la Contessa mia; doue subito veduto, e riuerito, hà in vn'instante pigliato forza tale, che hà incominciato à caminare per il castello, donde si spera riceuerne in tutto la desiderata gratia: ne resto però molto tenuto à V. P. Reuerendissima, & all'incontro vorrei, che mi porgessi occasione di poterla seruire,* B *gionto con tutti cotesti Padri, e li baccio le mani. Saponara 3. Ottobre 1651. Di V. P. Reuerendissima seruitore, Il Conte della Saponara. Il Padre Abbate del Sagittario.*

Tunc omnes, qui aderant, rei admirabilitate obstupefacti, gratias Deo ingentes dederunt, quod rem tantam suis oculis spectassent, & qui aberant, facti famam audientes, in perfectiori ergò Dei famulum deuotione roborati, gaudentes laudauerunt, & glorificauerunt Deum in humili seruo suo.

CAPVT VLTIMVM. C

Quare plura admirabilia non adducuntur.

LOngum nimis esset, singula narrando percensere, qui variè affecti morbis humiliter, & deuotè ad Sacrum Sagittarij Cœnobium profecti, sperantes in eo, qui sanat contritos corde, per merita Beatissimi Viri Ioannis à Caramola ad integram sunt restituti valetudinem. Satis est nobis enarrasse ea, quæ in præfatione promisimus. Calamum ad alia D multa describenda non exerimus, non certè, vt labori parcamus, sed vereor sub veritatis velamine mendacium aliquod ne subintret. Iam verò ex ijs, quæ breuiter commemorata sunt, perspicuum fit, omnes quacunque, vel ægrotatione languescentes, vel periculo expositos, illius præcibus, & meritis, à malis omnibus, etiam è mortis faucibus ereptos sensisse, vel potiùs sentire præsentem Domini nostri Iesu Christi virtutem. Et circa Dæmoniacos, idem Dei famulus egregius extitit liberator, vt in eodem eius officio adnotatur hisce formalibus: *Obsessas à Dæmonibus liberat mulieres, quot vexantur à febribus sanat cœlestis heres.* Ad tanti in- (Respons. 11.) super Viri magis, ac magis sanctitatem collustrandam, non est silentio E concedendum illud præ cæteris admirabile, cuius adhuc apparentia signa oculorum sensu nunc vsque percipiuntur. Etenim cum sæculis præteritis, siuè bellorum furia, siuè latronum studio, siuè proscriptorum impetu, siuè conspirantium inuidorum ingenio, siuè fortuitò, & casu totum Sagittariense Cœnobium, Sacrum Virginis Phanum, & Beati Ioannis à Caramola Ara, fuissent igne combusta; à debaccante, & lassatis habenis deuorante igne, nullum Gloriosissimæ Deiparæ statua, & Sacrosanctum Dei famuli Corpus detrimentum aliud passa fuere, quàm istud tantùm in brachio, illa verò solùm in scabello pedum suorum paruam combustionem; vt in ipsis, veluti in libro, tanti legeretur magnitudo miraculi.

A raculi. Addimus denique, quod cum Sagittarienſes grauiſſimis ſe ſentiunt opprimi neceſſitatibus ad Beati Ioannis à Caramola interceſſionem recurrunt, Corpus Sacratiſſimum eius exponunt; & extemplò frenatur ignis, tempeſtas aquarum ceſſat, ſubuenitur opportunitatibus, & ſe ab omni periculo abſolutos agnoſcunt. Lætare igitur Sagittarienſis Eccleſia, & in laude tui Protectoris erumpe, qui donec tibi corporaliter adhæſit in terris, ſacris te documentis inſtruxit, moribus decorauit, virtutibus exornauit: & relicto tandem carnis ergaſtulo, cum Domini Dei ſui Paradiſum coronatus intrauit, à malignorum ſpirituum incurſibus te præpotenti ſanctarum precum brachio protegit. Spiritualibus itaque

B gaudijs Sagittarienſis familia exulta, tantò merita Patrono, cuius dum Sacras Reliquias pro amore veneraris in terris, ſanctis ab ipſo precibus confoueris in cœlis. Hic tuas orationes, quas ei commendas, intra ſacrarium exauditionis diuinum repræſentat. Hic tibi ſalutiferos imbres, fructuum copiam, cœli ſerenitatem, & corporum incolumitatem implorat. Hic diuinæ miſericordiæ ſinum aperit, & diuinæ pietatis aures, quas à peccatoribus irritatus, Deus ipſe concluſerat, ſacris interpellando orationibus reſerat. Et quantum Patronus hic tuus te pio dilexit amore, ex miris patet, quorum in te memoria viget. Cæterùm ſi Sanctiſſimus ille Doctor Mellifluus, Bernardus Abbas Clareuallenſis, tinniens,

C ſiuè gladiolum, manubrium habens eburneum, vnà cum ſermone de Villico Iniquitatis, Matthæo Albanenſium Epiſcopo miſit, vt impoſturam, quam auulſionem dignam iudicaret, proprio ipſius Auctoris cultello ab eo ſuccideret; quantò magis nos eiuſdem in Chriſto filij, indocti, ſermone impuri, ac in ſupremo ignorantiæ lectulo dormientes, præſens opuſculum, ac totum hocce volumen cum gladiolo, & calamo vniuerſis, & ſingulis tranſmittere vellemus eruditis, vt vnuſquiſque ſuccideret, quæ per errorem, aut inaduertentiam irrepſerunt, & adderet, quæ deſunt per ignorantiam. Quòd vtinam ſint, qui corrigant, deleant, & addant ad maiorē Dei laudē, & Beatiſſimi Ioannis à Caramola præconiū, Amen.

D

Finis Vitæ B. Ioannis à Caramola Toloſani Sagittarienſis Monaſterij Conuerſi.

INDEX
RERVM NOTABILIVM:
QVÆ
In toto hoc volumine continentur.

PRO INDICIS FACILI INTELLIGENTIA SCIENDVM, QVOD NVMERVS paginarum sine signo † denotat rem illam reperiri in Vita B. Ioannis Ioachim Abbatis Florensis. Cum vno † in explicatione Historica, & Symbolica Vaticiniorum Romanorum Pontificum. Cùm duplici † † in Vita B. Ioannis à Caramola Tolosani. Littera A, B, C, D, E. locum paginæ indicant.

plum

E

F

eius

K

pro

tici-

Ma-

re-

Mona-

Nea-

N

Phi-

S

Com-

V

Finis Indicis Rerum notabilium.

INDEX

REGNORVM, CIVITATVM, ET LOCORVM TOTIVS ORBIS,

Per nomina Episcopatuum nominatorum,

Super quibus BEATVS IOANNES IOACHIM Abbas Floris vaticinatus est

A

Asman-

Etlno-

Sa-

Finis totius Operis.

In Vita Beati Ioachim.

Errores. *Corrige.*

pagina. linea.

2. 47. *Aretemisium. Artemisium.*
4. 7. Consensia. Consentia.
19. finio. filio.
25. in frenos infrenes
5. 38. artificis artificio,
7. 9. sit positus. sit potitus
25. positus potitus
29. positus est, potitus est,
10. 47. moniuit muniuit
11. 33. protinus protinus
12. 7. prodet prodit
15. 14. in venturus inuenturus
21. 6. Eccnomo Economo
29. 37. Aiessandri Alexandri
32. 15. roboratam roboratum
46. paratù partu
33. 14. Siculi(Adde)Tancredum
7. Eccellentissima Excellentiss.
34. 13. quo quod
37. 36. Eremum (Adde) in Sicilco Monasterium, & Ecclesiam instituerunt, & eò Virginis Statuam baiularunt: at manè sequenti in noua Ecclesia ea non inuenta ad Sagittarium redeuntes, deuotione ineffabili, Virginem sunt venerati. Attamen
38. 20. potentissima patentissima
47. 2. cunctis cunctis
4. *nullo mundo*
44. metipsum meipsum
49. 38. Clerzuallensé Clarcuallensí
50. 1. reginm regium
73. 2. illis illi
80. 11. agertime ægerrimo
85. 2. qni qui
5. Tarensi Tarenti
34. super super
91. 8. *Alius. Altius.*
30. *Alius. Altius.*
94. 12. alijs alij
96. 5. Flrensi Florensi
101. 2. sanitatem fructiratem
104. 49. deuen re deu. nere
105. 40. coaptatum. couptatum.
112. 29. 1210. 1220.
115. 20. fnis suis
31. fuere fuere
46. virtutibus virtutibus
116. 3. fno suo
117. 42. *Brittannorum*(Adde)*Regum*
120. 31. 1141. 1241.
123. 39. omibus omnibus
124. 3. Eriderici Friderici
17. lata leta
130. 11. *ad ab*
139. 2. *quam quem*
140. 11. impetrauit imperauit
33. Eriderici Friderici
144. 50. aquis aquas
146. 1. *luam tuam*
21. patenesque patentesque
151. 24. decisum derisum
36. Florenti Florensi
152. 44. *fm nu*
162. 39. pensac pensat
165. 40. Sanrosancti Sactosancti
169. 24. cantn cantu
170. 45. hominum luminum.
173. 29. *cuius cus*
178. 9. Dominis Diuinis
49. sepolturæ sepulturæ
179. 16. facere fecere
180. 33. Maxineus Marineus
181. 49. Saladinnm Saladinum
182. 43. emenandos emendandos
195. 41. discrerorum discretorum
196. 9. piofessio professio
197. 15. *quadam quadam*
201. 11. sanè in miraculum (dele) in
208. 8. corrikes, cornices
213. 45. S. Gregorij S. Georgij
225. 48. Giuitatem Ciuitatem
240. 15. alberstatetenésis alberstatẽsũ
50. istudmodi istiusmodi
245. 5. Mediorum Medorum
281. 19. desediiur defenditur
286. 39. Lutzẽgurbus Lutzenburgus
294. 41. curabantus curabantur
295. 28. tuin cum
36. ex est
296. 47. decimo (adde) octauo
300. 28. mormoranti murmuranti
305. 50. valitudine valetudine
310. 22. Tropaænsis Tropæensi
311. 8. motus moti
312. 43. corripitus corripitur
331. 43. Pontifex Pontifices
339. 1. examinandi examinanda
16. officinæ officinæ
344. 47. sepoltura sepultura
345. 32. vetustissimis venustissimis
348. 6. semidiructa semidiruta
351. 28. suis sui
352. 17. Rerunpublicarum Rerumpublicarum

In Explicatione Vaticiniorum Romanorum Pontificum.

Errata. *Corrige.*

pagina. linea.

5. 50. calamitare calamitate
10. 17. nutneras numeris
12. 3. & ex
17. 24. crectum erectum
21. 15. *alligabis allegant*
25. 26. apes opes
48. pompta pompa
28. 37. Cantuariensis Caturcensis
34. 33. scriptum scripta
44. infirma infima
35. 34. hac hæc
36. 28. immaculatus (adde) ero
40. 16. filiam, neptem
41. 24. *sanguine sanguine*
44. 3. *infirmis infimis*
50. 50. tiruli tituli
52. 46. pulica publica
57. 29. profecto præfecto
59. 29. Gebennẽtibs Gebennẽsibus
88. 11. fratesceque fratresque
31. Equ,,nsi Equensi
91. 3. signari signaui
93. 6. habes labes
95. 9. adlellus adlectus
44. consenm consensu
100. 23. competit comperit
101. 26. & ex
35. facturum facturum
102. 30. ex tuisset exuisset
106. 44. absternius abstemius
107. 3. infirma infima
108. 43. inscriptioras inscriptione
111. 16. Panuonam Pannonam
116. 47. *profunda profunda*
117. 49. suspendari suspenderit
120. 25. fururum futurum
124. 41. *erant eam*
126. 35. nostrorum nostrum
136. 10. Sixti IV, Innocentij VIII.
139. 34. conceptum conceptam

In Vita Beati Ioannis à Caramola.

Errata. *Corrige.*

pagina. linea.

1. 5. at &
4. 36. status satus
48. Francianus Franciscanus
5. 15. Tricanici Tricarici
36. Tricanici Tricarici
6. 40. fornicationis fornicantis
8. 9. dixerit direxit
9. 17. ille iste
11. 25. dentissima densissima
30. 33. Foracio Focaracio
47. 35. vilis vilia
52. 12. gemenies gementibus
42. efficere efficere
56. 20. à ad
58. 8. sabito subito

Et alia, quæ restant toto in Volumine corrigenda, beneuolo Lectori reseruantur.